Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

IHS
BIBLIOTECA DE LOYOLA.
Sala 1
Estante 47
Plúteo 1

123,1

Universidad de Deusto
Biblioteca

PHILIPPI DE GREVE
CANCELLARII
PARISIENSIS
VIRI DOCTISSIMI

In Psalterium Dauidicum Tercentum ac Triginta Sermones verè aurei

Rerum diuinarum, ac humanarum non vulgarem doctrinam continentes, ob idq; omnibus Scripturæ sacræ studiosis, Concionatoribus, Lectoribus, ac animarum Pastoribus summam allaturi vtilitatem:

Nunc tandem post integrum ferè saculum, quo primum in lucem editi sunt; è tenebris veluti emergentes, summa diligentia recogniti, ac erroribus purgati, hac editione luci restituuntur.

Cum rerum notabilium indice copiosissimo, ac loci operi marginalibus adnotationibus appositis.



Del Colegio de la Compañia de Jesus y su Libreria

BRIXIAE, Apud Petrum Mariam Marchettum.
De consensu Superiorum, 1600.

Universidad de Deusto
Biblioteca

FEDERICO BORROMAEO

S. R. E. CARDINALI AMPLISSIMO

MEDIOLANEN. ECCLESIAE
Archiepiscopo,

Pet. Maria Marchettus Tipographus.

S. P. D.

PARISIIS non ita pridem vetustissimis impressæ notis hæ Cõciones in meas manus magna cum earum cõmendatione delatæ sunt, et multorum votis, qui id à me prope flagitabant, nouis vt vellem mandare litteris: quod vt pretiosissimi quique thesauri plerumq; temporis longinquitate abripiuntur; ita hi superioribus annis in lucem editi sermones nobis penè, posterisq; periissent vniuersi: In eam me mentem impulit illa commendatio, vt statuerim & publicæ asseruire vtilitati hac in parte, & operis præstantiæ consulere quæ seipsam ab omni temporum iniuria præsefert esse vindicandam. Quod vt assequerer, illud in primis mihi faciendum putaui, huic operi eam notam ut inurerem, & nomen tale præscriberem, quo, sicut auro ex Principis impresso signo, tantum extimationis & valoris illi accederet, vt etiam aduersus omnẽ temporum vim, & iniurias integrum se tueri, & illæsum

posset conseruare. Nec mihi fuit difficile opus tali munire charactere, quod is, qui & sermones hosce legerat; & tuos cum familiares, & priuatos, tum pontificales, & publicos de rebus diuinis habitos incredibili cum animi voluptate, & admiratione his proximis annis sæpissime audiuerat, non aliud quam Illustrissimum tuum nomen eidem præscribendum esse iudicauit: Et cum tu Cardinalis Amplissime, alia rerum sacrarum monumenta tuis Concionibus animes, & æque, pie, ac docte interpretando, ad proprios eorum sensus reuoces & excites; iure propterea optimo vise sunt eidem hæ Conciones ad hodiernum diem temporis obliuione sepultæ, & nunc hisce meis typis velut ad nouam reuocatæ vitam, alium quem ducant spiritum, et aliam qua vescantur auram, quam nominis tui et humanitatis recusare. Quinimo propter incredibile illud, ac ferè assiduum, quo in sacras litteras incumbis studium, facis, vt quodcunque tandem volumen sacrum, vbi lucem aspexerit, meritissimo iure tibi dicandum esse videatur; atq; hoc ipsum te vnum, vt quæq; preciosiora Principum manus, & suum quæque Elementa locum, poscat, & in te suauissime conquiescat. Tantũ est, tamque ardens tuum in his studium, vt in aliena lingua hæc opera vel acuratissime conuersa legisse non contentus, singula velis suis consignata litteris, præsertim verò hebræis, quas tu ipse tibi longo vsu familiares effecisti, quam diligentissime ponderare. In hoc dictis annis familiariter idem ipse illud præcipuum obseruauit, & cum animo non sine admiratione reputat, vt harum litterarum suauitate captus

ptus, genium frequentissime defraudes tuum, nec ab earum tractatione te aut commodum vllum, aut otium abducat, aut voluptas auocet; aut denique somnus retardet. Enimuero cum te non tibi vni, sed magis alijs mortalibus natum ac necessario viuendum esse intelligas; tibiq; tamdiu viuere existimes, quamdiu his sacris studijs operam nauas; neq; vero vllo vnquam tempore cæterorum salutẽ tibi esse negligendam putes; ideo & grauissimis occupationibus Congregationibus nempe iuuandis, audiendis, qui ad te frequentes adeunt, statuendis decernẽdisq; rebus maximis, mandatis dandis, alijsq; publicis assidue quotidie tractandis negotijs, nihil necessarij temporis & cogitationis detrahis, & quod ad hæc studia recolenda satis sit, diu, noctuq; non dicam oblectationibus, sed quieti, corporiq; surripis. Quare cum in in sacra studia tanta animi contentione incumbas, possumus iam affirmare, te à Seruatore hominum CHRISTO inuitatum ad illas epulas in solitudine & ad Fontem Iacob apparatas, non his vulgaribus mensis, non in solo pane caducarum rerum, sed alio quodam cibigenere, eoque diuiniore vitam sustentare; eo vigere, & nouas quotidie vires, ac robur acquirere; vt mirum videri non debeat, quod, & priuatim in augendis explicandisque rerum maximarum difficultatibus, & mysterijs sacris aperiendis incredibilem tuam sapientiam Theologorum principes admirentur; & vniuersus populus quem ad tuas Conciones ex omnibus vrbis partibus confluentem non capit illius licet vastissimi templi tui amplitudo, ne dum alterius, in quo, dum lustras Diocesim

verba facias angustię, lætetur, & sustineatur, dum sibi pastorali studio, & beneuolentia, & illa pontificia maiestate, facile, polite & eleganter de superiori loco eadem explanas atque dispensas. Hanc tuam virtutem cum singulari quadam dicendi facultate coniunctam totus fere admiratur orbis, & cæterarum omnium disciplinarum, quæ in te elucent, ornamenta suspicit, quæ mihi propositum non est attingere indicando, nedum recensere numerando, vel in ea oculos intendendo contemplari. Et hæc scientiarum lumina sic in te emicant Amplisſ. Cardinalis, ut professoribus earum sint veluti felicissima quædam sydera, ad ipsorum cuiusq; fælicitatem faustos aspectus, conformantia, continuamque gloriam corruscantia, & a quibus in eos perpetuo maxima quædam promanent amoris tui munera, & dona; eo enim tanquã cęlesti quodam lumine, & vigore miris modis quosque foues virtute præditos, & euehis: qui, & in Illustrissima familia tua producti aut excepti, quam in hoc parentum habent ipsa Natura comuni parente benignam magis, & honorificam, dum in ea tuam adipiscuntur consuetudinem, uel beneuolentiam; adipisci quoque uidentur nouum quendam fausta natiuitatis diẽ, nouosq; & fæliciores quosdam ad maiorem uirtutem, & gloriam Syderum cursus, eo amiciores & beneficientiores, quo quisque amoris, & humanitatis tuæ lumine, uirtuteq; sustentatur, gratoq; dictorum radiorum tuorum coniectu uiget magis, & promouetur. Atq; hæc tantarum laudum tuarum ornamenta, & lumina in sese reuersa miris splendoribus undique intermicantibus in perpetuo purissimæ tuæ mentis religiosissimæque vitæ tuæ cursu velut in clarissimo aere Vniuersa collecta, nobis in isto amplissimo Purpuratorum Patrum consessu, vt in totius Reipublicæ Christianæ cælo viam illam vere lacteam integerrimæ vitæ tuæ, tot luminibus distinctam atq; fulgentem repræsentant. Ego itaque Card. Illustriss. hosce præstantissimarum virtutum tuarum splendores dum silentij mei nocte prosequor, simul istud Concionum volumen tibi dico, sacroque, teq; etiam atq; etiam obtestor, vt simul beneuolentiam in te meam, & obseruantiam à tua tanta amplitudine profectam gratam habeas: deinde etiam propensas conuiuium meorum omnium voluntates & totius huiusce studium ciuitatis offero, quæ se intelligit, & profitetur tibi vel maxime obligatam vti legitimo hæredi eorum laborum, & fructuum, quibus illa etiamnum cum grata memoria perfruitur, quos quondam accepit ab illa Illustrissima imo sanctissima, quæ in Cælum euolauit anima, cuius tu tanquam alter Eliseus Pallium defers, & in animo sanctorum habituum illorum hæreditatem retines: Quibus vt te etiam magis cumulet Deum omnium largitorem obtestor, simulq; ea maxima qua possum submissione me Amplitudini tuæ deuictissimum profiteor. Vale.

Brixiæ III. Kal. Febr. M. DC.

INDEX ALPHABETICVM
Rerum sententiarum insignium, quæ in hoc opere continentur.



Deo non est fugiendum 402 a
A Mensa æterna qui excludantur 80 b
Abundantia commouet multos 99 a
Abundantia à Christo facta 398 b
Abusum quis committat 47 b
Abyssus 432 a
Acquisitio per paupertatem spiritus 382 b
Actiui significantur per campos 325 a
Adeps frumenti quid 474 a
Aduentus primus & secundus 239 a
Adulatio periculosior est detractione 40 a
Adulator magis nocet quàm detractor 40 a
Adulatores sunt falsi tonsores 135 b
Adulterium quis dicatur committere 47 b
Aduocati inueniendi penuria 36 a
Aduocati boni quinque conditiones 36 a
Aduocatorum defectus 216 b
Adustio triplex 54 a
Aedificatio corporis artificiosa 418 a
Aedificatio ecclesiæ ad diuersos status 471 a
Aestas est status perfectionis 249 a
Ætates septem 234 b
Affectiones praue 9 b
Affectiones quatuor 369 b
Afflictiones sunt murus contra retia delitiarum 111 a
Afflictio qualis debeat esse 151 b
Alba est iustitia bonorum operum 420 b
Alæ Dei, mundi, diaboli quæ sint 194 b
Alæ duæ columbæ quæ sint 445 b
Alleluia cur reasumitur in resurrectione 438 a
Altare domini 7 a
Altare significat dignitatem ecclesiasticam 147 a
Altare significat humilitatem 365 b

Altercatio inter Christum & diabolum 37 a
Ambulantes extra viã, per viã, & p semitã qui dicãtur 372 b
Ambulare est proficere 474 a
Amatores mundi 382 a
Amici Dei 448 a
Amicitia spiritualis quomodo amittitur 186 b
Amictus significat fidem 420 b
Amor bonus & malus 16 a
Amor est ignis quo omnia coquuntur 79 a
Amor quid 469 b
Anchora nauis 329 a
Ancilla bona & mala 401 b
Ancillæ quinque animæ fidelis 42 b
Ancillæ confessionis 324 a
Angeli ascendentes & descendentes quid sint 3 b & 452 b
Angeli sunt amici spirituales 286 a
Angelorum officium 301 a
Angelo duce omnia vincere possumus 464 b
Angustia maxima peccatoris 120 a
Animæ pondus & amor eius 16 a
Anima sole vestitur, & lunam habet sub pedibus 26 a
Anima comparatur templo 45 a
Anima sponso Deo vero quomodo copuletur 82 a
Anima comparatur fructui arboris 100 b
Anima est locus omnium spiritualium 139 a
Anima multis modis fit victima diaboli 150 b
Anima cur debeat esse Deo subiecta 197 b
Anima quorundam & columbare 200 a
Anima tabernaculum Dei 279 a
Anima iusti est sicuti vinea 282 a
Anima vineæ comparatur 292 a
Anima quasi ciuitas Dei 351 a
Anima seipsam frequenter videns bene se cognoscit 369 b
Animam in manibus portare quid sit 384 a
Anima contemplationi dedita est in ostio 387 b
Animalia sollicita de fœtu suo 140 b
Animal habẽs plures fœtus, habet etiã plures mamillas 208 b
Aperitio manus Sanctissimæ Trinitatis 467 b
Apetitus vnius cuiusque sensus quid sit 4 b

Aqua benedicta debet esse in templo. 45 b
Aqua ecclesia est spiritus Sanctus 158 a
Aqua extinguit sitim, pisces nutrit, ciuitatem fecundat 158 b
Aqua inferior, & superior qua. 211 b
Aqua fluminis qua sit 333 b
Aquas claras & turbidas quis bibat 135 a
Aquarum vsus multiplex 122 b
Aqua benedicta virtus 45 b
Aqua maris sunt tribulationes 111 a
Aqua diuotionis, discretionis, æmulationis 124 b
Aqua effectus 414 b
Aqua tribulationis non extinguunt ignem charitatis 452 b
Aquis iactantur qui se negotijs secularibus implicant 330 a
Aquila quid significet 316 a
Ara duplex, interior & exterior 313 b
Aranea diuersa proprietates 294 a
Arbor mala, & fructus eius 6 b
Arcus est sacra scriptura 258 a
Arena est humilitas Sanctorum 432 b
Arguit nos Deus tripliciter 168 a
Argutio pertinet ad futurum iudicium 24 b
Arietes dicuntur maiores 127 b
Asinus siluester est luxuria 110 b
Aspectu interiori tria intuenda 103 a
Auaritia febri acutæ comparabilis 32 a
Auarus ex multis causis anxiatur 31 b
Auditus est obedientia animæ 1 b
Aues noctis in die comparere quid sit 381 b
Aures qui habeant & non audiant 356 a
Auxilium à Sanctis expectandum 401 b

B

Babel dicitur confusio 275 a
Babylonis flumina tria 434 b
Baculus significans patientiam 375 b
Beata Virgo dicitur thronus 291 a
Beatitudo æterna est domus Dei 207 b
Beatitudinis nomina diuersa 408 b
Benedictio Angeli in Iacob quid importet 3 b

Benedictio triplex 72 a
Benedicendum domino pro omni re 426 a
Beneficia aliter accepimus à Deo quàm à mundo 28 a
Beneficia à Christo nobis collata 349 a
Beneficia Dei in præsenti & in futuro 362 b
Beneficia diuinæ misericordiæ quatuor 415 a
Bombyx consumit seipsum & significat triplicem Christi mutationem 74 a
Bona spiritualia sunt pretiosa 138 b
Bona interiora quæ 157 a
Bona temporalia & æterna 241 a
Boni non mali à Domino custodiuntur 282 a
Bonorum electio occulta 446 b
Boues quinque sensus dicuntur 370 b
Brauium proponitur currentibus 192 a
Brucus significat gulam 362 a

C

Camisia gerit formam pœnitentiæ 210 a
Campanæ oratorij 478 a
Canes & porci eijciuntur à templo 46 b
Canis proprietates 188 b
Canis significat incestuosos 227 a
Cani in interiori homine 368 a
Canticum nouum & vetus 139 a
Canticum nouum solet cantari tribus personis 438 b
Cantores sunt in templo 46 b
Cantus animæ 375 a
Caput Christi sunt sacerdotes & prælati 229 a
Carcer est peccatum 364 b
Carnalium affectus similis plantis 60 a
Carnalis homo non percipit diuitias esse spinas 185 b
Carnalis affectio separat à Deo 267 a
Carnalis affectus significatur per sanguinem 333 b
Carnem cum sanguine comedere quis dicatur 334 a
Carni nostræ non debemus esse familiares 135 b
Carni non adhærendum, nec mundo, nec diabolo 244 b
Carnis contra spiritum disputatio 335 b
Caro & nerui pertinent ad affectiones 118 a

Caro & ſpiritus duo fratres rixantes 142 b
Caro aliena à ſpiritu quomodo 175 a
Caro non ſpiritus configenda 385 b
Caro facta fuit carcer primo parenti 457 a
Caſtitas intelligitur per niuem 431 b
Caupones diaboli 190 b
Cedri ſunt virgines 476 a
Cera cor pœnitentis diu permanentis 249 b
Cerui natura 198 a
Charitas eſt guſtus animę 1 b
Charitas ſola coronabitur 51 b
Charitas virtutum regina 155 a
Charitas duplum feſtum dicitur 365 b
Charitas portam cœli dilatat 273 a
Charitatis præceptum quomodo Deum amare debeamus 29 b
Charitatis excellentia 52 a
Charitatis laudes 373 b
Charitatis ſexdecim propugnacula 407 b
Chriſtus dicitur pſalterium & cithara 5 b
Chriſtus depoſuit citharam in reſurrectione 6 a
Chriſtus fuit noſter aduocatus propter quinque 36 a
Chriſtus docuit qũo poſſimus renaſci p ſecundum ſpiritũ 53 a
Chriſtus habet hereditatem ex parte patris & matris 53 b
Chriſtus triplex ſacrificium in ſe exhibuit 55 b
Chriſtus eſurit dupliciter 65 b
Chriſtus intelligitur per tineam & teredinem miſtice 73 b
Chriſtus non exterius ſed interius intuendus 103 a
Chriſtus eſt bonus vicinus 109 b
Chriſtus dicitur lignum vitę 117 b
Chriſtus fons miſericordię gratię, & charitatis 123 b
Chriſtus quare vulneratus in quatuor locis 125 a
Chriſtus quare vulneratus poſt mortem 126 a
Chriſtus duplicem attulit miſericordiam 129 a
Chriſtus in monte proprie condidit teſtamentum 166 b
Chriſtus comparatur terrę deſertę & ſolitudini 200 b
Chriſtus habitum ſuum bis mutauit 226 a
Chriſtus brachium & manus patris 255 a
Chriſtus ſacerdos magnus 348 a
Chriſtus quaſi columbarium 445 b

Cibus

Cibus ſpiritualis melior carnali 116 b
Cinis eſt miſeria vitę 317 a
Circa fidem dupliciter peccatur 273 b
Circumciſio prima die ianuarij cur celebretur 350 b
Cithara pertinet ad vitam actiuam 6 a
Citharę ſonus ſeptem verba Chriſti in cruce 6 a
Cithara 301 b
Cithara habet tres partes animę comparatas 312 a
Ciuitas debet eſſe ſuper aquam 158 a
Clamandum eſt in gutture ſuo non in alieno 356 b
Clamor duplex, interior & exterior 25 b
Claui timoris & amoris 385 a
Clauſtrales ſunt ſicut hortus domini 114 a
Clauſtralium vita 290 a
Clauſtralium vita dicitur ſemita 366 a & 372 b
Clauſtrales per oſſa ſignificantur 454 a
Clauſtrales dicuntur horti clauſi 476 b
Claudicantes ſunt qui dicunt & non faciunt 66 a
Clerici ſunt in templo 46 b
Clerici ſunt quaſi hereditas domini 114 a
Clericorum peccatum grauius 114 a
Clerici imitantur ſaculares 337 a
Coagulum quid 378 a
Cœlos contemplari pertinet ad aſtrologos 33 a
Cœlum dicitur ſpiritualis animus 322 b
Cœna ſignificat ſupremam beatitudinem 232 b
Cogitationes uanę 9 b
Cogitationes purę ſunt aues lucis 20 a
Cogitationes in anima triplices 252 a
Cognitio ſui ad quid vtilis 184 a
Colubrum conuertere in virgam quid ſit 347 a
Columbę exitus duo, ſignificãt duos modos cõtẽplationis 192 a
Columba penna qua ſint 220 a
Columna ſignificatio 250 b
Columna domum ſapientia præparantes 323 b
Comminatio voluptuoſis 409 b
Computatio ſtricta & frequens à nobis fienda 458 b
Concordia quando ſit 437 a
Concupiſcentia tentatio febris dicitur 392

Confeſſio

Confessio duplex 82 b
Confessio vestem domino preparat 324 a
Confessio contra peccatum actuale 471 a
Confessionis necessitas 108 a
Confessionis duo impedimenta 342 a
Confessor est faber Dei 413 b
Confessorum officium est officium obstetricum 26 b
Confessoribus duo necessaria 26 b
Confidentia in Deo commendabilis 47 b
Confitendo peccata ejicitur aqua concupiscentiarum 224 a
Confusio desperationis & auersionis 221 a
Confusio turpitudinis fulmen est in anima 430 b
Congregatio corporum & mentium necessaria 472 b
Coniugati dicuntur ligna fructifera 475 b
Conseruare conuenit spiritui sancto 232 a
Consolationes comparantur abysso 112 b
Conspectus duplex 440 b
Consuetudo peccandi multa mala parit 338 b
Consuetudo praua 372 a
Contemplationis sex gradus 328 a
Contemplationem impedit sapientia mundi 358 a
Contemplatiui dicuntur montes 324 b
Contemplatiui 384 a
Contra auarum multa clamabunt in iudicio 352 a
Contritio tribus modis aperitur & absconditur 242 b
Contritio confringit sulcos cordis 370 b
Conuentus religiosorum quasi cunens 423 a
Conuentus officiales 424 a
Conuenire est vnum querere 422 a
Conuersatio sanctorum interius inspicienda 103 b
Conuersio duplex 222 a
Conuersio domini ad nos & auersio à nobis 242 a
Conuiuantium ordo in mensa eterna 80 a
Conuiuę mensę domini sunt pauperes spiritu 76 b
Conuiuium spirituale 144 a
Coquus est diaboli qui alteri inuidet 127 a
Cor hominis tripliciter Deo preparatur 42 a
Cor diaboli sunt prudentes huius mundi 146 a
Cor ponendum in virtute quomodo 163 a

Cor hominis impatienti est vas fractum 213 a
Cor peccatoris mare dicitur 336 a
Corpus Christi sunt collegia sancta 229 b
Correptio pertinet ad purgationem 24 b
Cortinę fiunt in templo ad ornamentum 46 a
Creare conuenit patri 232 a
Creatura dicitur laqueus 57 a
Creatura omnis dicitur vanitas & vacuitas 101 b
Creaturarum decem gradus 196 a
Creaturę cur nobis datę 376 b
Creditor curialis est dominus 130 a
Crines septem spiritus sancti 135 b
Crudelis est qui famam negligit 157 b
Crux cur fiat in templo & extra 45 a
Crux cur in altum extollatur 64 b
Crux domini uexillum 64 b
Crux multiplex 192 b
Crux significatur per terram maledictam 201 a
Culpa dicitur laqueus 57 a
Culpa deletur in cōtritione, sed nō soluitur vinculū pœnę 109 a
Custodia animę à Deo 281 b
Custos est pater, filius, & spiritus sanctus 397 b
Cymbala bene & male sonantia 478 b

D

Dauid tribus modis propheta dici potest 3 a
Decor perfectus in duobus consistit 324 b
Defectus bonus animę triplex 459 b
Deficientes sensu dicuntur paruuli 440 a
Delectatio carnalis vino comparatur 190 a
Delicta omissienum & quibus periculosiora 84 a
Demones dicuntur reges terrę 10 a
Demonia tria 103 b
Denarius diurnus 272 b
Denarij domini dicuntur particulares pœnę 359 b
Depositio fit à dignitate 343 b
Depositum non reddentes 469 b
Desertum bonum & malum 97 a

Destructio facilior quàm constructio 406 a
Detractio malitiosa 403 b
Detractor dicitur sepulchrum patens 23 a
Detractor est canis immundus 189 a
Deuotio in oratione necessaria 441 a
Deus vult dilectionem pro tributo 29 b
Deus ponit homines deorsum tribus modis 72 a
Deus nobis propitiatur dupliciter 93 a
Deus quando per se loquatur nobis 93 b
Deus mitigat tribulationes amicis 112 a
Deus vbiq; est, sed non vbiq; reperitur, & vbi inueniatur 331 a
Deo & alijs quid debeamus 17 b
Dexteram vel sinistram manum aperire quid sit 468 a
Diabolus dicitur filius furoris 24 a
Diaboli cautela fraudulenta 76 a
Diabolus vendit equos & mulos 110 a
Diaboli malitia 119 b
Diabolus procurat abortum bonorum 142 a
Diabolus habet musica instrumenta 152 a
Diabolus operatur quatuor in anima 170 b
Diabolus ꝓpter multas causas insidiatur fini nostrę vitę 180 a
Diabolus simia domini 202 a
Diabolus exactor vsurę spiritualis 344 a
Diabolus contristatus propter hominis redemptionem 392 a
Diabolus ęmulus noster 459 a
Dies vacui, pleni, naturę gratię & glorię 243 a
Dies resurrectionis 363 b
Differentia inter forum ciuile & spirituale 108 a
Digiti quinque, sunt quinque gradus discretionis 461 b
Dignitates huius mundi non sunt ambiendę 154 b
Dilatatio animę multiplex 373 b
Dilatatio spiritus 61 b
Dilectio duplex 29 b
Diluculo consurgere quis dicatur 5 a
Disciplinę domini effectus duo 13 b
Disciplinę fructus multi 295 a
Discordia duplex 438 a
Diuites huius mundi non saturantur 77 a
Diuites mundi similes quercubus 166 a

Diuitię occasiones prębent ad peccandum 99 a
Diuitię conseruatę non prosunt 137 b
Diuitię habent tres punctiones 185 b
Doctrina aeri comparatur 174 b
Dolor pœnitentis similis dolori partoriemtes 161 a
Dolor electorum multiplex 307 a
Dominus dicitur sacerdos, sponsus frater noster fideiussor, & medicus 18 b
Dominus cur noluerit vincere diabolum per potentiam 36 b
Domino terga vertentes reprehensibiles 72 b
Dominum quærentes à quibus & quo ordine generentur 81 a
Dominus non vult suos in mundo nominari 165 a
Dominus adiutor est homini ad tria 231 b
Dominus liberat à tribus 232 a
Dominus & templum domini triplex 206 b
Domus Dei anima nostra 419 a
Dona natura & dona gratia 10 a
Dona gratiarum qua 97 a
Dona naturalia & gratuita 321 b
Dona dicuntur venti 431 a
Dormientes qui sint 285 a
Dormire per culpam quid sit 14 b
Dorsum ecclesia 411 a
Dulcedo domini duplex gratia & gloria 104 b
Dulcedo medicina spiritualis tripliciter absconditur 106 a
Duo sunt qua nos liberant ab obligatione 27 b
Duo considerandą à peccatore ne desperet 105 a
Duo spectant ad officium sacerdotis 313 b
Duo cogitanda 317 a
Duo excitant ad contemplationem 358 a
Duo attenduntur in pœnitentia 433 b
Duo modi euadendi laqueos diaboli 444 a
Duplex expositio quinque verborum psallite 4 a
Duplex manę gratia & verbi Dei, & vita actiua ac contemplatiua 19 b

E

Ebrietas spiritualis 255 a
Ebrietas rationis, concupiscibilis, & irascibilis 339 b

Ebrietatis effectus 190 b
Ebur est castitas 291 a
Ecce significat rei certitudinem 426 a
Ecclesia militans tabernaculum triumphans templum 51 b
Ecclesia fuit parua ab initio 448 a
Ecclesia turri comparata 471 b
Effectus plures timoris domini 85 b
Electi non vocantur ad mensā consolationis in presenti 131 a
Electi Dei & diaboli 261 b
Electi dicuntur vestis domini 323 b
Electi diuersi 453 a
Electorum corda dicuntur aurora 90 b
Electis dominus faciem exhibet 309 a
Eleemosina remedium contra cupiditatem 122 a
Eleemosina spiritualis 216 a
Eleemosina dicitur intercessor & palpebrę comparatur 331 b
Eloquia sunt triplicia 47 a
Episcopi officium & episcopatus spiritualis 342 b
Epulę spirituales sunt opera pœnitentię 144 a
Equus est materia peccati 362 b
Equus Christi quis 109 b
Error circa resurrectionem 469 a
Erucca significat luxuriam 361 b
Euasio laqueorum fit tribus modis 58 b
Euasio ab insidijs diaboli 446 a
Eucharistia animarum medicina, & eius vtilitates 288 b
Eunuchi continentes dicuntur 225 b
Excommunicatio animarum medicina 288 b
Excommunicatio fit à communione 343 b
Exemplum aliorum est respiciendum 95 a
Exercitatio quid agat 254 a
Exercitus impugnantes castrum nostri corporis tres 361 a
Existentes in peccato sunt in terra aliena 437 a
Exoculati qui dicantur 48 b
Expectatio triplex 292 a
Exploratores sunt predicatores & confessores 149 a
Extrema terrę sunt peccata 430 a

F

Fabri domini interius & exterius operantes 212 b
Fabro necessaria 413 a
Facies peccatorum diuersę 276 b
Facies duplex 367 b
Famē querūt delitiosi, paupere vero eā nitūtur expellere 332 a
Familia domini membris comparatur 315 a
Festa Dei sunt quatuor 247 a
Festiuitas consistit in duobus 364 b
Fideles terrę domino assistunt 315 b
Fidelis non potest viuere extra aquam spiritus sancti 158 b
Fideiussor quis 350 a
Fides est visus animę 1 a
Fides debet precedere quasi portans lucernam 222 b
Fides fundamentum edificationis 406 b
Filij nostri sunt opera nostra 56 a
Filij alieni, mētiti, inueterati cur dicātur & quib⁹ similes 65 a
Filij sunt opera fortia, filię vero infirma 337 b
Filij eruditi sunt opera bona 411 a
Finis peccatoris periculosus 143 b
Flagella domini nuntio comparata 13 a
Flumina pretereuntia videre bonum 436 a
Fluuij effectus 158 a
Fœnum quid significet 125 a
Fons egrediens de paradiso & fons sapientię christus 416 a
Fornax voluptatis & tribulationis quę sit 48 a
Fornax domini & diaboli, & eorum instrumenta 413 a
Fornicatio est nomen generale 47 b
Fortitudo interior & exterior 186 b
Fortitudo animi quando seruetur 265 a & 266 b
Fortitudo est à sinistris fidei 407 a
Fructus qui non maturantur 100 b
Fumus iusti duplex & fumi effectus 58 b
Fumus de domo expellit 420 a
Fundamentum edificij spiritualis est fides 2 a
Furum socij 366 a

G

GAVDIVM spiritualium modestum esse debet 157 b
Genua quando infirmantur à ieiunio 346 a
Glacies cor pœnitentis non se corrigentis 249 b
Gladius triceps est detractio 414 a
Gloriam solam Deus sibi retinuit 115 b
Gloriam qui captat Deo est inimicus 116 a
Gloriandum non est in bonis exterioribus 156 b
Glorificatio animæ & corporis 447 b
Gradus ascendendi in domum domini 428 a
Gradus perfectus anima 272 a
Gradus sex ascensionis anima 280 a
Grammatica spiritualis 256 b
Grando significat prædicatores 431 b
Gratia sanctorum 412 a
Gratia Dei mater & nutrix bona 417 a
Gratia electio ad quid tendat 377 a

H

HErba siluestris quid 423 b
Hereditas duplex, spiritualium & carnalium 53 a
Hereditas domini in nobis 306 a
Heretici Ecclesiam impugnant 411 b
Heretici dicuntur vti gladio 252 a
Hipocrita similes falsis peregrini 375 b
Hipocritarum opera filiabus ornatis comparantur 464 b
Hipocritarum versutia 265 b
Hipocrisis similis arti 393 b
Hipocritis est armiger 182 a
Homo vetus per tria dilatatur 60 b
Homo per peccatum mouet bellum contra Deum 142 a
Homo exterior est quasi vas figuli 199 a
Homo per se cadit sed non ascendit 280 a
Homo duplex vetus & nouus 309 a
Homo in iudicio conformare se debet Deo 385 b
Homo debet videre cœlum & terram 33 a
Homo quando ruperit chordas psalterij 5 b
Homo quãtũ dilectus sit à Deo ex tribus perpendi potest 35 a

Homines dicuntur filij iræ 24 a
Hominis nobilitas 34 b
Homines mali sunt membra diaboli 75 a
Hospes anima caro 375 b
Humanitas filij Dei est scabellum deitatis 291 b
Humilitas est tactus animæ 1 b
Humilitas profundissimum fossarum 43 a
Humilitas & augmentum sunt germanæ 80 a
Humilitas comitatur timorem domini 86 a
Humilitatis proprietas 86 b
Humilitas est salsa epularum 145 a
Humilitas duplex 231 a
Humilitas lana comparatur 239 b
Humilitas vera & eius conditiones 378 a
Humilitas prouenit ex duplici causa 429 b
Humilitas in dignitate ecclesiastica necessaria 472 a

I

IDolo comparatur pastor malus 356 b
Ieiunium est remedium contra gulam 121 b
Iezabel fluxus sterquilinij 465 b
Ignis effectus diuersi 54 b
Ignis triplex 274 a
Igneminia diuersa contra reos 457 a
Ignorantia triplex 89 a
Ignorare sumitur pro reprobare 369 a
Illiterati similes sunt tabulis scriptis 238 b
Imagines Dei in templo 429 b
Immolatio filiorum & filiarum 338 a
Impedimenta plura proponentium mutare vitam 94 b
Impius quis sit 16 b
Incensum significat deuotionis virtutem 452 a
Incestum quis dicatur committere 47 b
Incola terræ & in terra quatuor facit 370 a
In comestione sunt tria 350 a
Infirmitas hominis interioris & exterioris 345 a
Ingratitudo nostra de beneficijs 350 b
Ingressus Dei in animam multiplex 284 b

Ingressus & egressus, bonus & malus 314 a
Iniuria leuiter sustinenda & remittenda 27 b
Inquilinus quis dicatur 193 b
Insidię diaboli anticipandę 445 b
In studijs bonis multi corrumpuntur propter quinque 50 a
Intentio ad corrigendum 404 b
Interpretatio visionis Nabuchodonosor 326 a
Intuitus duplex 473 a
Inuentio peccatoris est cum gaudio dolori mixto 311 b
Inuidia non permittit animam quiescere 403 b
Inuidia contra gratiam 417 b
Inuidorum proprietas, & inuidię effectus 183 a
Inuidus omnis superbus, & inuidię effectus 205 b
Ira & furor differunt inter se 23 b
Ira Dei dupliciter intelligitur 59 a
Iterantes peccatum post confessionem lapidant christum 105 b
Iudicium duplex 333 a
Ius naturale 458 a
Iusti pariunt cum dolore 27 a
Iusti anima dicitur hortus 325 b
Iustitia triplex 17 b
Iustitia vindicta 19 a
Iustitia appendens pondus in statera 19 a
Iustitia quid 188 a
Iustitia est paries fidei in occidente 407 a
Iustitia duplex 461 a
Iustus palmę comparatur 302 b

L

Laboris vtilitates septem 409 a
Lac herbę augentes & minuentes 377 a
Lacrima salsa est calida & clara 182 a
Lacrimas in nobis cessare aliquando vtile 474 a
Lacrimas calidas peccatoris timet diabolus 335 a
Latitia non est vbi non est lux 310 b
Laici dicuntur domus Dei 114 a
Laici attendere debent q̃ Christus singulis horis sit passus 70 b
Lampas & cerei ardent in templo 46 a
Lapides Beati stephani 319 a

Lapides in fundamento, fidei sunt articuli 406 a
Lappa cupiditatem significat 371 b
Laquei & retia diaboli 299 a
Laqueorum multitudo & euasio 57 a
Latronum crura quare confracta 118 b
Laudandus Deus per singulos dies ac noctes 466 a
Laudantium verba excutienda 48 a
Laus repellenda 115 a
Legatum dicitur pax 167 b
Legis naturæ & scripturæ consonantia 390 b
Legista asini, decretista pulli asinorum 175 a
Leo significat diabolum 75 a
Leoni comparatur spiritualis animus 328 a
Lex triplex, timoris, cupiditatis, & charitatis 66 b
Lex domini quasi lux dicitur 367 a
Lex diuina speculo comparata 368 a
Liber domini est ecclesia 262 b
Lignum vitæ est sacra scriptura 116 b
Lingua maledica duplex 39 b
Lingua amara & dolosa 39 b
Linguarum diuisio quando fiat 275 b
Linguosus vir quis dicatur 450 b
Loco plus peti quando dicatur 90 a
Locus refectionis est lectio sacræ scripturæ 78 b
Locus domini quis sit 251 a
Locusta significat superbiam 362 a
Locutionis perfectio 197 a
Logica spiritualis 256 b
Lucifer est principium maledictionis 71 a
Luciferi eleuatio fuit discordantia 438 a
Lucrum de iniuria remissa 129 b
Luna actiuos significat 33 b
Luna est cognitio imaginatiua 34 a
Luxuria luto comparata 226 b

M

Macula multiplex 366 a
Magi adorantes dominum qui sint 235 b
Magistri operum sunt tria principalia vitia 62 b

Mala apparentia bona 278 a
Maledictio & benedictio quo ordine veniant in nos 71 a
Mali peccant videntes impunitatem peccatum 112 b
Mali actiui sunt naues quæ submerguntur 329 a
Mali quomodo fabricent vasa virtutum 412 b
Malignantium conuintus 202 b
Malignantium ecclesia habet fundamentum & tectum 87 a
Malis quadruplex auditio erit in iudicio 352 b
Malorum anni pro nihilo habentur 293 a
Manna cor viri contemplatiui 250 a
Mansionem imparatam inuenit dominus 418 b
Mansiones Dei multæ 283 b
Manus domini quæ sint 229 a
Manus qui habeant & non palpent 356 b
Manus vtraque cur habeat quinque digitos 462 b
Manus leuandæ ad opus 395 b
Mare siccum est religio 336 b
Maris extrema quæ dicantur 445 a
Martyrum clypei 471 b
Mater à cuius lacte oblactari debemus 416 b
Medicina spiritualis animæ contraria medicinæ corporali 105 b
Meditatio sine effectu non sufficit 254 a
Mel bona verba vel facta significat 403 a
Melius est nidificare in ciuitate quàm in solitudine 44 b
Memoria passionis domini 69 b
Memoria passionis domini misericordia eius dicitur 170 a
Memoria habenda de resurrectione 364 a
Memoria de vita præterita 381 a
Mendacium multiplex 360 a
Mensa vitæ æternæ 79 b
Mensa consolationis & tribulationis 130 b
Mense domini effectus 78 a
Mentiuntur mundo qui ad religionem transeunt 194 a
Meretrices sacerdotisse diaboli 130 b
Metallum cor pœnitentis perseuerantis 256 a
Militantium tabernacula 193 a
Militi strenuo sex necessaria 92 a
Minister non debet habere vestes luxuriantes 64 a
Ministri refectionis qui sint 78 b

Ministro-

Ministrorum probatio 442 a
Miserabiles personæ defendendæ, sine lucro 216 a
Miserere pauperum quam sit vtile 32 a
Miseria duplex culpæ & pœnæ 214 a
Miseria nostra 361 a
Miseriam vitæ moleste sustinentes 387 b
Misericordia Dei magna & multa 169 b
Misericordia domini fluuio comparata 414 b
Misericordia domini 287 a
Misericordiæ fructus 351 b
Modi exterminandi omnia genera dæmoniorum 103 b
Modus coquendi cibos pro mensa domini 79 a
Modus intrandi ad altare 147 a
Modus faciendi opera misericordiæ 351 a
Molendina ad ventum quæ dicantur 159 a
Monachi diaboli 203 a
Monasterijs quare collata sint tot bona 161 b
Monetæ diaboli fabricatores 128 b
Monetæ probatio 443 b
Montes significant Angelos 396 a
Montes proprietates 225 a
Mors Christi non profuit omnibus licet pro omnibus sit mortuus 143 b
Mors sanctorum 358 b
Mors est initium laborum his qui noluerunt laborare 408 a
Mortificatio duplex 150 a
Mortui mundo Christo viuentes 459 b
Mos religiosorum 426 a
Motus primi dicuntur paruuli 439 b
Mulier pulchra dicitur laqueus 57 a
Mulier sagena est diaboli 371 b
Mulier casta caro est munda 411 a
Mulieres fugiendæ 244 b
Mulus quid significet 109 b
Mundani 384 a
Mundani duplici morte moriuntur 165 b
Mundanorum diuersæ curiositates 162 a
Mundanorum hereditas 54 a
Munditia duplex 231 a

Mundum

Mundum fugere compellunt duę cauſę 113 a
Mundus contemnendus 19 a
Mundus comparatur miricę 43 b
Mundus interius conſiderandus 104 b
Mundus multis modis nomina ſua ſignificat 164 a
Mundus naufragio comparatur 245 a
Mundus & demones ſunt nobis extranei 252 a
Mundus non poteſt auxiliari propter duo 400 b
Murus fit propter tria 62 a
Murus peccatorum per quatuor deſtrui poteſt 63 a
Murus fidelis animę 397 b
Muſca ſollicitudo circa temporalia 263 b
Mutabilitas rerum ſecundum lunam attenditur 25 b
Mutatio triplex 179 a
Mutuatur peccator à Deo & à Diabolo 128 b

N

NAres qui habeant & non oderent 356 a
Natura ad quid tendat 337 a
Natura cur dederit homini os paruum, & vngues paruos non curuos 75 a
Naues ſculptę quæ ſint 330 a
Naui comparantur actiui boni in mundo 329 a
Naufragium corporale & ſpirituale 224 a
Nebularum teſauri 431 b
Neceſſaria ad medicinam animæ 49 a
Negotiatio triplex 237 b
Nidus noſter eſt triplex 44 b
Nix ſignificat hipocritas 432 b
Nobiles domini 269 a
Nomina domini tria 367 b
Nox ſtatus culpæ, dies iuſtitiæ 380 b
Nubes de extremo terræ quando educatur 430 a
Nullum animal viuit ſine tactu 2 a
Nuntius Dei quis 452 b

O

OBſeſſi ſex debent ſeruare 91 b
Oculi duo ſunt affectus & intellectus 49 b

Oculi

Oculi Chriſti ſunt doctores 229 b
Oculi ad contemplationem leuandi 395 b
Oculus iuuat manum & pedem 89 b
Oculus anima eſt intellectus 103 b
Oleum compenſatio quid denotet 127 a
Oleum triplex 55 b
Olla ænea conſpiratio fortiſſima 128 a
Omen malum apud antiquos 427 a
Opera domini in nos 87 b
Opera iuſtitiæ ſunt veſtitus animæ 155 b
Opera quæ dici poſſunt miracula 196 b
Opera ſine gratia nihil valent 351 a
Operatio ſignificatur per manus 461 a
Opus gratię 402 a
Orarium eſt domini iugum 421 a
Oratio eſt remedium contra ſuperbiam 122 a
Oratio quomodo dirigatur, appropinquet, & intret 451 b
Oratorium eſt deuotio 478 a
Ordinatio exercitus ſpiritus contra carnem 341 b
Ordo coniuuantium 423 a
Ordo naturalis in iudicio 385 b
Oris mutatio quid 123 a
Os qui dicantur habere & non loqui 355 b
Oſſa eccleſię ſunt prælati 119 a
Oſſa pertinent ad conſenſum & virtutes 118 a
Ouis centeſima quid ſignificet 394 a
Ouis centeſima eſt natura humana 475 b

P

PAcifici multiplices 394 b
Palea ſignificat inanem gloriam 220 a
Palmæ proprietates 302 b
Panis duplex 270 a
Panis refectio patrię 317 b
Panis eſt Chriſtus 326 b
Panis & aqua pœnitentibus conueniunt 348 a
Parentes primi quomodo ſaturati ſint 56 a
Parua ſunt quæ pertinent ad hanc vitam 441 b
Paruulus domini & diaboli quis dicatur 204 b

Paſſio

Passio Christi quomodo consideranda 59 b
Passio domini est torrens 475 a
Patientia est comes humilitatis & tactui comparatur 2 a
Patientia est generalis ad omnes virtutes 2 a
Patientia præparat cor domino 43 a
Patientia tollit rubiginem, & omnia seruat 213 b
Patientia anima maxime vtilis 383 b
Patientia facit disciplinam sensuum 473 a
Pauimentum quid significet 371 a
Paupertas duplex 41 a & 231 a
Paupertas spiritus comitatur timorem domini 86 a
Pax est finis belli, nec excludit labores 250 b
Pax mala & bona 280 b
Pax à Christo facta 398 b
Peccans dominum spoliat 324 a
Peccati consuetudo grauis est somnus 15 a
Peccati saturitas & eius reliquiæ 56 a
Peccati consideratio vtilis 144 b
Peccata quatuor pertinent ad cupiditatem 171 b
Peccata in confessione libere dicenda 181 b
Peccata impediunt spiritus sancti attractionem 387 a
Peccator dormit sub vmbra iuniperi 144 a
Peccator comparatur cani ob malas proprietates 188 b
Peccator est quasi latro 339 a
Peccator latroni & aranee comparatur 376 a
Peccator debet erubescere multis de causis 473 b
Peccator omnis dicitur infernus 459 a
Peccatoris vita somnium 381 a
Peccatorum mala quatuor 115 a
Peccatorum tria genera 120 b
Peccatorum genera duo 278 a
Peccatorum genera duo 342 a
Peccatum ad aliud trahit 9 a
Peccatum dicitur iugum 11 b
Peccatum odio habendum 19 a
Peccatum negligentia 85 a
Peccatum denti putrido comparatur 108 b
Peccatum fugiendum quatuor rationibus 335 a
Peccatum dicitur vulnus in anima 242 a

Peccatum diuersis nominibus nuncupatum 376 b
Peccatum facit timidum 339 a
Pedes Christi qui dicantur 228 b
Pedes Christi misericordia & veritas 255 b
Pedes qui habeant & non ambulent 356 b
Pedes sunt mentis cogitationes 402 b
Pellis pertinet ad cogitationes 118 a
Penna spirituale desiderium 396 b
Pennæ animæ quæ 176 b
Pentapolis anima est hominis 341 a
Per amorem facile ad Deum volamus 31 a
Per prædicatorem loquitur nobis Deus 94 a
Percussio saluatoris 285 b
Peregrini conditiones 375 a
Perfectio in nomine triplex 196 b
Perfectio animæ spiritualis duplex 254 a
Perfectio animæ duplex 345 a
Persecutores sunt ministri Dei 129 a
Persecutorum genera tria 119 a
Pilus carnis sunt desideria carnalis 396 b
Pinguedo duplex, interior & exterior 208 b
Pinguedo duplex 261 a
Pincerna quid significet 457 b
Pisces intelliguntur fideles 334 b
Pistor quid significet 457 b
Pluuia voluntaria gratiam significat 217 b
Pluuia aliter descendit quàm grando 239 a
Pluuia significat fletum compunctionis 430 b
Pœna dicitur laqueus 57 a
Pœnæ inferni per cogitationem leuandæ 384 b
Pœnitentia comparatur tempestati 161 b
Pœnitentia est flagellum diaboli 219 b
Pœnitentiæ opera sunt abscondenda 121 a
Pœnitentis status 334 b
Pœnitentis labor comparatur parturienti 25 b
Pœnitens ad peccatum rediens 142 a
Polluit templum Dei qui peccat 188 b
Polus arcticus fides, antarticus spes 323 a
Pondus bonum & malum 16 a

Universidad de Deusto
Biblioteca

Pontem se fecit dominus 359 a
Populus domini in nobis 305 a
Populus Dei est triplex 212 b
Porcus significat omnem fornicationem 227 a
Porta quibus anima vitam æternam ingreditur 340 b
Porta cœli & inferni 82 b
Portę animę 397 b
Possessio animæ difficilis 383 a
Potestas amicorum Dei 449 a
Potus lacrimarum duplex 270 a
Præcincti quomodo esse debeamus 63 b
Prædicator similis cani secundum bonas proprietates 189 b
Prædicator est faber Dei 413 b
Prædicatores sunt scribæ domini 152 b
Prædicatores sunt lotrices domini 158 b
Prædicatori necessaria est continentia 421 a
Prædicatoribus duo necessaria 26 b
Prædicatorum officium est officium obstetricum 26 b
Prælati mali dicuntur domini gentium 62 b
Prælati indigni 96 a
Prælati illiterati pauonibus comparantur 162 b
Prælati debent præire subditos exemplo 163 b
Prælati sunt anima corporis domini 224 b
Prælati quales esse debeant 268 a
Prælatis documentum 404 b
Prælatorum Zelus per tria apprehenditur 390 b
Prælatus affectū habēs ad parētes dicitur caro nō cocta 124 a
Prælatus candela comparatur 140 b
Prælatus malus cadauer putridum 174 a
Prælatus debet habere zelum & scientiam 346 b
Prælatus quomodo debeat esse sacerdos 347 b
Prælatus qualem se debeat reputare 348 b
Prælatus tacet propter quatuor 357 b
Præmium sanctorum 408 b
Præuentio multiplex 389 a
Præsepe locus domini 418 b
Primogenita Ægypti tria 264 b
Principatus dicuntur ducatus 442 a
Principium nostræ benedictionis 71 b

Probatio

Probatio multiplex 443 a
Profectus spirituales tres 283 a
Propheta dicitur quatuor modis 3 a
Propitiatorium significat misericordiam 170 a
Prosperitas parit obliuionem 322 a
Protectio duplex 233 a
Prudentia mundi non est bonus minister 78 b
Prudentia iusto necessaria 314 a
Prudentia mundi in quo consistat 382 a
Prudentia est paries fidei in oriente 407 a
Psallendum studiose & deuote 440 b
Psalmistę sunt in templo 46 b
Psalmorum materia 4 a
Psalterium a quo dicatur 1 a
Psalterium dicitur a tribus 2 b
Psalterium est scala Iacob 3 a
Psalterium pertinet ad vitam contemplatiuam 6 a
Psalterium & cithara 301 b
Pudicitia quando seruetur 265 a & 266 b
Pueri sunt qui ambulant in nouitate vitæ 352 b
Pulchritudo ministrat occasiones ad peccandum 99 a
Puritas & hilaritas in operibus 420 b

Q

Quadragesima cur fiat eo tempore 179 a
Quatuor nos infestant 9 b
Quatuor verba contumeliæ 66 b
Quatuor necessaria vt quis digne eligatur 267 a
Quatuor præ oculis habenda 284 a
Quatuor in liberatione Petri quid significent 464 a
Quatuor perpendi possunt in quolibet exeunte a peccato 354 a
Quatuor firmiter hærent 371 b
Querela inter rationem & sensualitatem 401
Querela domini 418 b
Qui malis operibus delectantur, saturantur filijs 56 a
Qui peccatum abscondit murum facit 62 a
Qui peccat est alienatus ab ecclesia 184 a
Qui querit laudem est infidelis 115 b
Quid sit tempore plus peti 90 a

Quomodo

Quomodo querenda sit fames spiritualis 332 b

R

Radix hominis est anima 166 a
Rana significant luxuriosos 227 a
Raptus quis sit in lege diuina 47 b
Refectio in mensa eterna que 81 a
Reformatio nostra spiritualis 311 b
Regina austri est qualibet anima sancta 460 a
Regularium vita 373 a
Rhetorica spiritualis 256 b
Religio sanctorum à mundanis dicitur desertum 103 b
Religionem ornantia quatuor 160 b
Religiosi tenentur benedicere Deo 427 b
Remedia contra peccata 85 b
Remedia tria que dominus adhibet suis 211 a
Remedium contra malum pœnę 471 a
Reprobi pariunt sine dolore & labore 27 a
Reprobis dominus vultum exhibet 309 a
Reproborum damnatio occulta 446 b
Rota currus diaboli 221 b
Rubigo significat auaritiam 362 a
Rubum ardere & non consumere quid sit 104 a
Ruge interioris hominis 368 a

S

Sacerdos Deo seruire debet 78 a
Sacerdos discrete debet peccata dimittere 93 a
Sacerdotes sunt in templo 46 b
Sacerdoti detegenti confessionem que pœna debeatur 108 a
Sacerdotum pertinet ad voluntatem 347 b
Sacra scriptura vox domini 256 b
Sacramentum altaris est memoriale 322 a
Salices significant carnales affectiones 85 a
Saluare conuenit filio 231 b
Sancti dicuntur fructus maturi 101 a
Sancti vnica morte moriuntur 165 b

Sancti sunt mediatores 399 b
Sanctorum mors dicitur somnus 408 a
Sapientia diaboli 17 a
Sapientiam mundi damnauit crux Christi 333 b
Scala Iacob est pœnitentia 7 a
Scribę diaboli 153 a
Scriptura quasi speculum 168 a
Sedere in peccato quis dicatur 338 b
Sedes domini in animo spirituali paratur 323 a
Sedium diuersitas triplex 153 b
Seminare est operibus satisfacere 371 a
Sensualitas inordinata dicitur seruus malus 320 b
Sensualitas est mala ancilla 401 b
Sensualitas duo habet 402 b
Sensus hominis quinque comparantur quinque virtutibus 1 a
Sensus omnes custodiendi 136 a
Sensus diaboli 203 a
Sensus quando mereantur suspensionem ab officio 347 a
Sensus quinque sunt quinque reges 361 b & 386 b
Sensus quinque sunt quinque ancillæ 402 b
Septem pœnalitates huius mundi 214 b
Septem panes claustralium 260 a
Septem verba Christi Crucifixi 302 a
Septem dona spiritus sancti sunt septem filij Iob 421 b
Septem dies vitę actiuæ & contemplatiuę 466 b
Sepulcra aperta & fœtentia que 285 b
Sepulcrum duplex patens & clausum 22 a
Serę in portis anima 398 a
Seruatoria piscium Dei 436 b
Serui domini 269 a
Serui à seruando dicti 427 b
Seruus malus & bonus 320 b
Seruus malus castigandus 402 b
Sex prærogatiuę Beatę Virginis 291 a
Sex damna peccati 434 a
Sicomorus virtutem humilitatis significat 96 a
Signa diaboli & signa Dei 246 a
Signum quod temporalia non satiant 102 b
Silentium maxime ornat religionem 451 a

Silere & tacere Dei quid sit 93 b
Silue sunt heremita 476 b
Simplices dicuntur lapides non secti 147 b
Simplicitas iusto necessaria 314 a
Simplicitas duplex 393 a
Simulatio vtilis 160 a
Simulator dicitur sepulcrum clausum 22 b
Sol quando menti oriatur 328 b
Solis effectus duo 364 a
Sollicitudo domini erga nos 140 b
Sollicitudo domini ad conferenda beneficia 232 b
Solus Deus veritas est 360 b
Somnus duplex culpæ & gratiæ 14 b
Somnus spiritualis est contemplatio 209 b
Speculatiui per colles, practici per montes 476 b
Speculum duplex 367 b
Spes est odoratus animæ 1 b
Spes confortat 223 a
Spes quid agat super quatuor parietes fidei 407 a
Spinæ sunt tentationes luxuriæ 121 a
Spinæ quibus homo carnalis pungitur & pungit 185 b
Spirituales mala sua sibi attribuunt, bona vero Christo 165 a
Spirituales viri dicuntur peregrini 375 a
Spiritualis vir debet ceruum imitari 97 b
Spiritualis quilibet est Heliseus 248 a
Spiritualium hæreditas per multa amittitur 54 a
Spiritualium mentes sunt vasa domini 212 b
Spiritum non habere quid sit 460 b
Spiritus & caro aduersantur sibi 60 b
Spiritus angustiatur dum caro dilatatur 61 a
Spiritus probatio 443 b
Spiritus sanctus liquefacit cor 146 a
Spiritus sanctus operatur quatuor in anima 171 a
Spiritus sanctus cur apparuerit in linguis igneis 431 b
Spiritus sancti quinque effectus 468 b
Spongiæ natura 372 a
Sponsi brachia duo, gratia & gloria 219 a
Sponsus Christus & anima nostra 308 a
Stabilitas in Deo commendabilis 43 b

Stare à dextris & sinistris quid 441 b
Status hominum tres 331 a
Status tres designati in filio prodigo 252 a
Status claustralium 62 b
Stellæ sunt doctores & prædicatores 34 a
Stellæ sunt cognitio sensitiua 34 b
Stimuli duo ad ferendas tribulationes 111 b
Sternuus vir 392 b
Studium bonum & malum 50 a
Stulti multiplicantes 382 b
Substantia multis est occasio ruinæ 186 b
Superbia comparatur elephanti 107 a
Superbia exemptiones inuenit 198 a
Superbia contra gratiam 417 b
Superbiæ proprietates multæ 106 b
Supplicantis affectus 392 a

T

Taberna diaboli 190 b
Tabernaculum non habuit certum locum, templum vero sic 51 b
Tactus est generalis ad omnes sensus 2 a
Talpæ significant prudentes huius mundi 49 a
Tardiores ad loquendum quàm ad faciendum natura nos decet 368 b
Temperantia est à dexteris fidei 407 a
Templi diuisio 397 b
Templum est locus orationis 45 a
Templum ornatur interius non exterius 465 b
Temporalia facile auferri possunt 138 a
Temporalia bona peccatum generant 330 a
Temporis ratio & naturæ 293 b
Tempus pentecostes quale sit 476 b
Tempus potest redimi sed non redire 244 a
Tentatio duplex 463 b
Tentationes sunt præcones mortis 20 a
Tentationes carnis & spiritus & earum remedia 120 b
Tentationis progressus tribus comparatur 131 b

Tentationis vtilitates 449 b
Teredo est vermis tenerrimus 74 a
Terra significat amantes terrena 33 a
Terra omnia vitia terrena designat 248 a
Terra cor peccatoris 249 b
Terra denegans beneficium peccatori vlciscitur creatorē 340 a
Terrę superiora & inferiora 447 b
Testamenti ordinatio 167 a
Testimonium domini triplex 304 a
Thesauri occulti qui sint 241 b
Thesauriζandum de diuitijs spiritualibus 344 b
Thesaurus de quibus faciendus 137 b
Thesaurus vita ęterna 373 a
Thurribulum est in templo 45 b
Thus recte sociatur sacrificio 52 a
Timens Deum paucis est contentus 86 a
Timor domini & eius effectus 12 a
Timor domini, filialis, & seruilis 68 a
Timor domini illuminat 86 b
Timor pœna & filialis 293 a
Timor pœna frenum contra peccatum 384 b
Tinea est affectio pœnitentis 73 b
Tiranni ecclesiam impugnant 411 b
Titulus crucis Christi 234 a
Tres morsus inuidię 404 a
Tria sunt quę nos obligant 27 b
Tria studia domini in hominem 38 a
Tria vitia linguę 39 b
Tria sunt ad visum necessaria 49 a
Tria animam transfigurant 67 b
Tria necessaria ad paupertatem spiritus 76 b
Tria debent nos reuocare à peccato 98 a
Tria ad bene operanda nos inuitant 98 a
Tria in peccati processu contingunt 134 b
Tria necessaria ad regnum gubernandum 240 b
Tria in anima reperiuntur 313 a
Tria in prelatis reprehenduntur 357 b
Tribulatio cibus animę amarus 306 b
Tribulationes in hoc mundo nolentes sumere, cogentur bibere eas 131 a
Tristitia pœnitentię operatur septem 213 a
Tuba ductilis & cornea 312 b
Tumor in anima 242 a
Turba sequens dominum 259 b
Turbo spiritualis 355 a
Turres quæ dicantur 399 a

V

VAnitas in laude 114 b
Varietas virtutum 136 a
Vasa virtutum 412 a
Vasorum probatio 443 a
Velum nauis quis dicatur habere spiritualiter 329 a
Venatio tota carnalis vna est musca 376 b
Venator Diabolus 298 b
Ventorum flatus sunt consolationes 40 b
Ventus bonus & malus 432 a
Ver significat statum pœnitentis 249 a
Verbi Dei effectus 138 b
Verbum Dei igni comparatur 388 a
Veri amici Christus & Angeli 286 b
Veritas triplex 360 a
Vermis significat humilitatem 74 a
Vestes sacrę sacerdotibus necessarię 420 a
Vestis interior & exterior quæ sint 239 b
Via duplex, bona & mala 7 a
Via iusti & impiorum 7 a
Via hominum damonum, angelorum & Dei 300 a
Victor succintas vestes habere debet 63 b
Vicus amoris, timoris, & sacerdotum 398 a
Viduę & sacerdotes bene iunguntur 267 a
Vincula peccatorum & cathenæ 10 b
Vinculorum genera tria 376 a
Vinculum duplex 10 b
Vinea domini electa 20 b
Vinea & eius cultor 271 b

Vinea spes est asperitas pœnitentiæ 292 a
Vinorum probatio 443 b
Vinum bonum est compunctio 145 a
Vinum domini & mundi 190 a
Vinum est spiritus sanctus 327 b
Vinum nouum 379 b
Vir spiritualis est lignum plantatum secus decursus aquarum 6 b
Virga virtutis quando mensuratur 346 b
Virga duplex 404 a
Virginitas per linum designatur 240 a
Virginis Beatæ uterus est domus Dei, nobis horreum frumenti & cellarium vini 206 b
Virtus naturæ similis 393 b
Virtutes sunt ars pugnandi 52 a
Virtutes pascunt Christum 65 b
Virtutes aliæ dicuntur pedissequæ charitatis 355 b
Virtutis ingressus arctus videtur 163 b
Virtutum distinctio 344 b
Visione exteriori qui intueantur Christum 103 a
Vita æterna est hereditas spiritualium 53 a
Vita nostra est peregrinatio 63 b
Vita nostra est militia 64 a
Vita corrumpitur propter quatuor causas 173 b
Vita triplex, naturæ, gratiæ, & gloriæ 195 b
Vita nostra pluribus rebus comparata 317 b
Vita actiua & contemplatiua ad electos pertinet 325 b
Vita communis dicitur via 366 a
Vita gratia habetur per spiritus sancti attractionem 387 a
Vitam mutare proponentes dicuntur in desertum duci 94 b
Vitam æternam multi vendunt pro leui voluptate 159 b
Vitia circa mutuum diaboli vitanda 129 b
Vitriatæ sunt in templo 46 a
Vmbræ proprietates multæ 318 a
Vnicornis significat diabolum 75 a
Vnitas duplex 421 b
Volucres cœli sunt angeli 326 a & 448 a
Voluptuosi querunt famem pluribus modis 332 a
Vrsus significat inuidiam 403 a

Vsura spiritualis 344 a
Vsura diaboli 128 b
Vsura quæ dicatur 177 b
Vterus est conscientia 270 a
Vtilitas cognitionis æternorum 322 b
Vtilitas cibi domini 349 b
Vtilitas est nescire prædestinationem 446 b
Vtilitas effluentia lachrimarum 474 b
Vtres noui & veteres 379 b
Vulnerati qui sint 285 a
Vulnerum quinque Christi misterium 415 a
Vxor bona donum Dei magnum 410 b

Z

ZEli boni simulatio est tectum 87 a
Zelotem se vocat dominus pluribus de causis 225 a
Zelus qualis debeat esse 55 a
Zelus malus est fundamentum ecclesiæ malignantium 87 a
Zelus 390 b
Zona est temperantia vel pudicitia 421 a

FINIS.

IN I
SERMONES PHILIPPI
Cancellarij Parisiensis.
SVPER PSALTERIVM
Proœmia duo.

Quæ licèt in paucis sint exemplaribus, quia tamen bona & vtilia visa sunt, duximus non prætermittenda.

PROOEMIVM PRIMVM.
De scala Iacob tangente cœlum, de tactus inter sensus, & de Dauidis inter Prophetas excellentia.



VIdit Iacob in somnis scalam stantem super terram, & cacumen illius tangens cœlum, & angelos quoq; Dei ascendentes, & descendentes per eā, & dominum innixum scalæ. Genes. 28. Psalterium dicitur a psallein, quod est tāgere. Nomina siquidem in sacra scriptura à sensibus corporis ad sensus animæ inueniuntur translata: vt ibi, Gustate & videte quoniam suauis est dominus. Sicut enim (vt videtur) exterior homo viuit sensibus, ita interior viuificatur virtutibus: propter quod ipsæ virtutes, exterioris hominis sensibus comparantur. Cum ergo quinque sint sensus hominis: scilicet visus, auditus, gustus, odoratus, & tactus: fides est visus animæ: obedientia auditus, spes odoratus, charitas gustus, humilitas siue patientia, tactus. Cæcus ergo est, qui non habet fidem. Intellectus enim sine fide, est sicut oculus sine videndi virtute. Hic est cęcus à natiuitate: omnes enim sine fide nascimur. De hoc cæco dicit Ioann. 9. quòd vt Christus illuminaret eum, exspuit in terram,

Psalterium à quo dicatur.

Quinque sensus hominis qnque virtutibus comparātur.

fides visus est aīę.

terram,& fecit lutum ex sputo, & liniuit lutũ super oculos eius. Tunc enim illuminatur oculus mentis, cũ fidem verbi incarnati suscipit intellectus. Et quòd fides illuminat, satis ostenditur Marc. 10. quando curauit & illuminauit dominus Barthimeum, a quo vt dominus quæsiuisset, Quid tibi vis faciam? ait: vt videam, & dixit ei: fides tua te saluum fecit, confestim vidit, ac si diceret: fides est quæ te illuminauit, fides est quæ te curauit. Auditus est obe-

Auditus obedictia.

dientia: Vnde Propheta, Populus quem non cognoui, in auditu auris obediuit mihi. Vnde cum claustrales ad obediẽtiam teneantur, præcipue de eis dicitur Leuit. 22. Bouem & ouem aure, & cauda amputatis, voluntarie offerri potest, votum autem his solui non potest. Quia auris, idest voluntas amputata, est imperfecta obedientia, sed qui propriam voluntatem prælato suppossuerunt, de perfecta obedientia tenentur obnoxij. Vnde minus plena obedientia quæ in voto non astrictis sufficeret, in ipsis forsitan displiceret. Vnde recte dicitur, votum autem his solui non po-

Spes odoratus.

test. Spes est odoratus, odoratu ergo caret, qui spem non habet. Vnde de sanctis qui naribus spei attrahunt sibi beatitudinis æternæ fragrantiam, & in cogitatione iudicij nõ terrentur: dicitur Iob 39. Gloria narium eius terror. De his Ezech. 23. cõminatur dominus animæ peccatrici sub figura mulieris adulteræ dicens: Nasum tuum & aures tuas præcident. Vbi aures naribus in præcisione iunguntur, quia quibus mandatotum obedientia tollitur, ab ijs

Charitas est gustus.

frustra de æterna vita speratur. Charitas est gustus. Nisi enim charitas gustus esset, non diceretur Cant. 5. Comedite amici mei & bibite, & inebriamini chariſſimi. Ipsa enim sola sapores vere discernit, ipsa est quæ iudicat, quòd temporalia bona vera bona non sunt, & quòd temporales pœnæ veræ pœnæ non sunt, & quæ prudentia huius mũdi quasi palatum infectum iudicat dulcia, ipsa existimat amara, & è contrario. De talibus autem dicitur Esaiæ. 5. Vęh qui dicitis bonum malum, & malum bonum. De sanctis autem dicitur Deuteronom. 33. Inundationem maris quasi lac sugent. Ipsa igitur est gustus, de quo Iob 34.

Humilitas est tactus.

Auris verba probat: & guttur gustu diiudicat.

Humilitas est tactus, & comparatur tactui, quia maxime nobis adhæret: sicut & tactus animali. Quamuis enim

enim aliquod animal viuat sine visu, vt talpa: & sine auditu, & odoratu, vt quidam vermes terræ: nullum tamen sine tactu viuit: aliquod autem solo tactu, sicut ostreum in concha, quod solo tactu viuit dum adhæret conchæ, & separatum statim moritur. Ideo autem dicitur humilitas maxime nobis adhærere: quia hõmo nihil in se habet, vnde superbiat, sed multum vnde humilietur. Vnde ei recte dicitur Ecclesia. 10. Quid superbis, terra & cinis? Et Mich. 6. Humiliatio tua in medio tui. Patientia autem tua, quę

Patientia humilitatis comes cur tactui cõparet.

est comes humilitatis merito tactui cõparatur: ipsa enim est sola per quam aliq virtutes probantur. Est enim probatorium, & examen omnium virtutum. Et ideo bene dicitur tactus. Aurum enim dum probatorio tangitur, tunc probatur. Vnde cum dominus dixisset Sathanæ Iob. 1. Nunquid considerasti seruum meum Iob, quòd non sit ei similis in terra &c. Respondit Sathanas. Nunquid frustra Iob timet Deum? Nonne tu vallasti eum, ac domum eius, vniuersamque substantiam eius per circuitum? Sed extende paululum manum tuam, & tange cuncta quæ possidet, nisi in faciem benedixerit tibi. Vnde tactus Iob post dixit: Manus Domini tetigit me. Hinc est, quòd dominus Matt. 5. post cęteros gradus beatitudinis, & virtutum subiungit. Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam. Sicut autem tactus quodãmodo est generalis ad omnes sensus, sic & patièia ad omnes virtutes: virtus nam vidua est, quam non patientia firmat. Omnesque sensus tactu perficiuntur, & omnes virtutes in patientia probantur. Omnes quidem sensus tactu dicuntur perfici, quia nullus sensus operationem perficit sine tactu, & quodammodo omnibus sensibus tactus videtur intraneus. Qui enim rem videt, quodammodo eam tangit, & aliquid ad ipsum de re peruenit: secundum enim Aristotelem: videmus intro suscipientes: & ita de alijs sensibus. Aliquid ergo ad sensum quemlibet peruenit de re quæ sentitur, vt color, siue idolum coloris ad visum: sonus ad auditum. &c. sed actus huiusmodi à remotioribus fit, secundum magis, & minus, vtputa in visu, auditu, adoratu &c. Visus enim fit à remotioribus quàm auditus, auditus quàm odoratus, odoratus quàm gustus: gustus quàm tactus, nisi quia gustus tactus quidam est. Tactus igitur, est intimior quàm alij. Vnde

Sensus tactus intimior est, quam alij sensus.

ex prædicta ratione nullius sensus operatio sine quodam tactu perficitur : tactus enim generaliter pro omni sensu accipitur. Et sicut in corporali tactu, ita & in spirituali dicendum est. Vnde cum fides sit animæ visus : obedientia auditus: spes odoratus: charitas gustus, patientia tactus : omnes autem virtutes quædã spirituales sunt coniunctiones,& spirituales tactus: ideo Psalterium quia nõ tantum circa vnam virtutem, scilicet solam fidem, vel solam spem consistit, sed omnes circuit, de omnibus passim diuersis locis interserit & differit: ideo generali nomine, à Psallein, quod est tangere, Psalterium dicitur. Et quia in omni virtute de aliqua partitione siue spirituali coniunctione agitur. ideo singulæ distinctiones Psalterij, Psalmi dicuntur. Nisi enim virtutes, spirituales tactus, & coniunctiones essent, nunquam Dominus dixisset Magdalenæ : noli me tangere, quia nondum ascendi ad patrem meum ad dominum tuum : Cum me spiritualiter nondum tangas per fidem, non me præsumas tangere per tactum corporalem. A muliere autem hemorroissa quæ spiritualiter eum tãgebat, se tãgi corporaliter prmisit. Vnde dixit, tetigit me &c.

Psalteriũ a trib⁹ dr a materia.

Dicitur autem Psalterium à materia, à similitudine à modo. A materia, quia agit de omni genere coniunctionis Dei quæ triplex est : spiritualis, sacramentalis, & personalis. Spiritualis est, quæ est inter Deum, & animam. De qua Apostolus 2. Corinth. 11. Despondi vos vni vero virginem castam exhibere Christo. Sacramentalis, inter Christum, & Ecclesiam. De qua Ephes. 5. Sacramentum hoc magnum est, ego autẽ dico in Christo, & in Ecclesia. Et Apocal. 19. Venerunt nuptiæ agni: & vxor eius prępararauit se. Personalis inter verbum, & humanam naturam. De qua Ioan. 1. Et verbum caro factum est, & habitauit in nobis. A similitudine, quia sicut Psalterij instrumentum decem habet chordas: ita decalogus decem habet, vel continet mandata: & hęc omnia continet dilectio Dei, & proximi: Plenitudo enim legis dilectio Roma. 13. Psalterium autem istud, nihil aliud est vel sonat, nisi quod nos ad Dei, & proximi dilectionẽ inuitat. A modo, quia licet in Psalterio multæ prophetię contineantur, non tamen tam proprie dictus est Propheta quam Psalmista : & inter Agiographos non inter Prophetas enumeratur. Non in quam

A similitudine.

A modo.

(quam.

quamuis eximius Prophetarum) dictus est propheta, aut videns à visu, sed psalmista à tactu. Dicitur autem prophe ta quatuor modis: ex officio, ex actuali consuetudine, ex inspiratione, & ex authoritate. Ex officio, quando ad hoc missus est, vt prædicet prophetiam. Iuxta hunc modum Dauid non est propheta : & ideo liber eius non cõputatur inter prophetias. Ex actuali consuetudine, secũdum quòd Amos dixit, non sum Propheta: quasi dicat, non habeo vsum prophetandi, nec prophetare consueui. Ex inspiratione, vt cum Deus sua secreta inspirat, siue mittatur ad prophetandum, siue non. Ex Authoritate, sicut Heliseus authoritatem habuit. His tribus modis Dauid Propheta dici potest, quia & inspiratione, & authoritate, & actu prophetandi, sicut infra dicetur. Quum autem Propheta dicitur, Antonomasice dicitur. Ex officio dicitur propheta, quando quis præmissus est populo prædicere futura. Et iõ quidam librum eius inter propheticos dicunt, sed inter agiographos minime computari. Sed hæc nulla uidetur ratio, cum Iosue inter prophetas computetur, nec tamen est missus, sicut nec Dauid ex officio ad prophetandum. Vera autẽ causa videtur, quare liber Dauid inter propheticos non computetur, nec Dauid dicendus sit Propheta, quia est plus quam propheta. Cõsueuit enim minorem maior dignitas absorbere. Vnde cum maior sit tactus quã visus, & dominus specialiori modo cor eius tetigit, in ipso loquens absque velamine figurarum, meritò signantius nomen retinuit. Vnde & ipse dicit : Audiam quid loquatur in me dominus Deus meus: ideo non Propheta à visu, sed Psalmista à tactu dicitur : Vnde liber eius liber soliloquiorum, idest Psalterium dicitur. Hoc Psalterium est illa scala, de qua dictum est supra, Vidit Iacob &c. Hæc scala tangit cœlum & terram. Tangit cœlum, quando agit de diuinitate. Tangit terram, quando de humanitate. Tangit cœlum, quando agit de ratione. Tangit terram, quando de sensualitate. Cœlum, cum de nouo homine. Terram, cum de veteri homine. Cœlum, cum de Ecclesia triumphante. Terram, cum de militante. Non vidit eam, nisi Iacob qui luctatus est cum Angelo vsque in mane, ita tamen quòd cum tetigit neruum femoris eius, statim emarcuit. Angelus iste sacra scriptura est, cum

Dauid tri b⁹ modis Propheta dici põt.

Psalteriũ scala est Iacob.

Psalteriũ cęlum & terrã tangit.

qua luctandum eſt vſque in mane, ideſt donec radius intelligentiæ eluceſcat. Hic eſt Angelus teſtamẽti quem vos vultis. Qui vt dicitur Gen. 32. In tantum tetigit neruum eius, vt emarceſcat, & tamen Iacob ab eo ſuperatus nõ eſt, niſi in neruo femoris: vnde & nos ſalubriter in femore vincimur, quando ſenſualitatis affectio, & ſenſus carnalis in nobis moritur. Et ne occaſione alicuius intelligentiæ acquiſitæ, ſuperba in quibuſdam cogitatio ſurrepat, ita inſinuans: dimitte me, iam enim aſcendit aurora: Reſpondit Iacob, Non dimittam te, niſi benedixeris mihi. Hæc benedictio eſt ſacræ Scripturæ plenior intellectus. Et hoc eſt quod ſequitur. Statimque ortus eſt ſol. Et dixit: Vidi Dominum facie ad faciem: & ſalua facta eſt anima mea. Sed quantuncumque intellexeris, nequaquam cum Iacob dicas: dic mihi quo appellaris nomine: qui reſpondit ei. Quid quæris nomen meum, quod eſt mirabile? Accedet enim homo ad cor altum, & exaltabitur Deus. Sequitur. Vidit in hac ſcala Angelos aſcendentes, & deſcendentes. Angelus nuncius eſt. Eſt enim, vt dicit Erezorius, nomen officij non naturæ qui ſunt nuncij animæ, vel cuiuſcũque iuſti, niſi orationes ad Deũ tranſmiſſę: Angeli igitur aſcendentes ſunt orationes piæ: Angeli deſcendentes, ſunt conſolationes, & inſpirationes diuinæ. Tot nuncij mittuntur, quot orationes ad Deum funduntur, & quot deſideria exprimuntur. Audi in Pſalmo nuncios aſcendentes; Verba mea auribus percipe domine: intellige clamorem meum. Item Appropinquet deprecatio mea &c. Audi nuncios deſcendentes. Expectans expectaui Dominum, & intendit mihi. Et exaudiuit preces meas, & eduxit me de lacu miſeriæ, & de luto fęcis. Audi nuncios inuicem commeantes. Secundum multitudinem dolorum meorum: conſolationes tuæ letificauerunt animam meam. Sequitur. Et Dominum innixum ſcalæ. Dominus dicitur inniti huic ſcalæ, ſed ſcala potius innititur ei. Vere hęc ſcala Domino innititur, quia ipſe eſt Pſalmorum materia, quia de ipſo, vt de capite: & de membris eius Pſalmi ſcribuntur. Ipſe etiã vere innititur ſcalæ: quando ab ipſo Pſalmorum teſtimonia proferuntur. Vnde Luc. 24. Neceſſe eſt implere omnia quæ ſcripta ſunt in lege Moyſi, & Prophetis, & Pſalmis de me.

Bñdictio Angeli in Iacob qd importet.

Angeli aſcẽdentes, & Angeli deſcẽdentes quid ſint.

Dñs tanq̃ pſalmorũ materia dr̃ inniti ſcalæ.

PROOEMIVM SECVNDVM.

De quinque verbis Pſallite &c.

IN Eccleſia volo quinque verba ſenſu meo loqui, vt & alios inſtruam &c. 1. Corinth. 14. Hæc quinque verba poſſunt dici quæ continentur in Pſalmo 46. Pſallite Deo noſtro, pſallite: pſallite, regi noſtro pſallite. Quoniam rex omnis terræ Deus, pſallite ſapienter. Vbi quinquies dicitur pſallite, & ita quinque verba. Omnia autem quæ dicuntur in pſalmis pertinent ad fidem, vel ad bonos mores. De illis ergo quę pertinent ad fidem poſſunt exponi hæc quinque verba pſallite. Pſallite Deo noſtro pſallite, ideſt Chriſto, qui eſt Deus noſter, & dominus noſter. Pſallite regi noſtro, ideſt Chriſto, qui eſt rex noſter ſecundum humanam naturam. Sed vtrobique repetitur ſeu bis ponitur pſallite: quaſi dicat, pſallite Deo, pſallite Deo, quia eſt principium & finis. Pſallite Deo, quia eſt principium: pſallite Deo, quia eſt finis. Vnde Apoca. 1. Ego ſum Alpha & Omega. Pſallite regi noſtro pſallite. Pſallite regi, quia eſt rex animarum: pſallite regi, quia eſt rex corporum. Vnde Pſalm. 67. Deus noſter Deus ſaluos faciendi, & dñi dñi exitus mortis, ideſt domini vitæ, eſt exitus mortis. Ideo dicitur Matth. 10. Nolite timere eos qui occidũt corpus, animam autem non poſſunt occidere, ſed potius timete eum, qui poteſt & animam & corpus perdere in gehennam. Pſallite ſapiẽter, ita vt ſi credatis eum hominem ꝙ & Deum eſſe credatis, & è conuerſo. Pſalmus dicitur à Pſallein, quod eſt tangere. Tactus autem fit manu, cuius eſt præcipuum inſtrumentum. Et quia quinque digiti in manu ſunt, recte dicitur quinquies pſallite &c. In quibus verbis materiæ pſalmorum continentur: in quibus agitur de Chriſto Deo & homine: de potentia eius, & ſapientia, & benignitate, ſeu incarnatione, & paſſione, & reſurrectione. Pollex à pollendo dictus pertinet ad potentiam: index ab indicando, ad ſapientiam: medius à mediando ad benignitatem, & ita ad incarnationem, quia ex benignitate incarnatus eſt filius Dei ſapientia, & factus eſt mediator. Galat. 3. Mediator vnius non eſt, Deus autem vnus eſt.

Duplex expoſitio quinque verborũ Apoſtoli.

Materia pſalmorũ

Pollex. Index. Medius.

Universidad de Deusto Biblioteca

Medicus. Medicus à medẽdo dictus pertinet ad passionem. Esa. 53. Vere languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit, & liuore eius sanati sumus. Auricularis ad resurrectionem, in qua audiuit vocem patris dicentis: Exurge gloria mea &c. Et respondit, Exurgam diluculo. Et quia fama resurrectionis per totum mundum insonuit, ideo ad Roma. 10 fides ex auditu est. Et in Psal. Populus quem nõ cognoui seruiuit mihi, in auditu auris obediuit mihi.

Auricularis.

De illis etiam quæ pertinent ad mores, possunt exponi quinq; verba, quorum informatio dicetur in Psalmis. Ad mores quidem pertinet quinque sensuũ disciplina. Quinque autem sensus exteriores sunt, quasi quædam manus interioris hominis quinque digitis distincta. Quis sicut quis aliquid manu capit, ita homo interior quasi manu quinque sensibus apprehẽdit. Ideo dicitur quinquies psallite. Psallite visu, psallite auditu, & sic de alijs. Hæc sunt quinque uerba de q̃nibus dictũ est, In Ecclesia volo quinque verba sensu meo loqui. Quid enim sunt quinque verba, nisi quinque sensuum desideria, secundum rationem ordinata? Appetitus enim vniuscuiusque sensus est eius locuela. Vnde Esa. 19. In illa die erũt quinq; ciuitates Aegypti loquentes lingua Chananæa, idest commutata. Sicut Hierusalem est homo interior, sic Aegyptus homo exterior. Quinq; ciuitates Aegypti sunt quinq; sensus exterioris hominis. Hi lingua Chananæa, idest commutata loquuntur, quando à carnali consuetudine recedentes, secũdum rationem diriguntur. Hinc est quòd liber Psalmorũ secundum Augustinum distinguitur per tres quinquagenas. In prima quinquagena agitur de pœnitẽtia, vt ibi. Miserere mei Deus secundum magnam misericordiam &c. In secunda de misericordia & iudicio, vt ibi: Misericordiã & iudicium cantabo tibi domine. In tertia & laude Dei, vt ibi Omnis spiritus laudet dominum, Secundum vero Hieronymum distinguitur per quinque libros secundũ quinque distinctiones per fiat, fiat. Prima distinctio per ternarium ad animam, vel interiorem hominem pertinet. Secũda, per quinarium, ad exteriorem, vt per hoc significetur, quòd vtrinsque hominis informantio continetur in psalmis. Recte igitur propter istas quinque partitiones dicitur: In Ecclesia uolo quinque verba loqui sensu meo. Et hoc

Quinque verba Apostoli sunt quinque sensuũ desideria ordinata.

Distinctio Psalterij p tres q̃nquagenas.

hoc est psallite Deo nostro psallite. Psallite regi nostro, psallite: Psallite sapienter.

PROOEMIVM TERTIVM.

Quod ab omnibus receptum est: de Psalterio, & Cithara.

EXurge Psalterium, & Cithara &c. Ps. 56. Prouerb. 11. dicitur: Bene consurgit diluculo qui inquirit bona. Quę sunt hæc bona, nisi intelligere quid sit Psalterium. de quo dicitur. Ps. 80. Iocundum Psalterium cum cithara. Psalterium à superiori. citha ra vero ab inferiori sonum reddit. Nulla creatura muta est à laude sui creatoris. Quid enim fuit rerum species in tam mirabili pulchritudine, ordine & vtilitate create: nisi de intimo diuini verbi quasi quoddam verbum exterius ad testimonium bonitatis ipsius proferre? Semel locutus est Deus: duo hæc audiui. Psal. 61. Semel locutus est quando verbum perfectum de se perfecto genuit: & tãtum vnũ verbum genuit. verbum enim interius ipsum solũ est verbum genitum. Sed verbum exterius non est genitum, sed factum. Ideo dicitur. Duo hæc audiui. duo verba. verbum genitum, verbum factum. duo hæc audit qui per verbum factum verbum genitum, ideſt per creaturam sapientiam creatricem intelligit. Locutus est ergo quando verbum genuit, sed non dicitur locutus quando in verbo genito, ideſt in sapientia creatrice creaturas fecit. ipsa enim sapientia est verbum patris: sed quælibet creatura verbum est verbi, ideſt sapientiæ creatricis. ideo rectè dicitur ibi. Semel locutus Deus &c. Omnis igitur creatura creatorem suum loquitur, & testatur: creatorem suum laudat, sed alia laudat, quasi in Psalterio, alia quasi in cythara. Psal. vt dixi uersa a sonat à superiori, cithara ab inferiori. Cęlum sursum, terra deorsum. Cælum ergo, & omnis creatura cęlestis quasi Psalterij: terra & omnis creatura terrestris, & mortalis, quasi citharæ sonum habet vnde laudent eum cæli, & terræ &c. In homine spiritus admodum Psalterij: caro ad-

Quis consurgere dicatur diluculo.

Quelibet creatura suum laudat creatorem.

Laus diuersa a creaturis.

modum

Universidad de Deusto
Biblioteca

Christus Psalteriũ & cytharadicit.

modũ cytharę resonat. In Christo homine diuinitas Psalterij, humanitas vocem cytharæ representat. Iocundum est Psalterium cythara. Quia iocunda est superiorum, & inferiorum concordia, cęli & terræ, siue cęlestium, & terrestrium: spiritus & carnis: iunctura diuinitatis, & humanitatis. Psalterium est Christus secundum diuinitatem; cythara secũdum susceptι corporis passionem. Psalterium se exhibuit Christus in mundi creatione in legis Mosaicæ datione: in Spiritussancti missione: sed quasi cytharam se exhibuit, & quasi post Psalterium cytharæ sonum interposuit in incarnatione: immo in hac tota vita mortali, & maxime in passione. Psalteriũ se Christus exhibuit in naturæ creatione rationalis. cum enim Angelicã intelligentiam in 9. Hierarchias distinxit, formando hominem ad imaginem, & similitudinem suã Psalterio rationalis creaturę ad resonãdum laudes suas, quasi decimam chordam inseruit. Sed huius Psalterij quodam modo ruptæ chordę fuerunt, quando tam Angelus quam homo à Deo per peccatum recessit, sed quia lapsus hominis, & si non Angeli, erat reparabilis, quasi Psalterium fecit quando ad hominis reformationem legem. 10. mandatorum instituit. Sed rursus homo Psalterij chordas rupit, quando mandata legis non obseruans peccato præuaricationem adiecit. Et quia lex ad reparationẽ hominis non sufficiebat, quia scriptum est apud Paulum ad Hebræ. 7. Nihil ad perfectũ adduxit lex: Et ipsa est baculus Helisei qui mortuum nõ potuit suscitare 4. Reg. 4. Excogitauit sapientia Dei quasi Psalterij sonum suspendere, & quid posset suauis cytharæ melodia experiri, seu temperare. Quid ergo aliud se, nisi quasi cytharam fecit, quãdo pro nobis carnem mortalem assumpsit, & pro nobis peccatoribus innoxij corporis mẽbra in ligno Crucis extendit? Tam enim ineffabilis sonus erat Psalterij secundum diuinam naturam, quòd non poterat humani intellectus auris capere. Et quia cythara sonat ab inferiori, dispensauit sapientia Dei ipsum verbum in nostra carne mortali sonare. Item hinc legitur. 1. Reg. 16. quòd quando, spiritus malus arripiebat Saulem tollebat Dauid cytharam, & percutiebat manu sua, & refocillabatur Saul, & leuius habebat, & recedebat ab eo spiritus malus. Sicut ergo Dauid Saul vesaniam sono cytharæ tem

Hõ Psalterij cordas rupit, qñ præceptũ Dei transgressus est

Qñ Deus homo fact⁹ est, cytharam fecit.

perauit:

perauit: Sic Christus Dauid noster in suo corpore cytharizans impetum vel iram, & vim diaboli sua morte repressit. vnde Esa. 16. Super hoc venter meus ad Moab quasi cythara sonabit. Ecce quam iocundum Psalterium cum cythara deitas cum humana natura: Psalterij sonus est: Ego & pater vnum sumus. Cytharæ sonus: septem verba Domini in Cruce. Sonuit enim primo ad patrem pro se dicẽs: Deus meus Deus meus, vt quid dereliquisti me? Matt. 28. Secundo. Pro inimicis Luc. 23. dicens. Pater dimitte illis, non enim sciunt quid faciunt. Tertio ibidem. sonuit ad latronem: Hodie mecum eris in Paradiso. Quarto sonuit ad matrem Ioan. 19. quando dixit: mulier ecce filius tuus, & discipulo, Ecce mater tua. Quinto Ioannis. 19. dicens sitio. Sexto ibidem quando dixit, consumatum est. Septimo Luc. 23. Pater in manus tuas commendo spiritum meum. Et hic cytharę vltimus sonus fuit. vnde de cythara ad Psalterium se conuertit. Christus ergo cytharam deposuit, & ad Psalterium redijt. Cytharam deposuit, quando in resurrectione mortalitatem carnis exuit. Ascendens autem quasi Psalterium resumpsit dum à suis corporaliter recedens, & ad nouem Angelorum ordines ascendendo percurrens, siue sibi obuiantes pertransiens, spiritum sanctum in Apostolos misit: quia spiritus Domini repleuit orbem terrarum &c. Vnde in Psal. Exurge gloria mea, exurge Psalte. 1. ò fili dicit pater qui es gloria mea, qui es Psalterium, vt dictum est, & respondit filius: exurgam diluculo, vtrũque esse se innuens. Surgens enim mane prima Sabbati discipulis suis per 40. dies in multis argumentis apparuit, & tunc dum discipulos per decem dies expectare præcepit, quasi decem chordas tetendit. Quid enim tensio chordarum nisi extensio cordium, & dilatatio desideriorum? Vnde quasi ad decem chordarum tensionem, ad cordium extensionem repentino sonitu spiritus sanctus aduenit, & ad verbi omnipotentis laudem, & ad intelligentiam omnium gentium linguas consonas fecit, quasi ad Psalterij melodiam omne genus hominum conuocauit. Vnde Actuum 1. Factus est de cælo &c. Iocundum est ergo Psalterium cum cythara. Psalterium pertinet ad contemplatiuam: cythara ad actiuam. Psalterium pertinet ad mentis exultationem: cythara ad carnis interfectionem. Iocundum

Septẽ verba Christi in Cruce.

In resurrectione Christus cytharam deposuit ī ascẽsione Psalteriũ resũpsit.

Tẽsio cordarũ extẽsio est cordium.

Psalteriũ ad cõtemplatiuã, cithara ad actiuã pertinet.

cundum ergo Psalterium cum cythara : contemplatiua cum actiua: exultatio mentis cum maceratione carnis. Tu qui ascendis ad Psalterium vide cytharam hanc: aliter nō accedas, quia non est iocundum Psalterium sine cythara. Ergo iuxta Esa. 23. Sume cytharam, circui ciuitatem, idest conscientiā meretrix obliuioni tradita, idest o anima meretrix quondam nunc obliuioni tradita, cui per confessionem omnia peccata sunt deleta, bene cane, frequenta canticum, & sic accedas postea ad Psalterium : & dic: Exurge Psali &c. & tibi respondebit, exurgam diluculo, quia hæc est sacra Scriptura, lectio matutina. Sed quare potius hic tractatus dicitur Psalterium quā cythara? Quia cum agat de deitate, & humanitate, de cælestibus & terrenis, de ijs quæ pertinent ad animam, & quæ ad corpus, de contemplatiua, & actiua: à prima materia debuit Psalterium, non à secunda cythara, nominari : à potiori enim fit denominatio.

Cur Psalteriū potius q̄ cithara vocetur.

De mala arbore, & fructu eius: Et nimia festinatione ac tardatione.

IN PSAL. I. SERMO. I.

ERit tanquam lignum, quod plātatum est secus decursus aquarum: quod fructū suum dabit in tempore suo &c. Hoc lignum quod sic plātatur potest dici vir spiritualis, qui est arbor inuersa, cuius radix in cælo. Vnde Philip. 3. Nostra conuersatio in cælis est. Quod lignum plantatur in Paradiso per radicem cordis, secus decursus aquarum, ideſt gratiarū. Eccl. 24. Ego quasi aquæ ductus de Paradiso exiui. dixi. Rigabo ortum plātationis &c. quod fructum, scilicet. Sunt qui fructum non faciunt naturaliter, sicut arbores infructuosæ, & syluestres: quæ significant malos, & carnales, quia opera eorū fructus non dicuntur. Vnde ad Gal. 5. Manifesta sunt opera carnis quæ sunt fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria &c. De hac arbore dicitur Luc. 13. Venit quærens fructum in illa, & non inuenit, & dixit ad cultorem vineę.

Vir spiritualis dicitur lignū plātatum secus decursus aquarum.

Quidā naturaliter fructū nō faciunt.

Ecce tres anni sunt ex quo venio quærēs fructum in ficulnea hac, & non inuenio: succide ergo illam, vt quid enim terram occupat? & Matth. & Luc. 3. His comminatur dominus. Iam securis ad radicem arboris posita est. Omnis arbor quæ non facit fructum bonum excidetur &c. Bonū dicit, quia non reputatur fructus qui non est bonus: vt glādes quercus, quæ sunt cybus porcorum, & opera carnalia cibus, & refectio dęmonum. Vnde de filio prodigo dicitur Luc. 15. quòd in regione dissimilitudinis pauit porcos.

Sunt qui faciunt, sed non suum. Fructus enim dicuntur opera de genere bonorum quæ quandoque fructuose non sunt. Faciunt ergo hypocritæ fructum, sed non suum. Vnde eis dicitur Matth. 6. Amen dico vobis, receperunt mercedem suam. Isti sunt similes formicæ quæ dum exponit frumentum soli ad siccandum, quod prius sibi reseruauerat, veniunt porci, & comedunt illud. Isti sunt similes illi de quo legitur Luc. 8. quòd seminauit secus viam, & volucres cæli tulerunt illud. Et Esai. 17. Ablata est messis in die hæreditatis, & dolebit grauiter. Isti sunt similes Simoni Cyreneo qui tulit Crucem alienam. Matth. 27. Sunt qui fructum faciunt, & non in tempore suo, vel quia præproperi, vel quia nimis tardi. Præproperi inueniuntur in scholis, in clausſtris, & in Parochijs. In scholis, vt qui tempore debito non audierunt nec didicerunt, & docere præsumunt: quibus dicitur. Et nimium properas, & adhuc tua messis in herba est. Et Esai. 18. Ante tempus efflorauit, & immatura perfectio germinabit. Planta enim quæ nimis festinat ad fructum, hoc ipso postmodum fructificare impeditur, & partus, qui ante tempus naturæ præfinitum, & legitimum producuntur, non viuunt. Vnde tempus partus obseruandum est. Iob 39. Dinumerasti mēses conceptus earum, & scisti partus earum. Ipse dominus tempus obseruauit, & noluit ante trigesimum annum prędicare: vt dicitur Luc. 3. Et ipse Iesus erat incipiens quasi annorum 30. Ideo per canones tempora ordinum & prælationum instituuntur. Propter malam festinationem dicitur Prouerb. 13. Substantia festinata minuetur, & quæ paulatim colligitur manu multiplicabitur. In clausſtris, vt contingit in nouitijs qui supra posse suum aggrediuntur onera perfectorum & deficiunt. De quibus Cantic. 1.

Quidam fructū faciunt, sed nō suum.

Quidam fructū faciunt, sed nō in tpe suo.

Adolescentulæ dilexerunt te nimis. Et 4. Regum. 4. dicit. Cum iſſet puer ad meſſores ait, caput meum doleo. cap. meum doleo. Puer vadit ad meſſores cum nouitius nititur ad opera ſupra vires. Talis cito dolet caput, ideſt mentē per accidiam & tædium ex difficultate operis inchoati. Hunc pater facit redire ad matrem, ideſt ſenſualitatem, vt ſuam ſcilicet infirmitatē agnoſcat, & ſuis viribus opera commenſuret. In parochijs & alijs prælationibus, vt cō tingit in illis qui non habent ſcientiam nec ætatē, & non verentur ſibi aſſumere regimen animarum. Nunquid iunior ætate & ignarus artis medicinalis præſumeret ſibi aſſumere curam infirmi, & dicere: expecta donec creuerim & medicinam didicerim? cum interim forſitan moreretur infirmus. Idem eſt ac ſi tales dicant maxime, quando petunt licentiam addiſcendi: expecta donec creuerim & didicerim, ſ. regimen animarum. Hoc eſt quod Iudas dixit Thamar. Gen. 38. Eſto vidua in domo patris tui, donec creſcat Sela filius meus. De his dicitur Iſaiæ. 3. Dabo pueros principes eorum, & effeminati dominabuntur eis.

Tardi ſunt in ſcholis & clauſtris. In ſcholis, vt qui ſenio confecti ad ſacram ſcripturam accedunt. Similes Dauid de quo 3. Regum 1. Quæramus regi adoleſcentulam virginem quæ calefaciat eum. Dormiebat itaque cum rege, ſed non cognouit eam. Tardi in clauſtris, qui poſtquā eos mundus abiecit, & inutiles ſunt, intrant clauſtrum, & ſunt alijs oneri. Hi ſignificari poſſunt per oppida Chabul, quę dedit Salomon Hiram regi, & non placuerunt ei, & appellauit ea terram Chabul, quod interpretatur diſplicere. 3 Regum 9. Tales dant fęces vini ſui Deo. Timere autem poſſunt in quibus fructus nō inuenitur cum tempus tranſeat, ne ſint ſicut ficulnea de qua Luc. 13. cui maledixit dominus, quia non inuenit in eam fructum.

De via & vita duplici, Bona & mala.

IN PSALT. I. SERMO. II.

NOuit dominus viam iuſtorum, & iter impiorum peribit. Via hęc eſt via iuſti, quę eſt trāſire de miſerijs ad delitias, de paupertate ad diuitias. Niſi eſſet recta hęc via non eam ambulaſſet dominus ipſe qui eam nouerat: ſed ideo eam ambulauit, vt ipſo facto rectam oſtenderet. Ac ſi diceret, hæc eſt via, ambulate in ea: & ſicut Petro dixit, ſequere me. Hæc via non eſt, niſi pœnitentia, vtpote crux Domini. Vnde dixit Lucę 19. Si quis vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat Crucē ſuam quotidie, &c. & ſequatur me. Vnde conſueuimus Crucem figere in diuerticulis viarum, vt viam rectam oſtendat. Rectum ſolet dici, cui minimum eſt inter duo extrema ſeu metas. Finis noſtræ viationis eſt vita æterna. Vnde legitur Gen. 28. Vidit Iacob ſcalam &c. & dominum innixum ſcalæ, vt ſ. qui ſcalam aſcēderet ſtatim in domini incurreret amplexus.

Via iuſti eſt trāſire de miſerijs ad delitias, de paupertate ad diuitias.

Scala iſta eſt pœnitentia, cuius duo ſunt latera, ſ. gemitus cordis quaſi dextrum, & labor ſatisfactionis quaſi ſiniſtrum. Vnde Pſal. Laboraui in gemitu meo. & Mich. 4. Dole & ſatage filia Siō. Gradus ſunt profectus virtutum. Vnde, Ibunt ſancti de virtute in virtutem. Vere ergo via recta eſt Crux, quam ſine aliqua inter poſitione ſequitur titulus, videlicet, Ieſus Nazarenus Rex Iudæorum, ſignificans vitam æternam. Vnde Matth. 3. Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cœlorum. De quo titulo dicitur Iſa. 19. In illa die erit Altare Domini in medio terrę Aegypti, & titulus domini iuxta terminum eius. Altare Domini Crux, in quo Altari ſancti Deo immolanē. Quia ſacrificium Deo ſpiritus contribulatus. Titulus vitā æternā. Hæc via non eſt, niſi iuſtorum. Ideo dicitur Sap. 10. Iuſtum deduxit dominus per vias rectas, & oſtendit illi regnum Dei. Munda etiam eſt, quia pœnitentia delet omne lutum peccati per ſcopam confeſſionis. De qua Iſa. 14. Scopabo eam in ſcopa terens dicit dominus. Et Lucæ 11.

Scala Iacob eſt pœnitentia.

Via hæc mūda eſt.

Et cum venerit, inuenit eam scopis mundatam & ornatã. Ideo dicitur Prouerb. 3. Vię eius pulchræ, & omnes semitæ eius pacificæ Quia pœnitentiæ est reconciliare Et ideo Psalm. 17. dicitur, Deus meus impolluta via eius.

Expedita. Expedita est, quia ipsa curritur libere eo, q̃ non habet offendiculum. Prouerb. 3. Ambulabis fiducialiter in via: & pes tuus non impinget. Et Prouerb. 3. Ambulabis fiducialiter in via tua: & pes tuus non impinget. Et Prouerb. 4. Viam sapientiæ ministrabo tibi, & ducam te per semitas æquitatis, quas cum ingressus fueris non arctabuntur gressus tui, & currens non habebis offendiculum. Hanc viã expedite cucurrit Christus. Quia exultauit, vt gygas ad currendam viam. Expedita etiam est hæc via, quia tuũ exonerat viatorem qui temporalia nihili ęstimat, sed deponit per Eleemosynarum largitionem, vel per renunciationem, vt expeditius currat. vnde dicitur 4. Reg. 2. quòd Helias ascensurus in cœlum dimisit cadere pallium suũ. Et Christus ascensurus in Crucem, deposuit vestimenta sua, vel accedens ad Crucem. Ioann. 19. Milites ergo cum crucifixissent eum acceperunt vestimenta eius. Sequitur. Iter impiorum peribit, quasi dicat, Dominus non nouit viam eorum, ideſt non approbat eam, quia tortuosa est, quia vel est in circuitu, vel in retrogradatione sicut via cãcri. Anima enim constituta est inter ęterna quæ habet supra se & ante se: & temporalia quæ habet infra se & post se, vnde cum amat temporalia retrocedit, sicut Thren. 1. dicitur, Expandit rethe pedibus meis, cõuersa sum retrorsum, & Genes. 19. Noli respicere post tergum tuum. Vel in circuitu dum quærit quæ sua sunt, & amat se. vnde Apostolus 2. ad Timo. 3. Erunt in nouissimis diebus tempora periculosa, homines seipsos amantes, de quibus Ioan 1. Et sui eum non receperunt. Qui se amant & tantum se, vt Iudicum 16. de Sanſone dicitur. Eruerunt oculos eius & duxerunt Gazam vinctum cathenis, & clausum in carcere molere fecerũt, sicut fit de equo qui postquam excæcatus est, & non potest ire ante ponitur ad circuitum molę. Hi sunt viri Galilęi, Act. 1. Quia Galilęa interpretatur rota. quibus dicitur viri Galilęi quid statis &c. illi qui sunt in rota stãt, s. in circuitu temporalium. Sed ad quid aspiciunt in cęlũ? Deus meus pone illos, vt rotam. Hinc est quòd signanter

Hanc viã expedite cucurrit Christus.

Dñs non approbat viã impiorũ quę est tortuosa, & immunda.

dixit.

dixit. iter ab iterando de qua iteratione dicitur Hiere. 3. Quam vilis facta es iterans vias tuas. prouerb. 26. Sicut canis qui reuertitur ad vomitum suum, sic imprudẽs qui iterat stultitiam suam. Simile.

Immunda: quia nudis pedibus, ideſt affectionibus hæret terræ, id est terrenis vnde Threno, ideſt Sordes eius in pedibus &c. Hoc ibi expositum est. Infixus sum in limo profundi &c. Adhæsit pauimento anima mea: conglutinatus est in terra venter meus. Impedita, hoc ipso est impedita, quòd immunda. Sicut vides, quòd gradientibus per terram limosam, & argillosam glebæ pendent in pedibus, & onerant, & impediunt: sic in affectionibus taliũ pendent terrenæ possessiones quasi glebæ quibus onerantur. Quomodo non impediatur in cuius pedibus pendent domus, & vineæ, & torcularia & talia. Impedita etiã est quia plena lapidibus. Vnde Ecclesiast. 21. via peccantium complanata lapidibus, & in fine illorum inferi, & tenebræ, & pœnæ. Lapides sunt propria peccata, & aliena. priora enim peccata sunt occasio veniendi in alia. Vnde Gregor. Peccatum quod non statim per confessionem diluitur, pondere suo ad aliud trahit, Et Thren. 1. dicitur. Peccatum peccauit Hierusalem propterea instabilis facta est. Ecce offendiculum, & ruina. Et Thren. 4. Lubricauerunt vestigia nostra in itinere plantarum nostrarum. Aliena similiter per exemplũ sunt occasio ruendi. Eccle. 31. Peccator homo vitabit correptionem, & secundum voluntatem suam inueniet comparationem. peribit dicit, quia ita euanescunt omnia, temporalia, quòd idem est ac si nihil fuissent. Sap. 5. Lassati sumus in via iniquitatis, & perditionis: ambulauimus vias difficiles: viam autem Domini ignorauimus. Quid nobis profuit superbia, aut diuitiarum iactantia quid contulit nobis? Transierunt omnia illa tanquàm vmbra: & tanquàm nuncius percurrens, & tanquam nauis quæ per transit fluctuantem aquam cuius cum præterierit, non est vestigium inuenire, &c. Simile.

De prauis affectionibus, & inani cogitatione:

IN PSAL. II. SERMO. III.

Quatuor nos infestant, primũ prauę & peruersę cogitationes.
2. Vanę & ineptæ cogitatiões.
3. Dæmones p fraudẽ nocentes.
4. Dæmones p violentiã nocentes.

QVare fremuerunt gentes &c. Quatuor increpantur à propheta quę nos infestãt. Primum prauæ, & peruersæ cogitationes quæ per gentes significantur. Secundum, vanæ & ineptæ cogitationes, quæ per populos: Tertium, dæmones per fraudem nocentes, qui per reges terrarum significantur. Quartum, dæmones per violentiam nocentes, qui per principes significãtur. Gentes sunt praua desideria, quæ rectè dicuntur fremere, quod proprium est ferarum. hæc autẽ nobis oriuntur à carne, à parte quàm habemus communem cũ brutis, sed tunc sunt peruersa desideria, quando accipiuntur à ratione per consensum, & ideo pulchrè dicitur Gen. 16. Quia Abrahã genuit Hismaelem de Agar quæ fuit ancilla, & ab ista ortæ sunt gentes. Quid est enim Abraham de Agar ancilla Hismaelem generare, nisi interiorem hominem de sensualitate, quæ eius ancilla est, praua & illicita desideria per consensum producere? Et rectè dicitur fremuerunt, vnde de Hismaele dicitur, hic erit ferus homo, vt ibidem. Manus eius contra omnes, & manus omnium contra eum. Fremitus feratum est non hominum. Gentes igitur fremere, est praua desideria contra rationẽ exurgere. O quotiens iusta Dei iudicia in alijs commendamus: si autem in nobis fiant, reprehendimus? Et quotiens de beneficijs grates non agimus: & de flagellis murmuramus? Quando verò hæc agimus, quasi vocem humanam in fremitum commutamus.

Et populi meditati sunt inania. Inania cogitate venialẽ est Psal. 93. Dominus nouit cogitationes hominum, quoniam vanæ sunt. Meditari autem omnia reprehensibile est. Aliud est enim quod sponte patimur aliud quod inuiti. In culpa est qui muscas admittit, & flagello non abigit. Si deuotionis sacrificium polluatur, vnde Gen. 15. descenderunt volucres super cadauera, & abigebat eas Abrahã. Quãdo autem cor hominis ita per peccatum vt cadauer putridum factum est, non solùm muscæ prauarum cogitationum se ingerunt, sed etiam de ipso tanquam cadauere oriuntur. vnde. Isa. 51. Sicut vestimentum, sic comedet eos vermis. Et sicut lanam sic deuorabit eos tinea. Astiterunt reges terrę peccatori dicitur Genes. 3. Terra es & in terram ibis. Cor terrenis desiderijs inhians terra dicitur. Huius terræ reges dicuntur dæmones. vnde, Genes. 47. Emercenitis quia Pharao & vos, & terram vestrã possidet. Dæmones quandoque nocent per fraudem & aliquam persuasionem, quandoque per violentiam. Quando ergo in subuertendis hostibus fraude potius quàm virtute nituntur, reges dicuntur. Principes autẽ quando instando quodammodo opprimunt violenter, ideo dicitur & conculcabis leonem & draconem. In scripturis alius est spiritus fornicationis, alius spiritus ambitionis &c. Quid est aliud huiusmodi reges sibi assistere, nisi vnumquemque in hominum impugnatione se mutuo adiuuare? Fieri enim solet vt qui per crapulam grauatur meritò facilius per luxuriã inflammatur: ideo dixit Apostolus Roma. 13. Non in commessationibus & ebrietatibus non in cubilibus & impudicitijs. Et de domino nostro dictum est, & Pilatus misit eũ ad Herodem. Pilatus mittit ad Herodem, quando gastrimargia transmittit ad luxuriam.

Et principes conuenerunt in vnum, quia quicquid diuersum agant in me in subuersionem consentiunt. vnde dicitur ex illa hora amici facti sunt Herodes & Pilatus. Aduersus dominum & aduersus Christum eius. distinguendum est inter Deum & Christum. inter creatorem & redemptorem, inter bona naturæ & dona gratiæ. Quando dona naturæ in nobis corrumpimus, vel eis abutimur, in creatorem peccamus. verbi gratia, quando mulier prostituit se propter suam pulchritudinem. Quando quis oppressor & prædo efficitur propter suam fortitudinem. Qũ quis passim linguam habet venalẽ propter suam eloquentiam. Quando vero quis dona gratiæ destruit, cõtra Christum redemptorem peccat. Primus pugnam. secundus bellum inducit. Pugna dicitur à pugnis, pugna contra naturalia peccamus, quia de nobis sunt. bellum fit armis, quæ extra nos sunt. Bellum ergo est, quando in gratuitis delinquimus quæ in nobis & non de nobis sunt. Vnde Iob 38.

Dęmones dicũtur reges terræ.

Qũ dona naturę in nobis corrũpimus, vt eis abutimur in creatorẽ peccam⁹. Qui dona gratię destruit contra Christũ redemptorẽ peccat.

Nunquid ingressus thesauros niuis, & thesauros grandinis aspexisti, quæ præparasti in tempus hostis in die pugnæ & belli?

De vinculis & cathenis peccatorum se mutuo trahentium, & de iugo.

IN PSAL. II. SERM. IIII.

DIsrumpamus vinculaeorum &c. Videamus primo quę sunt ista vincula. Secundo ad quid sint, siue quę sit eorum efficacia. Tertio quot sunt vinculorum malorum genera. Quarto quomodo rumpenda, Tandem quid sit iugum.

In primis nota, quòd anima non ligatur alicui rei nisi per affectionem. Affectio enim est vinculum quo alligatur amans adrem amatam. Si bonum est quod amatur, vt Deus, laudabile est vinculum: si malum, vt peccatum vituperabile. Quod charitas sit vinculum dicitur ad Gal. 3. Super omnia charitatem habete, quod est vinculum perfectionis. Et in Oseę 11. In funiculis Adę traham uos, in funiculis charitatis. Si autem terrenas possessiones amamus, affectiones nostrę sunt vincula quibus eis ligamur, & ita de alijs rebus.

Vinculũ duplex laudabile & vituperabile.

Possumus quidem possessiones habere, & nõ amare, & parentes similiter. Vnde habere ista non est alligari eis, sed amare. Non alligati sunt qui ad voluntatem suam disponunt de temporalibus. 1. ad Corint. 7. Qui habent uxores tanquàm non habentes sint, qui emunt tanquàm nõ possidentes: & qui vtuntur hoc mundo tanquam non vtẽtes. Secundum ergo res quę amantur est diuersitas vinculorum.

Hẽre possessiones nõ est eis alligari, sed amare.

Amamus terrenas possessiones, domos, agros, pecuniã & huiusmodi: & de his solliciti sumus, & hęc vincula sũt terrenarum sollicitudinum. Amamus parẽtes & amicos, & delitias carnis, & hæc sunt vincula carnalium affectionum. Amamus peccata, & ea deserere non volumus.

Alia quidem habere possumus & non amare, sed peccata

cata non: quia ideo ea habemus quia amamus. Hęc sunt vincula peccatorum, s. caro, mũdus, dęmonia. Primis vinculis vincit mundus. Secũdus, caro Tertijs diabolus. Tres isti principes militant contra nos, & vnusquisque ducit suos captiuos. Hi sunt de quibus dicitur Iob 1. Chaldæi fecerunt tres turmas. Sed in hoc apparet nostra insania, q̃ alijs vinculis non est aliquis ligatus qui non velit liberari, vel saltem sua vincula releuari. Omnes autẽ ad hoc laboramus, vt vincula nostra multiplicentur, & dolemus quando diminuuntur: verbi gratia, Omnes quærunt sibi multiplicare possessiones, & redditus, sed ad quot res habẽt affectiones, tot habent vincula. Ad quot domos, agros vineas, dolia, redditus, ad quot singulos denarios, tot habent vincula. Qui ergo non cessat terrena congregare, qd est hoc nisi vincula multiplicare? Vnde Naum. 2. Diripite argentum, diripite aurum, & non est finis diuitiarum ex omnibus vasis desiderabilibus eius dissipata est, & scissa, & dilacerata, & dissolutio geniculorum, & defectio à cunctis renibus. Et Naum. 3. Congregare vt brucus, multiplicare vt locusta. Plures fecisti negotiationes quàm stellas cœli. Ecce tria peccata, luxuria, superbia, & auaritia.

Alia hẽre possumus & non amare, peccata vero non.

Peccatorum vincula.

Similiter omnes quærunt per matrimonia multiplicare sibi genus, & parentes, & affines, & quid hoc est, nisi sibi vincula quærere? & sic de cæteris vitijs. O quàm difficilis est discessus in morte eorum qui tot possessionibus ligati sunt, & erga tot parentes affectionem habent. vnde Mar. 10. Qui contristatus verbo, abijt mœrens: erat enim multas habens possessiones. Et dominus circũspiciens ait discipulis: Quàm difficile est qui habẽt pecuniam intrare in regnum cęlorũ. Thren. 3. Circũ. ædificauit aduersum me, vt non egrediar aggrauauit compedem meum. Compedem aggrauare, est possessiones parentes peccata multiplicare. Ecce plura admiratione digna. Lugent carnales pro damno temporali, scilicet quando possessiones amittuntur, quando parentes morte subtrahuntur: & tũ tunc merito non esset dolẽdum, quia compedes & vincula minuuntur. vnde dixit Iob 1. Audito dãno multiplici, Deus dedit, Deus abstulit: & ita Deo gratias egit. Plangere debemus, quando videmus amicum crescere in redditibus & parentibus, quia videmus eius vincula multiplicari. vn

Qui terrena congregat multiplicat sibi vincula.

de Iob 3. clamat. Quare misero data est lux, & vita iis q̃ in amaritudine animæ sunt? Pereat inquit dies, &c.

Vinculorum efficacia.

Vinculorum hæc est efficacia, ligatur quis vinculis, vel vt non possit recedere, & se à loco mouere, vel vt non possit se defendere, vel vt possit vinculo huc vel illuc circunduci. Vt non possit recedere, sicut ligatur vrsus ad stipitẽ. sic etiam peccator qui per asinum ligatum significat, de quo Matth. 21. Abierunt duo discipuli, & inuenerunt pullum asinæ ligatũ foris in biuio, hæc alibi. Ligatur vt non possit se defendere. Quo enim se defenderet qui manus habet, & pedes ligatos, quid de eo dicitur. Matth. 22. Ligatis manibus & ped. proijci. &c. Et Iudicum 16. de Sansone, duxerunt eum Gazam vinctum cathenis, & eũ in carcere molere fecerunt. Iam ergo se non põt defendere q à Diabolo ligatur, vt possit quo voluerit circunduci. vnde 2. ad Thimo. 2. Resipiscant à laqueis diaboli à quo captiui tenentur ad ipsius voluntatem. Exemplum de cane, & simia qui simul ligãtur Catulum post se trahit Simia, idest hominem mundialis voluptas.

Per quid rũpantur vincula.

Rumpuntur hæc uincula per gratiam spiritussancti, & ipsa gratia impetratur per efficaciam orationum vnde dicitur. Act. 12. Et Petrus quidẽ seruabatur in carcere: oratio autem fiebat sine intermissione ab Ecclesia ad Deum pro eo, & sequitur statim. Et ecce Angelus Domini astitit, & lumen refulsit in habitaculo, & ceciderunt cathenæ de manibus eius. Ecce quòd oratio præcessit, & post Angelus eum visitauit, & liberatus est. Angelus est gratia spiritus septiformis quę significatur per 7. crines Sansonis quos quamdiu habuit, omnia vincula rupit, vt dicitur. Iudicum 16. Qui rupit vincula quomodo si rumpat quis filum de stupa tortum, sed non potuit postquàm est rasum caput eius, sicut ibi dicitur. Rasit 7. crines eius statimque ab eo fortitudo recessit.

Peccatum dũ Iugũ.

Sequitur proijciamus à nobis iug. ip. Ea quæ sunt vincula postea per consuetudinem fiunt in iugum. Iugum premit collum, & non permittit oculos sursum tollere, & vocem suffocat, sic & peccatum, postquàm consuetum non permittit oculos ad cælestia erigere, sed incuruat ad terrena. vnde Statuerunt oculos su. decli. i. t. Thren. 1. Vigilauit iugum iniqui. m. in manu eius conuolutæ sunt, & impo-

positæ collo. m. Vox suffocatur quando confessio rollitur, vel pudore, vel timore pœnitentiæ, vel desperatione. Signanter dicit proijciamus, idest procul iaciamus. Sunt enim qui iugum peccati quandoque deponunt, sed iuxta se ponunt, vt cito reuertantur, quia libenter tractant illud, & imaginando, & loquendo, de his dicitur Exo. 8. de Pharaone: ego dimittam vos, veruntamen ne longius à beatis. Immo procul abijciendum est peccatum vnde Gen. 19. Nec stes in omni regione circa. Ab eo siquidem qui sibi solet, vt arreptitius manus inijcere procul gladius remouendus est, similiter & laqueus ne se suspendat. Occasio ergo peccati subtrahenda est ei qui consuetus est peccare. vnde dicitur, Mar. 10. de cęco quem Dominus illuminauit, quòd cum dixissent ei, surge, vocat te, proiecto vestimento suo exiliens venit ad eum.

Differẽtia deponentiũ peccati iugum.

De timore Domini, & eius effectibus.

IN PSAL. II. SERMO. V.

Seruite Domino in timore &c. Timor Domini bonus est seruus, est enim in anima hominis quæ est domus Dei, ostiarius, pincerna, thesaurarius. Timor humanus, siue mundanus non est bonus ostiarius, quia potius admittit hostem quàm excludat. Multi enim sunt qui peccant, ne temporalia bona, vel vitam temporalem amittant. Quid autem est peccare, nisi animæ ipsius hostem admittere? Sicut negligẽtia malus est ostiarius ita, & timor humanus, vel mundanus. Negligentia est illa ancilla de qua dicitur 2. Reg. 4. Ancilla ostiaria obdormiuit, & ingressi sunt duo, & percusserunt Isboseth in inguine. Ancilla quę dormit est negligentia, duo hostes gastrimargia, & luxuria. Ista enim duo vitia maxime negligentia introduxit, iuxta verbum Apostoli ad Ro. 13. Non in comessationib. & ebrietatibus: non in cubilibus, & impu. In inguine percutitur quando post gulam luxuria consummatur: hoc significatum est in Petro qui timore humano, id est mortis Christum negauit cum tamen dixisset. Matth. 26. Et si oportuerit me

Timor duplex diuinus & humanus.

mori tecum non te negabo, &c. Et non sine mysterio ad vocem ancillæ ostiarię, vt per ancillam malam ostiariam significetur timor humanus: ideo Dominus videtur Petrum ostiarium, & clauigerum fecisse, ne ei improperetur, ꝙ negauerit ad vocem ostiariæ: vnde Mat. 16. Tu es Petrus &c. & tibi dabo claues. Bene ostendit Dominus, quòd timorem mundanum, vel humanum non vult suæ domus esse ostiariam: cum dixit Matth. 10. Nolite timere eos qui occidunt corpus &c. Timorem pęnę ęternę bene admittit, vt sit ostiarius dicens, sed eum timete &c.

Sed attende, quòd triplex est ostiarius exterioris ostij, vt atrij, palatij, thalami. Timor pœnæ æternæ est ostiarius quasi atrij. Quia qui timet peccatum propter pęnam æternam, tantum adhuc est in atrio nondũ in domo, quia non est in charitate. Vnde Petrus existens in atrio principis sacerdotum negauit ad vocem ancillæ malæ, scilicet quæ est timor humanus, vt Matth. 26. Timor pœnæ ęternæ bene arcet hostem venientem, quia non admittit peccatum, sed receptum excludere non potest, quia est cum peccato. Timor offensæ est quasi ostiarius palatij, & ità interioris ostij. Iste nullum hostem admittit, ideſt peccatum, & etiam si receptum est excludit: quia purgat animam. De quo Eccl. 1. Timor Domini expellit peccatum. Nam qui sine timore est, non poterit iustificari. Et Eccl. 2. Qui timent Dominum præparabunt corda sua, & in conspectu illius sanctificabunt animas suas. Bonus seruus qui tenet in manu sua scopam emundationis. hæc est ancilla de qua dicitur. Sicut oculi ancillæ &c. habet enim oculum timor initialis offensę partim ad pœnam partim ad Deum. Vnde non propter pœnam tantum, sed & propter Deum ne amorem Dei amittat, vitat peccatum. Vnde de malis qui tantum timore pœnæ abstinent dicitur. Psal. 13. Non est timor Dei ante oculos eorum. Timor reuerentię est ostiarius ostij intimi, scilicet thalami, ad quẽ non intrat timor offensæ. Hic est ille seruus cui dicitur. Gen. 22. Expectate hic cum asino: quando Abrahã ascendit in montem cum Isaac qui interpretatur risus, quia ad gaudium illud intimæ contemplationis non admittitur, sed bene admittitur timor reuerentiæ, immo etiam augetur. Quia quanto magis animam diuinam intelligit maiestatem

Timor pęnæ.

Timor offensæ.

Timor dñi expellit peccatum.

Timor reuerentiæ.

iestatem, tanto magis in se resilit, & maiorem habet reuerẽtiæ timorem. Vnde Gen. 15. Sopor irruit super Abraham, & horror magnus inuasit eum. Et Iob 4. In horrore visionis nocturnæ, quando solet sopor occupare homines, pauor tenuit me, & tremor. Et iste tremor habet mixtam exultationem. De quo dicitur. Exultate ei cum tremore. Et Eccl. 1. Timor Domini delectabit cor.

Nec mirum si admittatur ad hoc momentaneum contemplationis gaudium, quia admittetur etiam ad futurũ. vnde timor Domini similiter pinceɼna est, quia funditlachrymas deuotionis, & miscet vinum compunctionis. est enim ille de quo dicitur Luc. 22. Occurret vobis homo amphoram aquæ portans. Ille homo est timor: amphora dolor. aqua copia lachrymarũ, habet clauos quibus cor pungit, & compungit. vnde confige timore tuo carnes meas. Et Ecclesiastes 4. Qui pungit oculum producit lachrymam, & qui pungit cor profert sensum. Et Iob 37. Flante Deo concrescit gelu, & rursum latissimæ funduntur aquæ, ideſt in crystallum durantur, & rursus soluuntur. Ex timore constringuntur: ex amore soluuntur, quia calor soluit. Vnde Psal. Emittet verbum suum, & liquefaciet ea &c. Timor thesaurarius est, siue custos. vnde post omnia dona spiritussancti quasi eorum custos ponitur, Isa. 11. Et requiescet super eum spiritus Domini, Spiritus sapientiæ, & intellectus. spiritus consilij, & fortitudinis, spiritus scientiæ, & pietatis, & replebit eum spiritus timoris Domini. Eccl. 1. Timor Domini scientię religiositas. Quia roborat cor, & constringit ne quid effluat. Religiositas custodiet cor. Eccl. 1. Oẽm domũ illius replebit à generationibus, & receptacula, & thesauris illius.

Timor dñi pinceɼna dr.

Timor dñi thesaurarius.

Timor dñi scientię religiositas.

De flagellis Domini, & disciplina eius dulciter suscipienda.

IN PSALT. II. SERMO. VI.

Apprehendite disciplinam. Flagellum Domini, & disciplina, siue sit infirmitatis, siue aduersitatis comparari potest nuncio. Nuncius enim intuitu eius qui mittit eum cum honore recipiendus est, quia nõ

Flagellũ dñi nuncio cõparat.

peccat

peccat in nuncium, sed in mittẽtem qui non honorat eũ. Vnde Lucæ 10. Qui vos audit me audit: & qui vos spernit me spernit. Hic nuncius est de quo dicitur Prouer. 13. Legatus fidelis sanitas: egestas & ignominia ei qui deserit disciplinam. Rectè hic sequitur cum legatus fidelis sit ipsa disciplina, quæ quia sanat animam & purgat, dicitur legatus fidelis sanitas. Qui ergo disciplinam immissam à Deo male recipiunt, vel repellunt de eis potest dici, quòd legatum inuadunt. De quibus Iudith. 1. Misit rex Nabuchodonosor nuncios suos ad eos qui erant trans Iordanem: qui omnes vno animo contradixerunt, qui remiserunt eos vacuos, ac sine honore abiecerunt. Iordanis descensus interpretatur. Trans Iordanem sunt qui de scientia, vel virtute, vel dignitate superbiunt. Istis vt humilientur plerumque flagellum infirmitatis, vel aduersitatis immittit dominus: & tunc rex Nabuchodonosor nuncios suos, &c. mittit: sed illi nuncios male recipiunt quando murmurando disciplinæ Domini contradicunt. Vacuos remittunt, quando se non corrigunt, sed inde deteriores fiunt 2. Reg. 10. dixit Dauid. Faciam misericordiam cum Anon filio Naas, & misit nuncios suos ad eum ad consolationem, sed principes eius dixerunt ad eum, Q Dauid miserat nuncios, vt explorarent, & nuncijs Dauid rasit Anon dimidiam barbam, & præscidit vestes eorum medias vsque ad nates, & dimisit eos. Dauid facturus misericordiam cum Anon, nuncios mittit ad eum. Similiter dominus reputat misericordiam, si peccatorem quasi per nuncium suum per immissam visitet disciplinam. Visitas (inquit Iob 7.) eum diluculo, & subito probas illum. Vnde Hieronymus dicit. Magna ira Dei est cum peccatori non irascitur Deus. Anon interpretatur gratiæ inutilis, vel gratificationi remurmurans, & significat peccatorem ingratum, qui de flagello Domini remurmurare solet, de quo potius gratias referre deberet. Huius principes indiscretæ, & stultæ cogitationes: illi malè loquuntur de nuncijs Dauid. & isti male sentiunt de Domini disciplina. Disciplina Domini duos habet effectus, quia punit, & purgat. Dimidiam ergo barbam nuncijs Dauid Anon radit, quando ingratus animus disciplinæ Domini medietatem effectus eius subtrahit: quando in disciplina Domini

Duo effectus disciplinę dñi.

Domini non purgationem, vel eruditionem, sed solam punitionem attendit.

Encenio etiam disciplina Domini comparatur. Vnde solet significari per calicem, qui non nisi amicis propinatur, & conuiuis. Vnde Cant. 5. Bibite & inebriamini charissimi. Et 1. Corinth. 10. Calicem Domini biberunt &c. Quando quis mittit alij calicem vini, vel potum vini ille ipsum recipit cum gratiarum actione. Similiter disciplina immissa cum gratiarum actione recipienda est. Nam quantum inurbanus esset, qui calicem sibi missum effunderet: calicem autem effundit qui disciplinam à Deo immissam contemnit. Vnde Psal. Tu vero odisti disciplinã. Quando quis alij mittit potum vini, ille cui missus est, sol licitus est de reddendo, & loco, & tempore vicem reddit ei: ideo dicit Ps. Quid retribuam dño &c. calicem &c. In pace in idipsum &c. hoc est reddere vicẽ pro vice. Cõsuetudo est, quòd in mensa dñs prior inter conuiuas bibat, & tunc calix tũs fertur ad alios. De cętero ad dominũ non redit. Eodem modo dominus prior bibit calicem passionis, postmodum ad alios transmisit, & ad ipsum de cętero non redibit, quia Christus resurrexit à mortuis iã non moritur. Qui de sibi misso encenio gratias non exsoluit is non est dignus ecipere: nõ enim est dignus honorari qui non intelligit honorem qui sibi exhibetur: ideo dicitur Eccl. 10. Vir prudens & disciplinatus nõ murmurabit cor reptus, & inscius non honorabitur. Edicto vel citationi cõparatur disciplina. Quid si quis proijceret litteras citatorias domini Papæ vel cuiuscunque iudicis? Quid si citatus venire contemnat? nonne meritò excommunicandus? ió Prouerb. 1. dicitur. Vocaui & renuistis: extendi manum meam, & non fuit qui aspiceret. Despexistis omne consilium meum & increpationes meas neglexistis. Tabulæ comparatur, quia sicut per tabulam à naufragio enatamus, ita per pœnitentię disciplinam à naufragio mortis æternæ euademus.

Disciplina dñi cũ gratiarũ actione ẽ recipiẽda.

Disciplina dñi tabulę cõparatur.

Apprehendenda igitur est disciplina ne nos apprehendat. vnde Iob 27. Apprehendet enim quasi aqua inopia, & opprimet eum tempestas. & meritò, quia per tabulam disciplinæ non apprehendit, naufragiũ non euadit. Hinc legitur. Exod. 4. Extende manum tuam & apprehẽde cau

dam

dam eius. Virga non occidit. vnde Prouerb. 23. Si percusseris eum virga non morietur. Coluber occidit. vnde ibidem 1. Prouerb. 23. In nouissimo mordebit vt coluber. Virga ergo temporalis est pœna: coluber pœna æterna. Virgo proiecta in colubrum conuertitur, quando pœnitētia contempta in æternam pœnam mutatur. Sed cum apprehenditur cauda colubri redit in virgam. Quia pœnitentiæ voluntarie, & firmiter apprehendenti æterna pœna conuertitur in temporalem.

De somno culpæ & gratiæ, & de vita contemplatiua.

IN PSAL. III. SERM. VII.

Somnus duplex culpæ & gratiæ.

EGo dormiui & soporatus sum &c. Nota quòd duplex est somnus. s. culpę & gratię. De somno culpæ potest intelligi, quod dicitur. Ego dormiui &c. Et hic quatuor status notantur, scilicet

Dormiui per culpam.

Soporatus sum, per consuetudinem.

Exurrexi, per pœnitentiam.

Deus suscepit me, per sacramentorum perceptionem.

Dormire p culpã.

Dormire dicitur quis per culpam. Primò, quia quasi claudūtur oculi interioris hominis, quando quis peccat. Nõ enim videt laqueum siue foueam in quam cadit. Hoc significatur per Sysaram, de quo Iudicum 4. vbi dicitur, q̃ cum quæreret aquam à Iahel, dedit ei vtrem lactis pro aqua, & cooperuit eum pallio, & malleo tabernaculi clauum infixit in cerebrum dormientis. Iahel interpretatur ascensio, vel vanitas, quæ Sysaram pallio cooperuit, dum cæco peccatori suam vanitatem abscondit. Propinatur vtrem lactis pro aqua, ideſt prudētiam carnis pro spiritualis sapientia. Lac enim quod à carne extrahitur carnis prudentiam significat, quæ est mors. Aqua spiritualem sapiẽtiam. Eccl. 15. Aqua sapi. sa. po. e. Clauus tabernaculi sunt stimuli peccati: malleus circunstantiæ quibus peccatum aggrauatur. Malleo clauus tabernaculi in cerebrum infigitur, quando secundum considerationem circunstantiarum

tum peccati magis, ac magis conscientia stimulatur. De hoc somno dicitur 1. Corinth. 11. Inter vos multi infirmi, & imbecilles, & dormiunt multi. Secundo, quia dormienti in somnis videntur multa esse quæ non sunt: & alia nõ esse quæ sunt. Similiter ei quem excæcauit peccatum, uidentur temporalia bona vera bona esse, & mundanæ diuitiæ veræ diuitiæ esse, & non sunt. Et de æternis nihil ei videtur. Excitatus à somno in morte videbit quæ somniabat nihil esse. Vnde dormierunt somnum suum &c. Videtur sibi manducare & ieiunus est, videtur sibi rex esse, & non est, Isa. 29. Sicut somniat esuriens & comedit, cum autem fuerit expergefactus vacua est anima eius. sic erit multitudo gentium quæ dimicauerunt contra Ariel. 1. Hierusalem. Item soporatur quis per culpæ aggrauationem & consuetudinem. Soporatus dicitur qui vix potest excitari, sicut letargicus. Et sic dicitur glis animal dormire in stupa sua, siue in nido suo. Pungitur, & pulsatur letargicus, & non excitatur. Talis est consuetus peccator qui ad clamorem prędicationis, ad tonitruum diuinę cõminationis nõ excitatur. Quando, scilicet clamatur exurge qui dormis exurge à mortuis. Pulsatur, & pũgitur flagellis Domini, & non surgit. vnde Prouer. 23. Et eris, sicut dormiens in medio mari, & quasi sopitus gubernator amisso clauo, ideſt regimine rationis, & dices, verberauerunt me, & non dolui: traxerunt me, & non sensi. Talis significatur per Eutychum. de quo Act. 20. Disputãte diu Paulo cum mergeretur graui somno, cecidit de tertio cœnaculo deorsum. vnde interpretatur amẽs, quasi sine mẽte, vel insulsus. Grauis somnus consuetudo peccati. Soporatus dicitur quandoque somnolentus, qui non potest se continere quin dormiat, & relabatur in somnum. Sic & consuetus non potest se cõtinere quin relabatur in peccatum postquam surrexit. vnde dicitur de Apostolis in figura Matth. 26. & veniens inuenit eos iterum dormientes. erant enim oculi eorum præ somno grauati.

Consuetudo peccati grauis est somnus.

Exurrexi per penitentiam. Talis per Lazarum significatur, de qua Ioan. 11. Iesus voce magna clamauit, Lazare veni foras, & prodijt qui fuerat mortuus. Et notãdum q̃ quidam resurgunt, vt Lazarus qui iterum incineratus est, & mortuus, s. qui patiuntur recidiuũ. Alij vt Christus

qui

qui stant. Quia sicut dicit Apostolus, Christus resurgens à mortuis iam non moritur &c.

Dominus susceptit me ad sacramentorum participationem, quod bene significatum est in Lazaro. de quo dicit, Postquam Lazarus suscitatus est. Io. 12. Lazarus vero vnus erat de discumbentibus, & Thren. 4. Gaude & lętare filia Edom quæ habitas in terra Hus. Edom interpretatur terrenus vel sanguineus. Hus consilium, & significat animã prius terrenam, ideſt carnalem, quæ pœnitens Ecclesię cõ filio acquieuit. Vnde sequitur. Ad te quoque veniet calix Domini, ideſt participatio corporis dominici. Inebriaberis atque nudaberis. Non tantum bibes sed inebriaberis, quod est perfectorum qui ita calice Domini inebriantur quòd temporalibus nudantur.

Somnus grã quid.

De somno gratiæ. Somnus gratiæ est sopor contemplationis, qui dicitur sopor, quia sensus exteriores ligantur, & à suis actibus suspendũtur. Vnde Isa. 26. Vade populus meus intra cubiculum tuum, claude ostia tua super te, i. sensus tuos. Et interior noster homo vigilat. Vnde Cant. 5. Ego dormio & cor meum vigilat & Iob 33. Quando irruit sopor super homines, & dormiunt in lecto, contemplationis. s. tunc aperit aures virorum, & erudiens eos instruit disciplina.

Soporatus sum. Soporatur anima quando in contemplatione detinetur. Sunt enim quidam à quibus statim auolat contemplatio, & de facili non reuocant eã. vt Dan. 2. Vidit Nabuchodonosor somnium, & somnium eius fugit ab eo, & non potuerunt sapientes reuocare. Soporatur ergo qui in contemplatione alta & profunda detinetur, & qui postquam recesserit facilè reuocat eam. Sicut qui facilè recidit in somnũ. Detineri volebat sponsam in contemplatione dilectus qui dicit Cantic. 3. Adiuro vos filiæ Hierusalem &c. ne suscitetis neque euigilare faciatis dilectam, donec ipsa velit. Multum molestus est homini, qui suscitat eum à suauitate somni sui, & sic est de studio contemplationis.

Exurrexi Exurgit anima, quando supra se ascendit, vt Thren. 2 Leuauit se supra se, s. quando verbum suspenditur, & quod ratio comprehendere non potest, suspensa ratione attingit. vnde ibi. Beniamin in mentis excessu. qui

fit quando mens, id est affectus rationem excedit.

Et dominus susceptit me, id est sursum cępit. Aliud est quando aliquis ascendit, & quia per se ascendere non potest innatur. Aliud quando ex toto portatur. In primo statu aliquid apponit de suo, & est contemplatio partim naturalis partim gratuita. In secundo nihil, & est tota gratuita. Quando ex toto sursum rapitur, & portatur, & hoc est susceptit, id est sursum cępit, vt dicitur de Philippo Act. 8. Spiritus Domini rapuit Philippum, & amplius non vidit eum Eunuchus, & Danie. vlti. Apprehendit Abachuc Angelus Domini in vertice eius, & portauit eum in capillo capitis sui. In capillo capitis portat, quando mentis cogitationes leuat. Sic raptus dicitur Paulus ad tertium cęlum 2. ad Corinth. vlti. Sic ergo dormit homo per contẽplationem: soporatur per contemplationis detentionem, Exurgit per mentis excessum, susciptur per raptum.

De pondere, & amore duplici, bono & malo.

IN PSAL. IIII. SERMO. VIII.

Graui tas duplex bona & mala.

Filij hominum vsquequo graui corde. Duplex est granitas, bona & mala. Bona trahit sursum. Mala trahit deorsum. Vtraque contingit secundum pondus animæ. Pondus animæ est amor eius, si amat æterna trahit sursum, si terrena, deorsum. Pondus rei dicitur valor eius. Vnde cum incomparabiliter meliora sint æterna temporalibus, spiritualia carnalibus: plus eis ponderant, & plus diligenda sunt. Si ergo in statera cordis tui temporalia æternis præponderant dolosa est statera, & mendax. Aeterna quidem per se præponderant temporalibus, sed ex malitia est male æstimãtis, & ponderantis, quòd temporalia præponderant, sicut videmus, quòd aliquid magis alio ponderat, & tamen negociator fraudulentus quod minus ponderat facit in statera magis ponderare, quia aliquid latenter apponit, vel facit stateram declinare. Eo modo cõtingit in nobis, quia temporalia æternis in statera cordis magis ponderare facimus, cum pondus nostræ dilectionis apponimus: cum

Põdus animæ est amor eius.

ad ea

ad ea affectum inclinamus. Oseę 12. Chanaan in manu eius statera dolosa. Prouerb. 11. Statera dolosa abominatio est apud Deum, & pondus ęquum voluntatis eius. Pondus æquum est amor æternorum, quem nō habet anima, nisi à Deo. Vnde Iob 28. Qui fecit ventis pondus. Et quanto anima magis amat ęterna, tanto magis habet de pondere, quod solus Deus nouit. Vnde dicitur Prouer. 16. Spirituum ponderator est Deus. Hoc pōdus animam reddit grauem grauitate trahente sursum. Vnde dicitur. In populo graui laudabo te. Amor ęternorum est pondus sanctuarij. Amor temporalium est pondus publicum. Vnde de Absalone 2. Reg. 14. Semel in anno tōdebatur, quia grauabat eum Cęsaries: pōderabat autem capillos suos. 200. siclis pondere publico. Cęsaries, ideſt amor temporalium caput grauat, quia animam deorsum inclinat: & ideo est tondenda. Cęsaries tondetur quando amor temporalium subtrahitur, quādo amore ęternorum temporalia in pias causas erogantur. Pondus publicum est ęstimatio mundanorum, qui tanti ęstimant quantum amant: & quia pro temporalibus acquirendis plerunque animam, & corpus perdunt. 200. siclis Cęsaries. ideſt temporalia ponderare dicendi sunt. Isti sunt graui corde, quibus dicitur, filij hominum &c. Quod ostenditur cum sequitur. Vt quid diligitis vanitatem, & quęritis mēdacium, ideſt temporalia. De hac grauitate dicitur Eccles. 22. Super plumbum quid grauatur, & quid illi aliud nomen quàm fatuus? Harenā & salem, & massam ferri facilius est ferre quàm hominē imprudentem & fatuum & impium. Homo imprudēs dicitur qui habet prudentiam huius mundi. Quia sicut dicitur 1. Corinth. 3. Sapientia huius mundi stultitia est apud Deum. Prudens autem dicitur prudentia huius mūdi qui non, nisi eis quę sunt secundum rationes, & causas naturales assentit, & hoc est pondus deorsum trahens rationē. Fatuus est qui habet prudentiā carnis, quæ ita inficit cordis palatum, ꝙ ita infatuat eum, vt reputet delectabilia & bona quę non sunt, s. tēporalia & carnalia. & hoc est pondus nostrę concupiscibilis eam trahens deorsum.

Impius est qui habet sapientiam diabolj, quę est contra pietatem. Pietas enim est cultus Dei, ſcū ergo soli Deo gloria & laus debeatur, sicut dicit Isa. 42. Gloriam meam alteri

alteri non dabo. Qui quærit sibi gloriam, & laudem hominum cultui Dei detrahit, & impius est. Vana ergo gloria est impietas: & hoc est pondus nostræ irascibilis, & trahit causa deorsum. Sic ergo prudentia mundi trahit nostram rationalem: prudentia carnis concupiscibilem: sapientia diaboli irascibilem. ideo dicitur Iob 21. Dulcis fuit glareis coccyti, & post se omnem hominem trahit. Coccytus interpretatur luctus fœminarum, & est fluuius concupiscentiæ, qui effœminatos, & molles, & tentationibus resistere non valentes: trahit ad luctum damnationis æternæ. Sicut glareæ trahuntur à flumine. Glareæ ergo sunt amatores mundi, amatores carnis, & uanæ gloriæ: quibus dulcis est mundus, & placent carnalia. & rectè dicit post se omnem hominem trahit, id est totum hominem, scilicet quantum ad vim rationalem, & concupiscibilem, & irascibilem. Tria dicit, arenam, salem, & massam ferri. Arena prudentia mundi. Arena enim sterilis, & infinita, & prudentia mundi infructuosa, & est ficus fatua, & infinita, quia erronea. Vnde Isaiæ. 19. Misit dominus spiritum vertiginis in medio Aegypti, & erarare fecit Aegyptum in omni tempore suo, sicut errat ebrius. Sal, prudentia carnis. Sal, scilicet infatuatum de quo dicitur Matthę. 5. quòd si sal euanuerit in quo saliet? ad nihil valet, nisi vt mittatur foras, & concul. ab. ho. Prudentia ergo carnis est sal infatuatum: quæ à vera saporatione facit cordis errare palatum.

Massa ferri sapientia diaboli, quæ suadet vanam gloriam, & odium fraternum, & inuidiā quę sunt quasi massa ferri. Ferrum alia metalla domat, & domari non potest, & spiritualis malitia omnem excedit, & vinci nō potest. Ferrum non liquefit, & ideo nulli per se vnibile est. Similiter inuidus, & superbus, sed gulosus potest amare gulosum, luxuriosus luxuriosum, & adinuicem sociari. Sed nunquam amabit inuidus inuidum, nec superbus superbum. Lucanus. omnisque potestas impatiens consortis erit. Hierem. 15. Nunquid fœderabitur ferrum ferro ab aquilone, & æs, quasi dicat, non nisi liquefiant corda calore spiritus sancti. Et nota, quòd cum multiplex onus distinguatur ab Isaia, videtur prudentia mundi esse onus Aegypti. Prudentia carnis, onus deserti maris, vel Tyri.

Sapientia diaboli onus Babylonis. Prudētia mundi onus Aegypti, quia interpretatur tenebra, & hęc rationem excæcat de qua Isa. 19. Prudentia carnis onus deserti maris. vnde Isa. 21. vel onus Tyri, de quo Isa 23. quod interpretatur angustia, quia carnalia quæ videntur præstare dulcedinem, non habent, nisi amaritudinem, & angustiam. Vnde Iob 30. Esse sub sensibus delitias computat. Sapientia diaboli quæ captat gloriam, onus est Babylonis, quia meretur ignominiæ confusionem. vnde Ose. 4 Gloriam eorum in ignominiam commutabo. Et Isai. 14. dicitur Lucifero. In infernum detraheris in profundum laci. Superbi enim locum, siue carcerem habebunt in inferno inferiore infimum.

De triplici iustitia, & quid Deo aliisq; debeamus.

IN PSAL. IIII. SERM. IX.

Iustitia triplex.

SAcrificate sacrificium iustitiæ. Triplex est iustitia vnicuique quod suum est reddens, retribuens, appendens. De qualibet potest istud intelligi. Sacrificate &c. Primo de iustitia quæ vnicuique q̄ suum est reddit, vel retribuit. Debitores sumus

Deo fidē debemus, quia veritas est.

Deo, animę proprię, corpori, mundo, peccato. Deus enim veritas est, & ideo debemus ei fidem, cui enim potius est credendum quam veritati? Credimus amico, quando nobis mittit literas suas patentes: quanto magis credere debemus Deo, qui ipsam nobis misit veritatem, tanquam sigillatas literas sigillo suo, patentes & pendentes, ideſt filium suum, verbum scriptum in membrana carnis, pendens in Cruce. De qua Deuteronomij 29. Et erit vita tua quasi pendens ante te &c. Iniuriam ergo facit Deo quasi debitum suū concedens alij, qui credit diabolo, vel mundo. Quia de diabolo dicitur Ioannis. 8. Ipse mendax est, & pater eius. Et de mundo dicitur in Psal. præsenti, vt

Deo spē debemus, qa pater noster est.

Quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium? Item. Deus noster pater noster est, & ideo debemus ei spem, & propriæ voluntatis subiectionem, vt sit pater misericordiarum, & Deus totius consolationis: immo ipsa misericordia.

cordia. Ipse enim est pater, de quo Luc. 15 Cum adhuc longe esse, vidit eū pater suus, & misericordia motus est, & occurrens cecidit super collum eius, & osculatus est eū, & Isa. 49. Nunquid potest obliuiſci mulier infantem suū, vt non misereatur filio vteri sui? & si illa oblita fuerit. ego non obliuiscar tui.

Debemus ei subiectionem propriæ voluntatis: vnde pater idem est quod abbas. Ipse est abbas noster. Vnde etiā filius dixit patri. Non sicut ego volo, sed sicut tu vis, & nos ipsi dicimus: Pater noster qui &c fiat voluntas tua. Et de Christo dicitur Luc. 2. & erat subditus illis.

Credulitatē Deo debem', qa magister est.

Magister est, & ideo debemus ei credulitatem, quia discentem credere oportet, & cui melius credi potest quam ipsi magistro, qui est veritas? Debemus ei nostri sensus subiectionem, vt non nostro, sed eius sensu regamur. Et cōtenti simus eis quibus contentus est, sicut dicit in Euangelio. Non est discipulus supra magistrum. Et Vos vocatis me magister, & domine &c. Ipse est Zorobabel. Eccl. 49. Quomodo amplificemus? Nā & Zorobabel ipse quasi signum in dextera manu Israel, ideſt fidelium, & cōtemplatiuorum qui quærunt æterna, ideſt in iugi habent memoria, & recordatione. Zorobabel interpretatur magister confusionis, quicquid autem in nobis est confusum ordinat Christi disciplina, & exemplum.

Quia Dominus est rōnem ei reddere debemus.

Ipse dominus est, & ideo tanquam serui, & villici debemus ei totius vitæ nostræ, & talentorum commissorum rationem reddere, & computationem omissorum. Ad quod quasi præpositum suum substituit confessorem. Vnde qui non confitetur ex toto, vel raro, quando veniet ad magnum computum confundetur. Hic est de quo dicitur Luc. 13. Homo quidam habebat villicum &c. Iudex est, & ideo debetur ei timor. Vnde confige timore tuo carnes meas. Et Iob 9. Verebar omnia opera mea.

Tanq̄ Regi militiā cōtra eius hostes deo debemus.

Rex noster, & ideo debemus ei contra hostes eius militiam. Vnde si clamatur: vexilla regis prodeunt, & nō exi mus ad bellum, potest saisire, & auferre feudum suum. Nos etiā tēporalia ab eo recipimus quasi quotidiana stipendia, post victoriam, condignam recepturi remunerationem. Quanta ergo sit proditio si in stipendijs eius, alij cōtra eum auxilium daremus? Similes facti essemus

Semey, qui contra Dauid conuertit se ad castra Absalon. 2. Reg. 16. Semey per iugum montis ex latere cõtra eum gradiebatur maledicens, & mittens lapides contra eum. sic & nos Deum suis bonis impugnamus.

Dñs sacerdos dicit.

Sacerdos est non aliud offerens in sacrificium quã sanguinem suum. Vnde ad Heb. 5. In diebus carnis suæ preces supplicationesq; ad eum qui posset eum saluum facere à morte, cum clamore valido, & lachrymis offerens exauditus est pro sua reuerẽtia: ideo debemus ei primitias & decimas, id est principium bonorum operum & finem. vnde Apocal. 1. dicitur. Ego sum Alpha & Omega.

Sponsus.

Sponsus est, & ideo debemus ei castitatem, seu fidem thori, ne conqueratur iuxta verbum Isa. 57. Iuxta me discooperuisti, & suscepisti adulterum. dilexisti stratum eorum manu aperta &c.

Frater noster.

Frater noster est, & ideo debemus ei custodiam. Non sicut Caym. Gene. 4. Nunquid custos fratris mei sum ego? Diligamus eum, quia cohæredes nos fecit. Et nec inuideamus, sicut frater Luc. 15. indignatus est, & noluit introire.

Fideiussor

Fideiussor est & obses beneficus. Eccl. 29. Gratiam fideiussoris tui ne obliuiscaris: dedit enim pro te animam suam, & non cessat influere bonitates suas, ideo debetur ei gratitudo siue gratiarum actio. ideo consueuimus post omnia dicere Deo gratias. Quia vt dicit Eccle. 1. Ad locũ vnde exeunt flumina reuertuntur, vt iterum fluant. Vnde ingratus indignus est, vt ad eum iterum fluant. Hinc patet quantum iniurioſus sit ipſi qui sibi quod agit ascribit. Vnde 1. Cor. 4. Quid habes quod non accepisti? &c.

Medicus.

Medicus est, & vitiorum, & errorum: & ideo debemus ei patientiam. Si ergo vrit, si secat, per tribulationes, & infirmitates, sustine. Quia impatiens nullo magistro curari potest: ideo dicitur Eccl. 38. Qui delinquit in custodia ei qui fecit eum: incidet in manus medici. Si ergo de infirmitate, vel aduersitate murmuras, similis es phreneticoqui mordet medicum suum. Similis es dæmoniaco. Mar. 5. Catenis non poterat eum quispiam ligare. Quoniam sæpe catenis, & compedibus vinctus distrupisset catenas, & compedes. Animæ nostræ debemus suam in nobis reddere dominationem. Corpori seruitutem. Si aliter est, conqueri potest anima de nobis, quòd plus curanimus de corpore quam de ipsa. Et hæc est querela Saræ contra Abraham de Agar. Gen. 16. Inique agis contra me. ego dedi ancillam meam in sinum tuum: quæ videns, q̃ conceperit despectam me habet. Iudicet dominus inter me, & te. Cui respondit Abraham. Ecce ancilla tua in manu tua est, vtere ea vt libet. Ecce iustitia. Ad idem habetur 1. ad Thessal. in fine. Ipse Deus pacis sanctificet vos per omnia, vt integer spiritus vester, & anima vestra, & corpus sine querela in aduentu Domini nostri Iesu Christi seruetur. Ne scilicet conqueratur, quòd carnem ei prepositimus. Ne dicatur iuxta verbum Iob. Sterilem pauit, & quæ non parit, & viduæ non benefecit.

Aſç dominatio corpori seruiendus debet.

Peccato debemus odium, vt capitali inimico, Perfecto inquit Psal. odio oderam illos. Quando quis odit alium, tunc nec libenter videt ipsum, nec loquitur cum ipso, nec conuersatur vbi ille sit. Nondum odit peccatum qui libẽter loquitur de ipso, vel cogitatione, & imaginatione cõuersatur circa ipsum, ideo dicitur Eccl. 21. Quasi à facie colubri fuge peccatum. Et Gen. 19. Ne stes in omni circa regione &c. Non oderunt peccatũ, de quibus dicitur Sap. 1. Aestimantes illam amicam defluxerunt, & sponsiones posuerunt ad illam.

Peccatum odio habẽdum.

Mundo debemus contemptum. Quia enim bona eius mutabilia sunt, & transitoria, non permanent, quia vana sunt: non satiant, nec implent, nec substentant, quia mũdana, nec soluunt felicitatem quam spondent, & ideo vilia, & abijcienda. Quis enim credit, & amat hominem mutabilem, & vanũ, & quotidie mendacem? Si donat aliquid repetit cum maioribus vsuris, ideo dicitur Eccl. 20. Datus insipientis non erit tibi vtilis. oculi enim illius septemplices sunt. Exigua dabit, & multa improperabit, & apertio oris illius. (id est desiderium) inflammatio est. hodie fœneratur quis, & eras repetit: odibilis est homo huiusmodi.

Mũdus cõtẽnendus.

Est iustitia vindictæ per quam reddit vindictam quis in seipsum quod commisit. de quo Isa. 20. Ponam in pondere iudicium, & iustitiam in mensura, quando scilicet pœna culpæ æque compensatur. Hiere. 1. Vltionem capite de ea, sicut fecit facite ei. non parcat iaculis, quia domino peccauit. Et vt etiam dicitur Iosue 5. Reges iubẽtur

Iustitia vindictæ.

Universidad de Deusto Biblioteca

suspendi super 5. stipites, & non super vnum. Hęc iustitia non est exercenda, nisi in subditos, quia à non iudice sententia lata nō tenet. Opera ergo nostra iudicare debemus, & non aliena. Noua consuetudo est, vt aliena iudicemus, & non nostra, sed sententia nostra nulla est. Vnde 1. ad Corinth. 4. Mihi pro minimo est, vt à vobis iudicer, aut ab humano die. De nostris iudicamus. Vnde Gen. 49. Dan iudicabat populum.

Iustitia appendēs pōdus in statera.

Est & iustitia appendens pondus in statera æquitatis. In hac ponderanda sunt beneficia, iniuriæ & peccata nostra, & aliena. Sed sunt qui beneficia sibi collata parum pensant, & iniurias multum exaggerant: peccata propria parua reputant: aliorum magna existimant: contra quos Deutero. 25. Pondus habebis iustum, & verum &c. Vnde contra hypocritas dicit dominus Matth. 23. Vęh vobis scribæ, & Pharisæi qui decimatis mentam, & anetum, & cyminum, & relinquitis quæ grauiora sunt legis, iudiciū & misericordiam, hæc oportuit facere, & illa non omittere &c. Et Mich. 6. Nunquid iustificabo stateram impiā? &c. & supra. Adhuc ignis in domo impij, & mensura minor iræ plena, quasi dicat, id quod minus punit impius in mensura dominus implebit, & supplebit in ira sua.

De duplici mane, gratiæ & verbi Dei. Actiuæ vitæ, & contemplatiuæ.

IN PSAL. V. SERMO. X.

Quare mane dicatur lux gratiæ, vt lux verbi Dei. Primo.

MAne exaudies vocem meam. Mane adstabo tibi &c. Nota, quòd hic bis ponitur mane. secundum, ꝙ mane dicitur lux gratię vel lux verbi Dei. Primo quia quādo mane illucescit, latrones timentes deprehendi diffugiunt. Similiter spirituales latrones, scilicet dæmones, quando gratiæ luce anima illuminatur. vnde Iob 24. Si subito apparuerit aurora, arbitrātur vmbram mortis. Latrones noctè liberè incedunt. Similiter & dæmones illos securius inuadunt, quos in cęcitate peccati vidēt ambulare Iob 24. Mane primo consurgit homicida, interficit egenum, & pauperem: per noctem vero erit quasi fur. Oculus adulteri obseruat caliginem dicens: non me videbit oculus, & operiet vultum suum. Perfodiunt in tenebris domos &c. ideo dicitur Matt. 24. Si sciret paterfamilias qua hora fur veniret &c. Secundo quia mane recedunt aues noctis, vt bubo, & huiusmodi. Noctis aues sunt præcones mortis, & bibunt oleum Ecclesiæ in lampadibus, & circa cœmiteria conuersantur. Aues istę sunt tentationes quæ noctè volant, quia illis qui sunt in cęcitate peccati illudere solent. præcones sunt mortis, quia mortem animæ prænunciant, si consensus sequatur: circa sepulcra, & cœmiteria conuersantur. Quasi cœmiteria sunt peccatores qui sunt quasi corpora in feretro. vnde sicut dicitur Num. 11. Vocatus est locus ille sepulcrū concupiscentiæ, quia sepelierunt ibi populum qui desiderabat carnes. vnde Prouer. 12. Desiderium impij monumentum est pessimorum &c. Oleum de lampadibus bibunt, quia gratiam spiritus sancti, & omnem pium affectum à cordibus, quæ solebant lucere, & ardere coram Domino, tollunt. vnde Canti. ulti. de charitate dicitur: Lampades eius, vt lampades ignis, & flammarum. Aquæ multæ non potuerūt extinguere charitatem &c. Hæ aues noctis sunt timores nocturni de quibus in Psal. Non timebis à timore nocturno. Et Canti. 3. Vniuscuiusque ensis super femur suum propter timores nocturnos, idest tenebrosas tentationes quas timere debet anima. Secundo quia mane solent cātare aues lucis, vt alauda, & turtur. Aues lucis sunt puræ cogitationes, castæ affectiones, gemitus & suspiria, & singultus cordis. Mane cantant, quia dum per lucem cognoscuntur proprij defectus, & peccata, tunc in anima sonant. hæc est vox turturis, de qua Canti. 2. Vox turturis audita est in terra nostra, hęc sunt astra matutina, de quibus Iob 38. Cum me laudarent astra matutina, & iubilarent omnes filij Dei.

Secundo.

Tentationes sunt præcones mortis.

Aues lucis sūt puræ cogitationes.

Quarto, quia viator mane surgit, & succingitur ad cūdum, & in ortu gratiæ quilibet ad rectè operandum. vnde de viatore legitur illud Isa. 21. Custos quid de nocte, custos quid de noctè? & dixit custos. Venit mane. Ideo dicitur Ioan. 12. Ambulate dum lucem habetis, ne tenebræ vos comprehendant, & alibi. Veniet nox in qua non

Licèt operari. Immo etiam mane surgitur ad omne opus: vnde in Psal. Exibit homo ad opus suum, & Cant. 7. Mane surgamus ad vineas, quod totum cõprehenditur Matt. 20. Simile est regnum cęlorũ patrifami, qui exijt primo mane conducere operarios suos in vineam suam. Domini vinea est humana conscientia. Hæc vinea Domini electa in qua plantauit omne semen verum. Hier. 2. Pro huius vineę cultura Deus exit, cum volũtatem suam per internam inspirationẽ innotescere facit. Domini ergo egressus est, manifestatio eius iterum, & iterum exit. iteratio egressionis augmentatio est cognitionis. vnde Eccl. 1. Disciplina sapientiæ cui reuelata est, & manifestata? & multiplicationem ingressus illius quis intellexit? Vineæ cultores cogitationes sunt, & affectiones, primi cultores exercent in cognitione veritatis. Secundi in exercitatione virtutis. Ad istos pertinet in altum fodere, ideſt occulta penetrare. ad istos superflua sarmentorum, vel propaginum amputare, id est morum inutilia resecare. vnde de vinea inculta, ideſt anima à Deo deserta. Dicitur Isa. 5. Nõ putabitur, & non fodietur, & ascendent super eam vepres, & spinæ. Vepres malarum affectionum. Spinæ prauarum cogitationum, & sollicitudinum. De his vinitoribus dicitur. Oseę 1. Dabo vinitores eius ex ipso loco. Ex ipso loco dantur vinitores quando ipsam propriæ excolunt cogitationes. Vel nota, ꝙ mane percussi sunt à Deo Aegyptij vnde dicitur Exod. 14. Iamque aduenerat vigilia matutina. Et ecce respiciens Dominus super castra Aegyptiorũ interfecit exercitum eorum. Castra Aegyptiorũ sunt corda peccatorum dum in eis cõtra Dominum diabolus militat. Sicut corda iustorum castra Dei sunt. Vigilia matutina iustificationis gratia per quã Aegyptij interficiuntur, ideſt peccatorum cęcitas effugatur, & non ante. hinc legitur Ioan. 21. quòd Apostoli tota noctè laborantes, & piscantes nihil prendiderunt: mane autem facto stetit Iesus in littore, & concluserunt piscium multitudinem copiosam, quia frustra laborat lingua doctoris, nisi intus aspiret gratia saluatoris. vnde dixit eis ibidem. Pueri nunquid pulmentarium habetis? quasi dicat, habetis quod manducetis cum pane vestro? & responderunt, non. Panis aridus labor infructuosus Ioan. 4. Meus cibus est, vt faciã voluntatem eius, qui misit me, vt perficiam opus eius. Panem aridum manducat qui laborem prædicationis infructuose exercet. Pulmentum & condimentum panis, ideſt solatium laboris est conuersio auditoris. vnde Isa. 9. Lætabuntur coram te, sicut qui lætantur in messe.

Mane iuit Maria ad monumẽtum, & vidit lapidem reuolutum. Maria vadit mane ad monumentum quando anima per lucẽ intimæ cognitionis retractat omnia peccata, & circunstantias peccatorum. Plorat, quia ex hoc compunctio excitatur: videt lapidem reuolutum, quando iam in conscientia non inuenit scrupulum. Sed attende, quòd nõ inuenit Dominum. In quo significatur, quod dixit Apostolus. Nihil mihi conscius sum &c. Iesum non inuenit, quia licèt nullius peccati conscia sit, tamen se esse in charitate nescit.

Item mane surrexit dominus. & postea apparuit discipulis suis. in multis argumentis, & ostendit vulnerũ suorum cicatrices, & exhibuit se videndum, & tangendum, vt probaret resurrectionem suam, vt habetur in fine Lucæ, postea ascendit, tandem spiritum sanctum misit. In nobis obseruandus est hic ordo. Mane surgit qui per lucem gratiæ peccatum confitetur, & cognoscit: suam spiritualem resurrectionem probare est bona opera exhibere. Ioan. 10. Opera quæ ego facio, ipsa testimonium perhibent de me.

Corpus glorificatum naturaliter non potest videri, nec tangi, & tamen dominus per miraculum exhibuit se ad videndum, & tangendum. Quasi ergo corpus glorificatũ esse debet qui resurgit à morte culpæ, & reputat se inuisibilem quantum ad oculos hominum, à quibus videri, & laudari non quærit. Quasi inuisibilem se esse vult vbi dicit Matth 6. Tu autem cum oraueris intra in cubiculũ tuum, & clauso ostio, ora patrem tuũ in abscondito. &c. Et tamen si necesse est se visibilem exhibeat propter vtilitatem proximorum, vt ian non credatur mortuus per culpam, sed viuus per gratiam. Dicat ergo, sicut dicitur in Apoc. 1. & fum viuus, & ui mortuus. Sic ergo fiat opus in publico, quòd maneat ntentio in occulto, & secundũ hoc, quod est inuisibile visibile exhibetur. Visibilem se exhibebat Paulus cum dixit 2 Corinth. 11. Hebræi sunt, & ego.

ego. Serui Dei sunt, & ego, vt minus sapiens dicam, plus ego. Et nota, quòd quasi ad videndum exhibet se per doctrinam, sed non sufficit, nisi exhibeat se ad tangendum per patientiam, vnde Prouer. 19. Doctrina viri per patiẽtiam noscitur. Debet & in se ostendere vulnerum cicatrices, vt in ipso appareant per conformitatem vestigia passionis Christi vnde ad Gal. vltimo. Stigmata Domini nostri Iesu Christi iugiter in corpore meo porto.

Debet ascendere in cœlum, ideſt cœlestem conuersationem per profectum virtutum. Psal. 83. Beatus vir cuius est auxilium abs te: ascensiones in corde suo disposuit in valle lachrymarum, in loco quem posuit. Debet etiam mittere spiritum sanctum, scilicet remittere, illuminare, inflammare. Spiritum sanctum mittit qui proximo iniurias remittit: per doctrinam illuminat: qui per bonum exemplum accendit. Vel ascendere pertinet ad contemplatiuam, mittere spiritum sanctum ad actiuam. Quis est enim qui ascendit, nisi filius qui est sapientia Dei? Ascendere nos facit contemplatiua per sapientiã Et quis descendit, nisi spiritus sanctus qui amor est? Et nos in actiua descendimus, & proximo condescendimus per amorem, vnde 2. Corinth. 5. Siue excedimus Deo, siue sobrij sumus nobis.

Sicut duplex est dies actiuæ. & contẽplatiuę, duplex mane.

Vnde duplex est mane, sicut duplex est dies actiuæ, & contemplatiuæ. Mane actiuæ lucet nobis per scientiam: donum scientiæ animam illuminat, vt cognoscat proprius defectus, & infirmitates, & peccata. vnde Matt. 5 Aptatur huic dono beatitudo luctus. Qui vt dicitur in Ecclesiaste. 1. Qui addit scientiam addit, & dolorem. Ideo præmisit Mane exaudies vocem meam. Hæc est vox fletus, & gemitus: de qua Psal Exaudiuit Dominus vocem fletus mei. Est etiam mane contemplatiuę, & hoc facit in nobis donum intellectus, vel sapientiæ. Intellectus donum intellectum illuminando. Sapientiæ affectum inflammando. Duos enim dies habet contemplatiua, & ideo duo mane, clarior est dies affectus quam intellectus, & plus habet intimæ lucis. Vnde dies super dies regis adijcies. Eccle. 24 Quare dies diem supirat, & iterum lux lucem, & annus annum, sol solem, & hoc potest intelligi de die intellectus, & de die affectus. Vel de die actiuæ, & de die contemplatiuæ. vnde 2. ad Corinth. 4. Et licèt is qui foris corrumpitur, tamen is qui intus est renouatur de die in diem. De mane ergo contemplationis subiungit cum dicit. Mane adstabo tibi. Duo inquã sunt officia Angelorũ mitti, & adstare. Mittuntur ad operationẽ: adstant ad cõtemplationẽ. Adstare ergo pertinet ad cõtemplatiuam. vnde dicit Helias 3. Reg. 18. Viuit dominus exercituum, ante cuius vultum sto. Abacuc. 2. Super custodiam meam stabo, & figam gradum meum. De mane actiuæ dicitur. Iob 8. Si diluculo consurrexeris, & ad Deum omnipotentem deprecatus fueris: statim euigilabit ad te, & pacatũ reddet habbitaculum iustitiæ tuæ. Et 7. Visitas eum diluculo &c. De mane contemplatiuæ. Exod. 16. Colligebant autem mane singuli quantum sufficere poterat ad vescendum: cumque incaluisset sol liquefiebat. hoc dictum est de manna.

De duplici sepulcro, clauso & patente: Et de detractionis atque inuidiæ malo.

IN PSAL. V. SERMO. XI.

Sepulcrũ clausum, significat peccatorẽ occultũ, patens vero sepulcrũ manifestũ peccatorẽ importat.

SEpulcrum patẽs est guttur eorum. Est sepulcrum clausum, scilicet occultus peccator, & simulator. est & patens sepulcrum, scilicet manifestus peccator. Vel detractor est clausum, & patens quicunque peccatum confitetur. Sepul. clau. est occultus peccator. vnde secreto est corripiendus non detegendus, sed sepeliendus. vnde dicitur Eccle. 38. Fili super mortuum produc lachrymas, & quasi dira passus incipe plorare, & secundum iudicium contege corpus, & non despicias sepulturam illius. Moritur frater tuus peculpam: vnde compati debes ei, & mortem eius flere. Signanter autem dixit secundum iudicium contege corpus illius. Non enim est deregere, secreto corripere, vel dicere ei qui potest prodesse, & non obesse, sicut solet dici super illud: Si peccauerit &c. Ad hoc edocemur per naturam delphinum. Quia sese inuicem intumulant in arena. Sunt autem quidam qui, vt primum norint aliquid, vel audie-

Mala faciũt publicãtes, peccatum occultum alicuius.

audierint siniſtrum de fratre ſuo, non ceſſant publicare, & infamiam multiplicare: contra quos dicit Eccl. 19. Audiſti aliquid aduerſus frarrem tuum, commoriatur in te fidens quoniam non rumpet te. Tales poſſunt comparari hienæ quæ dicitur ab Ariſtotele Lupus Africanus: quę cadauer extrahit de ſepulcris. Vnde Hiere. 12 Facta eſt mihi hæreditas mea, quaſi hiena, ſecundum aliam literam. Quid autem eſt de ſepulcro cadauera extrahere, niſi peccatum ſepultum, & occultum publicare? Quod graue flagitium eſt. Multi enim plerumque ſunt in peccato qui ſunt electi Dei, & poſtea reſurgunt. Vnde in Pſal. Poſuerunt morticinia ſeruorum tuorum &c. Hiere. 8. Eijcient oſſa regum Iuda, & ſacerdotum, & prophetarum de ſepulchris ſuis, & expandent ea ad Solem, & Lunam &c. Tales violatores ſunt cęmiteriorum, & tenentur de ſepulcro violato. Diſcrete tamen intelligendum eſt quod dixi peccatum fratris eſſe ſepeliendum: non ad fouendum ipſum in peccato, ſicut quidam qui tegunt crimina illorum quibus ſocij ſunt in crimine, & alter alterum viciſſim tegit, & excuſat, & defendit. Vnde Iob 40. Protegunt vmbram vmbræ eius. De his dicit dominus Matthæi 8. Dimitte mortuos ſepelire mortuos ſuos, Gregor. Mortuus mortuum ſepelit, quando alter alterum aggere adulationis premit, ſed bona intentione ſpe correctionis hoc faciendum. Maxime autem confeſſor debet tegere ſecretum confeſſionis. Vnde eius officiũ eſt ſepelire mortuos, non ſine myſterio. Sicut Thob. de quo Thob. 2. Cum nũciatum eſſet ei vnum ex filijs Iſrael iugulatum in platea iacere: ſtatim exiliens de accubitu ſuo, & relinquens prandium ieiunus peruenit ad corpus, & portauit illud occultè, & caute ſepeliuit ipſum. Nota quòd dicitur iugulatum in platea: in quo ſignificatur etiam ille qui peccat apertè. Magna perfectio, vt non ſolum ſatagat peccatum occultum tegere, ſed ſi poſſet ei quod manifeſtum eſt infamiam ſubtrahere. Magna perfectio propter hoc etiam relinquere prandium ſuum.

Simulator dr̃ ſepulcrum clauſum, & dealbatum.

Simulator dicitur clauſum ſepulcrum, immo etiam dealbatum, vt non videatur ſepulcrum, & etiam magnis ædificijs conſtructum. Hinc dicitur Matthæ. 23. Væ vobis ſcribæ & Phariſæi Hypocritæ, conſimiles eſtis ſe-

deal.

deal. &c. vſque in finem auctoritatis, & Iſai. 22. Quid tu hic? aut quaſi quis hic? Quia excidiſti tibi ſepulcrum.

Sepulcrum patens manifeſtus peccator. Quanta corruptio veniat ex ſepulcris patentibus manifeſtum eſt Romæ. Quantum alios corrumpant notorij peccatores, nulli venit in dubium. Ideo dicuntur ſedere in cathedra peſtilentiæ, quia magiſtri ſunt erroris, & peccati. Ezec. 24. Sanguis eius, in medio eius eſt, ſuper limpidiſſimam petram effudit illum. Non effudit illum ſuper terram, vt poſſit operiri puluere. Hiere. 36. Cadauer eius proijcietur ad æſtum per diem, & ad gelu per noctem. Hier. 22. Sepultura aſini ſepelietur putrefactus, & proiectus extra portas Hieruſalem.

Detractor eſt ſepulcrũ patẽs.

Sepulcrum patens eſt detractor. Sepulcrum eſt, quia omnia explorat peccata, vt quaſi cadauera ſibi incorporet. Et eſt, ſicut canis qui cadaueribus paſcitur. Et eſt, ſicut vultur de quo legitur in libro naturalium, quòd ſequitur exercitus propter cadauera, & à longe videt ea, & ſentit. Item dolet, quando videt pullos ſuos impinguari. Eo modo inuidus, & detractor perquirit aliorum facta ſi inueniat in quo poſſit detrahere, & tabeſcit quando videt eos proficere quos deberet quaſi filios enutrire. Patens ſepulcrum eſt, quando alienorum peccatorum, quæ in corde ſuo, vt proferat loco, & tempore repoſuit, quaſi cadauerum vaporem eructat. Vnde Eccl. 11. Non omnem hominem inducas in domum tuam, ideſt non omni aperias conſcientiam tuam. Multę enim inſidiæ ſunt doloſi. Sicut enim eructant præcordia fœtentium &c. Verè ſepulcrum patens. Vnde Hierem. 5. Pharetra eius quaſi ſepulcrum patens. Verba detractoris quandoque comparantur ſagittæ, quandoque gladio. Quandoque aperte detrahunt ſagittæ. Quando occulte detrahunt, gladio. Pharetra ergo dicitur cor in quo latent cogitationes iniquę, & vnde verba detractionis prodeunt quaſi ſagittę toxicatę. Hęc pharetra eſt quaſi ſepulcrũ patens dum quod inique concepit, & in corde retinuit per verbum fętidũ detractionis emittit. Vnde os eius, quaſi porta ſtercoris eſt, quia alienum ſtercus portare in ore ſuo, ideo dicitur Eſdræ 3. ſeu Neemi. 3. quòd Melchias

filius

filius Rechab ædificauit portam sterquilinij. Melchias interpretatur chorus Domino. Detractores enim, & adulatores solent assistere dominis suis, & quasi chorum eis facere. Vnde Eccl. 20. Qui edunt panem illius fallæ linguæ sunt. Hic dicitur filius Rechab, qui interpretatur mollis pater. Quia remissio auditorum multitudinem generat detractorum. Quia si deest auditor, deest & detractor. Vnde de viro iusto dicitur Psal. 14. Ad nihilum deductus est in conspectu eius malignus. Prouerb. 25. Ventus aquilo dissipat pluuias, & facies tristis labia detrahentia. Sepulcrum item patens, & clausum, qui confitetur peccatum. Patens quia confitetur. Vnde Matth. 29. Monumenta aperta sunt. Clausum, quia iam nullum peccatum in libro conscientiæ videt diabolus. Vnde in Psal. Beati quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata.

De furore, ira, argutione & correptione.

IN PSAL. VI. SERM. XII.

Discrimẽ inter irã, & furorẽ.

DOmine ne in furore tuo arguas me &c. Quatuor hic notantur: furor, ira, argutio, correptio. Beatus Bernardus distinguit inter furorem, & iram dicens, Vtinam omnem in me extollentiam comprimat non accensus furor, sed infusus amor. Vtinam discam non superbire, sed vnctione potius quam vltione magistra discere. Domine ne in furore tuo arguas me, sicut Angelum extollentem se in cœlo. neque in ira tua corripias me, sicut hominem in Paradiso. Ambo iniquitatem meditati sunt: ambo altitudinem affectantes: istę potentiæ, illę scientię. vtraque altitudo deiecta est, sed in homine mitius. Angelus furorem: Homo tantum sensit iram. Vnde Is. 25. Præcipitabit Deus in monte isto faciem vinculi colligati super omnes populos, & telam quam orditus est super omnes nationes. Præcipitabit mortem in sempiternum. In monte dicit, quia altitudinem appetijt: isto dicit, vt distinguat. Homo enim sibi petijt altitudinem scientię: Satham altitudinem potentiæ, quasi dicat, quòd vinculum colligatum super Sathanam præcipitauit, quem inremediabiliter in furore percussit. Vnde Isa. 14. Quomodo cecidisti de cęlo Lucifer qui mane oriebaris: qui dicebas Ponã &c. Veruntamen ad infernum detraheris in profundum laci. Proiectus es de sepulcro tuo quasi stirps inutilis, pollutus, & obuolutus cum ijs qui interfecti sunt gladio, & descenderunt ad fundamenta laci. Pollutus, & inuolutus per peccati immunditiam: obuolutus propter resurgendi impossibilitatem. Super hominem quasi faciem vinculi colli, & non ipsam faciem præcipitauit, quem non in furore, sed in ira percussit. De diabolo dicitur. Inuenta est iniquitas eius ad odium. De homine: cum iratus fueris misericordiæ recordaberis, hinc dicitur Luæ 10. Homo quidam &c. & abierunt semiuiuo relicto. homo quasi semiuiuus: diabolus quasi totus mortuus. Diabolus peccauit contra potentiam quæ est patris. Patrem autem non decuit incarnari ne duo in trinitate essent filij: homo contra filij sapientiam, ideo filius incarnatus est. vnde Ionas dicit Ionæ 1. Tollite me, mittite me in mare, & cessabit tempestas, quia propter me orta est.

Hoĩes filii iræ nõ furoris dicũtur, diabolus aũt nõ iræ, sed furoris dicitur filius.

Propter hoc dicimur filij iræ, & non furoris. Diabolus filius non iræ, sed furoris. vnde dicitur Luc. 10. Videbam Sathanam quasi fulgur de cœlo cadentem. Nam quasi in furore pręcipitatus est. Ira plerumque ex nimia accensione conuertitur in furorem. vnde Psal. Cum exarserit in breui ira eius &c. Ira exardescens furor est. Bernardus: Vęh filijs diffidentiæ, his qui ex Adam sunt, qui nati filij iræ: iram sibi in furorem, virgam in baculum, immo in malleum diabolica obstinatione conuertunt: immo in colubrum. Sicut dicitur Exodi 4. Proiecit Moyses virgam, & conuersa est in colubrum. Virga enim non occidit, sed corrigit. vnde Prou. 23. Si percusseris eum virga non morietur. Coluber occidit. vnde in eodẽ. In nouissimo mordebit, vt coluber. Qui ergo virgam proijcit, ideſt pœnitentiam, & præsens flagellum contemnit: mutabitur ei in colubrum, ideſt æternum supplicium. Væh ijs qui cum essent filij iræ, & facti sunt per gratiam filij Dei, nõ solum iræ se subijciunt, sed & furori. vnde Iob 21. Quotiens lucerna impiorum extinguitur, superuenier eis inundatio, & diui-

& diuidet dolores furoris sui. Lucerna extinguitur quando gratia subtrahitur. Superuenit inundatio, ideſt iræ Dei accumulatio. Dolores furoris diuiduntur quando secundum culpæ qualitatem, & quantitatem puniuntur. Iob 21. Videbunt oculi sui interfectionem suam, ideſt causam interfectionis, & de furore omnipotentis bibet.

Correptio pertinet ad purgationem, & præsentem statum. de qua dicitur Iob 6. Beatus vir qui corripitur à domino, & Ecclesiasticus 17. Sapiens non murmurabit correptus &c. hanc desiderabat Iob 6. Quis mihi det, vt veniat petitio mea, & quod expecto tribuat mihi Deus &c. soluat manum suam, & succidat me, & hæc mihi sit consolatio, vt affligens me dolore non parcat. Quasi manu soluta, & quasi palma dominus percutit quos hic affligit quasi pugno percutiet quos æternaliter affliget: sic diabolum percussit. vnde Isa. 39. Qui mensus est pugillo aquas, & cœlos ponderauit. Aqua quia deorsum fluens est diabolus. cuius pœnam quasi pugillo, & manu clausa mensus est, dum æternaliter eum damnauit. Pugillo tamen, & non pugno, quia pœnam eius non secundum meritorum exigentiam mensurauit: quia nũquam sine misericordia punit. Cœlos, id est sanctos palma ponderat, dum sanctorum præmia late mensurat. vnde Luc. 6. Mensuram bonam, & confertam &c.

Argutio ad futurũ iudicium pertinet.

Argutio pertinet ad futurum iudicium, quando dominus quasi cum reprobis disputabit, & eis concludet, & quasi ad omne genus metæ deducet, scilicet ad quinque. Ad metam redargutionis. Dicet enim dominus, esurijui & non dedistis mihi manducare Matth. 25. & ipsi respondebunt. Domine quando vidimus te &c. & inferet eis. Quod vni ex minimis istis &c. Arguet etiam eos propria conscientia. Vnde dicitur. Argua te &c. Arguet eum de malè actis. Vnde Hiere. 2. Arguet te malitia tua, & auersio tua increpabit te. Et ad Roma. 2. Testimonium reddente illis conscientia ipsorum, & inter se inuicem cogitationũ accusantium, aut etiam defendentium. Arguet eũ de vanitate quam dilexit. Eccle. 11. Cum multis annis vixerit homo, & in his omnibus lætus fuerit, meminisse debet tenebrosi temporis, & dierum multorum qui cum venerint vanitatis arguentur præterita. Ad metam falsi, quando intel-

intelliget quanta falsitas in eis quæ dilexit. Quibus dicitur, Fili hominum vsquequo graui corde, vt quid &c. & Sap. 5. Quid nobis profuit superbia, aut diuitiarum iactãtia &c. omnia transierunt quasi vmbra, quæ veritatẽ non habet. Ad metam inopinabilis, quia videbunt pœnas suas supra opinionem suam, & etiam præmia beatorum. Sap. 5. Videntes turbabuntur timore horribili, & mirabuntur in subitatione insperatæ salutis, gementes, præ angustia spiritus dicentes, Hi sunt quos aliquando habuimus in derisum &c.

Ad metam nugationis, quia intelligent quam inutilẽ circuitum in his temporalibus habuerũt. Quomodo mane surgit vnusquisque, comedit, laborat, dormit, & iterũ mane surgit, & ad idem reuertitur, omnia repetuntur, & cibus, & potus, & somnus &c. Hæc nugatoria repetitio infatuat nos. Vnde Sap. 4. Fascinatio nugacitatis obscurat bona, & inconstantia concupiscentiæ transuertit sensum, sine malitia. Et Sopho. in fine. Nugas qui à lege receſſerunt congregabo, quia ex te erant. Quomodo de circuitu culpæ in circuitum pœnæ nugatorium merito transit non est mirum, quia semper ibi affligitur, & nunquam purgatur, vt pœna facit purgatoria. Vnde dicitur, Pone eos domine vt rotam &c. & 1. Reg. 25. Anima Domini mei &c. & anima inimicorum eius rotabitur in impetu fundæ. Ducetur ad metam solœcismi maxime hypocrita. Efiq́ue solœcismus vir mea sponsa meus, quando fœminnum scilicet masculino consociatur. Quasi masculinum, & fœmininum coniungunt qui quantum ad exteriorem hominem virilitatem ostendunt quantum ad interiorem quasi fœminæ sunt. Isti monstra sunt, & quasi hermaphroditi, fortes in verbo: in opere dissoluti. Isti sunt cuirati, de quibus dicitur quòd Ezechias abstulit cultores cybeles, & cuiratos de terra. Ideo quia vnusquisque debet esse vir secundum exteriorem, & interiorẽ hominem. Dicitur. Leuit. 15. Vir qui patitur fluxum seminis immundus erit &c. Ideo in Psal. geminatur barbam, cum dicitur: Sicut vnguentum, quod descendit in barbam, barbam Aaron.

De labore pœnitentis comparato ad parturientem: De officio audientium confessiones, & de reprobis in peccatis lætantibus.

IN PSAL. VI. SERM. XIII.

Pœnitens parturiēti cōparat.

LAboraui in gemitu meo. Loquitur de pœnitente ad modum parturientis: in quo quatuor attendūtur: Dolor seu labor: clamor ex vtroque: gaudium de partu: officium obstetricis. Debet anima anxiari in pœnitentia, sicut mulier in partu. Vnde in Psalmo dicitur. Labores vt parturientis. Isa. 46. Sicut quæ concepit, cum appropinquauit ad partum, clamat in doloribus suis, & Miche. 4. Nunquid rex non est tibi, aut consiliarius perijt, quia comprehendit te dolor, sicut parturientem? Dole, & satage filia Sion, quasi parturiens. Dole per contritionem, satage per satisfactionē, & hoc est quod dicitur, Laboraui in gemitu meo &c.

Clamor duplex interior qui est intētio desiderij exterior vox cōfessionis.

Clamor ex dolore, & labore. Clamor duplex, interior intentio desiderij: exterior vox confessionis: quæ clamor dicitur, licèt coram sacerdote quasi in silentio fiat, quia tam efficax vox confitentis est, quòd cœlos penetrat, & ad Deum, & Angelos peruenit. Vnde præparationem cordis audiuit auris mea. Dominus enim positus in cruce fuit, quasi mulier parturiens. In sepulcro quasi mulier quę iacet. In resurrectione, quasi mulier in puerperio (sen sa iesine) purificata quę est releuee. Ideo vt se quasi parturientem ostenderet, clamauit in cruce. Matth. 27. Iesus autem clamans voce magna ait. Pater in manus &c. Peperit quando de latere eius exiuit sanguis, & aqua. tunc enim quasi nos peperit quando materiam nostræ regenerationis effudit. Ioan. 19. Tunc unus militū &c. Vnde primogenitus ipsius fuit latro in cruce pēdens à dextris. de quo Luc. 23. Domine memento mei &c. Clamor iste ostenditur in Apocal. 12. Mulier amicta Sole, & Luna sub pedibus eius. in & capite eius &c. Clamat & cruciatur, vt pariat. Sol significat æterna: Luna transitoria bona & mutabilia. Omnis enim rerum mutabilitas, & profectus, & defectus magis attenditur secundum Lunam quam secundum

Mutabilitas rerū secundū Lunam attēditur.

eundum aliquem aliorum planetarum. Hinc est, quòd canes, & infirmi quidam dicuntur lunatici, qui mutantur per crementum, & decrementum Lunæ. Similiter & mundani secundum crementum, & diminutionem temporalium mutantur: contristantur vel lætantur, quando scilicet lucrantur, vel perdunt. Tales possunt dici lunatici. Vnde dicitur Eccles. 27. Stultus, vt Luna mutatur. Et in Euangelio Mar. 9. dicitur de lunatico, quòd spumat, & stridet dentibus. Isti sunt qui colunt fortunam, de quibus Isa. 45. Qui ponitis fortunę mensam, & libatis super eam. Isti sunt sub Luna, & non supra Lunam. Sed qui secundū temporalium amissionem, vel affluentiam non mutantur Lunam habent sub pedibus, ideſt sub affectionibus, quia si affluunt temporalia non applaudunt, Vnde in Psalm. Diuitiæ si affluant nolite cor apponere. Si amittantur, vel pereunt non deijciuntur. Sed dicunt cum Iob 1. Dominus dedit, Dominus abstulit: sit nomen Domini benedictum &c. Non habet autem anima Lunam sub pedibus, nisi sit amicta sole. Sol designat æterna. Vnde dicitur Eccles. 1. Vidi cuncta quę fiunt sub Sole, & ecce vniuersa vanitas, & afflictio spiritus. Omnia enim quæ sub æternis sunt, vana sunt, & animam affligunt. Sol lucem habet, & calorem. Quid est ergo animam superuestiri Sole, nisi æternorum cognitionem, & amorem habere? Talis anima, Lunam habet sub pedibus, ideſt temporalia sub affectibus. Supra temporalia modo constituta est, quę calcat, sub æternis autē collocata, ad quæ suspirat, sed quia plerunque tentatur cupiditate terrenorum propter dilationem æternorum, & non vincit supra temporalia, nisi exēplo eorum qui temporalia contempserunt, ideo sequitur. In capite eius corona stellarum 12. Quasi 12. stellarum irradiatio est exemplum, & perfectio 12. Apostolorum, de quibus dicitur. Matthæ. 19. Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te. Quibus anima coronatur dum exēplo eorum amor temporalium superatur. Clamat & cruciatur, vt pariat. Clamat autem pœnitens in confessione, vt pariat nouum hominem, scilicet in statu gratiæ. Clamat anima perfecta desiderij intentione, vt exclusa corruptionis seruitute pariat nouum hominem in statu gloriæ. Vnde Rom. 8. Scimus quoniam omnis creatura ingemiscit

Quid sit aīam Sole vestiri, & Lunā sub pedib' habere.

miscit vsque adhuc: non solum illa, sed & nos primitias spiritus habentes, & ipsi intra nos gemimus adoptionem filiorum, expectantes redemptionem corporis nostri.

Gaudium de partu. vnde Ioann. 16. Mulier cum parit tristitiam habet &c. & Luc. 15. Maius gaudium est super peccatore &c. Isai. 9. Lætabuntur coram te, sicut qui lætantur in messe. de Ioan. Luc. 1. Multi in natiuitate eius gaudebunt, & illud Isa. 9. Puer natus est nobis.

Officiū obstetricū nihil aliud quam officiū cōfessorū est & prędicatorum.

Officium obstetricum nihil aliud est quàm officiū confessorum, & prædicatorum, quorum officiū est prius educere de corde peccatum, vt postea pariat nouum hominē. vnde Iob 36. Obstetricante manu Domini eductus est cocliū liber tortuosus, ideſt diabolus. Iuxta consuetudinem quarundam nationum, mulier primo parturit monstrum aliquod, vt bufonem, & postea puerū, quod prouenit ex prima natura. vnde Iuuenalis. Inde fit, vt malim fraterculus esse gigantum. Simile est reperire in arboribus, scilicet nucearijs, quæ prius proferunt catulos, Gallice chalem, & ficus profert grossos de qua Cāt. 2. Ficus protulit grossos suos. Membra paruulorum tenera dure tractari non sustinent: vnde quasi obstetricem docebat Paulus Gal. 6. Si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spirituales estis huiusmodi instruite in spiritu lenitatis, &c. & Ro. 15. Debemus nos firmiores imbecillitatem infirmorum sustinere &c. Qui confessores rectè significantur Exo. 1. per Phuam, & Sephoram. Phua enim interpretatur rubens: Sephora passer, vel auis. Confessores sunt Phuæ dum rubent per Christi passionis imitationem. Sephoræ dum volant per contemplationem. Hæc duo confessoribus, & prædicatoribus sunt necessaria, vt nuper genitis, vel neophitis quasi pullis pastum exhibeant. Iuxta verbum Iob 39. Pulli aquilæ lambunt sanguinem. Et eosdem postea volatu suo, ideſt contemplatione, & profectu bonorum operum prouocent ad volandum. vnde. Sicut aquila &c. hinc dicit Iob 5. Homo ad laborem nascitur: ecce Phua rubens, & auis ad volandum, ecce Sephora. Phua etiam interpretatur indutio oris eorum, quia plerumque quādo peccator taciturnus est, quasi os eius prudenter debet induere generaliter quædam tangendo, ita tamen, quòd caute hoc faciat: ne dum ignota peccata nominantur

Cōfessoribus, & prædicatoribus duo sunt necessaria.

minantur, quæ non fecerat ad experientiam eorum prouocetur. Ideo dicitur Cant. 4. En lectulum Salomonis 40. fortes ambiunt ex fortissimis Israel, ambiunt dicit non intrant. Deutero. 24. Cum repetes à proximo tuo rem aliquam quam debet tibi, non ingredieris domum eius, vt pignus auferas, sed foris stabis, & ille tibi proferet quod habuerit.

Quidam dure tractando, vel vituperando, vel exprobrando paruulos interficiunt. vnde Bernardus. Si quid ad salutem pertinens, si quid religionis oritur: quicunque resistunt, quicunque repugnant cum Aegyptijs masculos Israeliticos necant. Immo cum Herode persequuntur nuper natum saluatorem, quem potius cum Maria inuoluere pannis deberent, vt Lucæ secundo. Item mortuum de cruce quasi receptum de matre cum Ioseph, & Nicodemo syndone munda deberent inuoluere, Matthæi 27. E contrario reprobi sine dolore, & labore pariunt: immo cum delectatione Prouer. primo. Qui lætantur cum male fecerint: licet sibi pariant mortem vnde Iaco. 1. Deinde concupiscentia cum cōceperit parit peccatum: peccatum vero cum consummatum fuerit generat mortem. In hoc comparantur equabus, quæ sicut dicitur in libr. de naturalibus, sine dolore fœtum emittunt. Iob 21. Bos eorum concepit, & non laborauit: vacca eorum peperit, & nō est priuata fœtu suo. Egrediuntur quasi greges paruuli eorum, ideſt primi motus, & exultant lusibus. E contrario autem, sicut conceptum malum, sine dolore perficiunt, ita facile in bono conceptu abortiuum faciunt. Id hoc similes sunt equæ quæ propter fumum candelæ extinctæ cogitur abortire. Lumen seu candela extinguitur, quando à Prælato, vel doctore peccatur. Fumo luminis extincti abortiuum facit qui propter exemplum malum, à bono incepto desistit. Nolebat dominus nos sic abortire cū dixit Matth. 23. Super cathedram Moysi sederunt scribę, & Pharisæi. Omnia ergo quæcunque dixerint vobis, seruate & facite, secundum opera vero eorum nolite facere &c. Ideo de Hebræis mulieribus dicitur Exo. ideſt, quòd pariunt antequam veniant obstetrices: Aegyptiæ mulieres obstetrices expectant, aliter non pariunt. Sic & quidam expectant opera prælatorum, aliter bonum non faciunt,

Reprobi sine dolore, & labore pariunt iusti autē cū dolore.

Universidad de Deusto Biblioteca

ciunt, sed Hebræę, ideſt electi Dei non: quia non reſpiciunt ad opera Prælatorum, ſed ad Dominum qui dixit: quæ dicunt facite &c.

Iuſtus autem eſt, ſicut cerua quæ cum dolore parit: Iob 39. Incuruantur ad fœtum & pariunt, & rugitum emittunt. Item parit in via calcata ſciens induſtria naturali, quòd lupus viam calcatam non intrat: via calcata, & trita à ſanctis eſt imitatio paſſionis, ſiue ipſe Chriſtus. vnde de Beata Virgine dicitur, quòd peperit in via, eo quòd nõ erat ei locus in diuerſorio, vt Luc. 2. Vere via trita paſſio Chriſti. vnde dicitur Iſa. 53. Attritus eſt propter ſcelera noſtra. Peccator etiã in partu ſuo non clamat. immo peccatum ſilentio celat. vnde Oſeę 13. Colligata eſt iniquitas Effraym, abſconditum eſt peccatũ eius. Dolores parturientis venient ei, ipſe filius, non ſapiens, & in Pſalm. Non clamabunt &c.

Non eſt lætandum de partu peccatoris. vnde Iob 3. Pereat dies in qua natus ſum, & nox in qua dictum eſt, conceptus eſt homo. Et poſt. cur exceptus genibus, & lactatus vberibus?

De obligationibus, & debitis noſtris, & ſoluendi modis: deq; iniuria leuiter ſuſtinenda, & remittenda.

IN PSAL. VII. SERM. XIIII.

Tria ſunt quæ nos obligant. Duo ab obligatione liberãt.

SI reddidi retribuẽtibus mihi mala. Tria ſunt quę nos obligant, beneficia quæ recepimus ab alijs, & ſeruitia: iniurię quas inferimus, & iniurię quas vindicamus. Duo ſunt quæ nos obligatos liberãt. Iniuriæ quas ab alijs patienter ſuſtinemus, & beneficia, & ſeruitia quæ alijs impendimus. Quantum obligati ſimus patet, quia debitis alienis, & proprijs. Alienis, quia ſicut hæres patri ſuccedit in obligationes hæreditarias, ita & nos Adæ patri noſtro. De horum debitorum iugo Eccl. 40. Iugum graue ſuper filios Adam à die exitus de ventre matris eorum vſque in diem ſepulturæ omniũ.

Pro-

Proprijs. Paternis enim debitis addimus noua peccata actualia: ſimiles filio prodigo, de quo Lucæ 15. Diſſipauit omnem ſubſtantiam &c. dum non ceſſamus peccare, non ceſſamus nos obligare: intantum autem creuerat debitũ, quòd non eramus ſoluendo. Vnde Pſalm. 36. Mutabitur peccator, & non ſoluet. Venit igitur tandem Chriſtus, vt ſolueret, & fideiuberet pro nobis. Vnde Prouerb. 12. Pauper & dines obuiauerunt ſibi: vtriuſque operator eſt dominus. Tunc pauper, & dines obuiauerunt ſibi, quando humana ſimul, & diuina concurrerunt naturæ. Quia tũc, vt habetur Pſal. 48. ſimul in vnum dines, & pauper. Dines ergo pro paupere ſoluit. Vnde Pſal. 68. Quæ non rapui tunc exoluebam. Hinc eſt quod legitur 1. Reg. 22. Ad Dauid conueniebant omnes ære alieno oppreſſi.

Non ſolum autem peccatis obligamur, ſed vt dictum eſt benificia recipimus à Deo. Vnde 1. Corinth. 4. Quid habes quod non accepiſti. Ipſe enim eſt ille pater familias, de quo Mat. 25. Homo quidam peregre proficiſcens voca. ſer. ſu. &c. Et beatus Gregor. Quanto quiſque præeminet in munere, tanto obligatior eſt in reddenda ratione. A mũdo beneficia accepimus, ſed aliter quam à Deo, quia à Deo gratis, à mundo ſub vſuris. Vnde Eccleſ. 20. Exigua dabit, & multa improperabit. Et Eccl. 13. Confunder te in cibis ſuis donec exinaniat te bis, & ter, & in nouiſſimo deridebit te.

Beneficia à Deo accipimus, ſed aliter quã à mũdo.

Obligamur etiã quando alijs iniurias inferimus, quãdo detrahimus, vel aliquid tollimus, vel perſequimur. Vnde Prouerb. 13. Qui detrahit alicui rei, ipſe ſe in futurum obligat. Obligamur etiam dum iniurias vindicamus, quia peccamus contra iudicem, & contra legem. Contra iudicem, quoniam iudicium eius vſurpamus. Vnde ad Roma 14. Tu quis es qui alienum ſeruum iudicas? Contra legem. Vnde Iaco. 4. Qui iudicat fratrem ſuum legi detrahit. Ideo dicitur: Mihi vindictam, & ego retribuam. Mirabilis eſt inſania noſtra, qui intantũ obligati ſumus, quòd nos, & noſtra omnia debemus, & debita ſoluere non ſufficimus, & tamen nos obligare non deſiſtimus. Gratanter beneficia recipimus: inſtanter iniurias vindicamus, & inferimus, & quid aliud quam debita noſtra aggrauamus, & noua contrahimus? Vnde Thre. 3.

Circumædificauit, vt non egrederer, & aggrauauit compedem meum. Et illud Psal. Declinantes autem in obligationes adducet &c. Et Eccle. 29. Multi quasi inuentionem æstimauerunt fœnus, & præstiterunt molestiam ijs qui adiuuerunt se.

Beneficia cõferẽdo, & iniurias sustinẽdo à debitis liberamur.

A debitis nos liberamus dum beneficia alijs conferimus, quia hoc Dominus compensat nobis. Ideo dicitur Lucæ 6. Date & dabitur vobis. Et Thob. 12. Eleemosyna à morte liberat, & ipsa est quæ peccata purgat. Similiter dum iniurias sustinentes nos non vindicamus, & remittimus. Iniuria enim illata comparari potest quasi mutuo, & iam habemus penes nos aliquid, vnde nos poterimus in aliquo liberare, quia dum iniuriam remittimus, dominus ex conditione tenetur nobis debita nostra remittere. Vnde: Dimitte nobis debita nostra, sicut &c. Matth. 6. Dimittite, & dimittemini Lucæ 6 Eccl. 28. Relinque proximo nocenti te, & deprecanti tibi peccata soluentur. Qui ergo se vindicat, quasi proijcit illud vnde se poterat liberare, & insanus est. Si quis daret tibi decem, & vellet dare alia decem, manum extenderes ad recipiendũ, ideo Deus intelligens iniurias esse quibus nos liberare possumus dicit Matt. 5. Si quis percusserit te in vnam maxillam, præbe illi & alteram &c. Ideo Apostoli ad persecutiones, & iniurias currebant, quasi ad nundinas mercatores. Vnde Actuum 5. Ibant Apostoli gaudentes à cõspectu concilij, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu cõtumeliam pati. Et in Psal. dicitur. Tribulationem, & dolorem inueni, & nomen Domini inuocaui. Inuentionem reputat, & lucrum, tribulationem, & dolorem. Hic modus liberationis docetur 4. Regum 4. vbi mulier clamabat ad Helisæũ. Seruus tuus vir meus mortuus est, quasi dicat, quicquid in me erat virile, & forte, & virtuosum vnde seruire tibi possem, mortuum est: dicit anima peccatrix, & ecce creditor venit, vt tollat duos filios meos. Duo filij sunt timor, & spes, quos creditor, id est diabolus nititur tollere quando oppresso debito peccatorum machinatur timorẽ Dei per præsumptionem, & spem per desperationem auferre. Multi enim videntes se tantis debitis peccatorũ oppressos, vel præsumunt, quasi Deus talia non curet, vel desperant, quasi soluere non possint. Sed Helisæus dixit mulieri.

Nota.

mulieri. Quid habes in domo tua? At illa, Non habeo inquit, nisi modicum olei quo vngar. vade inquit, & pete mutuo ab omnibus vicinis tuis vasa vacua nõ pauca &c. Helisæus est Christus, qui loquitur ad animam non solũ per verba, sed etiam per exempla, docens patientiam, & mansuetudinem. Vasa enim quædam misericordiæ, & mansuetudinis nostræ sunt iniuriæ, & contumeliæ, quæ nobis ab alijs inferuntur: quæ vacua quidem sunt quantum ad ipsos, sed à nobis oleo mansuetudinis, & benignitatis, & compassionis debent impleri: quod fit quando patienter eos sustinemus, & eis ex corde remittimus, & miseris compatimur. Non pauca dicit, quia quanto plures iniuriæ tanto maior locus est misericordiæ. Et ne timeas si habueris parum olei, quia quantumcũque habeas, modicum debes reputare, & Dominus multiplicans faciet abundare. Et hoc non contingit, nisi claudas ostium super te, vt ibi dicitur: super se, & filios suos claudit ostium, qui laudem idem non quærit. Et nota, quòd excrescit oleum supra vasa: quando supra iniurias est benignitas, & patiẽtia: Iuxta verbum B. Vincẽtij: videbis me plus posse dum torqueor quam possis ipse qui torques.

Ad duo autem vtile hoc oleum. Vnde sequitur vade, & vende, & redde creditori tuo. tu autem, & filij tui viuite de reliquo. Oleum quo debita liberantur est benignitas, scilicet remissio iniuriarum: oleum quo viuitur est bonitas, scilicet largitio beneficiorum. Dicit ergo si reddidi retribuẽtibus mihi mala, ideſt si vindicaui iniurias meas: merito decidam, ideſt dignum est vt decidam inanis ab inimicis: quasi dicat, inimici me locupletauerunt, & impleuerunt, vnde poteram me à debitis liberare: & ego reieci, & amplius me obligaui, & ideo dignum est vt decidam inanis, id est vacuus, quia vasa vacua receperam, quæ implere poteram, & non impleui.

De

De præcepto charitatis, & duplici amore, & quare, & quomodo Deum amare debeamus.

IN PSALT. VII. SERM. XV.

EXurge Domine Deus meus in præcepto qđ mandasti &c. Licet iste versus in Glosa exponatur de præcepto humilitatis, in quo exsurrexit qui semetipsum exinaniuit, formã serui accipiens: potest tamen exponi de præcepto charitatis: de quo Ioannes 13. Mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos. Et eiusdem 15. Hæc mando vobis, vt diligantis inuicem &c. Et Ioan. 10. hoc est præceptum meum, vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos &c Ecce cum dixit dilexi vos: innuit se in præcepto suo exsurrexisse. Ideo autem præcipit Dominus, vt dilectio sit tributum de omnibus bonis quę ipse nobis credidit, sicut princeps terræ solet facere, dum sibi reseruat aliquod speciale tributum de redditibus suis, pro quo qui non soluerit, incurrit offensam suam, & tenetur in omnibus quæ habet pro emenda, sicut est de pedagio: Sed tamen concedit alia diligi, dummodo non sint contra ipsum. Quia duplex est dilectio: naturalis & gratuita de qua Gen. 47. dixit Ioseph Aegyptijs. Quintã partẽ Regi dabitis, quatuor reliquas permitto vobis in sementem, & cibos, famulis & liberis vestris. Per quintam partẽ quæ Domini est, intelligimus dilectionem gratuitam quam Deo debemus, qui gratis diligendus est. Per quatuor partes intelligitur dilectio naturalis, qua afficimur circa parentes, amicos, & res temporales, quæ omnia subiacent corruptioni, eo quòd constant ex quatuor elementis. hoc autem, quòd dicit sementem designat opera, virtutis generatiuæ: per cibos opera nutritiuæ. Alium enim finem, sed non contrarium constituit natura: alium gratia. natura enim ad hoc dirigit, vt conseruet speciem: hoc autem fit directè per generatiuam, quod est in rectum, vt in lineam, quia vnus per rectam lineam descendit ab alio, vel per nutritiuam, quod est latus. Gratia autem intendit soli Deo placere. De hoc tributo

Deus vult dilectionẽ pro tributo.

Dilectio duplex naturalis, & gratuita.

Aliũ finẽ constituit nã, & aliũ gratia.

tributo dicitur Luc. 20. Reddite, quę sunt Cęsaris, Cęsari, & quæ sunt Dei, Deo. quasi dicat, reddite Deo spiritualẽ, mundo amorem carnalem. Quidam vero retinẽt hoc tributum qui, scilicet se tantum amãt. de quibus Apostolus 2. Timoth. 3. Erunt in nouissimis diebus homines seipsos amantes. Alij proijciunt in sterquilinium hoc tributum. vnde Osęę 8. Proiecit Israel bonum, inimicus persequitur eum. Item Ecclesiastici 10. Nihil iniquius quàm amare pecuniam. Hic enim & animam suam venalem habet quoniam in vita sua proiecit intima sua, & Thren. 2. Effusum est in terra iecur meum, amor meus; quia cogit amare iecur.

Alia autem ratio fuit, quare Deus præcepit dilectionẽ ne aliquis se posset excusare, sicut patres veteris legis quibus præcepit Deus opera. Vnde dicit. Petrus. Actu 15. Hoc est onus, quod neque nos neque patres nostri potuimus portare. vnde hoc solum sibi retinuit, quia si retinuisset pecuniã quam præciperet sibi dari, excusarent se pauperes, & inopes. Quia nullus se excusare possit quin suum amorem Deo debeat: patet primo, quia si est donandus non potes melius collocare illum, id est emploier, quàm apud Deum, quia optimus est, vnde conqueritur Hier. 2. Dereliquerunt me fontem aquæ viuæ, idest corruptibilibus dederunt suum amorem, sed me dereliquerunt, ideo vulgariter dicitur. Amour sault sur lambleure, scilicet super vilem runcinum, non super optimum palefridum, quia plus aliquando diligitur vilis runcinus propter suũ ambleure, seu ambulare quam dextrarius, seu gradarius de Hispania. Sic amor noster salit super vilissima quæ diligimus contra Deum.

2. Rõ quare Deꝰ p̃cepit dilectionem.

Si venalis est amor noster, quæro quo precio. Multi enim non constituunt precium amori, nisi amorem. vnde, vt ameris amabilis esto, & Prouerb. 8. ergo diligentes me diligo. Quantuncunque Symoniacus sis, & quanticũque amorem tuum vendere velis, hunc emptorem nõ effugies, quia in tantum te amauit, quòd pro te mortuus est. vnde Ioan. 10 Maiorem hac dilectionem nemo habet quàm vt animam suam ponat quis pro amicis suis, &c. Item. ego sum pastor bonus, bonus pastor animam suam dat pro ouibus suis. ibidem. Si autem precium imponis,

nihil

nihil est maius regno cęlorum quod Deus se amanti promittit: diabolus non promittit, nisi regna mundi. vnde Matthæ. 4 Hæc omnia tibi dabo si procidens adoraueris me &c. Item si amor tuus est eripiendus, id est talis, vt violenter à te eripiatur, ipse tanquàm improbissimus amator non cessat instare precibus, & minis: muneribus, & promissis. vide quomodo rogat Cant. 6. Reuertere Reuertere Sunamitis Reuertere, reuertere, vt intueamur te. Quomodo promittit Cant. 1. Murenulas aureas faciemus tibi vermiculatas argento. Quomodo adulatur in eodem. Ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra. Oculi tui oculi columbarum &c. Et Cant. 3. Quàm pulchra es amica mea, quàm pulchra es. Oculi tui columbarum &c. Et tota pulchra es amica mea &c. Quomodo comminatur Cant. 1. Si ignoras te ò pulcherrima inter mulieres, vbi post vestigia gregum. Quod multipliciter allicit Hier. 3. Tu fornicata es cum amatoribus multis, tamen reuertere ad me, & ego suscipiam te.

Secundo quia potest accendi ex rebus creatis, quæ sunt materia ad insufflandum in fornace cordis humani, sed nunquàm carbo, niger ardet. Agnosce ergo te carbonem extinctum si non accenderis, quia carbo extinctus frustra sufflatur, sed ab igne alio accenditur, & hic non tibi deest: nihil enim maius quàm eius amor. Sed duo sunt quæ accendunt ignem: ligna & vnctuosa. De lignis Genes. 22. Ecce ignis, & ligna. Accenditur lignis, ecce lignum Crucis. Vnde 3. Regum 17. Sareptana mulier dicit. En colligo duo ligna &c. quæ sunt duo ligna Crucis in quibus extensus fuit Saluator. Vnguentuosa accendunt, & adipes: ipse autem totus vnctus in Cruce ex sanguine suo, & adeps fuit. Vnde Psalm. Ex adipe frumenti satiat te. Cogita eum, & sic pones eum in corde tuo: vnctum effusione sanguinis & in Cruce extensum, & sic accędens carbonem extinctum, & nigrum. De quo Thren. 4. Denigrata est facies eius super carbonem. Nunc verè potest dici; non est qui se abscondat à calore eius, ideſt non est qui se excuset à dilectione. Vnde Lucæ 12. Ignem veni mittere in terram, & quid volo, nisi vt ardeat? Et Rom. 1. Inuisibilia ipsius à creatura mundi per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur, ita vt sint inexcusabiles. Ignem ergo

ergo amoris Dei accendunt opera creationis. Vnde Eccl. 12. Memento creatoris tui. Et opera recreationis, sicut dictum est.

Tertia ratio fuit nostræ vtilitatis compendium, quia per amorem facile ad Deum volamus, & eum qui omne bonum est acquirimus. Sicut inuidia omnia bona aufert, quia de eis dolet. Vnde Eccle. 12. Mittens lapidem in volatilia, deijciet ea. Lapis est inuidia: opera bona sunt volatilia, quia ad cęlũ volant, & nos subuehunt, & sublimant. Ne mittas igitur in ea lapidem, sed mitte accipitrem si vis bona capere, & facere tua. Accipiter pede capit, ideſt amore, & affectu mentis. De quo Iob 39. Nunquid per sapientiam tuam plumescit accipiter? quasi dicat, nõ, sed ex Dei gratia est, quòd amor noster pẽnas habeat, quibus ad Deum vehatur. Ideo autem per accipitrem intelligitur charitas, quia accipiter plus habet plumarũ quàm carnis, sit electus quilibet plus de spiritu quàm de carne. Contrarium est de malo. Vnde Iob 39. Penna struthionis similis est pennis herodij. Gregorius dicit, quòd struthio est hypocrita. Quia struthio alas habet, sed volare non põtest, ideo etiam per accipitrem amor spiritualis intelligitur, quia capit pede, & non nisi auem volantem, sic & amor spiritualis non capit nisi bonum; sursum volans: de terrenis enim non curat.

De cupiditate rerum temporalium, & auaritia vitanda, quia temporalium superfluitas facit hominem mori.

IN PSAL. VII. SERMO. XVI.

Cupiditas & auaritia absq; dolore, & animi anxietate esse nõ possunt.

COnuertetur dolor eius in caput eius, & in vertipsius ini. eius descen. Põt istud legi cõuenienter de cupido, & auaro, sicut glossa tãgit. Cupiditas. n. & auaritia absq; dolore, & aĩ anxietate esse nõ possunt. Per caput rõ: p verticẽ affectus intelligit, qa ergo cupidus, & curiosis cogitatiõnibus

distra-

distrahitur, & affectionibus, seu desiderijs, quæ consequi non potest, cruciatur. Rectè dicitur Conuertetur do. e. in ea. &c. Vnde Isai. 33. Orientur in domibus eius spinæ, & vrticæ. Et Isa 6. Vepres, & spinæ erunt in vniuersa terra, idest in omni corde terreno. Vepres, idest cogitationes, & spinæ desideriorum punctiones. dolet autem ex multis

Ex multis causis anxiat auarus.

causis, & anxiatur. Primo si nihil, vel parum habet, sollicitus quomodo acquirat. vnde. Eccles. 11. Est homo laborians, & festinans, & dolens impius, & tanto magis non abundabit. Si emit aliquid, vel vendit anxiatur quomodo possit aliquid lucrari, & semper suo venditori insidiatur, & è conuerso: non veretur execrari, & mentiri. vnde Eccle. 27. Sicut in medio compaginis lapidum palus figitur, sic & inter medium venditionis, & emptionis angustiabitur peccatis. Et Paulo ante. Propter inopiam deliquerunt multi, & qui quærit locupletari auertit oculum suum. Et est Tantalus inter aquas. secundo si habet, timet expendere, & plerunque perit inedia. Et tabescit ne res sibi pereat: ne diminuatur. miro modo in se deficit cum videt aceruum pecuniæ decrescere. vnde Horatius in arte. Multa senem circumueniunt incommoda: vel quòd Quærit, & inuentis miser abstinet, & timet vti. Nota dicit, & timet vti, & Eccle. 14. Qui sibi nequàm est cui alij bonus erit? Et non iocũdabitur in bonis. ſſ. primo malus est, quis rem quam habet alij inuidet. tertio peior, quia sibi ipsi inuidet, & vti non audet. vnde Eccles. 14. Qui sibi inuidet nihil est illo nequius, & hæc est redditio malitiæ illius, quasi dicat, hæc est pœna peccati quam dedit illi Dominus, quia alijs inuidit, inuidet sibi, & hoc est, quod hic dicitur. conuertetur dolor eius &c. & Ideo dicit Eccles. 14. Viro cupido, & tenaci, sine ratione est substantia, & homini liuido ad quid aurum? Item si habet, & necesse habeat, quòd ex causa expendeat, plerumque prodige expendit, quia auaro nihil largius (vt solet dici) cum incipit expendere, sed postea plangit, & dolet, & dum etiã expendit præ tristitia vultus perdit quicquid effundit. vnde Eccle. 14. Oculus malus ad mala, & non satiabitur pane indigens, & in tristitia erit super mensam suam. Item plerumque vno verbo, vel facto abolet quicquid fecit. vnde Eccles. 14. Et si bene fecerit, ignoranter & non volens facit, &

Primo.

Simile.

Secundo.

cit, & in nouissimo manifestat malitiam suam. Item acquisitio temporalium non est, nisi sicut ad ignem appositio lignorum aridorum. vnde. Eccl. 14. Insatiabilis est oculus cupidi in partem iniquitatis, non satiabitur donec cõsumet, scilicet inustitiam suam per rapinam, vel fœnus: arefaciens animam suam. Verè arefacit. vnde Seneca dicit. quid refert quantum in arca, quantum in horreis iaceat: si non acquisita, sed acquirenda computet? Cupiditas ergo, siue auaritia cõparabilis est acutæ febri, quę est ex vehementi calore, in quo consilium est, quando caput grauatur, cęsarie ipsum tonderi, sicut dicitur de Absalon. 3. Reg. 14. Semel in anno tondebatur, quia grauabat eum cęsaries, & quanto magis tondebat capillos tanto magis crescebant, & ponderabat capillos capitis sui. cc. siclis põdere publico. Capillos ponderare est de suis superfluis necessaria pauperibus erogare, quia aliena rapere conuincitur: qui vltra necessaria sibi retinere comprobatur. Capilli tonsi redeunt, & etiam dicitur quanto magis tondebatur tanto plus crescebant, & quæ pauperibus eroganturcum multo fœnore recipiuntur. vnde Prouer. 19. Fę-

Auaritia febri acutæ cõparabilis.

Quã sit vtile misereri pauperum.

neratur Domino qui miseretur pauperis, ideo bene sequitur, quòd cc. siclis &c. ducentis siclis ponderantur quando in anima, & corpore remunerantur, & stola duplici indumuntur. vel. cc. siclis ponderantur, quando & in præsenti & in futuro remuneratione donantur, & hoc bene competit, quia dicitur pondere publico. communis enim est voluntas, & petitio, & hoc plures expectant pro beneficijs suis, & hic remunerari, & in futuro. vnde Matth. 19. Centuplum accipies, & vitam æternam possidebis, & Mala. 3. Inferte omnem decimationem in horrea, vt sit cibus in domo mea, & probate me super hoc dicit Dominus, si non aperuero vobis cataractas cęli, & effudero vobis benedictionem vsque ad abundantiam. Cupidi ergo qui nolunt tondere superfluam cęsariem sunt Nazaræi diaboli, & non Dei. Sunt enim capilli qui non sunt tondendi, scilicet sanctæ cogitationes, & affectiones. vnde Sanson tonsus vires amisit. Iudicum 16. Sunt qui tondendi sunt, scilicet superfluitates temporalium. Capilli enim superflui excęcant oculos, & legitur 2. Reg. 18 quòd Absalon intonsa cæsarie ad quercum suspensus inter cęlum, & terrã, & tribus

bus lanceis à Ioab in corde perfossus est. Diuites huius mundi quasi superflua Cęsarie suspenduntur, dū pro multiplicatione temporalium studiosi sunt. Et signanter dicit ad quercum. quercus enim cibus est porcorum, & ipsi porcos pascunt, quando suam immunditiam nutriunt. Sicut dicitur, Luc. 15. de filio prodigo. Adhæsit vni ciuium regionis illius, & misit illum in vilam suam, vt pasceret porcos, vel adulatoribus distribuunt. vnde Eccle. 20. Qui edunt panem illius falsæ linguæ sunt. Tribus perfodiuntur lanceis, quia student acquirendis, timent acquisitis, dolent de amissis. vnde illi qui sua pie distribuunt Nazarei Dei sunt, & benedictionem super caput, & verticē recipiunt. Vnde dicitur in Deutro. in penul. benedictio illius qui apparuit in Rubo descendat super caput Ioseph, & super verticem Nazarei. Ioseph augmentum: Nazaræus flos. Quia ergo in presenti, multiplicatione temporalium benedicuntur. ideo dicit Ioseph, & quia in futuro remunerabuntur, & hic sunt, quōd seminaria æternæ retributionis, ideo addit Naza. Benedictio ista est super caput, & verticem, idest super totam animam, quia merito eleemosynæ, & cuiuscunque beneficij, & ratio quæ caput est ad cognitionem veritatis illuminatur, & affectus qui vertex est charitate amplius inflammatur. Eleemosyna enim illuminat, vnde Isa. 58. Cum videris nudum operi eum, & carnem tuam ne despexeris. Tunc erumpet, quasi mane lumen tuum. Charitatem augmentat. vnde Eccles. 7. Non desis plorantibus in consolatione, & cum lugētibus ambula. Non te pigeat visitare infirmum: ex his enim in dilectione firmaberis. Ideo dicitur illius qui apparuit in rubo, quia dicitur. Exod. 4. Rubus lucebat, & ardere videbatur, & non consumebatur: in quo significatur multiplex vis ignis spiritus sancti: qui & illuminat intellectum, & sine consumptione inflammat affectum, ideo dicitur de bonis, benedictio illius qui apparuit in rubo, sicut è contrario de malis. Conuertetur dolor eius in ca. eius.

De contemplatione inani, & vtili cęlorum, & quòd cęli sunt contemplatiui, Luna boni actiui: Stellæ doctores, & prædicatores. vel quòd cœli sunt contemplatio, quæ triplex est, Lunæ cognitio imaginatiua, & Stellæ cognitio sensitiua.

IN PSAL. VIII. SERM. XVII.

QVoniam videbo cęlos tuos. o. d. t. l. & st. quę tu fun. Astrologorum est contemplari cęlos, & Lunam, & Stellas, sed vt de tēporalibus quid futurum sit præuideant, contemplantur: tales Astrologi non commendātur à Domino. vnde Mitte arcana Dei, cęlumque inquirere quid sit. Hoc etiam improperatur Isai. 47. defeciſti in multitudine consiliorum tuorum. Stent & saluent te augures cęli, qui contemplabantur sidera, & supputabant menses, vt ex eis annunciarent tibi vēturа. Ecce facti sunt quasi stipula: ignis consumpsit eos. Sed potius hic loquitur de spirituali Astrologo, qui docet videre cęlos spirituales. Ad hoc enim natus est homo, vt sit Astrologus, nō vt videat terram, sed cœlum. Vnde Ouidius Os homini sublime dedit, cęlumque videre iussit, &c. Per terram, & huiusmodi elementa inferiora significātur terreni, & carnales, & terrena amantes. primo, quia sicut elementa sibi contraria sunt, & sese oppugnant, vt calida, & frigida, humida & sicca ita & terreni, & carnales inter se contendunt, & tixantur. Vnde Iacobi 4. Vnde bella, & lites in vobis? nonne ex concupiscentijs vestris, quę militant in mēbris vestris? Concupiscitis, & non habetis: occiditis & zelatis, & non potestis adipisci: litigatis & belligeratis &c. Secundo quia ista sunt mutabilia, & carnales sunt inconstantes. Vnde Iaco. 3. Vbi zelus, & contentio, ibi inconstantia, & omne opus prauum. Et in Epistola Iudę. 1. Nubes sine aqua quæ à ventis circumferuntur, sidera errantia quibus procella tenebrarum seruata est in æternum. Tertio, quia sicut nullum elementum potest generari, nisi per alterius corruptionem: eodem modo nullus potest

Cōtēplari Cęlos Lunā, & Stellas ad Astrologos spectat.

Ad hoc natꝰ est hō vt sit Astrologus, non vt videat terrā, sed cęlum.

Per terrā terrena amantes significant.

Primo.

Secundo.

Tertio.

Universidad de Deusto Biblioteca

fieri diues, nisi per alterius diminutionē. Vnde Boethius. Quæ sunt istæ vestræ diuitiæ, quæ ad alios sine aliorum diminutione peruenire non possunt? Ideo optant mortes sibi inuicem, vt in redditibus, & in hæreditatibus sibi succedant. Vnde Ouidius. Imminet exitio vir coniugis, illa mariti &c. Igitur non est vita nostra ordinãda secundum istos in quibus nullus ordo, sicut nec in elementis. Vnde non debemus inflectere oculos ad terram ad imitandum terrenos, sicut quidam faciunt: de quibus Psal. Statuerunt oculos suos decli. in ter. Et Eccl. 32. Homo peccator vitabit corruptionem, & secundum voluntatem suam inueniet comparationem. Sed Cęlos, Lu. & Stel. contemplari debemus. Cœli sunt cõtemplatiui, Luna boni actiui, Stellæ doctores, & prædicatores. Cęli sunt contemplatiui: primo quia cęli continuum habent cursum, & indefessum, sicut viri spirituales, & contemplatiui. Vnde Ezec. 1. Animalia ibant, & non reuertebantur. quos cœlos, & contẽplatiuos secundum hoc imitari debemus. Vnde ad Cal. 5. Currebatis bene: Quis vos impediuit veritati non obedire? Item cœli seruant ordinem, sic & spirituales viri quibus conformari debemus. Vnde Iob 38. Nunquid nostri ordinem cęli, & ponis rationem eius in terra? Id est cęlestium, & spiritualium eis conformandos terrenos?

Cęli sunt contẽplatiui.

Cęli concordiam habent, sic & spirituales viri. Vnde Iob 25. Qui facit concordiam in sublimibus suis, & nos eis conformari debemus. Vnde ad Ephe. 4. Solliciti seruare vnitatem in vinculo pacis. Isti contemplatiui sunt opera digitorum Dei, quia in eis maxime apparet, & elucet sapientia Dei. Quia sicut dicitur Eccle. 9. In manu artificis laudabuntur opera. Isti sunt digiti de quibus Prouer. 31. Manum suam misit ad fortia, & digiti eius apprehensum. Fusum voluitur, sicut cęlum. Cœli reuolutio est aerum generatio, & perpetratio inferiorum, sicut fusi reuolutio est filiorum deductio: sic etiam sanctorũ conuersatio est subditorum informatio.

Luna actiuas significat.

Luna actiui. Luna infimus planetarum circa inferiora discurrit, & ea disponit, sic & actiui circa ista terrena, & inferiora versantur, & de eis disponunt. Vnde 1. ad Corin. 6. Secularia iudicia si habueritis: contemptibiles qui sunt in Ecclesia, illos constituite ad iudicandum. Luna significat

cat super humida, vt super pluuias, & aquarum inundationes, & significat super cerebrum, vt Sol super cor, ita & actiuus bonus compassione plenus affluit abundantia lachrymarum. Eccles 7. Non desis plorantibus in consolatione, & cum lugentibus ambula. Luna crescit, & decrescit, & bonus actiuus ad vtrunque statum se habet. Vnde Apostolus Philip. 4. Scio abundare (ecce crementum Lunæ) & pœnuriam pati. ecce decrementum. Et Iob 1. Dominus dedit, Deus abstulit. Et Thob. 4. Si multum tibi fuerit, abundanter impertire. Si exiguum, etiam exiguum libenter impertiri stude.

Stellæ sunt doctores, & prædicatores. Nam sicut Stellæ semper fixæ sunt in cœlo, ita & animi eorum in scripturæ meditatione. Vnde Exo. 25. Vectes semper erunt in circulis, & nunquàm extrahentur ab eis. Stellæ lucent de nocte, & isti illuminant eos qui sunt in peccati cęcitate. Daniel. 12. Qui docti fuerint, quasi splendor firmamenti, & qui ad iustitiam erudiunt multos, quasi Stellæ in perpetuas æternitates. Stellarum efficacia licet non immutetur, immutat aera, & similiter doctorum, & prædicatorum virtus efficax aerias potestates. Vnde Iudi. 5. Stellæ manentes in ordine, & cursu suo aduersus Sisaram pugnauerunt. Sisara qui interpretatur exclusio gaudij, est diabolus, qui nititur ad excludendum nobis gaudium sempiternum.

Quoniam videbo &c. Aliter & subtilius per cęlos cognitio contemplatiua, quæ triplex est. Prima est in ratione, & secundum rationem. Secunda in ratione, & supra rationem. Tertia tantum supra rationem. Prima conuersio animæ ad seipsam. Secunda ascensus animæ supra seipsam, & est extasis. Tertia portatio animæ supra seipsam & est raptus. De prima dicitur Exod. 16. Die 7. maneat vnusquisque apud semetipsum, & Actuum 12. Petrus ad se reuersus dixit. Nunc scio verè &c. De secunda Thren. 3. Leuauit se supra se &c. De tertia Daniel. vltimo. Apprehendit Angelus Domini eum in vertice eius, & portauit eum capillo capitis sui. Hinc 2. Corin. vlt. dicit Paulus de tertio cœlo. Scio hominem raptum &c.

Luna imaginatiua cognitio.

Luna cognitio imaginatiua, quia mutabilis est, sicut Luna. Et sicut Luna quandoque est, sine Sole, quandoque

lucet cum Sole: ita imaginatio quandoque est absque intellectuali cognitione: quandoque mixta cum ea. Vnde Abacuc 3. Sol, & Luna steterunt in habitaculo suo, &c. & eleuatus est Sol, ideſt intellectualis cognitio, & Luna stetit in ordine suo, ideſt imaginatiua, cuius ordo est esse sub illa. Stellæ sunt cognitio sensitiua, quæ secundum plures attenditur. Stellæ lucent de nocte, & sensus non habent certitudinem, sed plerunque errant in sua cognitione. Stellę absconduntur à Sole, & sensitiua ab intellectuali cognitione. De his dicitur 1. Corin. 12. Alia claritas Solis, alia Lunæ, & alia claritas Stellarum. Stella enim differt à Stella in claritate.

Stellę sensitiua cognitio.

De hominis præcioſitate, & donis à Deo illi datis, Et quantum Deus hominem dilexerit, & quanti ſe homo æſtimare, & quàm accurate cuſtodire debeat.

IN PSAL. VIII. SERM. XVIII.

Nobilitas hominis.

QVid est homo, quòd memor es eius? Quantũ Deus fecerit hominem precioſum manifeſtum est, quia fecit eum potentem, diuitem, liberum, & in delicijs, ſcientia præditum, & dignitate. De his dicitur Eccl. 17. Deus de terra creauit hominem, & ſecũdum imaginem ſuam fecit illum, & ſecundum ſe veſtiuit illum virtute. Dedit illi poteſtatem eorũ quæ ſunt ſuper terram. Poſuit timorem illius ſuper omnem carnem, & dominatus est beſtiarum, & volatilium. Ipſe autem à ſua dignitate deiecit ſe exponens ſe venditioni pro vili precio. Vnde Dominus per Iſai. 1. Quis est creditor meus cui vendidi vos? Ecce enim in iniquitatibus veſtris venditi eſtis. Ex tunc enim factus est impotens pauper, & nudus, ſeruus & miſer, & inſcius, & vilis. Vnde Apoc. 3. dicitur. Tu dicis, quia diues ſum, & locupletatus, & nullius egeo, & neſcis, quia tu es miſer, & pauper, & cęcus, & nudus. Hoc dictum est contra ſuperbos, & præ-

& præſumptuoſus: quare merito ſignificantur per cęcum illum, & mendicum, de quo Lucæ 18. Cęcus ſedebat ſecus viam mendicans. Hinc ſolet dici, multum est pauper qui non videt. Rectè cæcus, & mendicus: cæcus cuius ratio excęcata: mendicus cuius concupiſcibilis famelica. Fames illi valida est interior, & exterior. Exterior, quia prius non indigebat cibo, vel potu, vel veſtitu, vtpotè immortalis: nũc compellitur ſibi victum, & veſtitum mendicare ab inferiori ſe à terra, & fructibus eius victum: veſtitum ab animalibus: in hoc iam ſubditus eis, quæ prius erant ipſi ſubdita. Vnde multiplici percuſſus est plaga. Vnde Pſal. Sagittæ tuæ infixæ ſunt mihi. Et Iob 6. Sagittę Domini in me ſunt, ſcilicet dolor, & labor, langor &c. de quibus in Thren. cap. vltimo. Pellis noſtra quaſi clibanus exuſta est à facie tempeſtatũ famis. Interior fames, quantum ad concupiſcentiam quæ ſatiari non poteſt. Vnde Eccleſ. 1. Non ſaturatur oculus viſu, nec auris auditu impletur &c. Et Prouerb. 13. Iuſtus comedit, & replet animam ſuam: venter autem impiorum inſaturabilis. Ideo dicitur Thren. 1. Omnis populus gemens, & quærens panẽ, quod ibi expoſitum est. Sic ergo de tam precioſo homo ſe tam vilem fecit. Vnde Thren. 4. dicitur. Filij Sion inclyti, & amicti auro. Primo (ſcilicet in prima dignitate hominis) quomodo reputati ſunt in vaſa teſtea? Quæ ſunt vilia, & fragilia, & fracta de facili reparari non poſſunt, vel conſolidari. Quærit ergo quaſi admirans quomodo Deus de homine curauerit poſtquàm ſe intantum deiecit, & vilem fecit dicens. Quid est homo? &c. Ideo Hiere. 3. Leua oculos tuos in directum, & vide vbi proſtituta ſis. Et Gene. 3. dicitur. Adam vbi es?

Quãtum Deus dilexerit hominem ex tribus perpendi poteſt. Primo.

Quantũ igitur Deus hominem dilexerit ex tribus perpendi poteſt, ex ipſius recordatione poſt tantum peccatũ. Dominus enim penitus est oblitus Luciferi, poſt lapſum. Quia inuẽta est iniquitas eius ad odium, vt ſupra ibi. Domine ne in furore. Iſa. 14. Quare cecidiſti Lucifer? &c. Et Iſ. 24. Poſt multos dies viſitabuntur, ideſt punientur. Hominis autem recordatus est. Vnde Abac. 3. Cũ iratus fueris miſericordiæ recordaberis. Iſa. 54. In momento indignationis abſcõdi faciem meam parumper à te, & in miſericordia ſempiterna miſertus ſum tui. Hinc est, quòd

Universidad de Deusto Biblioteca

sicut aliquis qui vult rem habere præ manibus, & in iugi recordatione ponit eam in manu suat ita ad perpetuã memoriam, quasi in manu sua hominem posuit, quando filius humanam naturam assumpsit. Ne desperet ergo homo cum Deus hæc faciat pro ipso. Vnde fratres Ioseph dicunt ei Gen. 47. Salus nostra in manu tua est. Item solemus facere quasi signum in corrigia nostra, vel memoriale ad recordationem. Exodi 13. Erit quasi signum in manu tua, & quasi monimentum ante oculos tuos. Ad hoc retinuit cicatrices in manu sua, & corpore suo, vt se nostri iugiter recordari demonstret. Vnde Isa. 49. In manibus meis descripsi te.

Secundo. Secundo ex personali visitatione aduertere possumus quantum hominem Deus dilexit Non enim misit Angelum, sed ipse filius personaliter venit: nec Angelicam naturam assumpsit, sed humanam. Vnde ab Heb. 2. Nusquã Angelos apprehendit, sed semen Abrahæ &c. Ac si diceret humana natura illud Ouidianum. Nil mihi referibas, attamen ipse veni. Infinita holocausta, & sacrificia facta sunt in lege: omnia tamen nihil profecerunt. Vnde in Ps. Holocaustum pro peccato noluisti, pater: tunc dixi, ecce venio. Hinc dicitur 4. Reg. 4. Misit Helisæus baculum suum, vt poneretur super puerum, & non surrexit puer, & non erat vox neque sensus. Incubuit ergo Helisęus super puerum, & posuit os super os eius, & oculos super oculos eius, & manus super manus, & incuruauit se super puerum, & calefacta est caro pueri. vnde Beatus Bernardus super hunc locum dixit. Quid mirum si mors cedit vbi vita descendit? Hæc duo, scilicet iugis recordatio, & personalis visitatio notantur hic cũ dicitur. Quid est homo, quòd memor es eius.

Tertio. Tertio ex precij æstimatione, scilicet quanti dominus reputat eum, & æstimat hoc tertium notat Ps. 143. Quid est homo, quia innotuisti ei, & post: quoniam reputas eũ. Tanti enim eum æstimauit, vt sanguine suo redimeret 1. Petri 1. Scientes, quòd non corruptibilibus auro, vel argẽto redempti estis &c. sed precioso sanguine, quasi agni incontaminati, & immaculati Iesu Christi. Ideo etiã tanti eum emit dominus, vt homo se de cętero cariorem haberet, & pro vili preciose non exponeret, sicut mos est inter mercatores 1. Cor. 5. Empti estis precio magno &c. Et si non propter se saltem propter precium carum. Item vt se non esse sui iuris, sed eius qui redemit agnosceret: quod lex naturæ exigit, & iuris positiui 1. ad Corinth. 7. Qui in Domino vocatus est seruus, libertus est Domini, & similiter qui liber vocatus est seruus est.

Christi precio empti estis, nolite fieri hominum serui. Ideo dixit Augusti. tanti emit vt solus possideret. Sicut ergo pistor, quando vendidit panem suum alij homini licitanti dicit, iam emptus est: sic debet dicere miser homo diabolo vel membro eius, non possum me iterum exhibere vænalem, quia emptus sum. Item vt se cautius, & quemcunque hominem sibi cõmissum si prælatus est custodiat, sicut Beatus Bern. dixit. Quid ego infelix, quo me vertam, si tantum Thesaurum, si precioſum depositum illud quod sibi Christus sanguine proprio precioſius iudicauit, contigerit negligentius custodire? Si stillantem in Cruce sanguinem Domini collegissem: esſetque repositus penes me in vase vitreo, quod & portari sæpius oporteret, quod animi essem habiturus in discrimine tanto? & certe id seruandum accepi pro quo mercator non insipiens, ipsa vtique sapientia, sanguinem illum dedit sed & habeo, thesaurum illum in vasis fictilibus, & quibus multo plura quam vitreis imminere pericula videantur. Homo ergo videat ne faciat Deo iniuriam, fraudem, contumeliã, circa depositum. Simile.

De pęnuria aduocati inueniendi: & quòd Christus fuit aduocatus noster propter quinque, & quòd diabolus falso vsurpat sibi dominium in hominem.

In causa iustaplo rũque difficile est inuenire aduocatum, pluribus de causis.

IN PSAL. IX. SERMO. XIX.

QVoniam fecisti iudicium meum, & causam meã. Plerumque contingit, quòd quis in causa, licet sit iusta, non potest inuenire patronum, vel aduocatum propter aduersarij potentiam, & sapientiam, &

propter paupertatem suam, & tamen tanto gratius, & laudabilius est ei subuenire. Causam habebat homo contra diabolum iustam, & non erat qui pro eo staret, propter aduersarij potentiam, verè enim est potens. vnde Iob vltimo. non est super terram potestas quæ cõparetur ei, qui factus est vt nullum timeret. omne sublime videt ipse, est rex super omnes filios superbiæ, & propter eius sapientiã de qua dicitur Gen. 3. Serpens erat callidior cunctis animantibus terræ, ideſt diabolus sapiens est subtilitate naturæ, & exercitatione. propter paupertatem suam (hoc est hominis) quia homo etiam non habuit vnde posset se tegere in Paradiso post quàm eũ Dominus delinquerat. vnde Gen. 3. cognouerunt se esse nudos, & consuerunt folia ficuum, & fecerunt sibi Perizomata. Misertus est igitur Dominus qui est summe pius, cuius est proprium misereri, & licet diabolus potens erat, & diuina potentia potuit eum superasse: non tamen elegit vincere per potentiam, vt nos (quia parui maiorum sequũtur exempla) eum vincere humilitate, & nõ potentia speremus, & vt sic nos honesto informaret exemplo, per sapientiam deuicit. non per violentiam. Sicut quidã principes, & prælati faciunt: de quibus sapientiæ 2. Sit fortitudo nostra lex iustitiæ, Gallicę force pest le pre. vnde Dominus non sine causa dixit Petro. Matthæ. 17. Mitte gladium in vaginam &c. Nõne possem rogare patrem &c. Elegit ergo vincere per iudicium, & sapientiam: ideoque pater non est incarnatus qui est potentia, sed filius qui est sapientia Dei, & talẽ decuit esse aduocatum. Bonus vero aduocatus debet habere 5. in se eloquentiam. Iuris scientiam, diligentiam. debet esse etiã instructus in facto, debet esse exercitatus. Quia Christus sit aduocatus noster dicitur 1. Ioan. 2. Aduocatum habemus apud patrem Iesum Christum iustũ. Quis autem maiorem facundiam habet quàm ille qui est verbum? qui est ipsa facundia? & hoc dicit Isa. 63. ego qui loquor iustitias, & propugnator sum ad saluandum. Itẽ. Is. 50. Dominus dedit mihi linguam eruditam, vt scirem sustentare eum qui lapsus est verbo. Item quis æqualem ei habuit vnquam scientiam qui est ipsa sapientia, qui est viua vox iuris vtriusque diuini, scilicet & positiui? de quo Apostolus Coloss. 2. In quo sunt omnes thesauri sapientiæ, &

Dominus susceptit, causã hominis cõtra diabolum.

Ad nostrã instructionẽ noluit dñs vincere diabolũ per potentiam.

Quinque conditiones boni aduocati.

tiæ, & scientiæ absconditi, & Isa. 40 Quis adiuuit spiritũ Domini, aut quis consiliarius eius fuit, & ostendit illi? Cum quo iniit consilium, & instruxit eum, & docuit eum semitam iustitiæ, & erudiuit eum scientiam. & viam prudentiæ ostendit illi? Item debet aduocatus habere diligentiam: quam quãtam habuit, & quàm sollicitus fuit Christus, quis dicere sufficiat, aut excogitare? vnde in Psal. annunciate inter gentes studia eius. Item Deus sollicitus est mei, ideo dixit Hiere. 1. Virgam vigiliarum ego video, & dixit dominus. Bene vidisti, quia vigilabo ego super verbo meo, vt faciam illud. Iob 39. Causam quam nesciebã diligentissime iuuestigabam. Nesciebat quidem per experientiam, licèt sciebat per cognitionem. Item debet esse instructus in negotio, & facto, & ipse intantum instructus est, quòd infirmitatem nostram in corpore proprio voluit experiri. ad Hebræ. 4. Non habemus Pontificem qui non possit compati infirmitatibus nostris, temptatum autem per omnia. Per similitudinem absque peccato voluit etiam exercitari antequàm accederet ad aggrediendum principale cum diabolo. vnde temptatus est, vt dictum est in Euangelio. Matthæ. 4. In septimana Sancta, & pœnosa fecit vesperias ad modum militis torneatoris flagellatus. &c.

Alteratio inter Christũ, & diabolum.

Erant ergo in forma iudicij Christus, & diabolus. Christus petebat hominem, vt suum, quia creaturam suã: diabolus dicebat esse non illius, sed potius seruum suũ, quia seipsum dederat, immo vendiderat, & etiam possessionem eius præscripserat, hoc vero dicebat mendax, quia vt dicitur Ioan. 8. Ipse est mendax, & pater eius. Ecce propriũ falsi aduocati sępius mentiri. Cõtrario dicebat filius Dei præscriptionem locum non habere propter tria. Quia nõ habebat iustum titulum, neque bonam fidem, & quia interrupta fuerat ciuiliter. Non habebat titulum iustũ, non enim poterat habere titulum vẽditionis, cum nullum esset precium pro quo se dederat, comparatione excellentissimæ huius creaturæ, qui est homo: vnde pro nihilo reputaretur si quis diceret, se emisse domũ tenui nummo. & secundum iura si quis in venditione defraudatus sit vltra medietatem iusti precij, non tenet contractus ille. Immo homo per nihilo se dederat, quia pro pomo vnde Isa.

52. Gratis venundati estis, ideſt ſine precio iuſto, & ſine argento redimemini. Et ibidem. In Aegyptum deſcendit populus meus in principio, vt eſſet colonus ibi, & aſſur abſque vlla cauſa calumniatus eſt eum, ideſt diabolus. Item non poterat ſeipſum dare cum nõ eſſet compos ſui: cum ſeruus non habeat velle, nec nolle. Non etiam habebat bonam fidem, quia dolo inceperat poſſidere, quia ſuggeſtione falſi, ſcilicet mendacij, cum dixit Gen. 3. Nequaquàm moriemini. Item interrupta erat præſcriptio ciuiliter, quia ſemper, & in quolibet tempore contradicebat. Nonne miſit Patriarchas, & Prophetas, & Procuratorem ſuum Moyſem, qui dixit Pharaoni. Exod. 9. Dimitte populum meũ, vt ſacrificet mihi in deſerto. Reſpondit Pharao. ideſt diabolus: non dimittam.

Adiecit etiam iſte ſapiens aduocatus, quòd diabolus à iure quod habebat, ceciderat plus iuſto petendo. Vnde Decretal. ſoluitur Ietifere &c. Item produxit inſtrumenta ſuper iure ſuo, charitas & literas pendentes, & apertas, & ſigillatas. Ipſe enim eſt ſigillum omni creaturę impreſſum, ſed expreſſius in homine, quia fecit Deus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem ſuam, vt dicitur Gen. 1. & Pſal. Signatum eſt ſuper nos lu. vul. tu. d. &c. Ipſe eſt ſigillum patris. Vnde ad Hebræos 1. Qui cum ſit ſplendor gloriæ, & figura ſubſtãtiæ eius, ſcilicet patris. Ipſe eſt verbum, quod erat in principio, ſed non erat legibile neque intelligibile nobis, ſed factum eſt legibile, & viſibile ſcriptum in membrana carnis. De quo libro dicitur Iſai. 8. Sume tibi librum grandem, & ſcribe in eo ſtylo hominis. Vere grãdis eſt liber in quo rationes omnium rerum ſcriptæ ſunt, quia quod factum eſt in ipſo vita erat. In hoc quaſi ſtylo hominis ſcriptum eſt, quando verbum caro factum eſt. Literæ iſtæ apertæ fuerunt, & pendentes, vt magis eis crederetur: quando ipſum verbum paſſum pependit in Cruce. Vnde Deuteronom. 28. Et erit vita tua quaſi pendens ante te. Item teſtes omni exceptione maiores produxit. De quibus dicitur 1. Ioann. 5. Tres ſunt qui teſtimonium dant in cęlo: Pater, verbum, & ſpirituſſanctus. Tres ſunt qui teſtimonium dant in terra, ſpiritus, aqua & ſanguis. Sanguis & aqua producti fuerunt in die paraſceues. Vnde de latere eius exiuit ſanguis, & aqua. In die Pentecoſtes quando miſit ſpiritum ſuum, tunc produxit ipſum, quia tunc per Apoſtolos omnibus linguis locutus eſt Chriſtus. De vno iſtorum teſtium ad Hebræ. 12. dicitur. Sanguinis aſperſionem melius loquentem quàm Abel. Videte ne recuſetis loquentem. De teſtibus, & teſtimonijs eius dicitur in Pſal. Teſtimonia tua credibilia facta ſunt nimis. Dixit ergo miſera humana natura ad ipſum cum non haberet aduocatum: ò Domine feciſti iudicium, ideſt feciſti quod pro me eſſet iudicatum, & vincetem contra diabolum in cauſa.

De tribus ſtudijs Domini in hominem.

IN PSAL. IX. SERM. XX.

ANnunciatę inter gentes ſtudia eius. Tria ſtudia Domini poſſumus admirari. Primum videtur in hominis creatione, & formatione. Secundum in recreatione, & reformatione. Tertium in hominis conuerſatione. In hominis formatione videtur ſtudioſus extitiſſe: cum enim de alijs dictum ſit: Dixit & facta ſunt: quaſi ſuper hominem formando deliberatio præceſſit, quia dictum eſt. Faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtrã. Item quia in nobiliori opere plus apparet induſtria artificis quàm in alio groſſioti, & viliori: ita & in hominis formatione, in quo cęlũ, & terra coniunguntur, vel anima & caro: mirabilis eſt iſta coniunctio viſibilis ad inuiſibile. Vnde dicitur de artifice ſtudioſo Eccl. 38. Cor ſuum dabit in ſimilitudinẽ picturæ, & vigilia ſua perficiet opus. Quaſi enim pictura Dei eſt homo. In ipſo enim elucet Dei ſapientia, & ars quod non ita expreſſe in alio creatura, vnde Eccle. 9. In manu artificum opera laudabuntur. Secundum ſtudium fuit in reformatione. Arte enim exquiſita oportuit deeipi aſtutiam diaboli. vnde dominus vſus eſt contra eũ multiplici ſtudio; primo ſtudio, & aſtu piſcatoris. Quaſi enim eſca quam appetit diabolus fuit humanitas: hamus ſub eſca, ſcilicet ſub humanitate latens diuinitas, dum igitur eſcam apprehendit, hamum incur-

Tria ſtudia dñi. Primũ in formatione hoīs.

Secundũ in reformatione hominis.

incurrit. vnde Iob 40. In oculis eius, quasi hamo capiet eum, & in fudibus perforabit nares eius. vbi Grego. Esca prouocat, vt aculeus pungat. Dum enim appetijt escam humanitatis, transfixus est aculeo diuinitatis. In oculis autem dicit, id est in cognitione eius, quia quodammodo eum cognouit dum dixit Marc. 5. Quid mihi, & tibi Iesu fili altissimi? Venisti ante tempus torquere nos. Nares quibus remota sentimus, sunt callidæ eius insidiæ. Sudes acuta Dei consilia. In fudibus nares eius perforãtur, dum eius occultæ insidiæ diuinorum consiliorum acumine penetrantur. Item studio Aucupis. vnde Iob 40. Nunquid illudes ei quasi aui? Vbi Greg. Iumentum dicitur diabolus cum de luxuria temptat. draco cum ad malitiam, & inuidiam inflammat: auis cũ ad superbiam eleuat. Quia diabolus carnis mole non premitur, & redemptorem nostrum carne mortalem vidit, altiore fastu elationis intumuit, & tunc quasi auis fuit, & hæc quidem auis tanto immanius extollitur, quanto magis naturæ suæ infirmitate præpeditur, sed illusum est ei quasi aui, vidit enim quod ore perciperet tanquàm auis, sed non vidit quod guttur teneret. Item studio cauti bellatoris, sicut Iosue fecit regi Hay dicens Iosue 8. Ponite insidias post ciuitatẽ, & estote parati: nos fugiemus, & terga vertemus, & cum pertracti fuerint longius, consurgetis ex insidijs, & eam vastabitis, & sic captus est rex Hay, & suspensus est in patibulo. secundum 70. in ligno gemino. Iosue 1. Christus Iesus quasi se fugere simulauit, dum infirmitatem carnis ostendit. vnde cœpit Iesus pauere, & tædere. Quasi post diabolum insidias posuit, dum virtutem diuinitatis occultauit, per quam eçpit Regem Hay, ideſt diabolum, & ipsum in ligno gemino suspendit, & verè ligni geminum, quia sub Christo Crucifixus est diabolus, & Christo de Cruce depositio in Cruce remansit diabolus. Sicut dicit Origenes super Iosue, & in Epist. ad colo. Hay interpretatur vita vallium, vel quæstio vitæ: ad vallem confluunt sordes. Per Hay ergo significantur carnales. Dicitur ergo diabolus rex Hay. Quia rex, & princeps immundæ vitæ, & quæstio vitæ, qui quærit bonam vitam destruere.

Item studio arguti disputatoris, cuius est eçlare propositum, & eligere verè medium ad concludendũ, & vti fallacijs.

lacijs. Diabolo, quasi propositum occultauit dum incarnationis mysterium eçlauit, vnde supra in titulo pro verbis chusi filij gemini. Chusi interpretatur silentium, scilicet incarnationis secretum. Fallacia accidentis vsus est contra eum, dum sub humanitate, quasi sub accidente diuinitatem abscondit, ita est ergo deceptus, sicut quidam qui suspicantur mel esse fel propter ruborem, & similiter suspicatus est ipsum esse purum hominem propter mortalem naturam. Item quasi syllogismo est vsus contra eũ quando elegit medium terminum quo minorem extremitatem maiori coniungeret, vt sic hominem Deo reconciliaret. Minor extremitas homo, maior Deus, medius terminus Deus homo, communicans cum vtroque extremorum, sicut medius terminus, quia nullus posset id facere, quod pro nobis fecit, nisi esset Deus, & homo, vnde Iob 9. dicitur, non est qui vtrunque valeat arguere, & ponere manum suam in ambobus. Manum in ambobus posuit, quando extrema coniunxit: ideo rectè dicitur, sapiẽtia Dei, vt in libro sapientiæ 7. Si multitudinem scientiæ desiderat quis, scit præterita, & de futuris eçtimat scit versutias sermonum, & dissolutiones argumentorum, & hoc ibi apparuit, quando diaboli argumenta dissoluit. Quia secundum accidens diabolus deceperat, apparens sub specie serpẽtis, & quotidie transfigurat se in Angelum lucis. & propter hoc dominus transformauit se in hominem, ideo dicit in Abdia. Perdam sapientiam sapientiũ, & prudentiam prudentium reprobabo. &c. Vt allegatur 1. ad Corin. 1. & Isa. 29. Peribit sapientia à sapientibus, & intellectus prudentium abscondetur.

Tertium fuit in hominis redempti conseruatione. Sicut enim quis recedens, filium quem diligit non dimittit absque Pedagogo, qui custodiat eum: ita Christus ascendens in cœlum misit spiritum suum ad robur, qui nos custodiret, ideo dicitur. Nisi dominus custodierit ciuitatem frustra vig. q. c. eam &c. & iterum. Ecce non dormitabit, neque dormiet &c. Item prçlatos ad animarum custodia constituit, quasi excubias in ciuitate, vnde Isa. 42. Super muros tuos Hierusalem constitui custodes, & Thren. 2. clamauit cor eorum ad Dominũ, super muros filiç Syon. Imme etiam vnicuique Angelum deputauit, vnde in Ps.

Tertiũ in conseruatione hoĩs redempti.

Angelis

Angelis suis mandauit de te &c. & Matt. 18. Nolite contemnere vnum de pusillis istis: Angeli enim eorum semper vident faciem patris mei qui in cęlis est,

De tribus linguis vitiosis, & præcise de maledica, detractrice & adulatrice.

IN PSAL. IX. SERM. XXI.

Tria vitia linguæ.

CVius maledictione os plenum est, & amaritudine, & dolore. Notantur hic tria vitia linguæ, scilicet lingua maledica, amara, dolosa. Maledica duplex, quæ videlicet impręcatur malum, vt maledicat tibi Deus, vel quæ mala dicit, scilicet detrahens. De prima dicitur Prouerb. 30. Generatio quæ patri suo maledicit, & quæ matri suæ non benedicit &c. quod intelligendum est nō solum de patre, & matre carnalibus, sed etiam spiritualibus. vnde in lege dicitur. Dijs non detrahes, & Principi non maledices. Ideo dicitur Ioann. 10. Maledixerunt ei, & dixerunt. tu discipulus eius sis: nos &c. Et Eccles. 10. Ne maledixeris diuiti in secreto cubiculi tui, quia & aues cęli portabunt vocem tuam, & qui pennas habent annunciabunt sententiam. De lingua maledicente 2. Reg. 16. Egrediebatur Semey, & maledicebat Dauid: mittebatque lapides contra eum dicens. Egredere egredere vir sanguinum, & vir Belial: reddidit tibi dominus vniuersum sanguinem domus Saul. Sed vtraque toleranda. vnde ibidem cum dixisset Abisai filius Saruiæ, regi: Quare maledicit canis morituri Domino meo regi? Vadam & amputabo caput eius, ait Dauid: dimitte eū, vt maledicat mihi: Dominus enim præcepit ei, vt maledíceret Dauid. Ecce filius meus qui egressus est de vtero meo quærit animam meam: quanto magis hic filius gemini. De alia ad Rom. 12. benedicite persequentibus vos: benedicite & nolite maledicere.

Lingua maledica duplex.

Lingua est amara dupliciter.

Amara est dupliciter, vel quæ exprobrat genus, vel cōditionē, vel huiusmodi, vel quæ dure repellit. De exprobratione dicitur Eccl. 21. Est insipientia quæ abundat in malo,

malo, & non est sensus vbi est amaritudo, & in Ps. Acuerunt linguam suam rem amaram, & 3. Reg. 20. Saul Ionathæ filio suo. Fili mulieris vltro virum rapientis, nunquid ignoro, quia tu diligis filium Isay? De dure repellente. Eccl. 4. Non exasperes pauperem in inopia sua, & cor inopis non afflixeris, & non protrahas datum angustianti. Dolosa est duplex: occulti detractoris, & adulatoris. De prima Eccles. 10. Si mordeat serpens in silentio, nihil eo minus habet qui occulte detrahit. Occulte dicitur detrahere, qui iuxta verbum Beati Bernardi conceptā malitiam quam retinere nō potest, verecundiæ fuco obūbrare conatur. Grande inquit damnum: nam alioquin quàm plurimum laudabilis est, sed in hoc excusari non potest. Vnde Dan. 7. Ecce bestia alia similis vrso, in parte stetit, & tres ordines dentium erant in ore eius. Non tota stetit, sed in parte. In parte stare videtur, quando laudē Præmittit. In parte non stat, quando detractionē subiungit. Ec Eccl. 12. In labijs suis inculcat inimicus, & in corde suo insidiatur, vt subuertat te in foueam. Ouidius Felix, & Peleus &c. De hac dicitur Hier. 10. Extenderunt linguam suam quasi arcum mendacij, & non veritatis. Et rectè dixit extenderunt: nulli animali accidit extensio linguæ secundum naturam, nisi serpenti, & lacertæ: habet quidem in lingua additamenta, quæ post morsum infigit in vulnere: vnde defluit aqua sanios, & inde toxicatur, vt dicitur ab Aristo. in libro de natu. animalium. Arcus sagitta est verbum detractionis occultæ. Vnde Hiere. 10. Sagitta vulneris lingua eorum, dolum locuta est ore suo, pacem loquitur cum amico, & occultè ponit ei insidias. Nunquid super his non visitabo dicit dominus?

Linguadolosa duplex.

Est etiam dolosa adulatoris. de qua in Psalm. Molliti sunt sermones eorum &c. Vnde per Azotū significatur. Amos 1. Dispergam habitatores de azoto, quod interpretatur ignis vberis, quia dum lactat incendit. Periculosior est adulatio quàm detractio, vel increpatio, & pernicisior ad subuertendum. Vnde dicitur in Psalm. Sicut nouacula acuta fecisti dolum. Nouacula quæ suauiter radit, dicitur barbam furari: sic lingua adulatoris quasi nouacula barbam surripit, dum blandiens suis verbis omnem virilitatem, & omne robur, & rigorem virtutis emollit. Et quia detra-

Adulatio periculosior est q̄ detractio. Simile.

detractione plus nocet adulatio, ideo Exo. 10. post grandinem secuta est plaga locustæ, quasi maior, quia quod erat residuum grandini deuorauit locusta. De quibus locustis, Naum in fine. Custodes tui quasi locustæ, & paruuli tui quasi locustæ locustarum, quæ considunt in sepibus in die frigoris. Locustarum custodes sunt quibus animæ commissæ sunt, scilicet sacerdotes, qui comparantur locustis, quia locustæ frigore torpent, in æstu exiliũt sic & tales in aduersitate torpent, in prosperitate exultãt. Oseæ 3. Ad iniquitatem subleuabunt animas eorum paruuli &c. Locustæ locustarum dicũtur bruchi, qui semper insidendo totum consumunt. Hi sunt qui principibus assistunt, & eis adulantur. Vnde Iuuenalis. Si rides, ridet si dixeris æstuo, sudat. Hinc est quod dicitur de locusta Exo. 10. Corrodet omnia ligna, quæ germinant in agris. In corrosione tollitur niger cortex, & candor interior reuelatur. Sicut ergo detractor apponit corticem, vt candorem obnubilet, sic adulator corticem tollit, vt si quod intus album est appareat. Vnde de adulto. dicitur Ioel 1. Gens ascendit super terram meam fortis, & innumerabilis, & posuit vineam meam in desertum, & ficum meam decorticauit. Ficum decorticat qui sanctitatem denudat & sicut arescit arbor quæ cortice spoliatur, sic & virtus quæ humilitate quasi cortice suo nudatur. Hinc patet, quòd magis nocet adulator quàm detractor, & sunt sicut aquilo, & auster, qui certauerunt de tollendo spolio viatori: qui quanto magis aquilo flauit, tanto sibi vestẽ magis constrinxit: cum autem auster flauit tũc se veste exuit. Sic multi propter detractorum verba cautiores fiunt, & emendantur. Sed ad blanditias, & laudes adulatorũ dissoluuntur. Expedit aliquando habere detractorem, sed nunquam adulatorem: ideo dicitur: trãstulit austrum de cęlo, id est adulatorem à viro sancto, & induxit in virtute sua africum. Sub lingua eius labor, & dolor, id est flagellum laboris, & doloris. Ideo orat sanctus. Domine libera animam meam à labijs iniquis &c. id est detractoris, & à lingua dolosa, id est adulatoris. Ecce duplex flagellũ de quo Iob 5. A flagello linguæ absconderis.

Magis nocet adulator quã detractor.

De duplici paupertate, & triplici derelictione.

IN PSALT. IX. SERM. XXII.

Tibi derelictus est pauper, orphano tu eris adiutor. Pauper dicitur dupliciter. Primo dicitur pauper spiritu humilis, ideo pauper, quia se excutit, & exonerat ab omnibus: non solum à mundo, sed etiam à seipso, quia non reputat mundana, sed etiam nec seipsum, & quia non cõfidit de mundo, nec de seipso, soli Deo innititur, & ipsum sibi reputat fulcimentum. Vnde Matth. 19. dicit Petrus: Ecce nos reliquimus omnia &c. sicut vulgariter dicitur, omnia dimisi propter vos. Talis dicit: Tu es refugium meum, spes me &c. Quantum enim mundo, & sibi subtrahit, tantum ipsi apud Deum accrescit. Vnde. Iacta in Domino cogitatum tuum, & ipse te enutriet. Et 1. Petri 5. Omnem sollicitudinem vestram proijcientes in eũ, quoniam ipsi cura est de vobis. Pauper etiã dicitur qui manducat panem suum quotidie spiritualiter, sicut & aliquis pauper corporaliter, quo anima habet sustentari, sic omnes Dominus docuit esse pauperes. Quia generalis est oratio pater noster &c. & post, panem nostrum quo. da. n. h. Talis dicit morior frigore, quia quantumcunque habeat, quia non reputat se habere igniculum charitatis: reputat se nudum esse, & nõ habere vestimenta virtutum, & ideo mendicat quasi de ostio ad ostiũ, id est de sancto ad sanctum, vt si ab isto non habeat, ab illo expectet, & speret. Ideo dicitur in Psalmo. Ego autẽ mendicus sum, & pauper &c. Iob 29. Benedictio perituri veniebat super me, & cor viduæ consolatus sum. Iustitia indutus sum, & vestiui me, sicut vestimento, & Diademate iudicio meo. Oculus fui cęco, & pes claudo: pater eram pauperum.

Paupertas duplex.

Quis sit pauper spiritu.

De tali dicitur. Tibi derelictus est pauper. Derelictus triplicitèr. Primo sicut res dicitur derelinqui quæ negligitur: secundum quod dicitur in iure, quòd res quæ habetur pro derelicto in nullius bonis est, & occupanti cõceditur. similiter in institutis. vnde quàm cito mundus habet aliquem pro derelicto, dominus occupat eũ, quod

Pau. tribus modis dicitur de relictus.

pulchre significatum est 1. Reg. 30. Puer Aegyptius ego sum, seruus viri Amalechitæ. Dereliquit autem me dominus meus, quia ægrotare cœpi nudius tertius 1. ad Corinth. 4. Tanquàm purgamẽta huius mundi facti sumus peripsema omnium vsque adhuc. Illum enim diabolus, & mundus derelinquunt, quem sibi inutilem credunt. Et Iudic. 16. Dalila longe cœpit Sanſonem à ſe abijcere, & repellere. Sed dominus tales accipit quos non curabat, quamdiu mundus eos diligebat. vnde Apostolus Gala. 1. Si hominibus placerem, adhuc seruus Dei non essem. Et Iacob 4. Amicus huius sęculi inimicus Dei constituitur. Tales non curat mundus. vnde Iob 22. Nudos spoliasti vestibus: aquam lasso nõ dedisti: esurienti subtraxisti panem: viduas dimisisti vacuas, & lacertos pupillorum comminuisti.

Secundo. Secundo dicitur derelictus, sicut Gallice eſcheiment. Illa enim quæ mundus non curat, quasi excidunt Deo: dominus enim est quasi pauper, qui expectat reliquias saltem quæ cadunt de mensa diuitis, id est mundi, sicut dicitur Luc. 15. Erat quidam mendicus Lazarus &c. Et est quasi corbis, seu cophinus Gallicè le Corbillon in quo ponuntur reliquiæ. Quod mundus ergo abijcit, dominus in suo Cophino ponit. Est etiam, sicut littus quod recipit mortuos quos mare proijcit.

Tertio. Tertio derelictus quantum ad prouisionem ad pascendum, & vestiendum, & alendum. Pauperes enim derelinquunt domui Dei, & Eleemosynario. Pietas Dei Eleemosynaria est regni cęlorum, ideo enim Christus esuriuit, vt nos pasceret. Sicut Matthæi 4. Postea esurijt, ideo nudauit se, vt nos vestiret. Ioan. 13. Surgit à cœna, & ponit vestimenta sua. vnde Apostolus 2. Corinth. 8. Propter vos egenus factus est, cum esset diues, vt illius inopia vos diuites essetis.

Sequitur: orphano tu eris adiutor. Orphanus est cuius pater, & mater mortui sunt. Pater noster est diabolus, & mundus: secundum quod sumus filij iræ. Eze. 14. Pater tuus amorreus, & mater tua cethea. Amorreus amaricãs diabolus est, vel mundus amaritudine plenus. Cethea cõfracta, scilicet concupiscentia, in qua omnes nascimur cõfracti iugo seruitutis. cum enim sit ancilla, omnes nascimur

mur serui, quia partus sequitur ventrem. vnde Psal. 136. Filia Babylonis misera. Illos inquam quibus spiritualiter moritur pater diabolus, vel mundus, & mater concupiscentia, dominus adoptat in filios. Vnde Psal. 44. Audi filia, & vide, & obliuiscere populum tuum, & do. pa. t. & c. Hinc etiam dicitur: Pater meus, & mater mea dereliquerunt me: dominus autem assumpsit me. Item sicut orphani solent plerumque expositi adoptari, vt in digestis habetur de expositis, Gallicè trouuem, illos inquam quos diabolus, & mundus quasi pro expositis habent dominus sibi adoptat. Diabolus est quasi coruus, cuius proprietas est pullos suos negligere, & non pascere, quia videt plumas eorum albescere, sed dominus procurat eis pastum suum. Dum enim vociferantur famelici, muscę propter saliuam profluentem intrant os pullorum, & ab eis sic intercipiũtur, & sic muscis pascuntur, vel vt dicit Greg. Rore cęli. vnde Iob 39. Quis parauit coruo escam, quando pulli eius clamant ad Deum? & in Psal. Qui dat iumentis escam ipsorum, & pullis coruorum. inuo. eum. Eodem modo cum diabolus niger sit, & infectus peccatis, suos nõ reputat eos quos videt baptismo, vel pœnitentia candidatos, & quasi plumis noui hominis albescentes, ideo dominus colligit eos. vnde Eze. 17. Proiecta es super faciem terræ. Et expandi amictum meum super te, & operui ignominiam tuam: laui te aqua, & emundaui sanguine tuo, & vnxi te oleo, & vestiui discoloribus, quod pertinet ad emundationem. Baptismi vel pęnitentiæ, & vnctionem olei spiritus sancti, & varietatem virtutum.

De præparatione cordis.

IN PSAL. IX. SERM. XXIII.

DEsiderium pauperum exaudiuit Dominus: præparationem cordis eorum audiuit auris tua.

Cor hoīs tripliciter Domino ꝑparatur.

Præparatur Domino cor hominis tripliciter, aut tanquàm domus ad inhabitandũ, aut tanquàm castrum ad pugnandum, aut tanquàm lo-

Prima pparationē facit confessio, secūda patientia, tertia paupertas spiritus.

cus religiosus ad implorandum. Primam præparationem facit confessio cum ancillis suis: secundam patientia cum collegis suis: tertiam paupertas spiritus cum suis sodalibus. Quantum ad primam, legitur primi Reg. 25. quòd Abigail quam duxit Dauid vxorem post mortem Nabal stulti, ascēdit super asinum suum, & quinque puellæ iuerunt cum ea pedisequæ eius. Hæc autem est anima fidelis, quæ dum amabat mundum, nupsit Nabal stulto, quia vt dicitur 1. Corinth. 3. Prudentia huius mundi, stultitia est apud Deum, sed ei moritur mundus, dum eum amare desinit, & nubit Dauid, ideſt Christo, & adducit secum quinque ancillas, quarum est officium domum præparare. Prima ancilla est timor Domini, cuius officiū est mundare domum scopa, & expellere sordes. Vnde Eccles. 1. Timor Domini expellit peccatum. Et eiusdem 2. Qui timent Dominum præparabunt corda sua, & in conspectu illius sanctificabunt animas suas. Secunda ancilla est dolor, cuius est domum rigare, vt mundior, & recentior sit. Dolor enim affert aquam lachrymarum. Vnde dicitur Luc. 22. Occurret vobis homo quidam amphoram aquæ portans, sequimini eum. Et quia dolor debet esse communis, quia pro omnibus peccatis in genere, & non singularis, ideo non dicitur nominatim, sed homo quidam. Et quia debet plangere propriam infirmitatem, non solum peccatum: dicitur amphoram aquæ portans. Tertia ancilla est pudor. Quarta spes. Quinta charitas: quarum est officium domum tapetibus, & cortinis, sericis siue auleis exornare. Pudor per ruborem apponit purpureas: spes quæ de cęlestibus est apponit ianthinas, ideſt violaceas cortinas, aut hyacinthinas. Charitas ardens coccineas cocco bis tincto ardentes, & succensas, & hoc propter duplicem dilectionem, Dei & proximi. Huic subseruit munditia cordis, quæ apponit byssinas de byssō retorta, quasi bis torta, quia duplex est cōtinentia, scilicet mētis, & corporis. De his dicitur Exod 26. Tabernaculum ita facies. Decem cortinas de byssō retorta, & hyacintho ac purpura, coccoque bis tincto. Charitatis etiam est domum laqueatibus intexere, & artificiose pingere. Et rectè hoc charitati cōpetit: Lacunar enim suprema est pars aulæ quam tenet charitas virtutum summa. Vnde 1. Corinth. 13.

Quinque ancillę animæ fidelis.
1. Timor.
2. Dolor.
3. Pudor.
4. Spes.
5. Charitas.

rinth. 13. Maior horum est charitas. Quæ domum interiorem depingit digito spiritus sancti, & omnium virtutum colorem, & varietatem donorum apponit, & uitam sanctorum confessorum, virginum, Martyrum imitando intus describit: Vnde Exod. 26. additur: Varietas opere plumario facies: Charitas enim vt plumæ alta petit. De his lacunaribus dicitur Cant. 1. Tigna domorum nostrarū cedrina: laquearia nostra cupressina. De varietate virtutum dicitur in Psalm. Astitit regina &c. varietate. De his omnibus simul Ezech. 16. Laui te aqua, & emundaui sanguinem tuum ex te. Et vnxi te oleo, & vestiui te discoloribus, & calceaui te hyacintho, & cinxi te byssō, & indui te subtilibus, & ornaui te ornamento &c. Et iterum. Et ornata es auro, & argento, & vestita es byssō, & polymito, & multis coloribus.

Patientia cū mānsuetudine, & humilitate secūdā facit pparationem.

Humilitas fossarū pfundissimum.

Præparatur secundo tanquàm castrum ad pugnandū. Hanc præparationem facit patientia cum collegis suis, scilicet mansuetudine, & humilitate. Patiētia munit animam contra iniurias: mansuetudo contra contumelias: humilitas contra contemptus. Vnde dicitur Prouerb. 16. Melior est patiēs viro forti, & qui dominatur animo suo, expugnatore vrbium. Patientia murus est, mansuetudo antemurale quo ictus petrarum retunduntur. Humilitas est fossarium profundissimum plenum aquæ lachrymarum, quas de scientia propriæ infirmitatis donum luctus abundare facit. Nihil enim ita humiliat, sicut proprij defectus scientia, & cognitio. Vnde bene beatitudo luctus, seu lugentium aptatur dono scientiæ. De his munitionibus dicitur Naum 3. Aquam propter obsidionem hauri tibi (scilicet in fossato humilitatis) exime munitiones tuas, scilicet patientiæ, & mansuetudinis: quasi murale, & antemurale: cuius vallum subdit. Intra in lutū, & calca. Lutum intrare, est propriæ carnis infirmitatem diligenter attendere: lutum calcare, est seipsum contemnere. Non est fortis murus patientiæ, qui multis ictibus petrarum non resistit, sed statim diruitur. Non est firmum ante murale mansuetudinis, quod solo vento præcipitatur. Verbum enim contumeliæ, non est, nisi ventus. Vnde Iob 27. Tollet eū ventus vrens, & auferet de loco suo. Talis est velut palea, vel foliū quod vento tollitur. Vnde

Isa.64. Et cecidimus quasi folium vniuersi, & iniquitates nostræ quasi ventus abstulerunt nos. Non enim est ex virtute verbi contumelioſi, sed potius ex propria infirmitate, & defectu, quòd quis ita dejcitur.

De duobus commendabilibus, & de miricæ comparatione ad mundum, & de triplici nido.

IN PSAL. X. SERM. XXIIII.

Confidẽtia I Deo, & ſtabilitas maxime ſunt cõmendabilia.

IN Domino confido, quo modo dicitis animæ meæ transmigra in montem, sicut passer. &c. Dũo commendabilia sunt præcipue. Confidentia in Deo, & Stabilitas & constantia. De his duobus dicitur Eccles. 11. Confide in Deo, & mane in loco tuo. Vir ergo spiritualis dicit contra sibi insultantes. In Domino confido. Vnde Hiere. 17. Maledictus qui confidit in homine, & ponit carnem brachium suum: à domino enim recedit cor eius, Erit enim quasi mirica in deserto, & non videbit cum venerit bonum, sed habitabit in siccitate in deserto in terra salsuginis, & inhabitabili. Bene dicit ponit car. bra. su. In carne enim fragilitas designatur: in ossibus fortitudo. Vnde in animalibus fortioribus parum natura ponit in carne, multum in ossibus, vt in Leone. natura etiam in articulis ita artificioſe ossa disposuit, vt maius os subijciatur minori, quasi basis eius ad portandum ipsum, vt apparet in articulis digitorum. Sic & maiores in corpore Ecclesiæ, minores debent sustentare. Vnde ad Roma. 14. Debemus autem nos firmiores imbecillitatem infirmorum sustinere. Comparatur etiam miricæ in deserto. Primo quia mirica fragilis est, & inutilis ad ædificijs fulcimentum. Vnde quasi miricam collocat in ædificio Ecclesiæ qui tales promouet, & sublimat tanquàm infidelis architectus. Hinc est quod in figura dicitur 3. Reg. 7. Statuit Salomon per hyram duas columnas. dextram vocauit Iachin, secundam vocauit Booz. Et super capita columnarum opus in modum filij posuit. Iachin interpretatur præparatio, Booz in quo est virtus. Prima est fortitudo in prosperis, & quia maxime in prosperis tẽtationes

Mũdus cõparat Miricę.

tationes insurgunt contra quas nos præparari oportet; ideo interpretatur præparatio Eccles. 2. Fili accedens ad seruitutem sta in timore, & iustitia. Timore enim declinatur malum: iustitia fit bonum, præpara animam tuam ad tentationem. Secunda est fortitudo in aduersis, & ideo Booz interpretatur in quo est robur. vnde de Pompeio. Lucanus, Nec te videre superbum &c. Secundo, quia mirica in se sterilis est, terram etiam in qua nascitur desertam facit, & sterilem. Quia humorem eius extrahit, & exsiccat, sic & mundani sunt in se steriles, dum fructus bonorum operum non faciunt, etiam alios steriles reddunt dum per exempla corrumpunt, sic arbores in vineis vites fructificare non permittunt. vnde dominus de ficulnea dicit Luc. 13. Ecce tres anni sunt ex quo veniens quæro fructum in ea, & non inuenio. succide ergo illam, vt quid terram occupat? Sicut etiam mirica humorem terræ ebibit, ita cupidus raptor, fœnerator, quicquid habet vicinus emungit. Iob 24. Agros non suos demetunt, & vineam eius quàm vi oppresserunt vindemiant: nudos dimittunt homines, indumenta tollentes quibus nõ est operimentum in frigore. Tertio quia si miricarum arbusta combusta fuerint, terram cineribus suis fęcundant, quam virentia sterilem reddebant. eodem modo diuites huius mundi vtiles fiunt eis quibus prius nocebant, quia illi ad quos bona eorum perueniunt ditantur, & exemplo mortis eorum corriguntur. vnde Ecclesiastes 2. in fi. Peccatori autem dedit afflictionem, & curam superfluam, vt addat, & congreget, & traditori ei qui placuerit Deo. Et Ecclesiasti. 11. Nescit, quòd tempus prætereat illũ, & mors appropinquet, & relinquat omnia alijs, & moriatur. Multi etiam exemplo corriguntur quando vident tales subito, & in miseria mori, & est fama in ore omnium. vnde Ecclesiastici 19. Putredo, & vermes hæreditabunt impiũ, & extolletur in exemplum maius, & tolletur de numero anima eius Quia non erit dignus reputatione quasi nullus. Ideo in temporalibus non est confidendum. Sed in Deo, sed non sufficit confidentia, nisi adsit stabilitas, & cõstantia. vnde sequitur. Et mane in loco tuo. vnde 1. ad Cor. 7. Vnusquisq; in qua vocatione est in ea permaneat. Et Ecclesiastes 10. Si spiritus potestatem habentis ascenderit

Secundo.

Tertio.

derit super te: locum tuum ne dimiseris. Ideo vir fixus, & stabilis dicit. Quomodo dicitis animæ meę &c. sicut dominus dixit de Ioanne Baptist Mat 3. Quid existis in desertum videre? harun. agitatam vento &c. Passer enim significat spiritum instabilitatis, quia proprietas eius est, vt nidum mutet. Nidus noster triplex est. Primus, baptismus in quo regenerati sumus, vel pœnitentia quæ est secunda tabula. Nidum mutat qui post pœnitentiam peccatum iterat. vnde ad Hebræ. 6. Non rursus iacentes fundamentum pœnitentiæ ab operibus mortuis. Nidus noster secundus, est imitatio passionis Christi, in qua calescere debemus Cant. 2. Surge propera amica mea spes mea, & veni columba mea in foraminibus petræ, & in cauerna maceriæ. Ideo fecit dominus in latere suo foramen, vt ibi nidificaremus, & contra accipitrem, idest diabolum nos collocaremus. Tertius nidus est propria infirmitas nostra, & est quasi nidus hirundinis quæ facit nidum suum in terra argillosa. Nidum de terra facere est propriæ infirmitatis memoriam habere, vt dicat iuxta verbum Iob 29. In nidulo meo moriar &c. Hirundo etiam egestiones de nido eijcit, & pullos egerere docet extra nidum. sic & vir contemplatiuus temporalia quæ sunt stercora, extra nidum cõscientię proijcit, & docet alios suo exemplo sic facere: quod significatum est Tob. 2. Ex nido hirũdinum calida stercora inciderunt super oculos Tobiæ, & cęcus factus est. Sic & spirituales stercora temporaliũ à se reijciunt quibus alij qui ea diligunt exęcantur. Passer nidificat in ciuitate, & non in solitudine, vnde significat mũdanos, sicut aues quæ nidificant in solitudine significant claustrales. vnde citius, & frequentius capiuntur Isai. 9. Inuenit quasi nidum manus mea in fortitudine populorum. Transfer ergo nidum tuum de ciuitate in solitudinem, de imo in altum, ne cum passere cito ab accipitre, idest diabolo capiaris. Vnde Hiere. 48. Relinquite ciuitates habitatores Moab, & estote quasi columba nidificans in summo ore foraminis. Item passer dicitur habere caducum morbum, ideo forte dicit dominus. Nonne duo passeres esse veneunt, & vnus sine parte non cadit in terram? & sine dubio cadit ad terram. Sed secundum Aristotelem non contingit hoc ex morbo, sed comedit herbã quæ

Nidus noster triplex.

Primus.

Secũdus.

Tertius.

Melius est nidificare in solitudine, q̃ in ciuitate.

quæ dicitur Iusquiamus, quę irãtum venenosa est in regno Persarum, quòd gustantem statim interficit, sed non est ita in Aegypto. Quando autẽ passer comedit iusquiamum, ex resolutione frigidę fumositatis, quia frigidissima herba est, congelatur cerebrum: ita quòd cadere ad terram cogitur. Eodem modo cupidi dum cupiditatis gelicidio constringuntur cadunt ad terram per terrenorum concupiscentiam. Ipsi enim sunt Philistæi qui potione cadentes interpretantur. Ideo dicitur Psal. 21. Manducauerunt, & adorauerunt omnes pingues terræ in conspectu eius, cadent omnes qui descendunt in terram.

De templo cui comparatur anima, & multiplici eius ornatu.

IN PSAL. X. SERM. XXV.

Dominus in templo sancto suo, dominus in cęlo sedes eius &c. Anima templo comparatur. Quia ea quæ solent fieri in templo materiali, in ipsa spiritualiter geruntur. Vnde eadem ei reuerentia, & in infinitum maior debetur quàm templo materiali. Templum locus est orationis, & laudis Deo: similiter & anima. Vnde Ioan 4. Venit hora, & nunc est, quando veri adoratores adorabũt patrẽ in spiritu, & veritate. Spiritus est Deus, & qui adorant eum, in spiritu, & veritate oportet adorare. Si ergo de ijs quæ sunt mundi cogitas, quia pedes animę sunt cogitationes: pedes non habes in templo, sed forte in foro, vel in taberna, vel in prostibulo, vnde iam non adoras in templo. Item si turba mundanarum cogitationum perstrepunt in corde tuo: iam de templo fecisti forum, sicut dicitur 3. Reg. 20. Dixit Benadab Achab Regi. Fac tibi in Damasco plateas, sicut fecit pater meus in Samaria. secundum aliam translationem: forum huius plateæ. Item extra templum ad sanctificationis eius ostensionem sunt Cruces, & intus in templo. Cruces exteriores pertinent ad exteriorem conuersationẽ. Cruces intus, ad interiorem sanctitatem, & disciplinam. Vnde Cant. 8. Pone me, vt

Anima templo cõparatur, quę in fieri solent in templo materiali eadẽ spirituaaliter ĩ anima gerũtur. templũ est locus orationis. In templo, & extra fiũt Cruces ad ostensionẽ eius sanctificationis.

Universidad de Deusto Biblioteca

signaculum super cor tuum &c. Et Exodi 12. Sanguine agni iubentur postes intingi. Nefandus putaretur qui deleret cruces exteriores in templo, & multo nefandior qui interiores. Certe exteriores delent, & abradunt quantum in eis est qui exteriori bonæ conuersationi detrahunt, reputantes papelardum qui in conuersatione bonũ se ostendit. cum dicat Apostolus ad Galat. vltimo. Stigmata Domini Iesu in corpore meo porto. Nefandiores sunt qui & interiores delent, quod nemo potest facere in nobis, nisi nos ipsi. quasi enim interiorem hominem nostrum à cruce deponimus, dum nos ad voluptates laxamus, quando nec habemus dolorem de amissis bonis quantum ad concupiscibilem: nec pudorem de omissis, quo ad rationabilem: nec timorem de pœnis quo ad irascibilem. Crucem igitur deponere nihil aliud est, nisi cruces istas delere. Nõ credendum est diabolo dicenti. Si filius Dei es, descende de cruce &c. vbi cruces sunt exterius, & non interius, non est verum templum, vt in falsis cruce signatis, & religiosis, quod fit ideo ne mingatur in loco. Vnde Persius. Pinge duos angues, sacer est locus, extra meijte, habentes velamen, quod scilicet ideo faciunt, vt eis honor exhibeatur. Item in tẽplo solet fieri aqua benedicta, quæ est gratia lachrymarum, cuius aspersione pestes spirituales effugantur, & venialia remittũtur. Similiter & gratia lachrymarum spirituales hostes exterret, & fugat. Diabolus est quasi auis quæ vocatur psittacus, vulgariter papegai: quæ non sustinet aquas. nec diabolus talem aquam. Vnde 3. Reg. 18. Iunge currum tuum, & descende ne occupet te pluuia, sicut suadet diabolus. Cuiusmodi ergo templũ potest esse vbi nunquàm fit aspersio aquæ benedictæ? Aqua benedicta fit cum sale. Et lachrymarum effusio habenda est cum discretione. Vnde 4 Reg. 2. Helisæus misit sal in aquam &c. Item in templo est thuribulum cũ thure. Thuribulum est ex parte superiori apertum, & ex inferiori clausum: ita cor nostrum ad superiora, & æterna aperiatur. Vnde Psal 80. Aperi os tuum, id est desiderium tuum, & implebo illud. Et Zach. 11. Aperi libane portas tuas, id est interiores sensus, scilicet ad superna, & ad ista inferiora, & caduca claudãtur. Isa. 26. Vade populе meus intra in cubicula tua, claude ostia tua super te &c. Et

In templo sit aqua benedicta.

Quid importet aqua benedicta, & eius virtº.

Matth. 6.

Matth. 6. Intra in cubiculum tuũ, & clauso ostio ora patrem tuum in abscondito &c. Thus ardens in thuribulo est in corde feruens deuotio. Cant. 3. Quæ est ista quæ ascendit per desertum, sicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ, & thuris &c. In templo lampades dependent, & ardent cerei. Lampas est fragilis, & de vitro, & vt ardeat nutritur ignis oleo, & suspensa est. Lampas ergo de vitro est propriæ fragilitatis, & infirmitatis recordatio. Qui plena oleo, alterius infirmitatis, & miseriæ cõpassio. Hoc oleo ignis charitatis nutritur. Vnde 1. Io. 3. Qui habuerit substantiam huius mundi, & viderit fratrem suum necesse habere, & clauserit viscera sua ab eo, &c. quomodo charitas Dei manet in eo? Lucet lampas, quando affectio interior apparet in exemplo boni operis. Vnde Matthæi 5. Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum qui in cœlis est. &c. Lampas suspenditur, quando ad æterna desiderium rapitur. Iuxta illud Iob. 7. Suspendium elegit anima mea. De his lampadibus dicitur Cantic. vltimo. Lampades eius lampades ignis. cuiusmodi ergo est templum, vbi nec thus redolet, nec lampas lucet? In templo fiunt ad ornatum cortinæ. de quibus dicitur Exod. 26. Facies decẽ cortinas de byssо retorta, & hyacintho, & purpura, coccо bis tincto. Continentia facit bysinas, spes hyacinthinas. patientia purpureas, pudor coccineas. De animabus sic ornatis dicitur. Filiæ eorum compositæ circum ornatæ &c. In templo sunt vitrariæ. per vitrarias lux infunditur & templum illuminatur. In vitrarijs imagines depinguntur. Est anima vitraria, quando & in se doctrinã sanctorum admittit qua illuminatur, & eorum conuersationem in se depingit qua informatur. De doctrina dicitur. Sic luceat &c. vt vi. opera vestra &c. & in Psal. Illuminãs nos à montibus æternis. De conuersationis exemplo dicitur 3 Reg. 6. Sculpsit Salomon in ostiolis de lignis oliuarum picturam Cherubim, & palmarũ species, & anaglypha valde prominentia. Ostiola de lignis oliuarum sunt viri misericordiæ. pictura Cherubim, doctores: species palmarum tentationum victores. Anaglypha bonorum operum euidentia. In templo est altare. Altare est affectus, siue bona voluntas super quæ fiunt sacrificia iustitiæ,

In templo ardent lãpades, & cerei.

In tẽplo fiunt Cortinę ad ornamentũ.

In templo sunt vitrię.

stitiæ,& holocausta igne spirituſſ. incensa. vnde. Tunc acceptabis sacrificium iustitiæ &c. De quo Exod. 27. Facies altare de liguis Sethim. i. de incorruptis affectionibus. In templo est sacerdos, cuius est populum reconciliare. Sacerdos iste est deuotio per quàm reconciliamur Deo. de quo illud. Ecce sacerdos magnus &c. In templo sunt clerici, cantores, & Psalmistæ Hi sunt cogitationes, & affectiones quæ quasi chorũ faciunt in anima, & laudes Deo decantare non cessant. Ecclesiastes 2. Feci mihi cantores, & cantatrices & c. Alij vt maiores, decantant alleluia, scilicet qui interiori gaudio exultãt: de quo illud Tobiæ 13. Per omnes vicos eius alleluia decantabitur Alij vt minores cantant benedicamus domino, scilicet gratiarũ actiones beneficiorum Dei, quas non cessauit cantare Paulus 1. ad Corint. 1. Gratias ago Deo meo pro omnibus vobis. In templo sunt æditui, & sacristæ, id est templi custodes, hi sunt quinque sensuum discretiones quæ custodiunt templum animę ab omnibus immunditijs. vnde si sunt negligentes, sunt similes Sobuæ præposito templi: qui tradidit inferiorem partem ciuitatis, quod fit quando sensus ipsi aliquando indiscrete exponuntur. vnde Isai. 22. Vade & egredere ad Sobnam præpositum templi, & dices ei quid tu hic? aut quasi quis hic? Vere qui male vtitur sensibus: de quibus in Psal. Aures habent, & non audient &c. vbi non sunt custodes: Cortinæ & omnia ornamenta à latronibus tolluntur.

In templo sunt sacerdotes, clerici, cãtores, & Psalmistę.

A templo eijciũtur canes, & porci.

A templo canes, & porci eijciuntur. Canes sunt cogitationes corrosoriæ, & detractoriæ. Porci, immundæ & spurcæ. de quibus Matt. 7. Nolite sanctum dare canibus, neque spargere margaritas ante porcos. Sanctum canibus, & marg. porcis dãtur, quando huiusmodi cogitationibus anima inquinatur. Quanta igitur veneratione dignum sit hoc templum apparet. vnde qui ipsum non veneratur: negat animam suam esse templum Dei, quales sunt qui inducunt canes detractionum in templum, Porcos immũdarum cogitationnm, stercora & fimum temporalium. Et de ipso faciunt lupanar, vel aram porcorum, vel stabulum boum. Sicut Pompeius fecit de templo Domini. Talibus dicit Apostolus 1. ad Corinth. 6. An nescitis, quia membra vestra templum sunt spiritus sancti qui

cti qui in vobis est? Et alibi Deus venerunt gentes &c Si ab aliquo quæreretur an aliquod templum euerterit, vel incenderit Responderet quod non, sed quot animas peccato corrupit: tot templa deiecit. Quot igne cupiditatis, vel luxurię, vel inuidię inflammauit, tot templa incendit. vnde Ps. 73. Incenderunt igni sanctuarium tuum.

De triplici eloquio.

IN PSAL. XI. SERM. XXVI.

Eloquia triplicia.

Eloquia casta.

Eloquia meretricia.

ELoquia Domini eloquia casta. ar.ig &c. Sunt eloquia Domini, sicut legis diuinę. Sunt eloquia legis humanæ, & Philosophię mundanę. Prima sicuntur casta. Secunda meretricia, tertia vana. Prima casta, quia sicut nostra concupiscibilis, vel noster affectus sponsus est verę bonitatis, ita noster intellectus sponsus est salutaris veritatis, quę in sacris eloquijs continetur. vnde sicut noster affectus cum omni alia voluptate quę falsa est, fornicatur: ita & intellectus noster cum omni alia scientia. vnde Sapien. 8. Quęsiui eam mihi spõsam assumere, & amator factus sum formę illius. Secunda meretricia, quia lex humana quasi meretrix quęstuaria prostat pro tẽporalis lucri mercede. vnde Naum. 3. Vęh ciuitas sanguinum vniuersa mendacij laceratione plena: non recedet à te rapina &c. post pauca. Propter multitudinem fornicationum meretricis specioſę, & gratę, & habentis maleficia, quę vendidit gentes in fornicationibus suis &c. Speciosa dicitur quantum ad verbi splendorem. Grata quantum ad lucri honorem. Similiter mundana Philosophia prostat pro populari aura, & vario fauore. vnde Hieronymus dicit. Philosophus popularis aurę, vile mancipium. Et Persius. Ad populum faleras. Non enim est scientia pietatis, sed vanitatis. vnde 1. Corinth. 8. Scientia inflat: charitas autem ędificat ad Rom. 1. Euanuerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiẽs cor eorum. Veritas autem sacrorum eloquiorum gratuita est. vnde Isa. 55. Omnes sitiẽtes venite ad aquas, & qui non habetis argentum properate. vnde dominus. Gratis accepi-

accepistis gratis date. Cõtra fit de mundana. vnde Mich. 3. Principes eius in muneribus iudicabant, & sacerdotes eius in mercede docebant &c.

Fornicatio est nomẽ Generale.

Et notãdum, quòd fornicatio nomen generale est. Qui enim fornicatur, plerumque committit adulterium, quandoque raptum, quandoque incestum, quandoque Sodomiam, vel abusum. Eodem modo spiritualiter committitur hoc. verbi gratia, carnalis sensus penitus est alienus à lege diuina, & in ipsa debet quæri spiritualis intelligentia. qui ergo quærit in ea carnalem sensum, vt videtur cõmittit adulterium. vnde Roma. 2. An qui alium doces, te ipsum non doces? qui prædicas non furandum, furaris, non mœchandum, mœcharis? Item raptus est, quando quis ei qui non vult consentire, & renititur, per vim commiscetur. Qui ergo intorquens verba legis diuinæ quasi à litera renitente extrahit intellectum, raptum committit. non enim inuenit, sed rapit eum. Vnde Thren. in fine. Mulieres in Sion humiliauerunt, & virgines in ciuitatibus Iuda. In his autem labor non modicus est, & infructuosus, quod bene figuratum est Gen. 24. Vbi dicitur, quòd Sychem filius Emor rapuit Dinam, & cõglutinata est anima eius cum ipsa. Sychem interpretatur humerus, siue labor, Emor asinus. Sychem ergo filius Emor rapit Dinam, & corrumpit, quando stultus, & superuacuus labor alienam, & impertinentem quærit intelligentiam, & diuinæ legis corrumpit virilitatem. Item cum sorore, vel cognata committitur incestus. Quid legitur de sapientia nonne dicitur Prouerb. 7. Dic sapientiæ soror mea es, & prudentiam vocaui amicam meam Qui ergo sapientiam legis diuinæ corrumpit, incestum committit. Item intellectus solus spiritualis masculus est fortis, & virilis. Carnalis autem debilis, & fœmininus. hunc masculum procurat Pharao interfici. vt Exo. 1. Et Apoc. 12. Draco stetit ante mulierem, vt cum pareret filium, deuoraret illum, & peperit filium masculum. Quid est ergo hunc filium masculum corrumpere, & effœminare, nisi Sodomiam, & abusum committere. vnde Thren. in fine. Adolescentibus impudice abusi sunt. & pueri in ligno corruerunt, & Gen. 19. Sodomitæ dixerunt. Educ viros, vt cognoscamus eos, & isti erant Angeli Dei. Isti viri qui, & Angeli dicuntur

Adulteriũ cõmittit, qui carnalẽ sensum in lege diuina quærit.

Raptus in lege diuina.

Qui sapiẽtiam legis diuinæ corrumpit incestum cõmittit.

significant intellectum spiritualem legis diuinæ, qui fortis est, vt nihil ei resistat, & ideo vir dicitur purus, & ideo Angelis comparatur. Istos viros, siue Angelos nititur polluere qui spiritualem intellectum conatur corrumpere, & effœminare, ideſt ad carnalia trahere.

Abusus.

Sequitur. Argentum igne exa. Examinatur hoc argentum igne vanitatis, voluptatis, peruersi dogmatis, tribulationis. Fornacem suam habet vanitas, siue caminum: cuius scintillæ sunt de vanitate tentationes: folles sunt linguæ adulatorum. vnde dicitur Amos, ideſt dispergam habitatorem de azoto, quod interpretatur ignis vberum. Ignis vberum tentationum, adulationum. Ignis verbum, quia dum lactat, vrit: dum mulcet, bona virtutum consumit. Prouerb. 16. Vir iniquus lactat amicum suum, & ducit eum per viam non rectam. Hoc igne argentum doctorum & prædicatorum examinatur dum laudantur. Vnde Prouerb. 23. Quomodo probatur in conflatorio argentum, & in fornace aurum: sic probatur homo ore laudantium. Sicut ergo scintillæ ignis excutiuntur à vestimẽtis, sic excuti à mentibus debent verba laudantiũ. Vnde Prouerb. 25. Vẽtus aquilo dissipat pluuias, & facies tristis linguam detrahentem.

Verba laudantium excutienda.

Fornax voluptatis.

Fornacem suam habet voluptas, cuius scintillæ tentationes de voluptate: cuius folles sunt vetulæ, & lenæ: Hic est mons Endor qui interpretatur gehennæ. de quo Psal. Perierunt in Endor. Huiusmodi scintillæ excutiẽdę sunt. Prouerb. 6. Nunquid potest homo abscondere in sinu suo ignem, vt vestimenta illius non ardeant, aut ambulare super prunas, & non comburantur plantę eius? Sic qui ingreditur ad vxorem proximi sui, non erit mundus cũ tetigerit eam. Hoc igne probantur doctores qui munditiam prædicant, & immunde viuunt. Vnde Hier. 6. Frustra conflauit conflator, malitię enim illorum non sunt consumptę. Argentum reprobum vocate eos, quia dominus proiecit illos. Et Apostolus 1. Corint. 9. Castigo corpus meũ, & in seruitutem redigo: ne forte cum alijs prędicauerim ipse reprobus efficiar. Item fornacem suam habet ignis peruersi dogmatis. cuius scintillę verba acuta peruersę doctrinę. folles occulti, & pseudo propherę, & prędicatores. Hic est ignis qui accensus est in caudis vulpium. de

quo

quo Iud. 15. caudas vulpium iunxit ad caudas, & faces ligauit in medio. Hic ignis probauit argentum Augustini, & aliorum sanctorum: vnde in Psal. 67 Congregatio taurorum in vaccis populorum, vt excludant eos qui probati sunt, id est eminere faciant eos qui probati sunt argento.

Fornax tribulationis.

Item fornacem suam habet tribulatio. Cuius scintillę sunt iniurię, contemptus, contumelię Folles iniuriarum. & contumeliarum illatores. hoc igne probatur argentū, id est doctrina eorum qui docent alios pati. vnde Prouerb. 19. Doctrina viri per patientiam noscitur.

De Oculorum excęcatione, & illuminatione: deque affectu, & intellectu.

IN PSAL. XII. SERM. XXVII.

ILlumina oculos meos ne vnquàm obdormiam in morte &c. Per hoc quod dicit oculos meos, innuit se habere oculos obtenebratos. Sunt enim qui exoculati sunt, quibus de priuatione non est regressus ad habitum. Et significant illos qui non resurgunt finaliter: qui significantur per Sansonem Iudic. 16. Philisthęi eruerunt oculos eius, & clausum in carcere molere fecerunt. Et per Sedechiam de quo dicitur Hiero. 52. Iugulauit rex Babylonis filios Sedechię in oculis eius, sed & omnes Principes Iuda occidit in Reblata, & oculos Sedechię eruit. Filij sunt qui in oculis nostris occiduntur, dum scienter à nobis mala opera perpetrantur. vnde tales descendunt in infernū viuentes. Reblata interpretatur multum commisit. Principes Iuda, id est cōfessionis: sunt principales affectiones quę valent ad confessionem, vt timor, pudor, dolor, & cogitationes, & cognitio proprię infirmitatis, & status prętęriti, & pręsentis. Principes ergo omnes in Reblata occidūtur, quando propter multitudinē commissorum, huiusmodi affectiones, & cogitationes à mēte tolluntur. Post occisos filios in oculis Sedechię: Ipsi Sedechię oculi eruuntur. hoc est postquàm quis merito peccatorum cessat à bonis operibus, ei gratię lumen subtrahitur, & penitus excęcatur. Sunt & alij quidam qui oculos habent

Excoculati qui dicantur.

habent obtenebratos, qualis fuit Tobias: de quo dicitur Tob. 2. Ex nido hirundinis illi calida stercora inciderunt super oculos. Stercora hirundinis sunt possessiones tēporalium, quæ calidæ dicuntur, quando plus quàm debeāt diliguntur. Et ideo qui ea diligunt excęcantur, sed tamen reparabilis est visus eorum. Sicut dicitur Tobiæ 6. Exenterа hunc piscem, & cor eius, & fel repone tibi. Sunt enim hæc necessaria ad medicamenta vtiliter. Piscis est Christus. exenterat hunc piscem qui profunde Christi cogitat passionem. cor eius reponit, qui ex quanto corde Christus dilexit nos attendit. fel etiam reponit, qui quāta fuerit eius amaritudo passionis intelligit, & hæc necessaria vtiliter ad animæ medicinam. His igitur competit dicere, & non primis. Illumina oculos meos. Sicut Tob. dixit 5. Quale mihi gaudium erit, qui in tenebris sedeo &c.

Necessaria ad medicinā animæ.

Nota quòd tria exiguntur ad visum: Diaphanitas, siue crystallinus humor: conuersio instrumenti ad rem quæ videtur, receptio luminis deferentis imaginem quæ videtur Diaphanitas instrumenti, siue crystallinus humor exigitur. Vnde animalia in quibus, non abundat crystallinus humor tenuem habent visum, & quantum subtrahitur de crystallino humore, tantum de visu. Vnde volant de nocte, vt patet in vespertilionibus, quibus quia crystallinus humor tranſit in alas depauperantur in visu. Vnde dicitur habere alas ex corio. De quibus Ouidius. Sustinuere tamen se pellucentibus alis. Eo ipso, quòd volant minus vident, quia subtractum est ab oculis, quod positum est in alis, quæ non sunt plumatæ, sed corio tectæ. Hi sunt qui quanto magis per scientiam vane extolluntur, tanto magis lumen gratiæ eis subtrahitur. De quibus Rom. 1. Euanuerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiens cor eorum. De his Isa. 2. In illa die proijciet homo idola argenti sui, & simulacra auri sui, ea quæ sibi fecerunt, vt adorarent talpas, & vespertiliones. Quia in die iudicij contemnet eloquentiam in qua cōfidebat, quę per argentum significatur, & prudentiam mundi intelliget stultitiam esse quæ per aurum. Talpæ quæ oculos nō habent, sed tātum signacula oculorum, & etiam terram fodiunt, & terram super se faciunt, significant prudētes huius mundi qui prudentiæ tenent similitudinem, & eius nō

Tria ad visum necessaria.

Talpæ significant prudentes huius mundi.

habent veritatem, & dum terrena quęrunt eorum desiderijs se sepeliũt, quia desiderium impij monumentum illius. Secundo exigitur, quòd oculus conuertatur ad rem quam videt, & necesse est etiam, vt ab alijs auertatur. Vnde Cant. 6. Auerte oculos tuos à me, quoniam ipsi me auolare fecerũt. Quasi dicat, nisi ab alijs oculos tuos auertas, & ad me conuertas, auolabo, & te deserã. Et Prouerb. 1. Auersio paruulorum interficiet eos. lumen quod recipitur est gratia Dei. Et nota, quòd quanto magis illuminatur oculus veteris hominis, tãto magis oculus noui hominis offuscatur. Vnde Gene. 3. Aperti sunt oculi eorum, idest concupiscentiæ clausis oculis rationis, & è conuerso, vnde Apostolus exterius exęcatus est, vt videret interius. Act. 9. ceciderunt ab oculis eius tanquàm squamæ, & visum recepit. Oculos dicit pluraliter non oculũ. Sunt enim duo oculi. Intellectus, & affectus. Intellectum illuminat veritas. affectum charitas. Hic est dexter oculus de quo Cant. 4. Vulnerasti cor meum in vno oculorũ tuorum. Et bene dicit in vno, quia plus accendit. recti affectus charitatem quàm intellectus subtilitatem. Vnde Ecclesiastici 19. Melior est homo, qui minuitur sapientia, & deficit sensu timore, quàm qui sensu abundat, & transgreditur legem altissimi. In vno dicit, quia vniendi sunt intellectus, & affectus. Sicut sagittarius vnit oculos cũ vult trahere, non sicut vetula, quæ vnum oculum ad pullos, alterum ad miluum habet. sic quidam habent intellectũ ad cęlestia, affectum ad terrena. vnde Deuteron. 14. Animal quod reptat, & pennulas habet immundum est. Posuerunt os suum in cœlum quibus volat intellectus: reptat per terram affectus.

Intellect⁹ & affectus duo oculi.

Maxime autem procurat diabolus, vt tollatur dexter oculus, id est charitas. Zach. 11. O pastor, & idolum derelinquens gregem. Gladius super brachium eius, & super oculum dexterum eius. Brachium eius aridatate siccabitur, & oculus eius dexter tenebrescens obscurabitur. Et primi Reg. 11. Feriam vobiscum pactum, vt eruam omnium vestrum oculos dextros. hoc dixit Naas viris Iabes. Naas serpens, id est diabolus. Iabes dolens, & significat peccatorem cui tandem, quando eũ possidet, quęrit etiam vtrunque oculum eruere, vt dictũ est de Sedechia, & Sasone,

sone, & hoc factum est Sedechi; in reblata, idest post multitudinem peccatorum.

De studiorum bonorum, per quinque corruptione.

IN PSAL. XIII. SERM. XXVIII.

CORrupti sunt, & abominabiles facti sunt in studijs suis &c. Sunt studia bona, & studia mala, sed in studijs bonis multi corrumpuntur per abusum, quia modo debito non vtuntur. Et hæc corruptio fit per quinque, primo per præcipitem festinationem, vt quando stulti præsumunt docere, qui adhuc debent audire. vnde Ecclesiastici 32. Audi tacens, & pro reuerẽtia accedet tibi bona gratia. Prouerb. 5. Bibe aquam de cisterna tua &c. Hinc si nouella vinea fructum fecerit ante 4. annum fructus erit immundus. Leuit. 19. Quarto anno omnis fructus sanctificabitur domino. Quia vt dicitur in historijs naturæ, præter tempus vim fecisse videbitur. vnde de eadem cuiquàm edere non licebat. Isa. 17. Ablata est messis in die necessitatis &c. Similiter, sicut dicitur in libro de natura animalium, partus illi qui annos completos non habent non viuunt Iob 39. Nunquid ceruas parturientes obseruasti, dinumerasti menses conceptus earum &c. Eccles. 3. Omnia tempus habent.

Studium bonũ, & studiũ malum.

In studijs bonis multi corrumpũtur per quinque. Primo.

Secundo, Secundo per inutilem moram. Sicut enim pernicioſum est plus debito festinare, ita vitium est immorari. Sene. Si multum supereſſet ætatis parce dispensandum erat, quæ ergo dementia discere superflua cum iactura temporis? Contra quos Threnorum 1. Vocauit aduersum me tempus. Male enim consumptum tempus erit, quasi aduocatus contra nos, qui iam accedimus ad sacram scripturam studijs inutilibus occupati, & de salute animę non curantes. Oseæ septimo. Comederunt alieni robur eius, & ipse nesciebat, & cani effusi sunt in eo. dum enim in dubijs à salute alienis, & quę nos à veritate alienant immoramur, paulatim inueteraſcimus, & consumimur. Et sicut dicit

Iuuenalis. Dum serta, vnguenta, puellas Quærimus, irrepit non intellecta senectus. Ridiculosa copula, quando tandem vetulus adolescẽtulæ virgini per matrimonium, vult coniungi. Ideo dicitur Prouerbiorum quinto. Sit vena tua benedicta, & lætare cum muliere adolescẽtię tuę.

Tertio. Tertio per indiscretã electionem, sicut in illis qui plus pecuniam scientia, & temporalia spiritualibus diligẽtes, diuinæ legi mundanam, quia lucratiuam præponũt. Hierem. 2. Dereliquerunt me fontem aquæ viuæ, & foderunt sibi cisternas dissipatas, quæ continere non valent aquas. Et Is. 8. Pro eo quòd abiecit iste populus aquas Syloe &c. & assumpsit magis rasim &c. Rasim interpretatur varietas, vel pictura, & significat omnem scientiam aliam à sacra Scriptura: quæ non habet, nisi picturam veritatis, & varia est, & mutabilis, sed sacra Scriptura salutarem docet veritatem, & vnum solum quærere. Vnde Ps. Vnam petij à Domino, & Lucæ decimo. Porro vnum est necessariũ. Romelia interpretatur magister frangens laborantes, vel sublime tonitruum laborantium, & significat ciuilem scientiam, quæ frangit in suo studio laborantes, & quia pomposa est eius eloquentia: rectè dicitur sublime tonitruum laborantium, & in Deuter. 20. Non succides arbores fructuosas ad faciendas machinas. Arbores fructuosę sunt ingenia in artibus liberalibus erudita, & exercitata, quæ facilè possunt proficere in sacra Scriptura. Machinæ sunt aduocatorum linguæ. Machinis ciuitates impugnantur, & linguis aduocatorum turbantur. Ideo Psal. præcipita Domine, & diuide linguas eorum &c. Et quia tria sunt anima, corpus, & res, secundum quæ tres scientiæ distinguuntur: sacra Scriptura est propter animã, medicina propter corpus. Iuris scientia propter res conseruãdas. quasi ergo vnaquæque linguam suã habet. ideo Ecclesiastici 28. Lingua tertia multos commouit. De arboribus fructuosis machinæ fabricantur, quando exercitati in artibus ad secularem scientiam transferuntur.

Quarto. Quarto per mixtiouis fermentationem. In tantũ enim miscent sophismatibus quæstiones artistæ, quòd iã disputare de quæstione, est disputare de sophismate. Ita miscetur logica naturalibus, quòd iam nulla pure logica est disputatio, nec etiam Theologica. Ita miscentur leges canonibus,

nonibus, quòd potius leges quàm canonica iura discãtur. Isti sunt similes illis qui potius bibunt aquam turbidam, quàm claram, sicut enim ex mixtione terræ, vel luti aqua turbatur, ita ex ad mixtione legum, plerumque canonũ puritas, & simplicitas fermẽtatur. Ideo dicitur Hieremię 2 Et nunc quid tibi vis in via Aegypti, vt bibas aquã turbidam? Et Ezech. 34. Cum aquam purissimam biberatis reliquam pedibus vestris turbastis, & oues meæ ijs, quæ conculcata pedibus vestris fuerant pascebãtur, & quæ pedes vestri turbauerant bibebant, & Isa. 30 Pulli asinorum qui operantur terram, commixtũ migna comedunt. Asini sunt qui non norunt, nisi literas sęculares, quæ sunt sine principali sensu. Pulli asinorum iuris canonici auditores inquantum eorum sunt imitatores. hi commixtum migma comedunt, dum canonum frumento, legis paleas adiungunt, & mirum est, quòd quando inueniunt purum canonem ad causas inutilem, licet ad ædificationem vtilem: dicunt palea est. Similiter in sacra Scriptura quidã, vt Hæretici miscent falsa veris. vnde Isa. 1. Vinum tuum mixtum est aqua Et Lucę 12. Attendite à fermento Pharisæorum, & Apostolus 1. Corinth. 5. Itaque epulemur nõ in fermento veteri &c. sed in Azimis synceritatis, & veritatis. Alij vt commoueant ad risum ridiculosa miscẽt serijs, vt pseudo prædicatores: cõtra quos Iob 13. Nunquid Deus indiget mendacio vestro? Et Ecclesiastes 10. In risu faciunt panem, & vinum, vt epulentur bibentes.

Quinto, per vitæ contrarietatem. Doctrina enim quasi aqua est, & sicut aqua sine motu susçipit corruptionem, ita doctrina sine operibus. Vnde quantum instruunt doctrina, tantum destruunt vita. de quibus illud Eccles. 34. vnus ædificans, alius vero destruens &c. Isa. 50. Venerunt structores tui destruere te &c. Hæc est cathedra pesti, vt in Psal. Et Matth. 23. Super cathedram Moysi, &c. Corruptio generat fœtorem. Hiere. 51. Ecce ego ad te mons pestifer qui corium &c. fœtor abominationem. Isa. 1. Incensum vestrũ abominatio est mihi &c. Abominatio nauseam, ita quòd dominus euomat Apocal. 3. Quia tepidus es, incipiam te euomere ex ore meo. Quinto.

De tabernaculo, ideſt Eccleſia militante, & templo ideſt Eccleſia triumphante per charitatem.

IN PSAL. XIIII. SERM. XXIX.

Tabernaculũ non habuit certũ locũ tẽplum vero ſic.

Tabernaculum Eccleſiã militantẽ deſignat, tẽplũ autẽ Eccleſiam triumphãtem.

DOmine quis habitabit in tabernaculo tuo, aut quis requieſcet in monte ſancto tuo? Prius factum eſt à Moyſe tabernaculũ. poſtea à Salomone templum. Tabernaculum non habuit certum locum, quia de loco ad locum portabatur, & erat mobile. templum certum habuit locum, quia fundatum, & ædificatum eſt in monte Moria, & fuit ſtabile. Per montem ergo intellige templũ, quod ædificatum eſt in monte. Sed tabernaculum, quia nullum habuit locum certum, ſicut templum nullo loco potuit deſignari, eſt ergo ſenſus. Domine quis habitabit &c. aut quis requi. in mont. ſan. tuo, ideſt in tẽplo ſancto tuo. Tabernaculum, & templum Eccleſiam deſignant. Sed tabernaculum militantem: templum triumphãtem. Ad Eccleſiam militãtem pertinet pugna. vnde Iob 7. Militia eſt vita hominis ſuper terram, & ideo per tabernaculum deſignatur, quod eſt pugnantium: ad Eccleſiam triũphantem quies, & ideo ſignificatur per templũ, quod ædificauit Salomon, ideſt pacificus, & ideo dicitur, aut quis requieſcet in monte ſancto tuo? Et quia pugna præcedit victoriam, & quietem, ideo prius dicitur. Domine quis habitabit in tabernaculo tuo. vnde Apoc. 3. Vincenti dabo edere manna. Miles eſt in taber. Sacerdos in templo. Fides pertinet ad taber. ſiue ad Eccleſiam militantẽ, charitas ad templum, ſiue ad Eccleſiam triumphantem. Nihilominus tamen pertinet charitas ad militantem, cum non coronetur quis niſi legitimè certanerit. Charitas autem coronatur: ergo charitas pugnat. Charitas eſt, quaſi miles ſtipendiarius cui ſoli debetur regnum cęlorũ. Nullus, niſi per ſolam charitatem poteſt aſcribi militię Chriſtianæ. Ipſa eſt quæ ſola conducit operarios denario diurno, vt Matt. 22. Fides autem, & ſpes, & huiuſmodi virtutes non coronabuntur, quia non manebunt, ſed charitas ſola eſt quę omnes imperat operationes, & motus, & ideo

Sola charitas coronabitur.

ſola vere pugnat: verè meretur, tamen & alię dicũtur pugnare, ſicut baculus dicitur percutere, quia omnibus vtitur charitas, quaſi armis. vnde ad Ephe. 6. Induite vos armatura Dei, vt poſſitis ſtare aduerſus inſidias diaboli, & infra. Srate ſuccincti lũbos veſtros in veritate, quaſi mendacem voluptatem abijcientes, & induti loricam iuſtitię, quia lorica tegit totum corpus, & iuſtitia ad omnia ſe extẽdit, quia reddit vnicuique, quod ſuum eſt, & calciati pedes in præparatione Euangelij pacis. Horum pedũ, ideſt ſpiritualium affectionum, quaſi duæ ocreę ſunt, facundia in ſermone, & conſtantia in opere. Vnde Deuter. in fine. Benedictus in filijs Aſer. &c. ferrum, & æs calciamẽtum eius. Eph. 6. In omnibus ſumentes ſcutum fidei, &c. & ad Roma. 8. Abijciamus ergo opera tenebrarũ, & induamur arma lucis. Arma lucis dicuntur virtutes. Alia quidem arma non docent nos pugnare, ſed ipſæ virtutes ſunt ars pugnandi, quia virtus omni arte certior eſt. Vnde 1. Io. 2. Vnctio docebit vos de omnibus, & Pſal. Benedictus Dominus Deus qui docet ma. m. ad præl. &c. Sicut autẽ miles deponit arma poſt victoriã, ita charitas fidem, & ſpẽ. Ipſa autem manet, ſicut dicitur 2. ad Corinth. 13. Nunc autem manent tria hæc, fides, ſpes, charitas. Charitas nõ excidet. Ipſa charitas mẽti comparatur propter eius eminentiam. Vnde 1. ad Corinth. 12. Adhuc excellentiorem viam &c. & 10. maior horum charitas. Ipſa eſt mons in vertice montium. ipſa eſt mons pinguis mõs coagulatus. ipſa eſt mons oliuarum. Hinc eſt, quòd omnis oblatio ſacrificij, ſiue in craticula, ſiue in clibano, ſiue in ſartagine fieret, oleo reſpergebatur, vt Leui. 2. Anima cum obtulerit oblationem &c. fundet ſuper eam oleum, & ponet thus deſuper. Simila conſperſa oleo, nihil aliud eſt quàm opera charitate informata. Thus autem rectè ſacrificio ſociatur, quia deuotionis charitas orationis feruore accenditur & augetur. Ipſa eſt mons Bethel, quod interpretatur domus Dei. Ipſa enim facit nos domum Dei. Ioannis 13. Si quis diligit me &c. & poſt, & ad eum veniemus, & manſionem apud eum faciemus. Ipſa eſt mons Moria in quo Salomon ædificauit templum. Ipſa enim non ſolum facit nos domum Dei, ſed & templum. Moria interpretatur viſio, ſiue illuminans vel dilucidum. Vnde Gen. 22. dixit

Virtutes ſunt ars pugnãdi.

Charitatis excellentia.

Universidad de Deusto Biblioteca

cit dominus Abrahæ. Tolle filium tuum vni. quem diligis Ysaac, & vade in terram visionis, & offer eum in holocaustum super vnum montium quem monstrauero tibi. Charitas enim est quę illuminat oculos ad videndū Deū. Eccles. 2. Qui timetis Deum diligite eum, & illuminabūtur corda vestra. In hoc viuit Ysaac, & aries immolatur, dum de carnis mortificatione anima ridet, & lętatur. Vnde Act. 5. Ibant Apostoli gaudentes à conspectu concilij, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu cōtumeliam pati. Ipsa est mons Galaad in quo Laban deprehendit Iacob persequens eum. Genes. 31. sed ei nocere non potuit, quia dominus dixit ei. Caue ne quicquàm aspere loquaris contra Iacob. In quo signatur, quòd in charitate fundato mundus, & si velit nocere, prohibetur. Similiter diabolus ei quem comprehendit in charitate nocere non potest. Tobię 6. Raphael dixit Tobię Ostendā tibi qui sunt quibus potest prędalere dęmonium. Hi namque qui coniugia ita suscipiunt, vt Deū à se, & à sua mente excutiant, & suę libidini, ita vacēt, sicut equus, & mulus quibus non est intellectus: habet dęmonium super eos potestatem, Qui etiam Iacob tabernaculum in Galaad figit, significat quòd contra vitia, non nisi virtute charitatis pugnatur. Interpretatur enim Galaad aceruus testimonij, qui separat inter Laban, & Iacob, quia sola opera charitatis quantum ad meritum inter spirituales, & mundanos distinguunt. Et bene est mons testimonij, quia opera charitatis iusto erunt in testimonium. Quot opera tot testes, per hęc probabit hęreditatem ęternam sibi deberi, quia probabit se filium, vel hęredem. Eccles. 14. Omne opus corruptibile in fine deficiet &c. Sicut testimonium informe nihil probat, ita opera quę non sunt charitate formata. Et omne opus electum iustificabitur &c. & mala opera erunt contra malos in testimonium. Sap. 4. Ex iniquis omnes qui nascentur testes erunt nequitię ipsorum. Sapiens ergo est qui delet mala opera per pœnitentiam, interficit enim testes contra se. Insanus autem, qui opera sua bona mortificat. Interficit enim testes quos habebat pro se. Amos. 1. dissecuit pręgnantes Galaad ad dilatandū terminum suum. Pręgnantes Galaad sunt animę bonis conceptibus plenę, quę si ad opera perducerentur essent testimo-

testimonium, sed prægnantes Galaad dissecant, & distūpunt, qui bonos conceptus ad opera perduci impediunt. Plerunque enim contingit, quòd timetur de morte testiū. & petitur, vt audiantur, & conceditur à iudice. Sic Dominus cum quibusdam agit benigne: qui si diutius viuerent diutius peccarent, & tollit eos de malitia, ne eis testes pereant. vnde Sap. 4. Propter hoc properauit educere illum de medio iniquitatis. Raptus est ne malitia mutaret intellectum eius &c.

De duplici hæreditate, spiritualium, & carnalium, & de iusta amissione eius.

IN PSAL. XV. SERM. XXX.

DOminus pars hæreditatis meæ &c. Duplex est hæreditas. hęreditas spiritualium, & hęreditas mundanorum, & carnalium. De hę reditate spiritualium quæ sit, & quomodo eam cōsequi possimus, & quomodo duplex. Vna in præsenti, altera in futuro, & quo ordine habeatur videamus. Hæreditas spiritualium, est vita æterna. Ipse est Dominus Iesus. vnde Psal. Portio mea Domine in terra viuentium, & hic, Dominus pars hæreditatis meę, ideſt portio mea hæreditaria. Hanc consequimur per hoc, ꝙ efficimur filij Dei, nati secundum spiritum: nati enim secundum carnem nō pertinent ad hæreditatem. Vnde supra Titulus: pro ea quæ consequitur hæreditatē Et Apostolus ad Gala. 4. Eijce ancillam, & filium eius. Qui autē nati sunt secundum carnem possunt renasci secundū spiritum. Vnde Io. 1. Dedit eis potestatē filios Dei fieri &c. Christus autem docuit nos, quomodo hoc nobis faciendū sit. Primo quando est baptizatus, & vox patris audita est. Matt. 4. Hic est filius meus dilectus. ostendens quòd quicunque baptizantur testimonium habent, quòd filij Dei sunt, & cęli aperti sunt super eum, vt ostenderetur, quòd talibus, vt hæredibus, patet ingressus reg. cęl. Secūdo docuit, hoc quando trāsfiguratus est in monte Thabor. nam eadem vox audita est de nube dicens. Hic est filius &c. vt

Hæreditas duplex spiritualiū, & carnalium.

Hæreditas spūalium vita æterna.

Docuit nos Christus, qūo possumus renasci secundū spiritum.

Matt. 17.

Matth. 17. Illa transfiguratio significat statum pœnitentiæ, per quam transformatur vetus vita in nouam. Vnde & Helias ibi apparuit, qui typum pœnitentiæ gerit. Vnde Micheæ 1. Adhuc hæredem adducam tibi: Quæ habitas in Maresa, vsque ad Odollã veniet gloria Israel. Maresa interpretatur à principio, vel à capite, & significat originale peccatum, quod contraximus à nostro principio, vel à capite, id est Adã. Habitat ergo in Maresa quãdiu quis in originali est. Sed hæres afficitur, quando per baptismum ab originali mundatur. Ideo sequitur vsque ad Odollam. Odolla interpretatur. testimonium aquæ: testimonium autem aquæ quilibet habet, qui vt Christus baptizatur, & filius Dei, & cohæres Christi efficitur per baptismum aquæ, vel lachrymas pœnitentiæ.

Sed attende, quòd sicut Christus habet hæreditatem ex patre patris, ita ex patre matris. Ex parte patris gaudiũ, & quietem: ex parte matris laborem, & dolorem. Et quia primogenitus dicitur patris, & similiter matris: iuxta ius primogenituræ habuit duplicem portionem in vtraque hæreditate. In præsenti plus de pœna, & ærumna. vnde Thren. 1. O vos omnes qui transitis per viam attendite, & videte si est dolor, sicut dolor meus &c. In futuro plus de gloria. vnde & prælati qui præcipue sunt hæreditas Christi plus alijs debent hic habere doloris, & laboris. vnde Is. 15. Pascentur primogeniti pauperum, & pauperes fiducialiter requiescent. Sed habent duplicem portionem in omnibus desiderijs suis. Duplicia ferculorum, & vestium mutationem, & ideo pauperes non fiducialiter requiescent, quia labores pauperum delitias diuitibus faciunt, quia Psalm. 9. Dum superbit impius incenditur pauper. Errant ergo qui putant se habituros hæreditatem secundam sine prima. Quia ipse Christus venit de prima ad secundam, & secundam plantauit in prima. Gaudium plantauit in dolore, quietem in labore, diuitias in paupertate. vnde Ecclesiastes 3. Tempus est flendi, & tempus ridendi. Abel nascitur ante Ysaac, id est luctus ante risum Matth. 5. Beati pauperes spiritu &c. Ipse inseruit lignum vitæ in lignum scientiæ boni, & mali, quando verbum caro factum est. vnde de ipso dicitur in Psal. Et erit tanquàm lignum quod plantatum est secus decursus aquarum, quod fructum

Non possumus habere hæreditatẽ secũdã sine prima.

suum dabit in tempore suo. E conuerso in gaudio temporali plantauit dolorem suum. In quiete laborem. vnde Prouerb. 14. Risus dolore miscebitur &c. & Luc. 16. Fili recepisti bona &c. Mundanorum autem hæreditas in præsenti labor, & dolor. In futuro pœna æterna, & multa miseria. vnde Iob decimoquarto. Homo natus de muliere breui viuens tempore repletur multis miserijs, qui &c. Et quidam. Vnde superbit homo? &c. Et Eccl. 40. Iugum graue super filios Adam, à die exitus de ventre eorũ vsque in diem sepulturæ in matrem omnium. Et qui credunt hic habere diuitias, quasi lambũt mel subter spinas. Vnde Iob 30. esse sub Elentibus delitias computabant. In futuro pœna æterna. Vnde Mich. 1. Propterea dabit emissarios super hæreditatem Geth: domos mendacij in deceptionem regibus Israel. Verè domos mendacij, in quibus non est vera quies, & securitas. In deceptionem, quia homo maxime in delitijs falsis temporaliũ seducitur. Geth interpretatur torcular, & significat mundum, cuius pressuræ, & sollicitudines eliquant, & exprimũt à nobis quicquid purum, & spirituale est, & tantum acinos, & quod impurum est, retinemus. Emissarij ergo super hereditatẽ Geth à Domino destinantur, quãdo Angeli messores, Angeli vltores mittentur, vt mundani de presenti miseria ad æterna supplicia pertrahantur, qui quasi de minori torcu lari ad maius transferuntur.

Hæreditas mũdanorum.

Amittitur hereditas spiritualium per crimen lesę maiestatis, quod primo Lucifer commisit, dicens Isa. 14. Ponam sedem meam ad aquilonem &c. Secundo Adam credens diabolo dicenti: Eritis sicut dij, & ideo relegatus est, & damnatus cum sua posteritate, vt Gen. 3. in fine. Eiecit Adam &c. Item per commutationem, vt de Esau legitur in figura. Qui commutauit primogenita sua cum lenticula ruffa. Itẽ per dissipationẽ, vt de filio prodigo Luc. 15. Quoniam dissiparat portionem substantię suę, viuendo cum meretricibus luxuriose, & pauit porcos. Item si guerram, seu bellum contra parentem fecerit, vel inhonestam iniuriam, quod facit omnis peccator militans diabolo cõtra Deum, vt de Absalon dicitur in figura 2. Reg. 16. Filius, inquit, meus qui egressus est &c. Et ideo mortuus est sine hereditate, & sine hęrede 2. Reg. 18. Non habeo (inquit)

Per multa amittitur hæreditas spũalitũ.

quit) filium, & erit hoc monumentum mei nominis.

Si vitę parentis, vel per venenum, vel per proditionem insidiatus fuerit, vt Iudas vitę Christi. Matth. 26. Quemcunque osculatus fuero ipse est, tenete eum &c. Qui gerit figuram sacerdotis, qui commensalis est Domini, & osculatur eum. Item qui pro patre incarcerato compromittere non voluit. Christus autem dicit se incarceratũ in mẽbris suis Matth. 25. In carcere fui &c.

De varijs ignis effectibus, & de tribulatione ac tentatione: de triplici adustione, de zelo.

IN PSAL. XVI. SERM. XXXI.

Diuersi effectꝰ ignis.

IGne me examinasti, & non est inuenta in me iniquitas. Quędam in igne consumuntur, vt paleę, & stupa, & stipula. Quędam purgantur, vt aurum, & argentum. Quędam in melius commutantur, & meliorem formam accipiunt, vt filix in vitrum. Ignis est tribulatio, in quo deficiunt reprobi, vt paleę, stupa, & stipula. Eccle. 21. Quasi stupa collecta synagoga peccantium, & consummatio illorum flamma ignis. Et Isa. 1. Et erit fortitudo vestra, quasi fauilla stupę, & opus vestrum, sicut scintilla, & succendetur vtrumque simul, & non erit qui extinguat.

Quędam purgantur. Vnde Iob 23. Ipse scit viam meã, & probabit me quasi aurum, quod per ignem transit. Et Isa. 1. Conuertam manum meam ad te, & excoquam ad purum scoriam tuam, & auferam omne stannum tuum.

In melius commutantur, vt testa quæ solidatur. Vnde Atuit tanquàm testa virtus mea. Et Eccl. 27. Vasa figuli probat fornax, & homines iustos tentatio tribulationis.

Alia meliorem formam induunt, vt filix vitri, & lapides ęris: per quod significatur, quòd iusti tribulatione fortiores efficiuntur. Magis etiam clari, & hoc est, quòd filix in vitrum, magis in prędicatione clamosi, & sonori, & hoc est, quòd lapis in ęs. Iob 38. Ferrum de terra tollitur, & lapis solutus calore in ęs conuertitur. Tales dicũt: Igne me examinasti &c. Sed attende, quòd triplex est adustio:

In sarta-

In sartagine. In craticula. In clibano. In his triplex fit sacrificium Oblatio, quę per adustionem sartaginis, est zelus sanctorum, quia iuxta verbum Aug. peccata subditorum frixoria sunt, & in Psa. Ossa mea, (idest fortes in Ecclesia,) sicut cremium aruerunt. Et iterum. Tabescere me fecit zelus meus. De hac dicitur Leui. 1. Si oblatio fuerit de sartagine similę consperse oleo, & absque fermento: dinides eam minutatim, & fundes super eam oleum.

Zelus debet esse purus discretus, & pius.

In hoc ostenditur, qualis debeat esse zelus, vtpote purus, discretus, & pius. Purus, vt se non admisceat in increpatione, vel impugnatione rancor, vel inuidia, odiumve. Vnde. Irascimini & nolite peccare, & hoc est, quod dicitur, Perfecto odio oderam illos. Sãctum, & perfectum est odium eius qui diligit naturam, & odit culpam, ideo dicit absque fermento. Pius & discretus, non enim sufficit vnũ, sine altero. Vnde Greg. Sit zelus non exasperans, sit pietas non plus quàm expediat parcens &c. Discretio notatur in hoc, quod dicitur: Diuides eam minutatim, quia qui increpat singula verba debet pensitare, ne qua sine ratione moderamine proferantur. Vnde Prouerb. 17. Qui moderatur sermones suos doctus, & prudens, & pręciosi spiritus vir eruditus. Item quia pius debet esse affectus, & etiam lenitas in verbis, quasi duplex oleum notatur, cum primo dicit. Similę consperse oleo. Hoc pertinet ad purum affectum, & quod sequitur: fundes super eã oleum ad lenitatem verborum. Vnde Prouer. 15. Lingua placabilis est lignum vitę, quę autem immoderata est contetit spiritum, & Prouer. 17. Qui sapiens est corde appellatur prouidẽs, & qui dulcis eloquio maiora recipiet. Quia plures lucrabitur, & acquiret. Tertia adustio fit in craticula, & quia craticula omnia membra non circuit, vel attingit, sed oportet huc illuc versari, particularem persecutionem designat quę fit citra mortem per molestias, & iniurias corporales. oblatio ergo de craticula est talium tolerantia: de qua Leui. 2. Si obtuleris sacrificium de craticula cum oleo. conspergetur, hoc sacrificium oleo conspergitur, quando lenitate patientię amaritudo iniurię dulcoratur. cum quis ergo murmurat contra Deum, & etiam in quenquam qui flagellum Dei est: idem est ac si ferrum contra fabrum, & limam incandesceret. cum potius

tius de sua elimatione gratias agere deberet. vnde Isa. 49. Ego creaui fabrum sufflantem prunas, & producentem vas ad opus.

Tertia adustio quæ fit per clibanum. clibanus enim vndique totum inuoluit, est acerba persecutio vsque ad mortem: de qua Eze. 1. Ecce ventus turbinis veniebat ab aquilone, & ignis inuoluens. Et Eccles. in fine. A præsura flammæ quæ circundedit me, & in medio ignis non sum æstuatus. De hoc Leui. 2. Si obtuleris sacrificium coctum in clibano, panes, scilicet absque fermẽto cõspersos oleo. Absque fermento dicit, vt quis nõ patiatur pro culpa sua quia martyrem non facit pœna, sed causa 1. Petri 4. Nemo vestrum patiatur, quasi homicida, aut fur, aut maledicus, aut alienorum appetitor, &c. Conspersos oleo dicit, quia nisi charitatis, aut spiritus sancti oleo liniantur, in igne tribulationis deficient, & consumẽtur, id circo Petrus nondum oleo spiritus sancti sufficienter linitus defecit, licet dixerit Matth. 26. Et si oportuerit me mori tecũ &c. Sed postquàm roboratus est virtute ex alto dixit, sicut habetur Act. 5. Oportet magis obedire Deo quàm hominibus, quia suxerat mel de lapide, oleumque de saxo durissimo. Sine aspersione huius olei, scilicet charitatis dixit Apostolus, sacrificium nõ placere 1. ad Cor. 13. Si tradidero corpus meum ita, vt ardeam &c.

Oleum triplex.

Triplex est ergo oleum, scilicet oleum benignitatis, siue lenitatis. in primo sacrificio. oleum patientię in secundo oleum charitatis. in tertio. Quod notatur primæ ad Cor. 13. ibi, scilicet charitas patiens est. benigna est. Christus triplex sacrificium in se exhibuit.

Christus autem hoc triplex sacrificium in se exhibuit, sacrificium in sartagine per zelum. vnde zelus domus tuæ comedit me. In craticula. vnde sapientiæ 2. contumelia, & tormento interrogemus eum. tandem in clibano, quando positus in Cruce quæ fuit ei quasi clibanus in quo excoctus est, vt fieret nobis panis efibilis, & idem panis oleo litus, ideſt vnctus. vnde Gen. in fine. Aser pinguis, panis eius præbebit delitias regibus. Oleum benignitatis exhibuit. vnde dixit discite à me, quia mitis sum, & humilis corde. Oleum patientiæ, vt Ioan. 18 Quem quæritis &c. Si me quæritis &c. & 15. Maiorem hac dilectionem &c.

De

De peccati saturitate, & reliquijs eius, & quomodo sunt delendæ.

IN PSAL. XVI. SERM. XXXII.

Primi parentes comedentes de ligno scięti boni & mali, saturati sunt.

SAturati sunt filijs, & diuiserũt reliquias suas parvulis suis. De primis parentibus potest legi, qui saturati sunt, quando comederunt de ligno scientiæ boni, & mali diuise. re. su. per. su. 1. posteritati suæ. vnde Hierem. 31. Patres comederunt vuã acerbã, & dentes filiorum obstupuerunt &c. & miro modo mensa eorum maiores fuerunt reliquiæ. Mensa fuit gustus pomi, & totum mundum eius reliquiæ repleuerunt Isa. 28. omnes mensæ repletæ sunt vomitu sordium, ita vt non esset locus vltra. In quo significatur, quòd reliquiæ peccati sunt maiores quàm eius refectio, ideſt delectatio, quia momentanea delectatio est: pœna vero ęterna. vnde Dominus ergo miraculose fecit, vt similiter mẽsæ suæ superabundarent reliquię, sicut dicitur Io. 6. De. 5. panibus, & duobus pisc. impleuerunt 12. cophinos, & collegerunt fragmenta, quia vt dicitur ad Rom. 5. Vbi superabundauit delictum, superabundauit & gratia. Exemplo primorum parentum contingit, quòd qui saturantur diuidunt reliquias paruulis suis. filij nostri sunt opera nostra. Sapientię 4. Ex iniquis omnes filij qui nascentur testes sunt nequitiæ aduersus parẽtes in interrogatione sua. Istis saturantur qui malis operibus delectantur, significati per saturnum qui dicitur filios suos deuorasse. Saturnus enim tempus significat, quod omnia, quæ in eo nascuntur consumit, & deuorat. Eodem modo temporales, & mundani suis peruersis operibus saturantur, vt Hier. 4. Manus mulierum misericordium coxerunt filios suos, &c. Paruuli sunt quasi filij filiorum, id est primi motus qui ex sequela prauorum operum facile oriuntur. Istis paruulis mali reliquias seminant, quando non plene pœnitentes, non sufficienter à peccato receduut. Verbi gratia reliquiæ possunt dici recordatio præteritorum peccatorum ad delectationem, quę delenda est penitus. vnde Deuteron. 17. Delebo memoriam Amalech de sub cœlo.

Filij nostri sunt opera nostra.

Qui malis opibus delectantur saturãtur filijs

Ama-

Amalech interpretatur lingens sanguinem. sanguinem lingere est peccatum ad delectationē recolere. Sicut lector, quando non habet hastile ac veru plenum, lingit ipsum. Item peccati nominatio quosdam enim delectat, licet nihil agant, loqui de prēterito peccato. Sed nondum incēperunt plene odore peccatum illud, quia nemo libenter loquitur de re quam odit. non enim talis dicere potest perfecto odio ode. il. vnde ad Ephe. 5. fornicatio, & omnis immunditia non nominetur in vobis, sicut decet sanctos. Immo etiam similitudo nominationis auferenda, quia ab omni specie mala abstinendum est. vnde Oseæ 2. Auferam nomina Baalym &c. Glo. ibi & si rectè posset dici tamen propter similitudinem nominis idoli decet vitari. Item visus, siue respectus rei amatę de quibus adhuc vix aliquis abstinet, sed omnino delendum est. vnde Eccles. 42. Omni homini noli intēdere in specie, & in medio mulierum noli commorari. De vestimentis enim procedit tinea, & à muliere iniquitas viri. & Eccl. 9. Virginem ne cōspicias, ne forte scādalizeris in decore eius. auerte faciem à muliere compta, propter speciem mulieris multi perierunt, & ex hoc concupiscentia, quasi ignis ardescit. Item colloquium. Vnde Eccle. 9. Colloquium eius, quasi ignis exardescet. Item conuersatio. vel conuictus. vnde Eccl. 9. Cum aliena muliere ne sedeas omnino, nec accumbas cum ea super cubitum, & non alterceris cum ea in vino. Longe ergo recedēdum. vnde Gen. 19. Noli respicere post tergum, nec stes in omni regione circa, sed in monte saluum te fac. Regio peccati sunt prædicta. Peccatum est simile crocodillo, qui insilit in eum qui suam intrat regionem. Gen. 14. dicit Abraham Regi Sodomorum: Leuo manum meam ad Deum possessorē cęli, quòd à filo subtegminis vsque ad corrigiam caligæ nō accipiam de tuo, & cętera. Nihil ergo resumendum est de peccato. Quia dicitur Ecclesiastici 11. Ex scintilla vna augetur ignis. vnde Iosue 10. Macedam cepit Iosue, & percussit in ore gladij: regemque illius interfecit, & omnes habitatores eius. Nō dimisit in ea saltem paruas reliquias. Macedam exurens interpretatur, vel adustio, & significat primum peccatum cuius prēcessit aduttio, sed extinctum est. Rex huius est mala voluntas habita in sensualibus. hęc omnia

interficit

interficit, quando factum, & voluntatem faciendi extinguit ac delet, & 5. sensus à peccati delectatione euacuat. Et fit in ore gladij, id est in gladio oris, idest per confessionem. Item Iosue 9 Percussit Iosue omnem terram mōtanam, & Meridianam, & campestrem, & Asseroth, & nō dimisit ibi reliquias vllas. Sed omne quod spirare poterat, interfecit, Terra montana superbia, Meridiana cupiditas, campestris luxuria, Asseroth fictura populi interpretatur, & est turpis imaginatio prædecentis peccati, quam scilicet quis sibi confingit, quæ omnino sunt delēda: qui ergo dimittit paruulis suis reliquias pascit hędos. Vnde Canti. 1. Si ignoras te &c. pasce hędos tuos, & tandem pascit porcos, vt patet, Luc. 15. de filio prodigo.

De laqueorum multitudine, & euasione.

IN PSAL. XVII. SERM. XXXIII.

PRæoccupauerunt me laquei mortis. Laqueus mortis dicitur quicquid trahit, vel ligat nos ad mortem temporalem, vel æternā. Circa laqueū consideranda. Primo quot sunt laquei. Secundo astuta positio laqueorum. Tertio discreta euasio ipsorum.

Laqueus mortis dicitur quicquid trahit nos ad mortem.

Laquei sunt culpæ, pœnæ, creaturæ. Culpa dicitur laqueus, quia obligat ad mortem æternā, & quia sicut quæ laqueo tenetur auicula non tendit quo vult, ita & qui laqueo culpæ tenetur.

Culpa dicitur laqueus.

Pœna dicitur laqueus, quia sicut laqueus constringit, & lędit, sic & pœna. verbi gratia, fames, sitis, & huiusmodi, & ligat ad mortem temporalem. Creatura dicitur laqueus per accidens, scilicet male vtenti ea. De his dicitur Eccle. 9. Communionem mortis scito, quando in medio laqueorum ingredieris. Quia nihil conspicitur, quod nō sit laqueus Pulchra mulier laqueus. Eccl. 7. Inueni amariorem morte mulierem, quæ laqueus venatorum est (id est dæmonum) & sagena cor eius. Qui placet Deo effugiet illam &c. Verba eius sunt laqueus. Vnde Prouerb. 7. Irretiuit eum multis sermonibus, & blanditijs labiorum

Pœna laqueus.

Creatura laqueus.

Mulier pulchra laqueus.

pertraxit illum. Verba etiam vetularum lenarũ laqueus sunt, & sunt quasi muscipulę plenę laqueis, & intus quasi auicula, quæ est lestandart. ideſt vexillum diaboli puella de qua portat verba, & mediatrix est. Hiere. 5. Laqueos & pedicas posítos ad capiendum viros. Sicut pedica plena auibus, sic domus earum plena dolo.

Astuta positio laqeorũ ĩ tribus consistit.

Astuta positio laqueorum est secundo considerandą, quæ consistit in tribus, quia scilicet fit in diuersis locis, in absc̃dito, ita quòd laqueus tegitur aliqua re, quæ potest allicere: instruitur in diuersis locis, ita auceps, vel venator hic ponit vnum laqueum, ibi alium, vt si euadat primum: secundo vel tertio capiatur. Tenditur in diuersis temporibus: vnde laqueus tenditur nascenti, viuenti, morienti; ideo dicitur, Præoccupauerunt me laquei mortis, scilicet nascentem. In ipsa enim cõceptione antequàm nascamur constringit nos laqueus originalis peccati, & morti obligat, ita quòd nascimur filij iræ. Præoccupat etiã laqueus pœnæ nascentem, quia sicut cum culpa, sic cum pœna, & miseria nascimur, & viuentem concomitatur. Vnde Sapien. 7. Coagulatus sum in sanguine ex semine hominis (ecce culpa) primam vocem similem omnibus emisi, plorans, & in inuolumentis multis nutritus sum, & curis magnis. ecce pœna. Eodem modo, & morientem, quia nemo est qui hunc laqueum euadat, scilicet necessitatem moriendi. Sap. 7. Vnus est introitus omnibus ad vitam, & similis exitus. Ideo dicit Eccles. 9. Communionem mortis scito in medio laque. &c. quasi dicat, mors communis est. Ideo dixit quidam. Væh mihi nascenti, vęh nato, væh morienti. Et Apoc. 8. Væh vęh, vęh habitantibus terram. Ecce qualiter positi laquei in diuersis locis, & temporibus. In origine. In morte. in vita, vt si quis euadat primum incurrat secundum. Et si secundum, tertium. Eodem modo tendit diabolus laqueum insidiarum In principio actionis. vnde Thren. 1. Facti sunt hostes in capite eius. In medio. vnde Psal. iuxta iter scandalum posuerunt mihi. In fine. Gen. 3. Insidiabitur calcaneo eius. Similiter tendit diuersos laqueos, vt qui euadit superbię vitium, cadat in luxuriam. Et qui luxuriam, incurrat cupiditatem. Plerumque enim quis abstinet propter laudem hominum, & cum cessat laus exponit se libidini. Et quia. Non habet vnde

vnde suum paupertas pascat amorem: contingit quasi ex necessitate, quòd sit cupidus, vel auarus. vnde Hiere. 48. Formido & fouea sunt, & laqueus tibi o. habitator Moab: qui fugerit à facie pauoris cadet in foueam, & qui descenderit de fouea cadet in laqueum. Facies pauoris est superbia quę alta petit. vnde Prouerb. 18. Qui altam facit domum suam quęrit ruinam. Fouea luxurię pertinacia. vnde Prouerb. 22. Fouea profunda meretrix, & puteus altus aliena. laqueus cupiditas: vsura quidam laqueus. Simonia alius, quot concupiscentię tot laquei. vnde de cupido dicitur Iob 18. Immisit in rete pedes suos, & in maculis eius ambulat. Tenebitur planta illius laqueo, & exardescet contra eum sitis. Quia duo plura habet, plus feruet. Quia. Quo plus sunt potę plus sitiuntur aquę. Et quia sacerdotes, & clerici maxime ardent cupiditate (dicitur Osęę 5. Audite hęc sacerdotes, & attendite domus Israel) Ecce de clericis, & domus regis auscultate, ecce de Laicis, quia vobiscum iudicium est, quoniam laqueus facti estis speculationi, & sicut rete expassum super montem Thabor. Thabor in quo transfiguratus est dominus, est eminentia Sacramenti altaris: in quo panis in corpus Domini transformatur. Super hoc rete expanditur, quando id Sacramentum causa cupiditatis celebratur. Et quia cor exemplo omnes cupidi fiunt: dicitur Osęę 9. Laqueus ruinę factus est super omnes vias eius &c.

In absc̃dito ponitur laqueus, ita quòd tegitur, sicut apparet in panthera auium, & pedica animalium, vnde via hac qua ambulabam absconderunt laqueum mihi, & Iob 18. Absc̃dita est in terra pedica eius, & decipula eius super semitam, ideſt in loco frequentato &c. Vnde Scit bene venator &c. Et Ecclesiastici 11. Sicut perdix inducitur in caueam, & vt caprea in laqueum. Ipsum peccatũ quandoque superuenit, vt laqueus, quandoque paupertas, vel aduersitas, quandoque infirmitas, quandoque ipsa mors. Vnde. veniat illi laqueus quem ignorat. Et Is. 46. Veniet super te malũ, & nescies &c. Laqueus qui ignoratur est mors. Quia etsi nihil certius morte, tamen nihil incertius hora mortis.

Laqueus aliqua re quę alliciat instruitur, vt esca, vel alio, sicut ipsa pulchritudo creaturę allicit videntem, &

capit abutentem: vnde Sapien. 14. Quoniã creaturæ Dei in odium factę sunt,& in tentationem animę hominum, & in muscipulam pedibus insipientium.

Euasio laqueorum fit tribus modis.

Discreta,& cauta euasio fit tribus modis. Per declinationem, per solutionem, per consumptionem. Per declinationem. ex quo enim quis intelligit, hic esse laqueos, cautela est declinare ab eis. vnde Threno. 1. dicitur. Expãdit rete pedibus meis conuertit me retrorsum. Cogitani vias meas,& conuerti. pe,m. in testam. t. Qui ergo peccatũ peccato addit,quid aliud facit, nisi quòd sponte se immittit in laqueos? Et quid est temporalia bona congregare,nisi sibi laqueos accumulare? Per solutionem quã nemo sibi facere potest,quia ligatus est,sed Deus, aut ministri eius sacerdotes,ideo dicitur Ioan. 11. De Lazaro. Soluite eum,& de pullo, & asina dicitur Matth. 21. Solnite, & adducite mihi.

Per consumptionem: cõsumptio autem fit per incisionem,quæ fit, quãdoque gladio verbi Dei. vnde Dominus: non veni mittere pacem,sed gladium. Per ruptionem. vnde felix qui vincula rupit &c. Iudicum 16. Qui rupit vincula, quasi fila telarum. Psal. Laqueus contritus est &c. Ruptio vinculi peccati non potest fieri, nisi virtute spiritus sancti, & non hominis. Immo qui virtute sua se credit sibi posse sufficere, est sicut auicula, quæ tentat eripi à laqueo,& magis pes eius constringitur, vel collum strangulatur, quod significatur in Sansone, quia cum abrasi essent 7. crines sui nõ potuit vincula rumpere. Iudicũ 16.

De duplici fumo iusti, & ira duplici, & igne spiritussancti.

IN PSAL. XVII. SERM. XXXIIII.

Fumus in iusto duplex compũctionis, & deuotionis.

Ascendit fumus in ira eius &c. Duplex fumus in iusto, primus fumus compunctionis. secũdus fumus deuotionis. fumus compunctionis amarus,& pungitiuus. fumus deuotionis suauis,aromaticus,& confortatiuus. Primus obscurus est,& densus. secundus subtilis,& rarus. primus est in

est in pœnitente. secundus in contẽplatiuo. primus ascendit in ira: secundus in gaudio, & misericordia.

Ira Dei dupliciter.

Dupliciter potest intelligi in ira eius, idest ira Dei, qñ considerat pœnitens contra se habere Deum merito peccatorum suorũ. vnde turbatus est à furore oculus meus, vel ira eius qua pœnitens irascitur cõtra seipsum propter peccata sua,quæ dicitur eius ira,idest Dei, quam non habet à se,sed à Deo. hic est zelus sanctus,& bona indignatio. de qua Hiero. Discę sanctam superbiam, & indignationem, de qua ascendit fumus compunctionis, quæ fumo comparatur. fumus enim de igne oritur, oculos turbat, lachrymas excitat. sursum tendit. Similiter compũctio de corde accenso igne spiritus sancti oritur. Quia ante aduentum spiritussancti cor frigidum est 'gelu peccati Hiere. 6. Sicut frigidam facit cisterna aquam suam: sic frigidam fecit malitiam suam. Admoto enim igne spiritus sancti. fumum cõpunctionis emittit. vnde dicitur tange montes, & fumigabunt. Fumus oculos turbat. Duo sunt oculi mentis, scilicet ratio & voluntas: quos turbat compunctio. Salutaris est hęc turbatio. turbatio fit in fonte,quando limus commouetur. Quando ergo anima limum propriæ infirmitatis reuoluit,& sordes peccatorum suorum scrutatur contra se,cogitatione & affectione turbatur, dum se incipit contemnere, & incipit se purgare, & de commissis satisfacere, per quod de venia incipit sperare,& ideo dicitur turbatio salutaris: de qua Oseæ 2. Dabo vallem Achor ad aperiendum spem. Achor turbatio vallis est humiliatio. Quia omnia sunt turbata. Incipit igitur vilescere. Sicut enim ignis, duo de se generat, fumũ compunctionis,& cineres humilitatis. rectè autem dicitur ad aperiendum spem. Sicut enim Achor punito, filij Israel de Deo bene sperauerunt, & reconciliati sunt: ita quando anima compuncta de seipsa vindictam sumit incipit veniam sperare. Iudicem præuenit qui se punit, & ideo iudex parcit afflicto non addens afflictionem. Vnde non consurgit duplex tribulatio. Fumus lachrymas excitat. Similiter, & compunctio. vnde dicitur Ecclesiastici 22. Pungens oculum producit lachrymam,qui pũgit cor producit sensum. Et rectè tribulationi adiungitur fletus. Vnde cum dominus per Lazari suscitationem significa-

Fumus cõparatur cõpũctionis.

Effectus fumi.

ret peccatoris pœnitentiam : infremuit spiritu, & turbauit semetipsum lachrymatus est, vt dicitur Ioan. 11.

Fumus surſum tendit : ignis enim totam quam consumit materiam resoluit in fumum, cuius est surſum tendere, vel in cineres, quorum est deorsum sedere, & illic iacere. Similiter ignis spirituſſancti totum cor pœnitentis, vel resoluit in cinerem per sui contemptum, vel in fumū, qui surſum tendit, per æternorum spem, & desiderium. Et quanto magis æterna aspicit, tanto magis se contemnit, & ita sicut crescit fumus, multiplicatur & cinis; quod significatur Iob 41. cum dicitur. Auditu auris audiui te, nunc autem oculus meus vidit te : idcirco ipse me reprehendo, & ago pœnitentiam in fauilla, & cinere. De hoc fumo dicitur Isai. 6. Commota sunt superliminaria voce clara, & domus repleta est fumo. Legitur Dominus clamasse in suscitatione Lazari. Ioan. 11. Iesus clamauit voce magna, Lazare veni foras, & statim prodijt, qui fuerat mortuus. Vox Domini magna est, operatio eius interior. Hæc commouet cor, id est cogitationem, & affectionem. Sicut tonitruus solet commouere, & subuertere vina. Vnde. Vox Domini super aquas Deus maiestatis. Intonuit Dominus super a. mul. id est super carnales intellectus. Et iterum. Vox Domini commouens desertum &c. Cogitatio & affectio, quæ excitãtur sunt superliminaria domus quæ commouentur. Domus fumo repletur, quando compunctio intus oritur. Fumus surſum ascendit. Exit enim de fornace: de qua dicitur Daniel. 3. quòd tres pueri missi sunt in caminum ignis ardentis, & quartum vidit Rex similem filio Dei, & flamma ascendit super fornacem cubitis 49. & incendit quos repperit iuxta fornacẽ de Chaldæis, & fecit medium fornacis quasi ventum roris flantem, & non tetigit eos ignis, neque contaminauit. Fornax significat ardorem spirituſſancti, quem ministri Chaldæi incendunt. Quia ex recordatione peccatorum, quæ sunt quasi ministri Chaldæorum, crescit cordis incendium. Tres pueri sunt innocentia, & puritas trium virium animæ, rationis, irascibilis concupiscibilis. Quartus similis filio Dei, est gratia per quam dominus animam inhabitat. Tres pueri igne nõ tanguntur, quia vires animæ igne spirituſſancti non consumuntur, sed purgantur. Ministri Chal-

Chaldæorum incenduntur, quia ex recordatione peccatorum magis ac magis inflammatur cor, & dum cor purificatur, peccata cremantur. Et miro modo dicitur flamma ascendere cubitis 49. sed non ad l. peruenit. Flamma 49. cubitis ascendit dum pœnitens vsque ad peccatorum remissionem accedit, sed non vsque ad l. quia ex motu liberi arbitrij est si aliquis ad remissionem peccatorum accedit, non tamen peruenit, sed gratia Dei sola est, quæ perficit, & ideo quartus similis filio Dei in fornace videtur : per quem omnia quæ desunt libero arbitrio, perficiuntur. Quod dicitur, Fecit fornacis medium quasi vẽtum roris flantem, pertinet ad ignem diuinum flantem, quia ignis spirituſſancti primo est ardens, & consumens. Secundo mulcens, & lucens, & non consumens, sicut de rubo dicitur Exo. 3. Ardebat, & non comburebatur. Ignis iste quos illuminat, & accendit simul, & rore perfundit. Isa. 26. Quia ros lucis ros tuus. Ideo dicitur, Fecit fornacem quasi ventum roris flantem. Ex isto fumus deuotionis procedit. Fumus iste oculos non turbat, sed clarificat, quia non est turbulentus, sed clarus : lachrymas non excitat, sed mentem exhilarat, & clarificat, quia non est fumus amarus, & pũgitiuus, sed suauis, & aromaticus, quia ex aromatibus virtutum resolutus, & ideo cõfortatiuus. De quo Apocal. 8. Ascendit fumus incensorum de orationibus sanctorum de manu Angeli coram Domino. Et attende ordinem. Primo anima est quasi in fumo : vltimo quasi in splendore, & ardore, ideo dicitur. Ascendit fumus &c. postea à facie eius exardescet ignis : in medio, quasi in fumo, & pariter in splendore. Vnde Isa. 4. Creabit dominus super omnem locum montis Sion, & vbi inuocatus est nubem per diem (ecce primum,) & fumum, & splendorem (ecce medium) ignis flammãtis in nocte, ecce tertium, & vltimum. Isai. 58. Implebit splendoribus animam. Anima enim iam purificata, non habet fumũ, nisi deuotionis tenuem, scilicet, & suauissimum. De quo Cant. 3. Quæ est ista, quæ ascendit per desertum, quasi virgula fumi &c. Per desertum ascendit qui de solitudine contemplationis ad æternorum consurgit speculationem.

De hominis veteris, & noui, carnis & spiritus contentione, & spiritus dilatatione.

IN PSAL. XVII. SERM. XXXV.

Spiritus, & caro sẽper ad inuicem aduersantur.

ET eduxit me in latitudinem &c. Nouus ergo homo, & vetus homo spiritus, & caro semper adinuicem aduersantur, & quasi vnus conatur locũ, siue spatium contra alium occupare. Quicquid vni accrescit alteri deperit, & è conuerso, & dum caro dilatatur spiritus angustiatur, & è conuerso. Dilatatur vetus homo per tria: per cupiditatem, per voluptatẽ, per vanitatem. Per cupiditatem. Vnde Lucæ 12. dixit dines Euangelicus. Destruam horrea mea, & dilatabo ea. Isa. 5. Væh qui coniungitis domum ad domum, & agrum agro copulatis. Et Amos 6. Descendite in Geth Palæstinorum ad optima quæque regna si latior terminus corũ termino vestro est. Sicut etiam dicitur 3. Reg. 21. Acham vt dilataret terminum suum, & conuerteret vineã in hortum olerum calumniatus est Naboth, & interfecit eum. Sicut malus vicinus fuit Achã Naboth, sic caro spiritui Acham, vt vineam Naboth in hortum olerum conuerteret eum interfecit, & vt spiritualis ioeunditatis delitias in carnales, & transitorias conuertat caro spiritum extinguit. Vnde Ezech. 17. dicitur, Creuit in vineam latiorem humili statura, respicientibus ramis eius ad eam.

Vetus homo p tria dilatatur.

Affectus carnalium similis est plantis, quæ totum ponunt in latum, nihil in altum. Eodem modo nihil in altum ponit homo, dum ad æterna non assurgit, sed totum in latum, dum sola temporalia diligit, & hoc est quod dicitur, Creuit in vineam latiorem humili statura. Carnalis affectus ad se omnia retorquet, & sicut rami luxuriantes in se reciprocantur dum se extendunt, sic & carnales affectus, dum forsitan in aliquo opere se videtur extendere ad se per aliam viam inuenitur redire. Verbi gratia. Qui præbendæ renunciat, quasi in hoc à se recedere visus est? sed si ita renunciat, quòd cognato eam cedit, per aliam viam ad se redijt. Eodem modo de legato, & de alijs, & hoc est: respicientibus ramis eius ad eam.

Affectus carnalium similis est plantis.

Per

Per voluptatem, dũ mutatoria facimus, superflua fercula multiplicamus, somnos protrahimus, de comessationibus ad impudicitiam, & loquacitatem prolabimur: quod notauit Apostolus ad Rom. 13. Non in commessationibus, & ebrietatibus, non in cubilibus, & impu. non in conten. & e. De hac dicitur. Incrassatus dilatatus recal. Per vanitatem, sicut in illis qui se iactant, qui se magnificant. Vnde Matth. 23. Dilatant phylacteria sua, & magnificant fimbrias. Alij de scientia, alij de nobilitate, alij de religione inflantur. Vnde Prouer. 28. Qui se iactat, & dilatat iurgia concitat.

Dum dilatatur caro spiritus angustiatur.

Dum prædictis modis caro dilatatur, spiritus angustiatur, & quasi in arcto constitutus gemit. Isti gemitus non sunt, nisi flagellantis conscientiæ cruciatus. Vnde Iob 26. Gigantes gemunt sub aquis, quando scilicet carnales in terrenis dilatati pro exterioribus delitijs interioribus cruciantur molestijs. Intantum autem plerumque crescit hęc dilatatio, quòd spiritus, quia respirare non potest, suffocatur. Vnde Sap. 5. Turbabuntur timore horribili gementes præ angustia spiritus dicentes intra se, pœnitentiam agentes &c. Item è conuerso. quãto magis spiritus dilatatur, tanto magis caro in suis affectionibus angustiatur: vnde rectè spiritualis vir significatur per palmam, quę inferius angusta, in superioribus dilatatur, & hoc est, quia putantur propagines, vt ponat in roboris latitudinem, quod alioquin poneret in ramorum luxuriã. Sic qui in affectione carnali restringitur in amore spirituali, & soliditate dilectionis dilatatur. Ideo dicitur Iob 29. Et sicut palma multiplicabo dies. Et in Psal. Iustus vt palma florebit in domo Domini. Olera etiam dum primo ponunt in folijs nihil ponunt in semine: cum autem cessant in folijs ponere, ponunt in stipite, siue in grossitie trunci, & seminis multiplicatione. Eodem modo quanto maiores quidam sunt in verbis, tanto minores probantur in factis. Vnde Prouer. 4. Vbi verba sunt plurima, ibi frequenter egestas. Cum ergo, vt dictum est, spiritus dilatatur, vetus homo non habet locum, & ideo angustiatur: qui mori cogitur, & crepare. Ita enim spiritualis affectio fugat carnalem, sicut sophyrus entracẽ. Vnde Abac. 2. Egrediatur diabolus ante pedes eius &c. Videre est quosdam

religiosos

religiosos qui in omnibus, quæ pertinent ad mũdum restringuntur ad cupiditatem, ad voluptatem, ad vanitatẽ, quòd non habet in eis locum mũdus: etiam nominari in mundo nolunt, & quare in his restricti sunt, nisi quia in spiritualibus dilatati sunt, sicut Abraham dixit ad regem Sodomę Gen. 13. Leuo manum meam ad dominum Deũ excelsum possessorem cęli, & terræ, quòd à filo subtegminis vsque ad corrigiam caligæ non accipiam ex omnibus quæ tua sunt: ne dicas, ego ditaui. Abrahã. Non sustinet et spiritualis, quòd posset ei mundus quicquàm improperare, qui vt dicitur Eccles. 20. Modicum dabit, & multa improperabit. Dilatatio autem spiritus in intellectu est, & affectu: & maxime in affectu. Vnde 3. Reg. 4. Dedit Deus sapientiam Salomoni, & prudentiam multam nimis, & latitudinem cordis. Quidam dilatãtur in intellectu dum scrutantur cęlestia, sed angustiantur affectu, dum diligũt terrena. Non est hæc sufficiens latitudo, sed nescit se esse in regione dissimilitudinis, quæ maximam interius operatur indecentiam, & est sicut de seruis Dauid, quibus illusum est dimidia barba rasa 2. Reg. 10. Et sicut fatuus, qui berrodatur, & non æqualiter tonsoratur. Oportet ergo fieri dilatationem secundum vtramque partem animæ. Non bene stat qui vnum pedem habet in alto, reliquũ in imo. Statuisti inquit in loco spacioso pedes meos, non dixit pedem. Hinc est, quòd filij Ioseph conqueruntur in Iosue secundum aliam translationem. Quare dedisti nobis sortem, & pedaturam vnam Vnam tantum pedaturam habet qui intellectu, & non affectu, cognitione & non amore dilatatur, qui multum cognoscit, & parum diligit. Et respondit Iosue. Si emundaueris siluam multus erit tibi locus. siluam emundat qui carnales affectus quasi dumeta, & frutices etiam fructuosos ad spiritus dilatationem extirpat. Iuxta illud Hierem. 4 Nouate vobis nouale, & nolite serere super spinas. Spiritualis ergo qui prius dũ carnalis erat, quasi in spinis suffocabatur, postquàm vicit carnales affectus sentiens se dilatari dicit: eduxit me in latitudinem &c.

Dilatatio spiritus.

De

De muro tria consideranda.

IN PSAL. XVI. SERM. XXXVI.

QVoniam in te eripiar à tentatione, & in Deo meo transgrediar murum. Circa murum de quo loquitur hic tria cõsideranda sunt. Quare peccatorum cõgeries muro comparetur. Qualiter murus ædificetur. Quo modo destituatur.

Peccatorũ congeries cõparat.

Murus fit propter tria, propter defensionem, seu munitionem. Inclusionem. Abscessionem. Quando ergo quis non solum peccat, sed peccatum defendit, quasi murum ad muniendum se facit, ne à Deo capiatur, & hoc procurat diabolus. Sicut rex aliquis cum cęperit castrum aliquod firmat illud cõtra dominum priorem, ita est de diabolo, qui capto sancto viro, per eum impugnat dominum. Murum altum facit, quando quis superbit de peccato, & extollitur. Latum, & firmum facit iterando peccatũ per consuetudinem, longum perseuerando. vnde 1. Macha. 1. ædificauerunt ciuitatem Dauid muro magno, & firmo, & turribus firmis &c.

Murus fit propter inclusionem, vt cum aliquis muro includitur, ne vnquàm possit exire. Sic & qui peccare non cessant, neque verentur, dum per se à peccato exire non possint, quasi muro se incacerrant, & includunt, & immurant se. Nihil enim aliud est sic peccare quàm seipsum immurare. vnde Thren. 3. Circumædificauit aduersum me, vt non egrediar &c. Status peccati domus est Labyrinthi: quàm cum quis intrauerit redire nescit.

Murũ fuit qui peccatũ abscondit,

Murus fit propter abscõsionem. Murum ergo facit qui peccatum abscondit. Sicut ille de quo Eccles. 23. Omnis homo qui transgreditur lectum suum (ad alienam scilicet vxorem) contemnens animam suam, & dicens, quis me videt? Tenebræ circundant me, & parietes cooperiunt me, & nemo circumspicit me quem vereor &c.

Qualiter murus ædificetur dicitur. Exod. 1. Imposuit eis, scilicet Pharao magistros operum, vt affligerent eos omnibus diebus, & ædificauerunt turres tabernaculorũ,

ideſt

ideſt caſtrorum. Magiſtri operum ſunt tria principalia vitia 1. Ioan. 2 Quoniam omne quod eſt in mundo, concupiſcentia carnis eſt, & concupiſcentia oculorum, & ſuperbia vitæ, &c. Quibus ſeruiunt carnales. Ad præceptū horum afferunt lutum voluptatis paleam vanitatis. laterem cupiditatis. Palea luto miſcetur, quando quis de peccato libidinis, vnde humiliandus eſſet, extollitur. Palea cum luto, vt fiant lateres excoquitur, quando quis, vt paſcat luxuriam ſuam, & ſuperbiam, & male acquirere, & cupidus eſſe compellitur, & cupiditatis igne cor eius quaſi in laterem induratur. Vnde Iſai. 16. His qui lætantur ſuper muros cocti lateris loquimini plagas ſuas, quoniam ſuburbana Eſebon deſerta ſunt, & vineam Sabama Domini gentium exciderunt. Super muros cocti lateris lætantur qui de peccatis extolluntur, & quia ignorant quanta ſit plaga animæ, gloriari de peccatis Ideo dicitur loquimini plagas ſuas, & quia prædictis vitijs maxime laborāt clauſtrales, & clerici ſeculares rectè dicitur ſuburbana Eſebō &c Eſebon interpretatur cingulum mœroris. Quid ergo per Eſebon ſignificatur, niſi ſtatus clauſtralium qui pro ſe, & alijs vndique mœrore cinguntur? vnde Naum. 3. Aquæ in circuitu eius, ideſt lachrymarum copia, cuius diuitiæ mare, id eſt amaritudo: quorum officium eſt mœrere pro ſeculo. Horum ptioratus dicuntur ſuburbana, & quaſi appenditia, quæ deſerta nominantur, in tantum enim bona eorum diſſipata ſunt, quòd vbi ſolebant eſſe multi particulares cōuentus vix à pauciſſimis monachis incoluntur. Sabama interpretatur conuerſio quædam, & ſignificat clericos ſeculares: qui dum diuinis officijs mācipantur, comparatione Laicorum non ſimpliciter conuerſi, ſed quodam modo conuerſi videntur. Vinea Sabama eſt horum Eccleſia, quę à dominis gentium exciditur dum ab eis quaſi gentiliter viuentibus diſſipatur. Mali prælati dicuntur Domini gentium, id eſt gētiliter viuentium per malum exemplum. vnde Pſalm. Deus venerunt gentes, & Iſ. 22. Lacum feciſtis inter duos muros, & aquā veteris piſcinæ. Aquæ piſcinæ ſunt ſenſualitates, quę quaſi inter duos muros retinentur dum duobus modis à confeſſione prohibentuur: vnus de muris eſt pudor confitendi alter exemplum male agendi. De vtroque dicitur Eccleſ. 20.

Statꝰ clauſtraliſi, p Eſebon ſignificat.

Mali prę-lati dicū-tur Domini gentū.

eccleſ. 20 Eſt qui perdit animam ſuam prę confuſione. (Ecce pudor) & ab imprudenti perſona perdet eam Ecce malum exemplum.

Magiſtri etiam operum poſſunt dici mali Prælati, quia alij pereunt eorum exemplo: ipſi ſedent in cathedra peſtilentiæ de quibus dicitur Ezech. 13. Ipſe ædificabat parietem, illi etiam mali Prælati liniebant illum.

Murus autem quandoque euaditur, ſed nō deſtruitur. plerunque enim contingit, quòd pro culpa ſua dominus ſtatim aliquē puniret, ſed aliqui boni, & ſpirituales orant pro eo, ita quòd tunc ad tempus euadit. Sed nondum dominus murum deſtruit. Maxime autem hoc cōtingit humili peccatori, qui & ſi peccat de peccato non extollitur, ſed peccat ſub Deo. Murus altus eſt peccatum cum ſuperbia: Murus baſſus peccatum cum humilitate, & baſſum facilius eſt tranſgredi. Ideo dicitur in Deo meo tranſgrediar murum. Sic Pharao, quaſi murum tranſgrediebatur, ſed non deſtruebat, quando ſatisfactionem promittebat, & faciebat orari à Moyſe, & plaga ceſſabat, ſed murum non deſtruebat, quia vt promiſerat nō ſatisfaciebat, vt dicitur Exod. 9. Orate dominum, vt deſinant tonitrua, & grando. Non timet malus Deum, niſi cum tonat.

Munus peccatorū p quatuor deſtrui poteſt.

Deſtruitur autē per quatuor, per alluuionem, per ſuffoſionem, per petrarum percuſſionem, per ignis conſumptionem. Per alluuionem, id eſt lachrymarum abundantiam, & frequentiam. vnde Gutta cauat lapidem non bis ſed ſępe cadendo. Et Iob. 14. Lapides excauantur aqua, & paulatim alluuione terra conſumitur. Quod ſignificatur Iſa. 38. Conuertit ſe Ezechias ad parietem, & fleuit fletu magno, & ſic cecidit murus peccatorum &c.

Per ſuffoſſionē: foſſores Domini ſunt confeſſores, ſcrutinium confeſſionis eſt ſuffoſſio. Sed quidam ſunt ſicut murus ſaracenorum, vix per ſuffoſſorem parum quid diruitur, & paulatim attenuatur murus, ita quòd facile cadit: verbi gratia. Si erubeſcis de peccato retractare, quaſi lapidem vnum ſuſtuliſti. Si erubeſcis loqui; iam aliū ſuſtuliſti. Si voluntatem etiam ſubtraxiſti, nihil remanet de muro: ſi tantum voluntas remoueatur attenuatus eſt valde. Per modicum aditum capiuntur caſtra plerunque. Et dominus ſi poſſit intrare per modicum foramē ſępe elaborat.

borat, vt dicitur Cant. 2. Ecce ipse stat post parietem &c. Et Cant. 5. Dilectus meus misit manum suam per foramē, & venter meus intremuit ad tactum eius.

Per percussionem petratum. Petra Domini vox prædicatoris. Hinc legitur, quòd muri Hierico corruerunt tubis clangentibus, & dum circunducebant Archam Domini. Sacerdotes tubis clangunt, qui prædicant; Archā circūducunt, qui mortem Domini annunciant, vel qui celebrando missas pro peccatoribus orant. Tunc muri Hierico corruunt, quia peccata cedunt, vt habetur Iosue 6.

Per ignis combustionem. Ignis est charitas, cui nihil resistit. Ignis est feruor compunctionis. Ignis iste quasi stipulam omnia consumit. Vnde dicitur Amos 1. Immittam ignem in murum Tyri, & deuorabit ædes eius. Tyrus interpretatur angustia. Murus Tyri, cupiditatis duritia, & obstinata defensio: cui contrarius est ignis charitatis, quem cum dominus immittit, totum consumit.

Quomodo præcincti esse debeamus.

IN PSAL. XVII. SERM. XXXVII.

ET præcinxisti me virtute ad bellum. Solet ita distingui. Succingimur ituri, præcingimur ministraturi. Accingimur pugnaturi: secundum hoc videretur dicendum. Et accinxisti me virtute ad bellum. Sed solet vnum poni pro altero, quia spiritualiter vna res sunt. Vita enim nostra est quædam viatio, siue peregrinatio. Nihilominus ipsa est quoddā ministerium, vel ministratio, & quædā militia est. Qui enim rectè viuit, agnoscat se peregrinum, & ipsum bene viuere, est proficere, & Deo ministrare, & contra diabolum pugnare. Vno opere hoc totum agis, & ambulas, & Deo ministras, & diabolum impugnas. Qui viator est si habet luxuriantes vestes erotatur, ideſt luto inficitur, & eius pedes impediuntur. Qui viator, vel cursor est non debet habere vestes talares, & luxuriantes. Vestes talares, & luxuriantes, laxa sunt, & fluenta desideria, quæ restringenda sunt per continentiam, & abstinentiam, vt mundi incedamus.

Vita nostra peregrinatio est.

Viator succinctas uestes habere debet.

mus. Vnde dicit Psal. Deus qui præcinxisti me virtutę ad bellum &c. Quia præcinctus, vel succinctus non maculatur in via. Ideo dicitur Luc. 11. Sint lumbi vestri præcincti &c. Prouerb. 30. Gallus succinctus lūbos suos, & aries, nec est rex qui resistat ei. Vestes talares, immo luxuriantes habet mulier. Sic & effluenta desideria effœminati. Sed viri debent habere vestes curtas, & succinctas, ideſt restringere desideria. Ideo dicitur Deuter. 22. Non induetur mulier veste virili, nec vir vtetur veste fœminea. Abominabilis enim est apud Deum qui facit hoc. Similis est serpenti, qui toto corpore tāgit terram. Vnde Gen. 3. Super pectus tuum gradieris &c. Et Isa. 65. Et serpenti puluis panis eius &c. Qui ministrat non debet habere vestes luxuriantes, sed præcingi debet, ne per hoc impediatur à ministratione. Cum ergo vita nostra, & actio non sit, nisi ministrare Christo, & membris eius, spiritualiter præcingi debemus, vt expediti ministremus. Similiter & prolixitas vestium, & crinium dedecus est ministris. Vnde quia mittebat dominus Apostolos ad prædicandum dicit Matth. 10. Nolite possidere aurum, neque argentum, neque duas tunicas. Mirabilis præsumptio, quòd in mēsa Christi ministrare præsumunt, quibus luxuriantes crines oculos excæcant, & vestes aggeniculare, seu flectere in terrā genua non permittunt: quales prophetatur futuri Apoc. 9. vbi dicitur locustas exisse de puteo, quæ habebant capillos quasi capillos mulieris. De regina autem Saba dicitur, quòd inter alia mirata est ordinem ministrantium, & vestes ministrorum 3. Reg. 10. Dominus etiam docuit exemplo, quia ministraturus præcinxit se, scilicet quādo lauit pedes discipulorum suorum, deposuit vestimēta sua, & præcinxit se lintheo, vt habetur Ioan. 13. docens, quòd linthéo munditiæ debet se primo præcingere, & humiliare qui pedes aliorum, id est affectus vult mundare. Similiter vita nostra militia est Iob 7. Debemus ergo accingi ad bellum. vnde Gen. vltimo dicitur Gad, accinctus præliabitur ante eum, & in Psal. Accingere gladio tuo &c. Et quia ipsa militia viatio est: ideo dicitur, & præcinxisti me virtute &c. Sed in bello isto tres sunt exercitus. vnde legitur Iob 1. Chaldæi fecerunt tres turmas. Tres turmę sunt exercitus, diaboli, carnis, mundi. tres turmę sunt de quibus di-

Quia vita nostra militia est, iō ad bellū accingi debemus.

bus dicitur 1. Ioan. 2. Omne quod est in mundo &c. Contra hæc Dominus præcingit milites suos virtute: contra concupiscentiam oculorum, idest cupiditatem, charitatem: contra concupiscentiã carnis, munditia continentiæ: contra superbiam vitæ, humilitate. Et rectè dicitur: præcinxisti, quia concupiscentia oculorum, id est cupiditas, quærit terrenam opulentiam: cõcupiscentia carnis terrenam voluptatem: superbia vitæ terrenam gloriam, & ita hæc omnia tangunt terram, & ideo currentem, & pugnãtem impediunt. Hinc est, quod legitur 1. Regum 17. quòd arma Saulis ipsum Dauid impediebant, & ea deposuit. vnde ibi legitur. Induit Saul Dauid vestimentis suis, & imposuit galeam æream super caput eius, & vestiuit eum lorica. Accinctus ergo Dauid gladio eius super vestem suã, cœpit tentare si armatus posset incedere. Non enim habebat consuetudinem dixitque ad Saul. non possem sic incedere; & deposuit ea. Arma Saulis sunt fluentia desideria: hæc si induat Dauid impeditur incedere, quia vir spiritualis, nisi fluentia desideria deponat, & cingulo virtutis se restringat, non potest proficere: non potest pugnare. Immo etiam arma spiritualium virtutũ debent curta esse ne in vllo terram attingant, ideo dixit dominus. Si quis vult venire post me abneget semetipsum, & tol. cru. su. & se. me. Hinc non sine mysterio consuetum est, quòd crux in altum extollitur. Quid est crucem tollere, nisi propter sola æterna carnem mortificare? Quælibet virtus quædã crux est vitiorum sibi contrariorum. Continentia, crux concupiscentiæ carnis. Charitas concupiscentiæ oculorũ. Humilitas, superbiæ vitæ. Quia vnaquæque suum crimẽ crucifigit. Crucem ergo suam tollere est nihil de operibus temperantiæ, vel charitatis, vel humilitatis, propter terrenum emolumentum, vel gloriæ ostentationem facere. vnde de ieiunio, quod pertinet ad temperantiam, vel continentiam dicitur Matth. 6. Cum ieiunatis nolite fieri sicut hypocritę tristes, extenuant enim facies suas, vt appareant hominibus ieiunantes. De eleemosyna quę pertinet ad charitatem dicitur ibidem. Cũ facis eleemosynam nolite tuba canere ante &c. Sed faciente eleemosynam te nesciat sinistra tua, quid faciat dextera tua. De oratione, quæ pertinet ad humilitatem dicitur ibidem. Et cũ oratis non

Misteriũ quare Crux ĩ altũ extollitur.

non eritis, sicut hypocritæ: qui amant in via, & in platearum angulis stantes orare, vt videantur ab hominibus. Et vno verbo dicitur generaliter: Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, vt vide. ab eis, quod facit qui crucem suam tollit, & se virtute ad gradiendum, vel pugnandum præcingit.

Crux vexillum est Domini. non portat vexillium, vt debet, qui deprimit ad terram: surtum leuandum est, & hoc est tollat crucem suam, & Isa. 62. Per portas transite, & preparate viam populo planum iter, & erigite lapides, & eleuate signum ad populos.

Crux Domini vexillum.

De filijs alienis, mentientibus, inueteratis & claudicantibus.

IN PSAL. XVII. SERM. XXXVIII.

Filij alieni mentiti sunt mihi, inueterati sunt, & claudicauerunt à semitis suis. Quatuor sunt attendenda quare, scilicet dicit filios alienos, mentitos, inueteratos, claudicantes.

Filios dicit alienos, vt nobis improperet nostræ primæ originis vilitatem, secundum quam sumus filij diaboli, & filij iræ. vnde Ezech. 16. Radix tua, & generatio tua de terra Chananæa, pater tuus amorreus, & mater tua cethea. Et Ioã. 8. Vos ex patre, diabolo estis. Christus autem nos, cum non essemus sui, adoptauit in filios: iuxta verbum Ioan. 1. Dedit eis potestatem filios Dei fieri. Et enutriuit ecclesiæ Sacramentis, vnde Ezech. 16. laui te aqua, & emundaui sanguinem tuum ex te, & vnxi te oleo, scilicet spiritu sancto, & vestiui te discoloribus, id est varietate virtutum.

Filij alieni dicimur.

Mentitos dicit primo, quia transgrediũtur pactum baptismi in quo renunciauerunt diabolo, & omnibus eius pompis. De quo pacto dicitur Ezech. 16. Expandi amictũ meum super te, & operui ignominiam tuam, & iuraui tibi, & ingressus sum pactum tecum, quasi dicat, eodem modo iurasti mihi.

Filij mẽti quare. Primo.

Secundo, quia ipsum qui nos adoptauit, & nutriuit iã

Secundo.

adulri derelinquimus,& contemnimus. vnde Isa 1. Filios enutriui,ipſi autem ſpreuerũt me. vnde dominus comparatur perdici, quæ vt dicitur in libro de natura animaliũ incubat ſuper oua aliena, & cum pulli de ouis exierũt,derelinquunt perdicem,& ſequuntur primam matrem. vnde Hiere. 17. Perdix fouit quæ non peperit: fecit diuitias, & non in iudicio: in medio dierum ſuorum derelinquit eas,& in nouiſſimo ſuo erit inſipiens.

Tertio,quia cum patrem noſtrum naturaliter alere,& paſcere teneamur:cum nos primo impotentes aluerit nos eum non paſcimus,ſed deficere fame permittimus. Non in hoc ſimiles ſumus filijs ciconiæ, qui quãdo pater ſuus inſenuerit, ita quòd ſibi non poteſt quærere victum, alũt eum, ſed potius ſimiles filijs vulturis,qui patrem ſuũ ſenio confectum, & iam venari non valentem,deficere fame permittunt. Hinc eſt, quòd Deus in die iudicij hoc improperabit Mat.25. Eſurijui,& non dediſtis mihi manducare &c. Ad tales pertinet,quod dicitur Matthę. 15. de ſcribis,& Phari Quare tranſgredimini mandatum Domini propter traditionem veſtram. nam Deus dixit. Honora patrem tuum, & matrem tuam,& quicunque maledixerit patri, & matri morte moriatur: vos autem dicitis, quicunque dixerit patri, & matri, quodcunque munus eſt ex me tibi proderit.

Non filijs Ciconiæ, ſed filijs vulturis, ſumus ſimiles.

Eſurit autem,& indiget Chriſtus dupliciter. In ſe & in membris ſuis,vtroque modo tenemur paſcere eum. In ſe paſcitur bonis operibus noſtris in quibus delectatur. vnde dicit Ioann. 4. Habeo alium cibum manducare quem vos neſcitis. Et iterum. Cibus meus eſt, vt faciam voluntatem patris mei &c. Ideoque, quia paſcitur in nobis dicit diſcipulis quos mittit. Luc.22. Dicite patrifa. vbi eſt diuerſorium vbi paſcha cum meis diſcipulis manducem? Et Mar. 14. Vbi eſt refectio mea? Paſcit eum munditia, & temperantia, & patientia, & aliæ virtutes. vnde Cant. 2. Dilectus meus mihi, & ego illi qui paſcitur inter lilia. vbi non inuenit vnde paſcatur. Paſcitur in membris ſpiritualibus,& corporalibus beneficijs. vnde Matt. 25. quę rentibus domine quando vidimus te &c. Reſpõdet. quod vni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis.

Duplicĩter eſurit Chriſtus.

Virtutes paſchunt Chriſtũ.

Quare filij inueterati.

Inueteratos dicit.per hoc oſtendit,quòd eos quos generat,

rat,generat in nouitate vitæ. Vnde dicitur in benedictione fontium verbis Gregorij. Quos ſexus diſcernit in corpore,aut ętas in tempore,in vnam pariat gratia mater infantiam. Vnde Pſal. Renouabitur,vt aquila iuuentus tua, quod ſignificatum eſt in Naaman. 4. Regũ 5. vbi dicitur. Reſtituta eſt caro eius quaſi caro pueri paruuli. Culpa autẽ dicitur noui hominis inueteratio, immo etiã mors. Vnde in Pſal. conqueritur. Inueteraui inter omnes inimicos meos. Et res ſtupore plena,puerum in momento fieri veterem. De qua veteratione dicitur Thren. 3. Vetuſtam fecit pellem meam,& carnem meam:contriuit oſſa mea.

Quarto claudicantes dicit,quia ſicut claudus ſedendo plęrũque eſt pulcher,& deformis ambulando,ſic & multi placent dum ſedent in cathedra, & docent,ſed in ambulatione pro operibus deformes inueniuntur. Sic erãt claudi Phariſæi,de quibus dicitur Matth 23. Super cathedrã Moyſi ſederunt &c. Quæ dicunt facite, & quæ faciũt nolite facere. Item claudi quandoque pulchras habent tibias,& non proſunt eis ad gradiendum. Vnde Prouer. 26. Quomodo pulchras fruſtra claudus habet tibias, ſic indecens eſt in ore ſtultorum parabola. Stulti ſunt qui dicunt,& non faciunt:quorum indecens parabola,dum doctrinæ diſcolor eſt vita.

Claudicãtes ſunt q̃ dicũt, ſed nõ faciũt.

Iſti claudicant vno pede, ſcilicet dextro corrupti affectu, licet vigeant intellectu. Iſti rectè ſignificantur per Miphiboſeth,qui cecidit à nutrice ſua,& ideo effectus eſt claudus 2. Reg. 4. Nutrix eſt ſancta ſcriptura, à qua quaſi ad terram cadunt, quando eos ſcientia, quaſi in brachijs noui,& veteris teſtamenti ſurſum portat, & lacte ſuo nutrit,& nihilominus ad terrena affectu deſcendunt. Vnde rectè Miphiboſeth interpretatur os confuſum,& verecũdum:quia ore proprio confunduntur, & verecundantur, quibus dicitur à Dño. Quare tu enarras iuſtitias meas? &c. Hoc eſt quod dictum eſt. Quomodo claudus &c.

Qui neq; dicũt, neq; faciunt ſunt claudicãtes vtroque pede.

Sunt qui neque dicunt, neque faciunt vtroque claudicantes pede, ſcilicet cognitionis,& amoris. Vtrique arcẽtur in lege ab ingreſſu tabernaculi,& officio Dei. Ideo dictum eſt Dauid, vt habetur 2. Regum 5. Non ingredietur huc,niſi abſtuleris cęcos,& claudos. Sũt autem qui amorem Domini habent,licet nullam, vel modicam Dei cognitio-

gnitionem, & hi claudicant tãtum siniſtro pede. De quibus intelligi poteſt Lucæ 14. Exi cito in plateas, & ciuitatis, & pauperes, & debiles, cęcos & claudos introduc huc. Habentes enim charitatem propter minorem scientiam Deus non excludit. Et Matth. 18. Bonum est tibi ad vitam ingredi debilem, vel claudum, quàm duas manus, vel duos pedes haben. mit. in gehennam ignis.

Nota hic gallice quatuor verba contumeliæ. Magna contumelia, quando quis vocat alium filium meretricis, & mendacem, & vetulum, & claudum. Sic dominus improperat talibus dicens de eis. Fili alieni mentiti &c. Et hæ contumeliæ inueniuntur sparsim in Scriptura his similes. Prima 1. Reg. 20. dixit Saul Ionathæ. Fili mulieris vtro virum rapientis. Mulier virum vltro rapiens est concupiscentia. Vnde Prouerb. 7. Apprehensum deosculatur iuuenem, & procaci vultu blanditur. Ipsa est domina illa adultera, quæ dixit Ioseph. Gen. 39. Dormi mecum. Huius filij sunt omnes carnales. De alijs duobus Dan. 13. Vocauit vnum de falsis præsbyteris. Inueterate dierum malorum, nunc venerunt peccata tua, & cum dixit. Inuenti eos colloquentes sub cino. adiunxit, Rectè mentitus es in caput tuum. Tales inueterati sunt vetustate culpæ, & in caput suum, ideſt contra animam suam de pacto baptismi, & confessionis Deo mentiuntur. De vltimo dicitur 3. Regum 18. Dixit Helias vsquequo claudicatis in duas partes?

De triplici lege, timoris, cupiditatis, & charitatis.

IN PSAL. XVIII. SERM. XXXIX.

LEx Domini immaculata, cõuertens animas &c. Triplex est lex. Lex serui, timor. Lex mercenarij, cupiditas. Lex filij, charitas. Lex serui timor non conuertit animas, ideſt affectum. Lex mercennarij cupiditas non est immaculata. Lex igitur filij charitas, est lex immaculata, & conuertens animas. Lex inquàm serui non conuertit affectum, ideſt non mutat voluntatem. Quia & si cohibet manum non cohibet animum. Greg. Manet peccandi voluntas, & sequeretur opus si speraretur impunitas. Vnde Eccle. 10. Est qui vetatur peccare præ inopia, ideſt non potest, vel non audet, & requie sua stimulatur, ideſt in eo, ꝙ quiescit, & cessat à malo actu, cruciatur & torquetur. Vnde rectè significatur Eccl. 28. per seruum maliuolum. Seruo tortura, & compedes, mitte illum in operationem ne vacet. Iugum, & lorum incuruant collum durum, & seruũ inclinant operationes assiduæ. A seruo enim non extorquetur veritas nisi per quæstiones. Per quæstiones autẽ, & tormenta cogitur etiam contra se fateri rei veritatem, nec inde meretur aliquid. Similiter seruilis animus, non nisi timore pœnæ facit bonum, vel abstinet à malo: & inde aliquid non meretur, quia coacta seruitia Deo nõ placent. Et in hoc contra se facit, quia contra propriam voluntatem. Eccles. 23. Seruus interrogatus assidue, liuore non minuitur. Totiens dominus seruum interrogat quotiens eum, vt corrigatur tribulatione, vel infirmitate, vel alio flagello pulsat, sed seruus liuore non minuitur, quoniam & si cessat à malo, in nullo mentis malitia minoratur. Sic Pharao sæpe promittebat correctionem sui, vt euaderet plagam, & afflictionem, semper malam retines voluntatem. Vnde Exod. 8. Videns Pharao quòd data esset requies, ingrauauit cor suum, & non audiuit.

Lex etiam serui nõ est immaculata, quia remanet immunditia voluntatis: licet cesset manus. vnde Prouer. 11. Manus in manu non erit innocens malus. Dura est etiam quasi vinculum ferreum. Quia timor pœnam habet, & comparabilis est manicis ferreis, quia non ligat, nisi manus, quia non pedes, ideſt voluntatem, siue affectum, & sicut phreneticus ligatus manibus, furit & mordet ore, & dẽtibus sæuit: sic seruilis animus licet cohibeatur ab opere in seipso sæuit cruenta voluntate. vnde significatur per dæmoniacum Mar. 5. de quo ibidem dicitur. Neque catenis poterat eum quisquàm ligare, & nemo poterat eũ domare. Et semper noctè, & die in monumentis erat. Nocte ac die in monumentis esse, est semper persistere in mala voluntate. Quia desiderium impij monumentum ipsius, & in montibus erat clamans, & conscindens se lapidibus.

Lex serui timor nõ cõuertens affectum.

Lex serui nõ est immaculata.

dibus. Montes vix ascenduntur, & laboriosè. Quid est in montibus esse, & se lapidibus conscindere, nisi laboriosis, & duris affectionibus in seipsum conuerti, & sequire eo ipso, quòd non licet ei malam voluntatem ad actum perducere?

Lex mercenarij cupiditas.

Lex mercenarij cupiditas. Et hæc quidem non cõuertit affectum. Quia sicut seruus non timet nisi sibi, ita cupiditas mercenarij nihil diligit, nisi sibi, & commodum suũ. vnde Oui. Vulgus amicitias vtilitate probat, & ideo non debet dici aliquem diligere, sed vtilitatem suam. vnde Seneca. Qui vtilitatis causa assumptus fuerit, tandiu placebit quamdiu vtilis fuerit. Eccle. 6. Est amicus socius mensæ, & non permanebit in die necessitatis. Est amicus secundum tempus suum, & non permanebit in die tribulationis. Si possides amicũ in tentatione posside illũ. Non est immaculata, immo hoc ipso, quòd ad se reflectitur angulũ facit, & vbi angulus, ibi sordes, vt dicit Beatus Bernardus, & non sequitur, nisi sordes, scilicet lucrum. Vnde Oseæ 5. Effeaym calumniam passus est, fracto iudicio cœpit abire post sordes. Omne quidem temporale lucrum, vel commodum, sordes est, & luto cõparatur. Vnde Abachuc. 2. Vt quid aggrauas contra te densum lutum? Et quia quicquid intendit sibi intendit, & sibi quærit, ideo maculosa dicitur. De talibus dicitur in Can. Iudæ. hi sunt in epulis suis male conuiuantes, sine timore Dei, seipsos pascentes.

Lex filij charitas, q̃ mutat affectum.

Lex filij charitas: hęc conuertit, ideſt mutat affectum, immo transfigurat in aliam formam. vnde dicitur 1. ad Corinth. 4. Charitas non quærit, quæ sua sunt. Cupiditas quærit quæ sua sunt, & dum ad se reflectit circulum describit. Sed charitas quasi de circulo triangulum facit. Primo enim dum Deum diligit, quasi affectus lineam in Deum tendit, & dum proximum propter Deum diligit, quasi à Deo ad proximum secundam lineam in latus trahit, & quia ipsum proximum, sicut seipsum diligere præcipitur, dum proximum sicut seipsum diligit, quasi de se ad proximum lineam tendit, & triangulum claudit. Dũ ergo affectus, quasi de circulo in triangulum transfiguratur, miro modo mutatur.

Tria sunt quæ animã transfigurant.

Tria enim sunt, quæ animã transfigurant, Fides, Spes, Charitas. Fides intellectum primo curuũ, & sibi credentem rectificat dum soli Deo credit. Spes affectum prius sibi innitentem similiter rectificat. Similiter charitas, vt dictum est. Vt monstraret istam transfigurationem spiritualiter fieri, Dominus si transfiguraturus, vt habetur Matth. 17. & Mar. 9. Assumpsit Petrum, Iacobum, & Ioãnem. Quia Petrus fides. Iacobus luctator, spes, Ioannes, est charitas.

De timore Domini, & seruili.

IN PSAL. XVIII. SERM. XL.

Timor Dñi tripliciter cõmẽdatur.

TImor Domini sanctus, permanẽs in sęculum sęculi &c. Commendat timorẽ Domini tripliciter: à sanctitate, cũ dicit sanctus: à permanentia, cum dicit permanens in sęcu. ab honore, cum dicit Domini. Timor seruilis sanctus non est, quia enim, vt dictum est, compatitur secum voluntatem peccãdi, comparatur seruo, vt etiam dictum est. secundũ voluntatem peccandi peccaret quidem actu, si speraretur impunitas, & quòd fugit actum peccandi non est, nisi quia pœnalis est, non quia peccatum. immo ex vna parte peccatum inquantũ delectabile amplectitur, voluntate saltem, & refugit, ne perficiat, quia videt imminere pœnam. Et est de illo, sicut de leccatore, & epulone, seu lurcone delicato quem cibus nimis calidus, & delitiosus, inquantum delitiosus, allicit: inquantum calidus retrahit. Et si calor qui retrahit de terrenis vincit supra appetitum delectationis, non vritur. Si vincit illecebra delectationis supra calorem, vritur. vt Hierem. 51. in calore eorum ponam potus eorum, & inebriabo eos, vt sopiantur, & dormiant somnũ sempiternum &c. & loquitur de illis, qui ita inebriantur delectatione, quòd vincit supra calorem, ideſt pœnæ timorem, quos etiã timor seruilis non retrahit, sicut contingit in latrone qui licet videat furcas paratas comminantes sibi suspendium, tamẽ intantum cupiditas, & mala consuetudo cõualescit, quòd se periculo exponit, & deprehensus suspenditur. Vnde

Hiere. 2. Quomodo confunditur fur, quando deprehenditur: sic confusi sunt domus Israel ipsi, & reges eorum. Et Eccles. 23. Quasi pullus equinus fugabitur, & vbi non sperauerit deprenendetur. Timor inquam seruilis non modicum vtilis est, & est quasi frenum in ore equi durioris, & indomiti, qui freno retinetur, & cohibetur ne eat in præceps, & tamen contra frenum non cessat conari, vt euadat, & eat. Eccle. 30. Equus indomitus euadet durus, & filius remissus euadet præceps.

Timor seruilis vtilis.

Timor autem filialis fugit peccatum, quia peccatum, quia turpe: etiam si ipsi non deberetur pœna, vitaret. Et separat inter turpitudinem, & pœnam, & non attendit, quãdo fugit, nisi turpitudinem, quia scit Deo displicere. Vnde comparatur auro purgato. Aurum enim non purgatũ habet in se partes terreas admixtas, sed aurum purgatum non habet. Sic timor seruilis dum fugit peccatum, quia pœnale: non pure fugit peccatũ. Habet enim adhuc quasi terreas partes admixtas, ideſt terrenum affectum, & carnalem, sed purgatur in conflatorio charitatis. Qui fugit peccatum propter pœnam: non intuetur faciem peccati, sed caudam. Facies peccati offensa Dei, turpitudo eius, & huiusmodi. Cauda, eius pœna. Ideo dicitur Eccl. 21. Quasi à facie colubri fuge peccata. Qui diligit Deum, iam fugit peccatum, quia Dei est offensa, & ei scit displicere. De hoc auro dicitur Iob 28. Auro locus est in quo conflatur, ideo dicitur. Timor Domini sanctus, quia sanctus est quasi sine terra. Comparatur autẽ auro propter pondus, precium, colorem. propter põdus, quia sicut aurum ponderosius est alijs metallis: sic & timor superponitur cęteris affectionibus. vnde sicut pondus leuibus solet superponi, ne tollantur à vento: ita omnibus diuitijs virtutum, & donorum, ne à vento vanitatis tollantur timor superponitur. Vnde vltimo enumeratur Isa. 11. Egredietur virga de radice Iesse, &c. & tandem. Et replebit eum spiritus timoris Domini. Timor est sicut circulus quo dolium stringitur, & religatur ne vinũ effluat per rimas, & aperturas vasis, sic timor conscientiam restringit, ne virtus effluat per vanitatem. Vnde Eccle. 1. Timor Domini scientiæ religiositas. Religiositas custodit, & iustificat cor. Religiositas dicitur à religando. Timor comparatur auro propter

Timor filialis peccatũ fugit & auro cõparat' purgato.

Timor Domini, sanctus.

Pluribus de causis timor auro comparatur.

Timor est sicut circulus.

propter precium, vir timoratus non reputat opera sua, & dicit illud Luc. 17. Cum omnia bene fecerimus dicamus quòd inutiles serui sumus. Ideo Iob 9 dicebat. Verebor omnia opera mea: sciens quòd non parceres delinquenti. Hinc est, quòd quanto magis vilescunt opera cuiusque in conspectu suo, tanto præciosiora apparent in conspectu Domini.

Timor comparatur auro propter colorem. color enim auri quodammodo pallidus est, & pallor attestatur timori, maxime ille qui mixtus est cum amore. Vnde Ouid. Palleat omnis amans, & in Ps. 47. Si dormiatis inter medios cleros pennæ colũbæ deargentatæ, & posteriora dorsi eius in pallore auri. Duo cleri, sunt duæ sortes. æterna bona, & temporalia: inter quæ dormit', qui positus inter hæc, & illa, contemnit temporalia expectat æterna, quasi ab his suspensus, & ad illa suspirans. Iuxta verbum Iob 7. Suspendium elegit anima mea. Hæc anima propter innocentiam comparatur columbæ, cuius pennæ deargentatæ sunt, scilicet virtus, & dona quæ volant ad Deum. Pennę pertinent ad affectum, deargentatio ad intellectũ. vnaquæque penna deargentatur cum dicitur. Et requiescet super eum spiritus sapientię, & intellectus &c. Posteriora in pallore auri, quia omnium donorum postremum est timor, quasi larriere garde, ideſt vltima custodia, & acies in exercitu virtutum.

Ab honore commendat timorem cum dicit Domini. Timere timore mũdano quo quis timet pro amissione rerum, vel humano, quo quis timet pelli suæ, non est, nisi vilitas, & deiectio cordis. vnde dominus dixit Matt. 10. Nolite timere eos qui occidunt corpus &c. Sed hæc omnia contemnere propter Deum magnificentia est, & honor. Et sicut dicitur vulgariter serviens regis par est comiti, ita de timore quo Domino seruitur. vnde. Cui seruire regnare est. Et Ecclesiastici 10. Magnus est iudex, & potens in honore, & non est minor eo qui timet Dominum. Et Eccl. 1. Timor Domini gloria, & gloriatio, & lætitia, & corona exultationis. Sicut enim ipsa charitas erit in præmium nostræ concupiscibilis: sic & timor erit in præmium nostræ irascibilis quo ipsa irascibilis coronabitur, quia de superbia triumphabit.

Timere mundano timore est vilitas.

A per-

A permanentia: manet enim timor (& si fides non maneat) saltem quantum ad vsum reuerentiæ, qui tãto maior erit quanto magis cognoscemus maiestatem à cuius magnitudine quasi fulgure repercussi resiliemus in nostram paruitatem. vnde Ezech. 1. Cum fieret vox super firmamentum, quod erat super caput eorum stabant, & submittebant alas suas. Alas ad vocem, quæ est super firmamentum submittere, est ad cognitionem sublimitatis diuinæ magis ac magis se humiliare, & se in suam paruitatem redigere.

De memoria passionis dominicæ, quæ est omne sacrificium.

IN PSAL. XIX. SERM. XLI.

Memoria passionis Domini.

MEmor sit omnis sacrificij tui &c. Hic docemur qualiter debemus esse memores passionis Christi, quæ sola potest dici, omne sacrificium, quod vt supra dictum est fit, & in sartagine, & in craticula, & in clibano. Vel quia consummatio est omnis sacrificij, dicitur omne sacrificium, vel quia licet vnum de se fecerit sacrificium, in illo vno multa continẽtur, quia quot iniurias, quot contumelias pertulit, tot de se sacrificia exhibuit. Sicut ergo epulones delitiosi de corporali cibo faciũt, ita de hoc cibo spirituali viri spirituales. Cibus quidem corporalis delitiosus comeditur delitiose, in ore versatur, dẽtibus atteritur, & masticatur. Morose, & diu tenetur. Tãdem traijcitur, & incorporatur. Sic & de isto cibo animę seu intellectus. Quasi in ore versatur, dum in grossa cogitatione reuoluitur, & fide tenetur, siue creditur. Quasi dẽtibus atteritur, dum partes ipsius passionis cõsiderantur. Quasi morose tenetur, quando anima afficitur, & delectatur. In corpus traijcitur dum inde nouus homo, per omnia membra sua nutritur. Mẽbra noui hominis sunt omnes sensus, omnes virtutes: qui ex hoc debent roborari. Sicut ergo de cibo corporali dicit Seneca. ita de hoc dici potest, nõ prodest cibus, nec corpori accedit qui sumptus statim

Quõ considerãda sit passio Christi.

statim emittitur. Gulosus similis est, Leoni & lupo, qui nihil saporant, sed prę nimia auiditate transglutiunt. Vnde Dan. 6. dicitur. Non peruenerunt vsque ad pauimentum laci donec arriperent eos leones, & omnia ossa eorũ comminuerunt. Si peccator masticaret morsellum peccati, inueniret intus saporem amarum pęnalitatis, & pęnitudinis, sed non facit nisi transglutire. Vnde Eccles. 23. Anima calida quasi iguis ardens non satiabitur donec ali quid glutiat. Sed si epulones delitiosi de cibo corporali, vt totum hauriant, & saporem eliciant, ita solliciti sunt, cum transitoria sit, & breuis illa delectatio, quantumcũque eam extendere laborent: quanto magis hoc debet fieri in hoc cibo spirituali: cuius saporatio non est vnica, sed multiplex, & infinita: nec momentanea, sed æterna. vnde leccatores irridet Iohel 1. Expergiscimini ebrij, & flete, & vlulate qui bibitis vinum cum dulcedine, quoniam perit ab ore vestro. Et in Ethicis narrat Aristo. Leccatorem quendam dixisse, vtinam haberem collum gruis &c. Cibus iste spiritualis propter multiplicem saporẽ per manna significatus est. de quo dicitur Sap. 16. Quibus dedisti concupiscentiam delectamenti sui nouum saporem. Et Num. 11. Colligens illud frangebat mola, siue terebat in mortario, faciens ex eo tortulas saporis quasi panis oleacei. Quid est mola frangere, nisi passionem Christi per partes diuidere? Quid est inde tortulas facere, nisi ad singula tormẽta torqueri, & gemere, & quasi saporem oleaginum sentire in affectus compassione? Ideo dominus cõparat se grano frumenti, quod mola crucis attritum est. Ioan. 12. Nisi granum frumenti &c. Et Isai. 53. Attritus est propter scelera nostra. De hoc grano attrito, farina efficitur qua pulmẽti amaritudo dulcoratur 4. Reg. 3. Hęc est farina quàm tulerunt filij Israel in pallijs suis Exod. 3. Hæc est similia. de qua dicitur Leu. 1. Detracta pelle hostiæ artus in fruſtra concident, & subijcient in altari ignẽ strue lignorum ante composita, & mẽbra quæ cæsa sunt desuper ordinantes. Pellis detrahitur, quando similitudo carnis peccati in Christo attenditur, & quòd sine peccato, & pro nostris peccatis passus est, consideratur. Artus in fruſtra conscinduntur, quando diuersitas tormentorum, per partes, distinguuntur. Iguis in altari subijcitur, quando ex

Mola frãgere est diuidere passionẽ Christi per partes.

do ex ijs in corde nostro ignis accenditur. Strues lignorū componitur, quando omnia beneficia Christi quæ egit in passione in vnum colliguntur. Ligna enim ignem nutriūt: in nobis quidem nullum meritum inuenimus, quia omnes indigni eramus. Quid ergo tantum in nobis ignem charitatis accendit, quantum id cōsiderare, quòd nulla nostra merita, sed sola ipsius pietas, sola ipsius gratia compulit ipsum ad hoc, sicut dicitur in hymno. Quæ te vicit clementia &c. Strues ergo lignorum est congeries omniū beneficiorum Christi, & maxime hæc suprema gratia. Mēbra cæsa ordinantur desuper, quando quid primo passus, quid secundo, & sic deinceps fuerit pro nobis, attenditur. Quod valde necessarium est attendere maxime laicis, qui horas non cantant, vt ipsi loco horarū, quod Christus singulis horis passus fuerit diligenter attendant, & pro singulis ingemiscant. verbi gratia. In horis matutinis in horto captus, & tentus à discipulis est derelictus. Qui hoc cogitat, horas cantat Deo matutinas. In hora prima ad Pilatum ductus, ad columnam ligatus, virgis cæsus, faciem velatus, harundine percussus, & colaphizatus, genibus flexis illusus. Hora tertia clamatum est cōtra eum, Crucifige, crucifige, crucem ferre coactus, vestibus spoliatas. Hora sexta in crucem est extensus, manus & pedes clauis confixus, felle & aceto potatus. Hora nona qua cū clamore valido expirauit: lanceatus est, & de latere exiuit sanguis, & aqua. Hora vndecima, id est vespere, de cruce depositus, & ad terram extensus, syndone inuolutus. Hora duodecima, scilicet completorij hora, lapis ad ostium sepulcri admotus, lapis signatus, à Iudæis custoditus. Attende ergo, quòd omnes horas diei sanctificauit Christus in passione sua. Si ergo qui locum ab Episcopo sanctificatum, vel sacratum polluit, sacrilegium committit, quanto magis qui tempus ab ipso Christo sanctificatum. Omnia momēta sancta sunt, vide ne polluas, sed sicut dicitur Eccle. 4 Fili conserua tempus, & declina, seu deuita à malo. Alioquin fiet tibi, quod dicitur Thren. 1. Vocauit aduersum me tempus.

Laici attēdere dēnt, quid Christus singulis horis sit passus.

De

De maledictionis, & benedictionis ortu, & inter se comparatione.

IN PSAL. XX. SERM. XLII.

QVoniam præuenisti eum in benedictionibus &c. Hic quinque sunt attendēda. Vnde principium maledictionis. Quo ordine venit maledictio. Vnde principiū benedictionis. Quo ordine venit benedictio. Quo modo superabundauit benedictio maledictioni. Principium maledictionis fuit Lucifer. primus quidem fuit, qui dignus fuit maledictione merito suo, & excommunicatus, & à Deo de cęlo bannitus, & proscriptus. De bannitione, & proscriptione eius in Apo. 12. Proiectus est accusator fratrum vestrorum &c. De maledictione, Genes. 3. Quia fecisti hoc, maledictus es inter omnia animātia &c. Excommunicatus etiam fuit maiori excommunicatione, quæ dicitur secundum canones Anathema. Et ista fit per separationem à consortio aliorum, per priuationem etiā sepulturæ, candelis extinctis, pulsatis campanis. Similiter diabolus separatus est à consortio, & quasi fœtidus vsurarius insepultus proiectus est. De vtroque habetis Isai. 14. Quasi cadauer putridum non habebis cōsortium, neque cum alijs eris in sepultura. Item candelæ fuerunt extinctæ, quādo gratię quibus illuminabatur omnes sunt abolitæ. Vnde dominus ad ipsum per Ezechielem 34. Perdidi te de medio lapidum ignitorum à Cherub eleuatū est cor tuum in decore tuo, in terram proieci te. Item pulsatis campanis. Quia omnis chorus cęlestium intelligentiarum in hoc consensit, & eidem insultauit. vnde dicitur Isa. 14. Qui te viderunt ad te inclinabuntur teque prospicient: nunquid est iste vir &c.

Principiū maledictionis Lucifer.

Non dicendum est quo ordine venit in nos maledictio. Qui communicat cum excommunicato, excommunicatus est: sic primi parentes nostri communicauerunt diabolo dicenti. Quacunque die comederitis &c. ideo excōmunicati fuerunt &c. De qua excommunicatione Eccle. 13 Qui tetigerit picem inquinabitur ab ea, & qui cōmunicauerit

Quo ordine in nos venit maledictio.

nicauerit superbo induet superbiam. Quid communicabit cacabus ad ollam, quando enim se colliserint cõfringetur. Primo fuit Lucifer phiala plena odoramentis, postea factus est niger cacabus. Testa fragilis erat humana natura, quæ collisa cum diabolo contracta est.

Ad ordinem pertinet, quod per fœminam venit ad virum. Sed hæc excommunicatio fuit minor. vnde potuit absolui, quia non permanebit spiritus meus in homine, quia caro est. Ideo Adæ dictum est Gene. 3. Maledicta terra in opere tuo &c. Non dixit sicut prius diabolo. Maledictus es. De ipsis in totam posteritatis massam venit.

Principiũ nostrę benedictionis.

Item vnde principium nostræ benedictionis? certè non à meritis nostris, quia omnes tenebamur rei sub maledictione culpæ, & pœnæ, sed à Domino venit. Ideo dicitur præueniſti eum in benedictionibus dulcedinis &c. Et rectè benedictio quidem non fit, nisi à sacerdote. Et fit manu, & verbo. Sed Deus pater quasi verbum suum cohibebat à nobis tanquàm excommunicatis post peccatũ Adę, antequàm filius mitteretur in carnem, qui est verbũ eius. Onde autem voluit verbum suum incarnari, quasi verbo suo nos allocutus est. primo quidem per interpositas personas, scilicet prophetas. tandem ore proprio, quado misit filium suum. vnde ad Hebrę. 1. in principio. Multipharie multisque modis olim Deus loquens patribus in prophetis, nouissime diebus nostris locutus est nobis in filio &c. & quasi iam non habemur pro excommunicatis. Et hoc incepit à salutatione facta beatæ virgini cui dictum est, Aue gratia plena &c. Non solo autem verbo fit benedictio, sed & manu, quæ debet tunc extrahi, & extendi. Manum clausam tenebat, & quasi in sinu, cum filium habebat apud se pater: manum extraxit, & aperuit, quando filium misit. Quod pulchre significatũ est Exod. 4. vbi dicitur, quòd Moyses extraxit manum de sinu, & apparuit leprosa. Sic & filius Dei lepra infirmitatis nostræ est percussus, quando apparuit incarnatus. Is. 53. Reputauimus eum quasi leprosum, & percussum à Deo. Vt hanc manũ aperiret, & omnes benediceret, omnes desiderabant quasi clamantes, Aperi, aperi. Vnde Psal. Aperis tu manum tuam, & imples &c. Et item. Aperiente te manum tuam &c. Nota quòd in sanatione leprosi vsus est manu, & verbo, quia

bo, qa manu tetigit, & verbo locutus est, vt habetur Mar. 1. Extendit manum suam, & tangens eum ait. Volo mũdare. Ideo etiam, quia sacerdos est, missus est ad benedicendum, cum dicitur. Tu es sacerdos in æternum &c. Qui obtulit se metipsum in ara crucis.

Quo ordine venit benedictio? Eo ordine quo maledictio, scilicet per mulierem. Vnde prophetizans Elizabeth dixit, benedicta tu inter mulieres, quod significatum est per Iahel. de qua Iudic. 5. Benedicta inter mulieres Iahel, vxor Aber Cinei. Quo ordine uenerit benedictio.

Quomodo superabundauit benedictio maledictioni (maior enim fuit benedictio quàm maledictio) habetur ad Rom. 5. Sed non sicut delictum, ita & donum &c. Et Eccles. 39. Benedictio illius quasi fluuius inundabit &c. In fluuio enim notatur abundantia. Multiplicem enim infudit benedictionem. Ideo dicitur. Præueniſti eum in benedictionibus. Est etiam triplex. Prima est in qua nos dominus præuenit. Hæc est dulcedinis. Secunda in qua comitatur, & hæc est fortitudinis. Tertia in qua nos commendat, hæc est plenitudinis. Prima pertinet ad gratiam iustificationis. Secunda ad gratiam conseruationis. Tertia ad gratiam consummationis. Primus Adam præuenit nos maledictionibus amaritudinis. Vnde antequàm nascamur sumus filij iræ. Vnde, in Psal. Præoccupauerunt me laquei mortis. Triplex benedictio.

De tribus modis quibus ponit Deus homines deorsum.

IN PSAL. XX. SERM. XLIII.

Tribus modis dominus ponit aliquos dorsum.

QVoniam pones eos deorsum &c. Nota, dominus ponit aliquos dorsum diuersis modis, quantum ad semetipsos, quantum ad diabolum. quantum ad Deum. Quantum ad semetipsos per insensibilitatem. Ex parte enim dorsi nulli sensus sunt, nec visus, nec auditus, nec odoratus. Visum non habet, qui futurorum non habet prouidentiam: auditum non habet, qui

Primo quantũ ad semetipsos.

qui non habet obedientiam. Olfactum, qui non habet spem de æternis, & ita de alijs. Quando ergo spirituales sensus amittuntur, anima quasi dorsum efficitur. Immo sicut truncus, vel idolum cęcum, & mutũ. de quibus Psal. Os habent &c. Ezech. 23. Nasum tuũ, & aures tuas præcident. Quantum ad diabolum: per affectus inclinationẽ incuruat se diabolo, & facit bochedorse, seu buchedorsei qui est ludus puerorum, ideſt dorsum incuruatum. Iuxta verbum Isa. 51. Incuruare, vt transeamus. Posuisti, vt terminum corpus tuum, & quasi viam transeuntibus, vt ait Beatus Bernar. Noli acquiescere dicenti incuruare. Noli credere dicenti, vt transeamus, quia non est transiturus, sed te grauiter oppressurus. In Psal. Miser factus sum, & curuatus &c. Si enim incuruaueris dorsum tuum: diabolus faciet de te iumentum suum, & equitabit te.

Secundo quantũ ad diabolũ.

Quantum ad Deũ ipsum. ponit dominus aliquos dorsum, ideſt addorsat eos, & auertit se ab eis per reprobationem. vnde Hiere. 18. Sicut ventus vrens dispergam eos coram inimico. Vt sint circa flatum tentationis, vt folia in autumno vento vrente siccata, quæ statim cadunt. vnde Isa. 43 Cecidimus quasi folia vniuersi &c. & additur Hier. 18 Dorsum, & non faciem ostendam eis. Et non immerito, qui enim prius adorauerunt Dominum, postea sunt quasi vertentes ei tergum. Et hoc peccatum, quasi illusio, est reprehensibile in multis personis in ministro, in discipulo, in sponsa, in sacerdote, in milite. Minister quidem reprehensibilis est de contemptu. Quia hoc ipso videtur contẽnere Dominum suum cui debet flexis genibus ministrare, cum ei vertit dorsum. Agnoscat vnusquisque se esse seruum Domini, & non vertat ei scapulas, sed humiliter seruiat. Qui vertit dorsum: auertit vultum. Vultus est voluntas, vultum auertit, qui voluntate à Deo recedit, tergum vertit qui Deum contemnit. De huiusmodi conqueritur dominus per Zachariam dicentem cap. 7. Verterunt mihi scapulam recedentes à me.

Tertio quantum ad Deum.

Plures reprehensibiles sunt vertentes tergũ Domino.

In discipulo qui audit loquentem magistrum, & talis reprehensibilis est de contumacia, qui deberet adhibere cor, & aurem, & vertit scapulam. Totiens dominus loquitur, & nos erudit quotiens flagellum tribulationis, vel infirmitatis immittit, sed loquenti dorsum vertit, qui disciplinam

plinam patienter non recipit. vnde in Psalmo. Odisti disciplinam &c. Et Ecclesiastici 21. Audiet luxuriosus, & displicebit ei, & proijciet illud post dorsum suum. Et Proverb. 1. vocaui, & renuisti &c. Et Hieremiæ 32. Verterunt ad me dorsum, & non faciem, vt docerem eos diluculo.

In sponsa, quæ reprehensibilis est de odio, vel lenocinio, quæ sponso suo dorsum vertit, quæ ad lenonem suũ, & ad adulterum suum faciẽ gratanter conuerteret. Agnoscat se anima Christi sponsam, & ita non vertat ei scapulam. Vnde Canticorum secundo. Ostende mihi faciem tuam &c. Auertentem dorsum reuocauit, cum dixit Cãt. sexto. Reuertere, reuertere Sunamitis. Et per Isa. cõqueritur cap. 57. Iuxta me discooperuisti, & suscepisti adulterum &c.

In sacerdote, vel quocunque orante. nullus enim qui alij loquitur debet ei conuertere scapulam, quod si faciat reprehensibilis est de irreuerentia. Quia dicitur in galliceo, quòd vendit ei asinum. Quando quis orat, cum Deo loquitur, quòd si de alio cogitat auertit voluntatẽ, & quasi dorsum ei vertit. Et sicut vulgariter dicitur, vendit ei asinum. Vnde significatur per illos de quibus dicitur Eze. 8. Ecce in ostio templi Domini, inter vestibulum, & altare, quasi 25. viri dorsa habentes contra templum Domini, & facies ad orientem, & adorabant ad ortũ solis. Contra templum Domini habent dorsa, qui postponunt æterna. faciem habent ad ortum solis, qui diligunt temporalia, & non quærũt, neque volunt, nisi terrena. Quid enim per faciem hominis, nisi voluntas eius? De quibus dicitur Iob 31. Si vidi solem cum fulgeret &c. Qui ergo voluntatem, quæ est facies hominis auertunt ab æternis, quasi dorsum habent, contra templum Domini. Et qui corpore tantum existentes in Ecclesia, corde sunt extra, & mente tractant temporalia, faciem habent ad orientem &c.

In milite. Miles etenim qui tergum vertit in bello reprehensibilis est timiditate, & victus videtur. Agnoscat se anima esse militem Christi. Quia militia est vita hominis super terram. Iob 7. Vnde fortiter in bello tentationũ debet resistere, & viriliter dimicare, quòd si tentationi cedit: quid aliud est, nisi qui tergum vertit? Et quæ maior confusio filij Effrem &c. Vnde Hier. 46. Vidi eos pauidos,

& terga vertentes: fortes eorum cæsos &c. Et post. Iuxta fluuium Eufratem victi fuerunt, id est iuxta abundãtiam temporalium victi sunt, & Hiere. 49. Fugite, & terga vertite, descendite in voraginem omnes habitatores Dodan, quod interpretatur tale iudicium, quasi dicat, sicut domino terga verterunt: sic dominus faciet eis.

De quadruplici verme.

IN PSAL. XXI. SERM. XLIIII.

Tinea affectio est pœnitẽtis.

EGo sum vermis, & non homo &c. Inter diuersa genera vermium quatuor notanda sunt, scilicet tinea, teredo, intestinum terræ, & bombix. Tinea est affectio pœnitentis. Sicut enim tinea nascitur de vestimento, quod corrodit, sic & affectio pœnitentis, de ipso peccato. De consideratione damni, doloris. De turpitudine, pudor. De pœna, timor. Et sicut tinea vestimentum de quo nascitur consumit, ita & affectio pœnitentis peccatum. De hoc potest intelligi illud Oseæ 5. Ego tinea Effraym. Effraym interpretatur fructificãs, vis audire quomodo: audi Apostolum ad Rom. 6. Quem fructum habuistis in quibus nunc erubescitis. ecce tinea de Effraym, pudor de peccato: verba sunt culpæ ad eum, qui in ipsa delectatur. Ego, inquit, culpa tinea Effraym, & sicut putredo domui Iuda: qui cõfitens delectationem peccati putredinem reputat. Et Prouer. 25. Sicut tinea vestimento, & vermis ligno: ita tristitia viri nocet cordi. Hanc tristitiam necesse est sequi peccatum. Potest mystice per tineam intelligi Christus, quia sicut tinea de veste nascitur, & ipsam consumit, ita Christus secundum carnem de Iudæis nascitur, & eos merito peccatorum suorum destruxit, de quo intelligitur illud Oseæ 5. Ego tinea Effraym, & quasi putredo domui Iuda. Et hoc est, quòd vermis hederam consumpsit. Sicut dicitur Ioue vltimo: præparauit dominus vermem ascensu diluculi in crastinũ, & percussit hederam, & exaruit. Ascensus diluculi, ortus Christi, qui in crastinum dicitur fieri: prima dies tempus legis. Secunda dies tempus gratiæ. vnde 1. Reg. 11. Cras erit vobis

Per tineã mystice intelligitur Christus.

vobis salus cum incaluerit sol. Vermis præparatus Christus missus à patre. vermis consumit hederam, & gratia Christi legem. Ipse itaque dicit: ego sum vermis, & non homo.

Teredo vermis mansuetudinis. Teredo vermis tenerrimus, & mollissimus est, & tamẽ lignum durum sua penetrat lenitate, & duritiam oportet paulatim lenitati cedere. vnde Prouerb. 16. Qui dulcis eloquio est maiora reperiet, & Prouerb. 25. Patientia leniet principes, & lingua mollis confringet duritiam. Et in eodem 5. verbum dulce multiplicat amicos &c. Mysticè Christus dicitur teredo vermis tenerrimus, cuius mansuetudini quantacunque duritia non potest resistere. vnde in passione non fine figura lapides scissi sunt. Et de Dauid in figura dicitur 2. Reg. 23. Ipse tenerrimus ligni vermiculus vno impetu interfecit octingentos. Vno impetu dicit, quia sunt, qui in se luxuriam interficiunt, & superbiam non destruunt. Octingenti significant omnia genera vitiorum carnalia, & spiritualia, octingẽtos ergo vno impetu interfecit, quia carnalia simul vitia, & spiritualia destruxit.

Teredo vermis est tenerrimus.

Mysticè Christus dicitur teredo.

Intestinum terræ est vermis, vt dicit Aristo. in libro de natura animalium, qui est in pratis, & nascitur de terra longus, & significat humilitatem: quæ nascitur in nobis ex consideratione vilitatis nostræ, & originis. Vnde Micheæ 6. Humiliatio tua in medio tui. Et Eccles. 10. Quid superbis terra, & cinis? &c. Iste vermis non potest se extẽdere, nisi prius contrahat se. Hæc est humilitas, quæ sui contractione crescit. Vnde Luc. 14. Qui se humiliat exaltabitur &c. & hoc competit Christo, qui etiam sua humilitate exaltatus est. Vnde Apostolus ad Phi. 2. Factus est obediens &c. propter quod, & Deus exaltauit eum &c. Et Eccle. 11. Erexit eum ab humilitate &c.

Intestinũ terræ vermis est significans humilitatem.

Bombix, est vermis se ipsum cõsumens, vt de se eliquat sericum. Vnde per ipsum significatur prudentia spiritus, quæ quicquid carnale est in nobis tabescere facit, vt nouitatis comparet indumentum. Quia sicut dicit Eccles. 31. Vigilia honestatis tabefaciet carnes. Prudentia autẽ carnalis, vel mundi se euiscerat, sicut aranea, vt fragilem telam texat. Vnde Isa. 59. Oua aspidum ruperunt, & telas araneæ texuerunt. Vnde Oseæ 8. In aranearum telas erit

vitulus Samatiæ, quia ventum seminabunt, & turbinem metent. Bombix est Christus mystice. Bombix à seipso deficit, vt faciat sericum, & Christus se exinaniuit, vt faceret nobis sericum indumentum. Vnde Prouerb. 30. De sapientia Dei: Sindonem fecit, & vendidit &c. Quia sericum deitatis pro luto nostræ mortalitatis commutauit. O admirabile, inquit Ecclesia, commercium: Bombix multotiens mutat figuram suam, primo enim est quasi in quodã ouo, & habet pedes, & est sine alis, tandẽ surgit de ouo habens quatuor alas, & sex pedes, & duo additamenta in fronte, & tunc est in sua perfectione. Ista triplex mutatio significat triplicem Christi mutationẽ. Prima mutatio Christi in incarnatione: tunc sicut bombix habuit sex pedes, id est perfectus fuit Quia senarius numerus perfectus est Hier. 35. Mulier circundabit virum gremio vteri sui. In secundo bombix deponit formam suam, & induit aliam figuram: quod Christus fecit in transfiguratione. Tandem bombix procedit cum alis quatuor exuens omnem suam imperfectionem, & cum additamentis, sic & Christus in resurrectione. Cuius quatuor alæ sunt dotes glorificati corporis: duo additamenta, quòd dicit data est mihi omnis potestas in cœlo, & in terra. Nota tinea nascitur de vestimento, & sine commixtione. Christus de carnali populo. Teredo de ligno, Christus de populo Iudæorum duro, & obstinato. Intestinum de terra: Christus de Virgine Maria, vel de populo terreno. Bombix Christus in incarnatione. In transfiguratione i In resurrectione.

Triplex mutatio bombicis importat triplicem mutationẽ Chri.

Pœnitentia. Tinea.
Mansuetudo. Teredo Christus.
Humilitas. Intestinum terræ.
Prudentia spiritus. Bombix.

De

De Leone, & Vnicorne significantibus diabolum.

IN PSAL. XXI. SERM. XLI.

Vnicornis & leo significant diabolũ. Mẽbra diaboli sunt mali homines.

SAlua me ex ore leonis, & à cornibus vnicornium humilitatem meam. Per vnicornem, & Leonem significatur diabolus: cuius membra sunt mali. Leo habet os, siue rictum patulum, & distentum, & amplum, & etiam fœtidum. Et in hoc significantur gulosi, & voraces, qui sunt os diaboli, os inferni. Quia insatiabiles, & comparantur inferno. Vnde Isai. 4. Propterea dilatauit infernus animam suam, & aperuit os sinum absque vllo termino, & descendent fortes eius, & sublimes eius. Gulosi eius ad eum. Et Prouerb. 1. Frustra deglutiamus, sicut infernus viuentem &c. De fœtore dicitur. Sepulcrum patens est guttur eorum. Item leo habet vngues aduncos, & hoc attestatur eius rapacitati. Sicut os patulum correspondet eius voracitati. Vnde per hoc significatur rapacitas diaboli, & suorum. Hinc dicitur in Epistola Petri. Aduersarius vester, quasi leo rugiens &c. Nihil enim secundum naturam magis alienum videtur ab homine quàm gulositas, & rapacitas. Quia inter animalia magni corporis nulli animali dedit natura tã parvum os secundum quantitatem corporis, sicut homini. Sicut dicitur in libro de animalibus, in hoc ipso ammonens eum de refrenatione gulositatis. Ingenita est etiam dare ei vngues paruos, & non recuruos, ad detestationem rapacitatis, ostendens quòd prouior debet esse ad dãdum quàm ad retinendum, vel ad rapiendum. Sicut dicitur Eccles. 4. Non sit manus tua ad recipiendum porrecta, & ad dãdum collecta, ideſt clausa, hoc est quasi habere vngues recuruos, ideo contra rapacitatem dicitur Eccles. 14. Ante mortem benefac amico tuo, & secũdum vires tuas porrige. pau. Modicitas etiam oris admonet hominẽ de persimonia: de qua dicitur Eccles. 10. Beata terra cuius rex nobilis est. Quod fit, quando ratio dominatur sensualiti, & cuius principes vescuntur in tempore suo: ad reficiẽdum non ad luxuriam, quod fit, quando in sensuum ap-

Quare natura ospar uũ vngues paruos, & non curuos homini dederit.

petitu ministratur, quod est necessitatis, & subtrahitur, quod est superfluitatis. Vnde Seneca dixit palatum tuum fames excitet non sapores. Item Eccl. 31. Vtere quasi homo frugi ijs, quæ tibi apponuntur, ne odio habearis multum comedens cessa prior causa disciplinæ. Item leo opprimit minora animalia: in quo significatur violētia diaboli, & suorum qui in subiectos tyrannidem exercent. Vnde Eccl. 4. Noli esse sicut leo in domo tua &c. & Eccl. 13. Venatio leonis onager in eremo &c. Et Iohelis 1. Gens ascendet super terram fortis, & innumerabilis dentes eius, vt dentes Leonis, molares eius, vt catuli Leonis. Dentes Leonis sunt præpositi, & bedelli principum. Rurales decani, & officiales Episcoporum quibus atterunt subiectū sibi populum. Item leo habet ossa durissima, & sine medulla. In quo significatur duritia diaboli. Osee 5 Effraim quasi scopulus durissimus &c. Vnde Iob 12. Cor eius indurabitur, quasi lapis. Hi sunt qui cunque insensibiles, & immisericordes, sine medulla piæ affectionis. Vnde ad Rom. 1. Sine affectione, sine fœdere &c. Ossa autem Christi sunt fortes in Ecclesia, pleni medulla misericordiæ. Vnde Prouerb. 3. Sanitas in vmbilico tuo erit, & irrigatio ossium tuorum. Item ossa Leonis collisa ignē faciūt emicare. vnde significant impatientes, & iracundos, qui quādo collidunt se verbis rixarum, & dissensionum emicat Iguis. Prouerb. 16. Vir insipiens fodit malum, & in labijs eius exardescet ignis, & Prouerb. 26. Sicut carbones ad prunas, & ligna ad ignem, sic homo iracundus suscitat rixas.

Vnicornis designat singulatē superbiam diaboli.

Natura vnicornis.

Per vnicornem designatur superbia singularis diaboli, & suorum. Quod animal, vt dicitur ex nimia indignatione si prēter suam voluntatem detinetur moritur. Vnicornis habet cornu vnicum, & illud gestat in nare, vt dicit Beatus Greg. In nare fatuitas. in corde elatio. Vnde Prouerb. 11. Circulus aureus in naribus suis. Mulier pulchra sæcularis eloquentia. Mulier pulchra, & fatua, pulchra per verbum, fatua per intellectum, ideo circulus au. in naribus suis, circulus aureus per verborum splendorem, sed in naribus suis, idest porcæ cuius est terram fodere, per terrenam cupiditatē. de hoc Iob 39. Nunquid volet Rhinoceros, idest vnicornis seruire tibi, aut morari ad præsepe tuum.

pe tuum. Sęculari eloquētia tumidus Christo seruire nescit qui humilitatem docuit, nec morabitur ad eius præsepe qui cito fastidit pabulū sacræ Scripturæ, quæ est præsepe Domini. Sunt tamen qui longè diuersa putent animalia vnicornem, & rhinocerota.

Fraudulenta etiam cautela diaboli, & suorum per vnicornem significatur: hæc est cautela vnicornis, quòd quādo canes eum sequuntur, stercus quod Aristoteles vocat duram superfluitatem, contra canem valide intorquet, vt canem per hoc distineat, & interim euadat. Canes sunt prædicatores, & doctores, qui tunc vnicornem insequuntur, quando prædicant, & malorum qui sunt corpus diaboli vitia reprehendunt. Stercus vnicornis temporalia bona prębēdę & huiusmodi, quę nouit diabolus eis proijcere, & per hoc eos facit tacere. Vix enim inuenietis quēquam qui prębendam recepit à Prælato, qui audeat eum constanter reprehendere. vnde Apostolus 1. Corinth. 9. Noluit propter hoc sumptus sibi debitos à subditis accipere. Vnde dixit 1. ad Corinth. 6. & 10. Omnia mihi licēt sed non omnia expediunt &c. Glo. ibi dicit non potest cōstanter argui à quo accipitur. maxime cum ille sit promptus ad dandum, vt sibi humiliet præpositum. Ideo Apostolus accipere, noluit ne dum acciperet, auctoritatē magisterij inclinaret. Eccl. 10. Exenia, & dona excęcant oculos, & quasi mutus in ore auertit correptiones eorū. Hic est etiam ramunculus in os canis proiectus, & facit eum obmutescere.

De quatuor circa mensam Domini considerandis.

IN PSAL. XXI. SERM. XLVI.

EDent pauperes, & saturabuntur, & laudabūt Dominum qui requirunt eum, viuent corda eorum in sęculum sæculi &c. Considera quatuor circa mensam Domini. Primo debent esse conuinæ, scilicet pauperes. non enim inuitat dominus, nisi pauperes, dicens. Edent pauperes &c. Secundo differē-

Universidad de Deusto Biblioteca

tia mensæ huius ad mensam mundi. Quia hæc mensa satiat. Vnde dicit. Saturabuntur. Tertio quid post mensam debent agere, scilicet, quòd debent gratias agere. Vnde dicit, Laudabunt Dominum. Quarto, quis effectus mensæ, quia vita animæ non corporis. vnde dicit, Viuent corda eorum &c.

Conuiuæ mēse Domini sunt pauperes, spiritu.

Conuiuæ igitur Domini sunt pauperes quos diuites abijciunt. Conuiuæ in mensa mundi non sunt, nisi diuites qui se recipere possunt vicissim, & quasi mercenaria est mensa eorum. Vnde in Epistola Iudę in principio. Hi sunt in epulis suis conuiuantes &c. Naum. 1. Sicut spinæ se inuicem complectuntur, sic conuiuium eorum pariter potantium consumetur. Luc. 16. Homo quidam erat diues, qui induebatur purpura, & byssо, & epulabatur quotidie splendide &c. Conuiuæ in mensa Domini sunt pauperes. pauperes dico spiritu, scilicet, qui temporalia contēnunt. Vnde & ipsi consueuerūt hoc dicere in benedictione mēsæ suæ &c. Edent pauperes &c. Sed credo, quòd falso, cum non sint pauperes spiritu. Iuxta illud Apostoli 2. Corint. 6. Tanquàm nihil habentes, & omnia possidentes &c. Tenentur enim pauperes pascere. Vnde non solum debent esse pauperes, sed primogeniti pauperum. vnde Is. 15. Pascentur primogeniti pauperū, & fiduciaⁱter requiescent. Sed sunt ipsi primogeniti diuitū, & ideo oppresso res pauperū, pauperes illi sunt qui sentiunt, & cognoscunt paupertatem suā. Ad quod exiguntur tria, vt scilicet cognoscat debita sua, quæ debet Deo pro expensis, quas in eius victu, & vestitu faciunt omnes creaturę. Ad eum calciandum multa animalia excoriantur: ad eum vestiēdum tot oues tondentur: ad eum cubandum molliter: tot anseres deplumantur: ad eius refectionē omnia seruiunt elementa: terra, aer, ignis, & aqua. vnde quidam. Quærit vt expoliet venatibus, alite, pisce, Gustus humum, gustus aera, gustus aquas. Nullum animal ita sumptuosum, vt homo, alia vt oues boues, & huiusmodi suis pellibus, & simplici cibo, & aquæ potu sunt contenta, sed hæc consideret homo, & vere se videbit debitorem.

Ad paupatē spiritꝰ tria sūt necessária. Primum.

Secundū.

Secundum est, vt consideret pœnuriam suam. nihil habet repositum in Arca cordis, scilicet virtutis: nihil reposuit sibi in granario, vel cellario cœli &c. de quibus Matthæi

Matthæi 7. Nolite thesaurizare vobis &c.

Tertio vt videat nuditatem suam, scilicet se exutum ab omni vestimento virtutum, de quibus in Apocal. 16. Beatus qui custodit vestimēta sua, ne nudus ambulet. Illi qui suam hoc modo vident paupertatem, sunt conuiuę Domini de quibus Threno 3. Ego vir videṡ paupertatem meā. Non enim vult dominus ebrios de mensa mundi iterum inebriare: immo esurientes implebit bonis, & diuites dimittet inanes. Sed clamantes, & dicentes (Quia pelle māge pain) panem nostrum quotidia. &c. Mat. 6. Vnde in Luca. 14. Exi cito in vicos, & plat. & pau. & deb. cę. & clau. introduc huc. Debiles sunt qui de se non confidunt, sed Deo innituntur. Cæci simplices, & minus literati. Claudi: quibus luctantibus cum Angelo fęmoris neruus emarcuit, id est carnalis affectus. Illi sunt de quibus dicitur. Matth. 11. Pauperes Euangelizantur. Non enim nisi pauperibus fit distributio Euangelij. Sapiens dispensator tēporalis bene cognoscit trutannos, & illos qui non habent merellos Domini, ideſt qui non habent nummū vilis metalli, datum in signum approbationis, quem afferentibus omnibus datur eleemosyna constituta. Et sic spiritualis. illis enim nihil dandum, qui non habent merellos Christi. Merellus Christi: paupertas est, & humilitas. vnde Luc. 2. Et hoc vobis signum: inuenietis infantem pannis inuolutum &c.

Tertium.

Huius mensæ differentiam ad mundanam norat cum dicit. Edent pauperes &c. Diuites huius mundi non saturabuntur. primo quia nihil ponunt in os, quod debent comedere, vbi fames, ibi debet poni cibus: anima est quę esurit: in ea ergo ponendus est si vis satiari. Ideo dicitur aperi os tuum: non dicitur aperi bursam. cupidus tantū aperit bursam, & horrea, & cellaria: illa non implent animā quæ esurit. Vnde Prouer. 13. Iustus comedit, & replet animam suam. Venter autem impiorum insatiabilis. Talis est stultior omni insano, quia nullus, ita insanus, qui nescit attingere ad os suum. Item os hominis, sicut caput potest dici filius Dei qui est os patris. Ipse esurit in membris suis, sicut dicit. Matth. 25. Valde crudelis est qui aliquid non ponit in ore Domini famelico.

Diuites huius mū di non saturabunt.

Secundo quia etiam si intēdit os suum, id est animam

implere,

implere, anima non est capax, quia sicut bursa non capit spiritualia, ita anima corporalia non capit, sed virtutes, & dona spiritus sancti diuitiæ sunt animæ tuæ, quæ replent animam: panes animæ, quæ satiant eam. Vide igitur quid ponas antequàm ponas. Vnde Prouerb. 20. Aperi oculos tuos, & satiare panibus. Ipse aspectus plerumque prouocat desiderium, & appetitum. Quid est, quod das animæ tuæ? pro pane lapidem, pro pisce serpentem, pro ouo scorpionem. Fides est ouum: spes, piscis: panis, charitas. Illa da animæ tuæ, sicut facit dominus Luc. 11. Quis vestrum &c. Quis ex vobis patrem petit panē &c. bene nouerat quid apponendum esset, qui dixit Luc. 12. Amice commoda mihi tres panes. Quia veritas panis est, nostræ rationalis. Bonitas nostræ concupiscipilis. Humilitas nostræ irascibilis.

Tertio quia quod intendit ponere in animam suā non est impletiuum. non enim habet soliditatem in se, quæ possit implere cor, quia cauum est in se. Detur, quòd esset impletiuum, tamen implere duo non potest, sed vnum tantum. vnde si implet bursam, iam non implet cor. Ideo dicitur. Filij hominū vsquequo graui corde &c. & Prouerb. 21. Suauis est homini panis mendacij, & post os eius implebitur calculo. Et Isai. 55. Quare appenditis argentum vestrum, & non in panibus &c. & Aggei 1. Comedistis, & non estis saturati. Et primæ ad Cor. 4. Iam saturati estis, iam diuites estis &c.

Post mensam Deo agēdę sūt gratiæ.

Post mensam agendæ sunt gratiæ. vnde consueti sunt dicere, Benedictus qui creauit, & pauit, & redemit nos. Ingratus censetur, quide solo exenio sibi facto non reddit gratiarum actiones: quāto magis nos ingrati, qui omnia bona à Deo recepimus si gratiarum actiones nō reddimus. Vnde 1. ad Corin. 4 Quid habes, quod non accepisti: si accepisti &c. Vnde superbus, quando de bonis operibus, quæ sunt beneficia Dei superbit, & ascribit sibi ipsi, & non Deo gratias agit. ille est peior idolatra qui colit alium, & non seipsum, quia idolum: iste seipsum colit, & ab alijs coli appetit. Indignatur etiam eis, qui non laudant eum, & in hoc per Nabuchodonosor significatur, de quo Dan. 3. Si quis (inquit) non adorauerit statuam mittetur in caminum ignis.

Qui

Quis effectus mensæ, scilicet vita animæ. Vnde viuent corda eorum &c. ideſt comedentium. Illi soli comedunt, qui opere, & voluntate implent, Cibus iste est affectus, & non intellectus. Qui habet in intellectu quasi habet in arca, vel in corde panem, qui habet in affectu, habet ipsum in ore, vel in ventre. Qui tota die scribunt, & nihil aliud faciunt: ad verbum Dei corbes, & non ventres habent. Isti significantur per discipulos Ioannis. de quibus dicitur Mar. 2. Quare discipuli Ioannis, & Pharisæorū ieiunant, tui autem non ieiunant. Discipuli Ioannis sunt, qui dicunt, vel intelligunt, & non faciunt, & ideo ieiunare dicuntur: discipuli Christi qui agunt, & ideo spiritualiter reficiuntur.

Effectus mēsę Dñi vita est animę.

Sequitur thema, & fragmentum sermonis in eundem Psal. 21. de officio sacerdotis præsertim curati.

ANima mea illi viuet, & semen meum seruiet ipsi. Ita debet dicere sacerdos, quòd ipse debet Deo seruire, & Deo viuere, & tota parochia eius cum eo, quæ dicitur semen eius. Sed ipse similis est coruo misso à Noe ad quærēdum signum salutis, scilicet terram, sed insedit super cadauer. sic sacerdos malus &c.

Sacerdos Deo seruire debet.

Præparationi mensæ, quæ sint necessaria.

IN PSAL. XXII. SERM. XLVII.

PArasti in conspectu meo mensam &c. Ad mensę præparationem considerantur hæc omnia. Locus in quo comeditur, qui dicitur refectorium. Ministri qui præparant: cocus qui coquit: refectoriarius, qui seruit: locus in quo coquitur, qui dicitur coquina: modus coquendi fercula: quæ sit diuersitas ferculorum, quæ sint fercula quotidiana, & quasi obsonia, seu pittancię, qualiter ad refectorium accedēdum,

& qua-

Locus refectionis lectio est sacræ Scripturæ.

& qualiter comedendum. Locus refectionis, siue refectorium est lectio sacræ Scripturæ: vnde in Psalm. Dominus regit me, & nihil mihi deerit in loco pascuæ ibi me collocauit. Non est domus religiosa bene ornata, in qua nō est refectorium: similiter nec anima: quæ est domus Dei religiosa, in qua non est refectorium lectionis sacræ Scripturæ: quę pascit, quia non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei. Vnde dominus tanquàm bonus Abbas de refectorio interrogare iubet discipulos Luc. 22. Vbi est diuersorium vbi pasca cum discipulis meis manducem? Et Marc. 14. Vbi est refectio mea, vbi Pasca cum discipulis meis manducē? Qui non intrant hoc refectorium, sunt claustrales diaboli, & diabolo non Deo ieiunant: Sicut faciunt de quibus Marc. 2. Quare discipuli Ioannis, & Pharisæorum ieiunant: tui autem non ieiunant? Quia qui sunt discipuli Christi, siue claustrales Christi in hoc refectorio satiantur.

Ministri refectionis sūt donū intellectus, & donū sciētię. Prudentia mundi nō est bonus minister.

Ministri sunt refectoriarius, subrefectoriarius, & coqus. Refectoriarius est donum intellectus: subrefectoriarius donum scientiæ. Isti duo nouerunt, quæ apponenda sint, & quæ non. Istos quærebat sibi Psal. dicens: Intellectum da mihi, & viuam. Et iterum. Bonitatē &c. & scientiam doce me, &c. Prudentia mundi, vel carnis, vel diaboli, non sunt boni refectoriarij, quia prudentia mundi vana ministrat, quæ non satiant, & non quærit, nisi paleas. Vnde Exod. 5. Dispersus est populus in omnem terrā Aegypti ad colligendas paleas. Populus, scilicet rationis: paleas, temporaliura, quæ nec illuminant, nec ædificant, sed inflant, quia vt dicitur 1. Corinth. 8. Scientia inflat, Prudentia carnis ministrat immunda, vt furfurem, & siliquas porcorum. Sub tali refectoriario erat filius prodigus, dum erat monachus diaboli, vt patet Luc. 15. Sapientia diaboli apponit venenosa, quę interficiunt nō nutriūt, vtporè bufones, & serpentes, tanquam nos simus ciconię. Vnde Luc. 11. Quis ex vobis patrem petit panem, nunquid lapidem dabit illi, aut piscem, nūquid pro pisce serpentem dabit illi? Aut si petierit ouum. nunquid porriget illi scorpionem? Isti videntur coniurasse in mortem sanctorum. Coqus, ideſt diligentia coquendi, est diligens meditatio lectionis sacræ Scripturæ. Nam sicut coquina

est iuxta

est iuxta refectorium, sic meditatio proxima debet esse lectioni. Ignis quo omnia coquuntur est desiderium, siue amor. Refectorium igitur sine coquina, est lectio sine meditatione. Coquina sine coquo nihil aliud est quàm meditatio sine diligentia. Coquina sine igne, est meditatio sine desiderio, & amore. Nolebat refectorium esse sine coquina: nec coquinam sine igne Psal. dicens. Meditabar in mādatis tuis, quæ dilexi. Meditabar, ecce coquina: in mandatis tuis, ecce refectorium: quæ dilexi, ecce ignis. Nolebat hæc omnia esse sine coco, ideſt diligentia dicens: Et in lege eius meditabor die ac nocte, ecce diligentia: Et iterum. Os iusti meditabitur sapientiam &c. Et Exod. 25. Vectes semper erunt in circulis, nec vnquàm extrahentur ex eis. Curiosi lectores, & auditores, ac doctores, qui quærunt videri, & non reſici, ideſt facere: coquinam quidem habēt, sed sine igne, ideſt sine amore. Et ideo dicitur Sap. 8. Quæsiui sponsam mihi eam assumere, & amator factus sum formæ illius. In coquina diaboli semper ardet ignis, cuius Princeps Nabuzarda, ideſt semper ardet ignis luxuriæ, vel cupiditatis.

Ignis quo oia coquū tur amor.

Modus coquēdi est, qui vel assa, vel frixa, vel elixa est esca, Assatur qui zelo Dei inflammatur. Frigitur, quando in propria tribulatione, quæ ignis est, oleum patientiæ & mansuetudinis, vel in aliena tribulatione oleū pietatis, & compassionis adhibet. Elixatur, qui compunctus aqua lachrymarum immergitur. De assatis, & frixis habetur Leui. 2. & 6. de illis, quę coquuntur in craticula, vel sartagine &c. E contrario, qui odit, vel ira aduritur cōtra proximum, de se facit diabolo assaturam, delitiosum valde ferculum, ira enim ignitum est. Vnde impius sui est hostis. Et Eccles. 1. Iracundia animositatis subuersio illius est. Qui in concupiscentia mundi tam diu frigitur donec consentiat, diabolo de se offert frixuram, & fit cremium ipsius diaboli, siue ferculum. Vnde conqueritur Psalm. Et ossa mea sicut cremium aruerunt. Qui vero aliena felicitate torquetur, quodammodo in aqua bullitur: aqua enim felicitas est, quam bullire facit per ignem inuidiæ, dum scilicet, vnde delectari, & satiari, ac refrigerari deberet, in sui tormentum conuertit. Vnde inuidus alterius rebus maresćit opimis. Et Iob 5. Virum

Modus coquēdi bos.

stultum

multum interficit iracũdia, & paruulum occidit inuidia. Quæ sit diuersitas ferculorum, & qualiter ad refectorium accedendum, & qualiter comedendum alibi dicetur, & non nihil in sequenti tangetur sermone.

De mensa vitæ æternæ.

IN PSAL. XXII. SERM. XLVIII.

PAraſti in conſpectu meo menſam &c. Circa mẽſam vitæ æternæ conſideranda ſunt tria. Quid proſit in præſenti. Quomodo conuiuę ordinabuntur, & qui excludentur. Qualis eius refectio in futuro.

Mensa vitæ ęternę, prodest ad cõtẽnẽdas delitias tẽporales.

Ad hoc in præſenti prodeſt, quòd proponere eã in conſpectu ſuo valet ad contemnendas delitias temporales. Si quis enim inuitatus fuerit ad menſam lautiorem abſtinet, ne forte ſi deprehenderetur ipſum comediſſe: offenderet illum qui inuitauit eum viſus, diffidere de largitate ipſius, vt etiam eſuriens lautius comedat. Ita & nos inuitati ad menſam illam, interim debemus abſtinere à mẽſa mundi, quæ quaſi quædam taberna eſt. In cuius rei ſignum ieiuni accedere debemus ad Euchariſtiam. Vnde Apoſtolus arguit Corinthios 1 ad Corinth. 11. Vnuſquiſque præſumit cœnam ſuam ad manducãdum &c. Ipſum enim quem ſub figura ſacramẽtali communicamus: hic quaſi granum cum palea, ibi abſque velamine participabimus. Vnde Ex adipe frumenti ſatiat te. Sunt quidã qui ſunt quaſi leccaores, qui expectare non poſſunt. Iſa. 28. Temporaneum ante maturitatem autumni. Quod cum aſpexerit videns ſtatim, vt manu tenuerit, vorabit illud. Et ſunt, ſicut bruta quæ appetitum ſuum ſequuntur. Vnde. Potabunt omnes beſtiæ agri. Valet etiam ad leuandas omnes tribulationes: proponere ſibi hanc menſam. Vnde ad Heb. 10 Rapinam bonorum veſtrorum cum gaudio ſuſcepiſtis, cognoſcentes vos habere meliorem, & manentem ſubſtantiam. Et 2. Corinth. 4. Hoc momentaneum, & leue tribulationis noſtræ, ſupra modum in ſublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis &c. Sapien. 3.

Valet ad leuandas tribulationes.

In

In paucis vexati, in multis bene diſponentur, &c. Melius quidem eſt tranſire de pœna temporali ad vitam æternã, quàm de menſa temporalis delectationis ad pœnas ęternas. Sicut impij tranſibunt, quod ſignificatur in Pſal. 77. Adhuc eſcæ eorum erãt in ore ipſorum, & ira Dei aſcendit ſuper eos. Et Iſa. 21. de Balthaſar. Pone menſam, contemplare in ſpecula &c. Cecidit Babylon. Et Dan. 5. Balthaſar rex fecit magnum conuiuium, & temulentus fecit afferri vaſa templi &c. vnde ſtatim vidit manum in pariete ſcribentem. Mane Thethel phares. De Aman Heſter. 4. Hoc honore dignus eſt quemcunque rex voluerit honorare. Et poſtea operuerunt faciem eius, & iuſſus eſt ſuſpendi.

Ordo cõuiuãtium in menſa vitæ ęternæ.

Secundo quomodo conuiuæ ordinandi ſunt. Gen. 43. Vbi Ioſeph lota facie à lachrymis ait. Ponite panes, quibus appoſitis ſeorſum Ioſeph, & ſeorſum fratribus: Aegyptijs quoque qui veſcebantur ſimul ſeorſum. Illicitum eſt enim Aegyptijs comedere cum Hebræis, & prophanum putant huiuſmodi conuiuium. Sederunt coram eo, primogenitus iuxta primogenita ſua, & minimus iuxta ætatem ſuam, & mirabãtur nimis ſumptis partibus quas ab eo acceperant: maiorque pars venit Beniamin, ita vt quinque partibus excederet. Biberũtque, & inebriati ſunt cum eo. Quod ait lota facie. Quia iuxta Iſa. 25. Auferet Deus omnem lachrymam &c. Quod dixit: ponite panes, hoc eſt quod habetis. Lucæ 12. Præcinget ſe, & tranſiens miniſtrabit illis: Ioſeph ſeorſum ſedere deſcribitur. Quia gloriæ Chriſti, nulla gloria comparatur. Vnde Pſal. 43. Quis in nubibus ęquabitur filio Dei? Primogenitus iuxta primogenita ſua. Quia vnuſquiſque coronabitur iuxta meriti ſui dignitatem, & mirabuntur, quia gloria ſua ſic cuique ſufficiet, quòd non alij inuidebit, ſed in altero ſibi complacebit. Quia Beniamin, qui erat minimus, maior pars venit, meritum humilitatis commendauit, quæ quãto ſe magis humiliat tanto magis eſt honorãda. vnde hoc ipſum oſtenſum eſt in prandio. Luc. 14. In quo dictum eſt illi qui vltimum ſibi elegerat locum: amice aſcende ſuperius. vnde & Beniamin frater erat Ioſeph vltimus, qui interpretatur augmentum. Quia humilitas, & augmẽtum germanæ ſunt, quia qui ſe humiliat exaltabitur.

Humilitas, & augmentum germanæ ſunt.

Sicut

Sicut sociantur paupertas, & diuitiæ, luctus & cõsolatio. Mat. 5. Beati pauperes &c. Sic humilitas, & exaltatio. Eccles. 11. Et exit eum ab humilitate &c. Hoc ipsum significat, quod portio eius in quinque partibus excellit. Quinarius enim numerus pyramidalis est: vnde quãdo disponitur in figura, quatuor vnitates supponũtur, quinta vnitas tanquàm conus superponitur, & hęc proprietas est figuræ pyramidalis, quòd magis potest in altum per se surgere, quàm alia figura corporis non pyramidalis. Vnde scirpus, siue iuncus ad hoc, vt surgat in altum, nodo nõ indiget, quia figuram pyramidalem habet. Hinc est, quod solet dici. Tu quæris nodum in scirpo. Spica autem ad hoc, vt surgat, nodo indiget, quæ figuram pyramidalem non habet. Ideo figura, quæ surgit in altum pyramidalis dicitur à pyr, quod est ignis, quia proprium est ignis in altum surgere. Et quia humilitati exaltatio rãquàm præmium debetur, rectè per quinarium remuneratio ei debita designatur. Secunda est, quia Paulus qui significatur per Beniamin, & propter humilitatem, & quia de tribu Beniamin fuit. Vnde de ipso exponitur illud. Beniamin lupus rapax: in fine Gen. & raptus est vsque ad tertiũ cęlum. Et de Beniamin dicitur. Beniamin adolescentulus in mentis excessu. Paulus inquam, qui omnibus sciuit loqui linguis, non omnibus volebat loqui ex humilitate. Sicut quidam, qui loquuntur ad iactantiam: immo dixit 1. ad Corinth. 14. Gratias ago Deo meo, quòd omniũ vestrum lingua loquor, sed in Ecclesia volo loqui quinque verba sensu meo, vt instruam alios quàm decẽ milia verborum in lingua. Hæc quinque verba sunt verba orationis, & laudis, & hæc ad Deum, verba consilij, & exhortationis: & hæc ad proximum: verbum confessionis ad sacerdotem, propter se. Hæc sunt verba ędificationis ad quę se restringit humilitas.

Ab hac mẽsa excludũtur, non habẽtes vestem nuptialẽ. Tertio qui excluduntur patet, scilicet Aegyptij, idest mundani significati per illum, de quo dicitur Matth. 22. Amice, quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialem? &c. Hi dicuntur vesci seorsum. Vnde Oseæ 4. Participes idolorum Effraim, (id est fructificans in temporalibus) dimitte eum. Separatum est conuiuium eorum. Et Amos 6. Væh qui separati estis in diem malum.

Quarto

Quarto qualis refectio notatur cũ dicitur, Et inebriati sunt cum eo. De qua ebrietate dicitur Cant. 6. Comedite amici, & bibite &c. Et in Psal. Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ. Ebrius mutat mentem, & linguam, & ibi ea, quæ mentis sunt mutabuntur, quia fides, & spes euacuabuntur, & sic dicitur Isa. 65. Non erunt in memoria priora, & non ascendent super cor, sed gaudebitis, & exultabitis vsque in sempiternũ. Et ipsa lingua mutabitur. Vnde Psal. 16. Vt non loquatur os meum opera hominum. Et sicut ebrius non potest exprimere, quod sentit, ita nõ poterit exprimere, quod sentit affectus. Quia secundum Isa. 64. Oculus non vidit Deus absque te, quæ præparasti expectantibus te. Refectio in mensa.

De generatione quærentium Dominum.

IN PSAL. XXIII. SERM. XLIX.

HAec est generatio quærentium eum, scilicet Dominum &c. Quatuor principaliter attenda sunt circa generationem quærẽtium Dominum. A quibus generentur. Qui sint filij, & quales, & quo ordine generentur. Videbis à quibus hæc generatio fit Gen. 29. vbi dicitur, q Iacob duas habuit filias, Lyam & Rachel. Iacob spiritus rationalis. Duæ eius vxores, rõ & affectio: ex quibus nascitur generosa proles virtutum. Ex ratione oriuntur cõfilia recta. Ex affectione desideria sancta. Ex ista spirituales sensus. Ex illa, ordinati affectus. Vnde Lya rectè interpretatur laboriosa. Quia laboriosum est illicitos appetitus refrenare, & affectus componere. Vnde Prouerb. 15. Melior est patiens viro forti, & qui dominatur animo expugnatore vrbium. Rachel visus principium, vel ouis interpretatur. Quia tunc vere ratio incipit videre cum ad incommutabilem veritatem incipit mentis oculos dirigere. Sed quia hoc non potest fieri, sine simplicitate, rectè interpretatur ouis. Vnde Sap. 1. Sentite de Domino in bonitate, in simplicitate cordis quærite illum &c. Et sicut istud laboriosum, ita illud iocundum. Vnde Eccl. 11. A quibus generẽtur quærẽtes Dominũ.

Lumen dulce oculis, & delectabile oculis videre Solem.

Quo ordi ne generẽ tur.

Quo ordine generentur, ad hoc notandum, quòd Rachel suppositus fuit Lya, vt legitur Gen. 29. Lyam pro Rachele inuenit in cubiculo, qui dũ in sacra Scriptura, quæ est Rachelis cubiculum, spiritualem intelligentiam quærit, nondum à peccatis purgatus caligare se sentit, & laborem incurrit. Vnde & Lya lippa erat, & laboriosa interpretatur. Vnde Eccle. 1. Fili concupiscens sapientiam, serua iustitiam. Et illud. A mandatis tuis intellexi. Et hoc est, quod dicitur Gen. 19. Quærentes Angelos palpabant ad parietes Loth. Angelos concupiscere est spiritualem sensum quærere. Circa parietes domus Loth palpare est circa sacræ Scripturæ velamen errare. Nota quod ibi dicitur. Iamque prope erat, vt effringerent fores. Quid est fores effringere, nisi per violentam fractionem literæ sensum improprium extorquere? Loth voluit filias suas exponere, quæ significant scientias sæculares, in quibus minus malum sit per abusum peccare, quàm sacrã Scripturam polluere, vel violare.

Concupiscere Angelos est spiritualẽ sensum q̃rere.

Sic ergo oportuit prius Lyam cognosci, & parere. Eius ĩtaq, filij sunt ordinati affectus. Nihil enim aliud est virtus, quàm ordinatus affectus, & moderatus. Ordinatus quando ad illud est ad quod debet esse. Et moderatus, q̃ tantus quantus debet esse.

Affectus isti. sunt timor, spes, gaudium, dolor, amor, odium, pudor: isti possunt esse inordinati, quia non sunt in id in quod debent, vel de quibus esse debent. De timore dicitur. Illic trepidauerunt timore vbi non est timor. De amore in Canonica Ioan. Nolite diligere mundũ &c. Et ita de alijs cum non sunt ordinati non sunt filij Iacob. Ordinatus est timor de quo in Psalm. timor Do. sanctus perma. in. se. se. Amor de quo: diliges. d. t. ex. to. corde.

Qui sint affectus.

Primus autem inter ordinatos affectus est timor. vnde Eccl. 1. Initium sapientię ti. &c. Hic autẽ nascitur, quando consideramus hinc magnitudinem sceleris, inde potẽtiam iudicantis, ideo hoc significatur per Ruben. qui primo natus est, & interpretatur filius visionis. Quia qui incipit videre incipiat, & timere. vnde dicitur. Gene. 29. Eo nato mater exclamat vidit Deus humilitatem meã. Quia qui incipit peccata sua, & ipsum Deum videre per intuitum

Primus affectus ordinat' est timor.

tum formidinis: Deus eum videre incipit per respectum pietatis. vnde Luc. 22. Gallus cantauit, & Deus respexit Petrum, & conuer. pe. re. est. & fleuit amare. vnde Eccle. 3. Sicut in sereno glacies, soluentur peccata tua.

Dolor secundus filius. iste primo filio nato, & crescente nascitur. Quia magnum timorẽ necesse est vt magnus dolor sequatur, quia quanto quis magis timet pœnam: tanto amplius plangit culpã, & tunc à Deo exaudiri meretur. Iuxta illud Ezech. 18. Quacunque hora ingemuerit peccator &c. Et Psal. I. Cor contritum, & humiliatum Deus non des. &c. Ideo significatur per Symeonem, qui exauditio interpretatur. Per Ruben ergo humiliatur. Per Symeonem in fletu compungitur. Sed sequitur consolatio. vnde Matth. 5. beati qui lugent &c. Et Isa. 40. vt darem consolationem lugentibus Syon, coronam pro cinere pallium laudis pro mœrore.

Secundus dolor.

Consolatio hæc pertinet ad spem, & significatur per Leui. qui tertius nascitur, & interpretatur additus, quia duobus prioribus superadditur. Ideo sermo sacrę Scripturæ sic eum nominat, ne ante timorem, & pœnitentię dolorem de spe veniæ quis præsumat, quia non est spes, sed præsumptio. ante illos nasci non potest, & post illos esse non potest, ideo tertius ordinatur, & sic nominatur. Hoc est, quod Leui. fecit conuiuium magnum Domino in domo sua. Quia spes superaddita refectio est animę. vnde secundum multitudinem do. m. in cor. &c. talium est spiritus sanctus qui dicitur paraclitus, id est consolator. Iob 29. circunstante exercitu, scilicet virtutum eram merentium consolator. Sic ergo anima iam incipit esse familiaris cum Deo, dum frequenter eum visitat: dum multiplicis exenia consolationis transmittit, & incipit desiderare ei coniungi, quod significatum est cum Lya nato Leui: exclamauit cum magna exultatione. Nũc copulabitur mihi vir meus. Tunc anima Deo vero sponso copulatur, cũ per amorem ei inhærendo coniungitur. vnde de charitate ad Colo. Super omnia charitatẽ habentes, quæ est vinculum perfectionis. Nos autem non nos coniungimus ei, sed ipse nos coniungit sibi, quando quibusdam interius commercijs ad amorem sui incendit, & arctius constringit. vnde fit, vt qui prius timebat iam ardenter incipiat

Qũo aĩa Deo spõso vero coputetur.

amare. Et ficut poſt creſcentem timorem neceſſario ſub ortus eſt dolor, ſic poſt ſpem natam per quotidiana incre mẽta proficientẽ, naſcitur amor. Et quia quod quis amat approbat, & laudare non ceſſat, rectè amor ſignificatur per Iudam, qui interpretatur confitens. vnde vox exultationis, & confeſſionis. hinc eſt quod Lya proclamat, nunc inquit confitebor domino.

Eſt autem duplex confeſſio criminis, & laudis, vtraque ad honorem Dei pertinet. Magnum eſt non promerentibus, gratis impendere multa bona, ſed gratius eſt tribuere bona, promerentibus mala. Quando Deus culpam ignoſcit, promerentibus mala tribuit bona. Et hęc eſt pietas, quando non promerentibus bona tribuit, hęc eſt eius largitas. Quicunque enim Deum diligit: quicquid ad honorem eius pertinere cognoſcit libenter facit. Confiteri ergo debemus ei eſſe mala noſtra à nobis, vt ea ignoſcat per pietatem: confiteri etiam debemus ab eo eſſe bona noſtra, vt ea augeat per bonitatem. Ideo dicitur in Pſalm. Confitebimur tibi Deus confitebimur. Et ad duplicem confeſſionem inuitat Deus Ioannis 11. Eamus in Iudęam iterum.

De multiplicibus portis.

IN PSAL. XXIII. SERM. L.

Portę cęli, & portę inferni.

ATtollite portas Principes veſtras, & eleuamini, &c. Sũt portæ cęli, & ſunt portæ inferni. Sunt portæ interioris hominis, & ſunt portæ exterioris hominis, & ſunt cõtrariæ inter ſe. Portæ enim interioris hominis tendunt ad portas cęli. Portæ exterioris hominis ad portas inferni: de vtriſque poteſt legi. His verbis vtitur. Epiſcopus quando dedicat Eccleſiam, & intrat ac ſanctificat eam in perſona Chriſti, cuius eſt animam ſpiritualiter dedicare. Verum ergo eſt, quòd portas exterioris hominis intrat mundus, ideſt concupiſcentia mundi, quæ fœdat animam per exteriores ſenſus. Per portas interioris hominis intrat Deus qui ſanctificat animam per ſpirituales ſenſus, ſcilicet intellectum, & affectum. Hæc autẽ ita ſe habent, quòd non poſſunt aperiri ſuperiores, niſi claudantur inferiores, & è contrario. Dominus ergo animam intraturus vult inferiores tolli, vel claudi. Superiores aperiri, & hoc eſt attollite, vel tollite &c. vnde 3. Reg. 6. Vtrunque oſtium duplex erat, & ſe inuicem tenens aperiebatur. Et Ezechi. 41. Ex vtraque parte bina erãt oſtiola, quæ in ſe inuicem plicabantur. Quando igitur vnum aperiebatur reliquũ claudebatur, & è conuerſo. Qui ergo aperit ſenſus exteriores, admittit mundum, & vult dedicari à mundo non à Deo. Immo polluit, vel deſtruit templum Dei. vnde Naum. 2. Aperte ſunt portæ fluuiorum, & templum ad ſolum dirutum eſt, id eſt ſenſus exteriores, qui ſunt portę fluuiorum, id eſt concupiſcentiarum. De his Threno. 2. Defixæ ſunt in terram portæ eius, id eſt ſenſus in concupiſcẽtiam terrenorum, ideo illis, qui ſuis ſenſibus principantur, & dominantur dicitur: tollite &c. Cohibete ſenſus exteriores. Et eleuamini portę ęternales, id eſt ſpirituales ſenſus quibus itur ad æterna per cognitionem, & amorem; & hoc eſt quod dicitur. Zachariæ 11. Aperi libane portas tuas, & comedet ignis, ſcilicet ſpiritus ſancti cedros tuas, ideſt ſublimes, & corruptas affectiones ſibi incorporabit. De his portis peruenitur ad portam cęli. vnde Gen. 28. Hæc eſt domus Dei portæ cęli. Clauſa porta ęęli, porta inferni eſt aperta. Primo clauſa fuit Adam expulſo. Gen. 3. Eiecit dominus Adam, & collocauit ante Paradiſum Cherubin, & flammeum gladium &c. In figura tunc porta inferni aperta eſt, ad quam omnes deſcenderunt. Porta cęli aperta, porta inferni clauſa eſt, niſi homo eã ſibi aperiat, quia portæ ſenſuum tendunt ad illam. Portam cęli aperiri deſignatum eſt in paſſione Chriſti, aperto latere eius. In cuius figura dictum eſt Gen. 6. ad Noe. Oſtium pones in latere Archæ deorſum. Porta cęli anguſta eſt prius. Vnde Lucæ 13. Contendite intrare per anguſtam portam. Poſt dilatatur. Vnde Prouerb. 4. Viam ſapientiæ monſtrauero tibi, quàm cum ingreſſus fueris, non arctabuntur greſſus tui. è contrario. Porta inferni ab initio lata, in fine anguſta. Vnde Iſa. 5. Dilatauit infernus animam ſuam, & aperuit os ſuum abſque termino. De arctatione habetur Iob 43. Stringet caudam ſuam quaſi cedrum. Ideo dicie

Per portas exterioris hoĩs, ĩtrat cõcupiſcẽtia mũdi

Porta cęli aperta inferni autẽ clauſa.

Per portas interioris hoĩs intrat Deus.

Superiores portæ nõ aperiũtur, niſi inferiores claudan.

cedrum, quia vt dicitur in libro de naturalibus, cedrus in igne corrugatur, constringitur & arctatur.

Porta cęli humilis inferni alta.

Porta cęli humilis, & bassa, porta inferni alta, & ampla. Ideo superbus per portam cęli intrare non potest, immo illidit caput suum. Iob 15. Cucurrit aduersus Deum collo extento. &c. Ideo dominus significans, & ostendens qualiter sit intrandum, inclinato capite emisit spiritum: quasi dicat, vt intrarem oportebat me humiliare, & inclinare caput, vt & vos sic faciatis. Ideo Benedicamus Domino, dicimus capite inclinato. Ideo dicitur Matthæ. 19. & Mar. 10. Facilius est camelum intrare per foramen acus &c. Natura docuit camelum inclinare se, & aggeniculare quando oneratur, & quando transit per locũ bassum, & dimissum. Foramen acus erat quædam porta in Hierusalem, ad quam intrandam se inclinabat camelus. Et vt dicitur in libro de natu. animaliũ: natura dedit ei quædam additamenta, quæ dicuntur secundi pedes, scilicet in genibus, super quæ ambulat genibus inclinatis. Camelus ergo significat humilem pœnitentem, qui se ad onera pœnitentiæ portanda inclinat, & humiliat, vt portã vitæ ingrediatur. Et quia superbus diues hoc non potest, dicitur: Facilius &c. Hanc portam, scilicet humilitatis significabat porta in Hierusalem, quę dicebatur porta vallis 2. Esdræ 2. seu Neem. 2. Et egressus sum per portam vallis nocte, ante fontem draconis, & ad portam stercoris, & cõsiderabam murum Hierusalem dissipatum, & portas igni combustas, & transiui ad portam fontis, & aquæ ductum regis, & non erat locus iumento cui insidebam, vt transiret, & reuersus veni ad portam vallis. Porta vallis est humilis noster ingressus in mundum: per portam hanc ingreditur, qui huius miserię recordatur. Ante fontem draconis est hæc porta, quia de malitia diaboli, quæ est fons draconis, quasi de fonte totius peccati nostra processit culpa simul, & miseria. Porta stercoris est pœnitentia, per quam peccatorum sordes, & stercora foras ejiciuntur. Ad portam stercoris transit, qui sua peccata plangit. tunc cõsiderat murum dissipatum, id est destructam munitionẽ virtutum, & portas igne combustas, ideſt sensus carnales igne concupiscentiarum consumptos. Post hęc ad portam fontis, & ad aquæductum regis peruenit, quoniã per pœnitentiam

nitentiam purgatus ad sublimitatem contemplationis ascendit. Gratia enim contemplationis est quædam porta fontis, quia per eam ad fontem omnium rationum, & ad sapientię puritatem peruenitur. Eadem dicitur aquęductus regis, quia per ipsam fit spiritualium intelligẽtiarũ, & reuelationum descensus. Et bene sequitur: non erat locus &c. Quia dum anima per contemplationem surgere nititur plerunque mole carnis impeditur, quia Sapi. 9. Corpus, quod corrumpitur aggrauat animam. vnde ad portam vallis regreditur, quia per hoc ipsum humiliatur.

De delictis seu peccatis omissionum.

IN PSAL. XXIIII. SERM. LI.

Delicta iuuentutis męę, & ignorantias meas, ne memineris, &c. Circa delicta, siue omissiones, & ignorantias quatuor sunt attendẽda, primo quibus frequentius contingunt. Secũdo quibus etiã magis periculosa sunt. Tertio, quare huiusmodi peccata periculosiora sunt. Quarto cuiusmodi remedium est contra illa.

Frequentius contingunt in minoribus, ætate & laicis simplicibus, & quibuscunque occupatis. De minoribus habes Prouerb. 30. Tria sunt mihi difficilia, & quartum penitus ignoro. Via aquilę in cęlo. Via colubri supra petram. Via nauis in medio mari, & via viri in adolescentia sua. Et Prouerbior. 22. Prouerbium est, Adolescens iuxta viam suam, etiam cum senuerit non recedet ab ea.

Laicis simplicibus qui iura ignorant. vnde comparantur brutis, & ouibus errantibus. Ezechi. 33. Errauerunt oues męę eo, quòd non esset pastor, & factę sunt in deuorationem omnium bestiarum agri, ideſt dęmonum, & vitiorum. Bestię etiam possunt dici bestialia peccata, vt immunditia carnis. vnde quidam sunt adeo simplices, quòd ignorant esse peccatum, propter quod multi petierũt eo, quòd non est eis annunciatum, ideo dicitur Ezec. 3. Si dicente me ad impium morte morieris, & non annũciaue-

gis ei neque locutus fueris, vt auertatur à via sua mala, & viuat, & ipse in iniquitate sua morietur : sanguinem autē eius de manu tua requiram. Contra hęc duo genera peccatorum gestat Episcopus baculum Pastoralem, quo debet inertes, & negligentes pungere, & quasi somnolentos excitare. Debet etiam errantes dirigere: debet etiā dispersos reuocare. vnde dicitur. Attrahe per primum (& hoc quantum ad dispersorum reuocationē) medio rege (quātum ad errantium directionem) punge per imum? quantum ad inertiam, & negligentiū excitationē. vnde Ezech. 34. Quod infirmum fuit non solidastis, & quod ęgrotum fuit, non sanastis, & quod fractum fuit, non alligastis, & quod abiectum est, non reduxistis, & quod perierat, non quęsistis.

De occupatis, dicitur Eccles. 26. Difficile exuitur negotians à negligentia &c.

Quibus peccata periculosiora.

Quibus huiusmodi peccata sunt periculosiora. videtur quidem, quòd prelatis, & alijs qui sunt custodes animarum. De ignorantia dicitur Is. 56. Ipsi pastores ignorauerunt intelligentiam: omnes in viam suam declinauerunt. Et dominus dicit Matthę 15. Si cęcus cęcum ducat, ambo in foueam cadunt. Negligentia pastorum significatur per naturā struthionis, de qua dicitur Iob 39. penna struthionis similis est pennis hęrodij, & accipitris. Quando derelinquit oua sua in terra tu forsitan in puluere calefacies ea? Obliuiscitur, quòd pes conculcet ea, aut bestia agri conterat: duratur ad filios suos quasi sui non sint &c. Oua sunt teneri adhuc spirituales filij sollicitudine, & cura pastorum fouendi, vt quasi de ouis ad viuum volatile perducantur: Hypocritę, quidem bene loquendo in fide, vel conuersatione filios pariunt, sed dum male viuunt, bene viuendo eos nutrire non possunt. Oua autem in terra derelinquunt: cum nullum subditis suis exemplum vitę cęlestis prębent, tu forsitan &c. quasi dicat, vt ego. Puluis malorum instabilitatē designat de quibus dicitur in Psal. Tanquàm puluis quem proijcit &c. Isa. 65. Serpenti puluis panis est. Dominus plerunque oua derelicta in puluere calefacit, quia paruulorum animas prelatorum sollicitudine destitutas etiam in medio peccātium amoris sui igne succendit, & hoc est inter frigidos calere, inter mor-

tuos

tuos viuere, quod magnum est. Obliuiscitur. &c. Pes est transitus operis, ager mundus. Bestia agri, diabolus. Obliuiscitur ergo, quòd pes conculcet ea, aut bestia agri conterat, quia non curat negligens pastor si malorum exemplo, corrumpantur, vel à diabolo rapiantur. vnde Apostolus. Infirmis discipulis quasi auis, quæ posuerat timebat dicens ad Phil. 3. Multi ambulāt quos sæpe dicebam vobis nunc autem, & flens dico, inimicos Crucis Christi. Et ad Thessal. in fine. Denunciabam vobis in nomine Domini nostri Iesu Christi, vt subtrahatis vos ab omni fratre inordinate ambulante. De hac etiam bestia, auis quæ posuerat, formidabat 2. Corinth. 11. Timeo ne sicut serpens Euam seduxit astutia sua, ita corrumpantur sensus vestri, & excidāt à simplicitate, quæ est in Christo Iesu. Sicut autem negligentissima est inter volatilia struthio: ita inter natatilia, pisces aquæ dulcis, quia deuorant oua sua. Pisces aquæ dulcis sunt qui amant delitias carnis. Hi oua sua comedunt, quādo quos prædicatione genuerunt, exēplo corrumpunt. His dicitur Oseæ 10. Effraym adduxit ad interfectionem filios suos. Quantum peccatum sit negligentia, apparet per hoc, quod dicitur Hierem. 48. Maledictus qui facit opus Dei negligenter, ideſt fraudulēter.

Peccatum negligentię.

Peccata autem ista periculosa censentur. vnde dicitur. Graviter peccat qui impunitatem sibi promittit: grauius qui contemnit, grauissime qui ignorat se contemnere, & exponitur periculosissime. Quia cum aliquis actualiter peccat. vix ignorat se peccare, sed facile contingit, quòd non aduertat se omittere, vel negligere, & tamen reatum omissionis incurrit, quia tenebatur non ignorare hoc ipsum, & ignorantia addita omissioni, est quasi cęcitas addita cęcitati, vt sint tenebræ densiores. vnde dicitur. Iob 21. Protegent vmbrę vmbram eius, ideſt ignorantia omissionem, circundabunt eum salices torrentis. Salices facile oriuntur, & iuxta aquam, & sunt infructuosę in se, & etiam partum impediunt si succus earum bibitur Salices ergo carnales sunt affectiones, quæ facilè iuxta limosam aquam sensualitatis nascuntur: quæ in se nullum fructū faciunt, & fructum salutis impediunt, & cogunt animas abortire. Item & si multi confiteantur, pauci sunt qui de omissionibus, & negligentia confiteri possint. Quotiens

Salices significant carnales affectiones.

enim

enim omisimus non dando pauperibus: non dicendo pater noster iuxta cœmiterium transeuntes, & in alijs infinitis? ideo dicitur Eccles. 7. de negligentia purga te cum paucis.

Remedia cõtra peccata sunt disciplina & timor Domini.

Quarto cuiusmodi sit remedium contra ista: Disciplina, & timor Domini. Disciplina enim excitat somnolentum, vnde Eccl. 23. Quis superponet cogitatui meo flagella, & in corde meo doctrinam sapientiæ, vt ignorationibus eorum non parcat mihi, & non appareant delicta eorum, & ne adincrescant ignorantiæ meæ, & multiplicentur delicta mea &c. Ideo dicitur. Prouerbior. 22. Stultitia colligata est in corde pueri, & virga disciplinæ fugabit eam.

Timor, vnde qui timet Deum nihil negligit, quia sollicitus est. Et Eccles. 18. Homo sapiens in omnibus metuit, & in diebus delictorum auertit ab inertia, ideſt cauet à negligentia. Flagella cogitatui super ponuntur, quando quis à Domino flagellatur, & sic de sua miseria cogitare ammonetur, & sic euagatio cordis restringitur.

De effectibus, & commodis timoris diuini.

IN PSAL. XXIIII. SERM. LII.

Effectus plures timoris Domini.

FIrmamentum est Dominus timentibus eum &c. Timor Domini securitatem præstat, & mẽtis iocunditatem: paruo facit esse cõtentum, animam fœcundat, & locupletat.

Securitatẽ præstat per duas virtutes, quæ concomitantur illum, scilicet humilitatem, & sollicitudinẽ. Timor enim humilitatem, humilitas securitatem præstat. Humilitas collocat nos in tuto, quia in humili, & basso loco. Vnde Boethius. Fugiens periculosam sortem sedis amœnæ, humili domum memento figere saxo. Sicut superbia collocat in alto, vbi timendum est à flatu vẽtorum. Vnde Prouerb. 17. Qui altam facit domum suam quærit ruinam. Et hæc tria timor, & humilitas, & securitas notantur Prouerb. 30. Lepusculus plebs inualida in petra cubile suum collocat. Lepusculus dicitur propter naturam animalis significans timorem, quia timidũ animal est. Versus. Crescit in auriculas res fugitiua lepus. Per diminutiuum innuit humilitatem, & per hoc, quod dicit. In petra cubile collocat, securitatis firmitatem, ideo dicit. Firmamentum est dominus timentibus eum.

Mentis parit iocunditatem, & paruo facit esse contentum. Vnde Prouerb. 15. Secura mens iuge cõuiuium. melius est parum cum timore Domini, quàm thesauri magni, & insatiabiles Quia timor parit securitatem, vt dictũ est, & mentis iocunditatẽ: propter hoc dixit, secura mens iuge conuiuium.

Timens Deũ paucis est contentus.

Timor etiam facit pauco contentum. Cum enim sciat animus timoratus, quòd de omnibus debet respondere, tanquàm sibi commissis: quanto pauciora receperit tenetur de tanto paucioribus respondere, ideo dicitur. Melius est parum cum timore, quàm thesauri mag. & in sa. Item per sollicitudinem parit securitatem. Timor enim custos est thesaurorum virtutis, & sollicitus est de custodiendo. Ideo dicitur Matt. 6. Vbi est thesaurus tuus, ibi & cor tuũ. Et Eccle. 21. Qui timet Dominum conuertitur ad cor tãquàm ad Archam virtutum, & abscondit quæ seruat, ne tollantur. Quia iuxta Beatum Grego. Deprædari desiderat qui thesaurum ostentat &c. Hinc est, quòd Magi nõ aperuerunt thesauros suos donec venerunt ad Dominum Iesum. Item semper vigilat. Vnde & Lucæ 22. & Matth. 24. Si sciret paterfamilias qua hora &c.

Animam fœcundat, & locupletat: vtrunque habes Eccles. 1. Timor Domini omnem domum implebit à generationibus. ecce quòd fœcundat, & receptacula à thesauris illius. ecce quòd locupletat. De fœcunditate etiã dicitur Isa. 26. A timore tuo Domine concepimus, & peperimus spiritum salutis. De locupletatione dicitur. Non est inopia timentibus eũ. Et timẽtibus Deum nihil deest. Ecc. 40. Non est in timore Dei minoratio &c. Et Thob. 4. Multa bona habebimus, si timuerimus Deum, & fecerimus bene. Hoc ideo est, quia timorem duæ comitantur virtutes. Humilitas, & paupertas spiritus. Paupertatis spiritus proprium est spiritualia mẽdicare, defectus suos aggregare, & ostendere, & diuinam hoc modo misericordiam prouocare, quæ non cessat influere. Qui esurientes impleuit

Humilitas, & paupertas spiritus committantur timorem Domini.

Impleuit bonis &c. Ipse docet non auertere à paupere aures, vel oculos, vt Eccles. 3. Oculos tuos ne transuertas à paupere. Et iterum. Ne auertas faciem tuam ab egeno. Quasi certũ est, quòd nec ipse auertit, immo primus facit, quod docet. Humilitatis proprium est loculũ cordis dilatare, & capacem facere, & vt sit capacior concauare, & profundare, & euacuare. Ipsa est illa mulier, quæ sicut dicitur 4. Reg. 4. Quæ fuit vasa vacua, & non pauca, & non cessauit oleum abundare, quandiu inuentum est vas vacuum. Et recte potest significari per Ruth, quæ interpretatur videns: cui dicitur Ruth. 3. Extẽde palliũ tuum, & tene vtraque manu. Quia extendente, & tenẽte sex modios hordei mensus est. Pallium illud est sinus, & capacitas animæ, quam humilitas iubet extendere, & tenere vtraque manu. Quæ rectè significatur per videntem. Sola enim anima quæ videt, ideſt cognoscit ex vna parte seipsam, & defectus suos, ex altera diuinæ magnificentiam maiestatis humiliatur. Hæ sunt duę causæ præcipuę, quibus humiliari potest. De prima dicitur Thren. 3. Ego vir videṡ paupertatem, &c. Et Mich. 6. Humiliatio tua in medio tui. De secunda Ezech. 1. Cum fieret vox super firmamentum submittebant alas suas. Et Iob 41. Nũquid oculus meus videt te? idcirco me reprehendo, & ago pœnitentiam in fauilla, & cinere. Hæ sunt duæ manus de quibus dicitur, & tene vtraque manu. Manus dextera cognitio Dei: sinistra cognitio sui. Sex modios ordei, perfectæ mensuræ virtutum, & charismatũ in præsenti, quia quasi ordeum commutabitur in frumentum in futuro. Vnde. Qui posuit fines terræ &c. & adipe frumenti sa.t.

Proprietas humilitatis.

Timor illuminat.

Timor illuminat. Vnde Malach. vltimo. Orietur vobis omnibus timentibus Deum sol iustitiæ, & sanitas in pennis eius. Timor enim introducit charitatem, & Dei cognitionem, quæ sunt pennæ solis iustitię, qui illuminat intellectum, & purgat affectum, & etiam sanat totã animam. Ideo sanitas in pennis eius. Ideo dicitur Eccles. 2. Qui timetis Deum diligite illum, & illuminabuntur corda vestra, quia illuminat, ideo dicitur, & testamentũ ipsius, vt manifestetur illis.

De

De Ecclesia malignantium, & zelo malo.

IN PSAL. XXV. SERM. LIII.

ODiui Ecclesiam malignantium &c. Ecclesia malignantium habet fundamentum, tectum, & parietes. Fundamẽtum, malus zelus est. Tectum simulatio boni zeli.

Malignãtiũ Ecclesia habet fundamẽtum parietis, & tectum.

Primus, propria siue carnalis affectio.

Paries. Secundus, proprius sensus.

Tertius, erroneæ cõsuetudinis pertinax defensio

Quartus, dissimulatio veteris, vel fictio nouæ consuetudinis. Ista sunt tria quæ perturbant Ecclesiam Dei maxime in electionibus, in quibus pręualet malus zelus.

Fundamentum igitur est malus zelus, ideo quia malũ est fundamentum, malum est ædificium. Vnde Mat. 15. Omnis plantatio quàm nõ plantauit pater meus cęlestis eradicabitur. Terrenum est hoc fundamentum, & nõ cęleste, sed cum Ecclesia cęleste sit ædificium debet eius fundamentum poni in cęlo, non in terra. Vnde Eccl. 43. Altitudinis firmamentum pulchritudo eius, & species cęli in visione gloriæ. Et Isa. 54. Ecce ego sternam per ordinem lapides tuos. Fundabo te in sapphyris, & ponam iaspidem propugnacula tua, & portas tuas in lapides sculptos. Sapphyrus Aetherei est coloris Ecclesia in Sapphyris fundatur, quando in creandis prælatis æterna, siue cęlestia, & non temporalia attenduntur. Lapides in ædificio per ordinem sternuntur, quando secundum dignitatem meritorum viri Ecclesiastici promouentur, & non indigni dignioribus præponuntur. Ideo Hiere. 30. Aedificabitur ciuitas in excelso suo, & templum iuxta ordinem suũ fundabitur. Vbi ergo est malus zelus, & malum fundamentum, dominus totum subuertet. Vnde Iob 22. Nunquid semitam sęculorum custodire cupis, quam calcauerũt viri antiqui, & fluuius subuertit fundamenta eorum. Rectè dicit semitam sæculorum. Mundani enim non attendunt quid rectum sit, sed vnus sequitur alium: quare addit, q̃ calcauerunt viri antiqui, quia sicut prædecessores nostri

Fundamẽtũ malus zelus, qđ terrestre est.

fecerunt,

fecerunt, ita & nos faciamus. Fluuius fundamentū subuertit, quando mala cupiditas intentionem, quæ deberet esse recta, peruertit.

Simulatio boni zeli rectū dicitur.

Tectum est simulatio boni zeli. Sicut enim tectum vellat fundamentum, ita simulatio malum zelum, & sicut tecto sublato fundamentum apparet quale sit, ita simulatione sublata malus zelus deprehenditur. Multi enim simulāt bonum zelum quorum oculi sunt ad auaritiam, & cupiditatem. Vnde Mich. 1. Fundamenta eius reuelabo, & omnia sculptilia eius conscindentur, id est quæ cōfinxerat, & mercedes eius comburentur igni. In quo notantur huiusmodi homines non esse nisi mercennarij. Hinc dicitur 3. Reg. 14. Dixit Hieroboam vxori suæ Surge & commuta habitum, ne cognoscaris, quòd sis vxor Hieroboam. Hieroboam interpretatur diuisio populi, & significat illos per quos diuisiones fiūt in capitulis, & scissuræ. Vxor eius ambitiosa voluntas quàm per simulationem vult palliari, quasi habitu mutato. Sed vt ibi dicitur Abyas Propheta illam intrantem in domum cognouit, & dixit. Ingredere vxor Hieroboam. Abyas interpretatur quæstio vitę. Quia qui de eorum statu, & intentione subtiliter inquirit ambitionem talium deprehēdit. Vel quæstio vitæ est ipsa synderesis. Quia quicquid tales simulēt iudicio propriæ conscientiæ condemnantur. ad Ro. 2. Testimonium reddente illis conscientia. Et Prouerb. 18. Sem per iurgia quærit malus, & Angelus crudelis mittitur contra eū, id est conscientia, quæ semper ei mala nunciat, & remurmurat.

Parietes. Primus. Primus paries, propria affectio. Sunt enim quidam qui adeo sibi intendunt, quòd aliorum merita non attendūt, & hoc facit priuatus amor sui, quia vbi amor ibi oculus, & quia non amant, nisi se, inter tot non vident, nisi se, qđ mirum est. Talis erat Menelaus, de quo 2. Mach. 4. Postquàm recommendatus est regi, & magnificauit faciem potestatis eius, retorsit in se summum sacerdotium. Hoc est, quia retorsio affectionis retorquet oculos suos: aliter esset si oculos suos erigeret. Vnde dicitur Matthæ. 17. Leuantes oculos non viderunt nisi Iesum: videlicet qui non quæruntnisi ea quæ Christi sunt. De his 2. Thim. 3. Instāt in nouissimis diebus homines seipsos amantes.

Secun-

Secundus paries est proprius sensus, & mirum, quòd spiritum sanctum in electionibus inuocamus, vt eius consilio regamur: qui est spiritus consilij, & eius voluntati subijciamur. In hoc renunciare nos protestamur proprio sensui, propriæ voluntati. Sed cum sequamur proprias voluntates, & proprios sensus non est illa inuocatio, nisi labiorum, vt dici possit iuxta Isa. 29. Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longe est à me. Ideo nō adest spiritus sanctus. Quia dicitur Sap. 1. Spiritus sanctus disciplinæ effugiet fictum. Quia proprij sensus, & consilij humani sequitur studia. Dicitur Hierem. 18. Qui dixerunt, desperauimus. Post cogitationes enim nostras ibimus, & vnusquisque prauitatem cordis sui mali faciemus. Cor prauum est cor distortum, quando & voluntas auertit se à diuina voluntate: Et sensus à diuino consilio. Sed de bonis dicitur ad Rom. 8. Quicunque spiritu Dei aguntur: hi filij Dei sunt. Secūdus.

Tertius paries est pertinax defensio erroneæ consuetudinis. vnde. Matth. 15. Dicebant Pharisæi. Quare discipuli. t. transf. tradi. se. non. n. la. ma. suas cum manducant. Iesus autem dixit eis. Quare & vos transgredimini mandata Dei propter traditionem vestrā? Hi sunt qui in minimis constituunt vim, & maiora de quibus curandū singulariter, pertranseunt. Contra quos. Luc. 11. Væh vobis Phatisęi qui deci. mentam. & ru. & omne olus, & prętetitis omne iudicium Dei, & charitatem. hæc autem oportuit facere, & illa non omittere. Tertius.

Quartus paries est dissimulatio veteris, vel nouæ fidei consuetudinis. Quando enim aliquid volunt dicunt esse consuetum: quando nolunt dicunt non esse consuetum. contra quos Isai. 10. Væh qui condunt leges iniquas &c. Quartus:

De

De Domini in nos operibus.

IN PSAL. XXVII. SERM. LIII.

Opa Domini.

DOminus illuminatio mea, & Salus mea quẽ timebo: Dominus protector vitæ meæ, à quo trepidabo. Dominus illuminat cęcum: dominus sanat infirmum, protegit inermẽ, & nudum.

Cæcus erat homo quantum ad rationẽ. Infirmus quãtum ad voluntatem. Inermis quantum ad irascibilem. Ideo missus ille qui est Iesus, & sapientia, & virtus patris. Quia sapientia illuminat. Quia Iesus, idest salus sanat. Vnde Mat. 2. Non egent qui sani sunt medico &c. & Psal. 34. Salus tua ego sum. Et Eccles. 38. Altissimus de terra creauit medicinam. Quia virtus protegit fide, & sapientia, & alijs luminibus illuminat rationem. Charitate sanat voluntatem: patientia, & virtute armat irascibilem. Fide rationem illuminauit, quãdo veritatem prędicauit. vnde Ioan. 8. Si veritatem vobis dico quare non creditis mihi, &c. Et Ioan. 1. Illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Ego sum inquit Ioan 8 Lux mundi. Charitate voluntatem sanauit. Quando nos intantum amauit, quòd seipsum pro nobis tradidit. vnde 1. Ioann. 4. In hoc apparuit charitas Dei in nobis, quoniam filium suum vnigenitum misit, &c. Irascibilem patientia, & mãsuetudine, & humilitate armauit, quando prouocatus cõtumelijs etiam verbum non respondit. vnde Sap. 2. Contumelia, & tormento interrogemus eum &c. Is. 53. Sicut ouis ad occisionem ducetur, & quasi agnus coram tondente se obtumescet, &c. Tondebatur quando discipulis spoliabatur. In hoc armauit irascibilem nostram, vt non respondeamus, sicut legitur de Iob 6. qui ait amicis suis falsis. Respondete obsecro absque contentione, & loquẽtes id quod iustum est iudicate, & nõ inuenietis in lingua mea iniquitatem, nec in faucibus meis stultitia personabit, &c. de eodem 2. In omnibus his nõ peccauit Iob, &c. Neque nos vindicemus. vnde ad Rom. 12. Non vos defendentes charissimi &c. Quis se præsumeret vindicare cum audiat

Defectus hominis à Domino ablati.

audiat filium Dei dicere Petro Mat. 26. Mitte gla.t. in va. nonne possem rog.pa. &c.

Quomodo illuminauit, & sanauit, & protexit? Latrones & rei mortis, quando trahuntur ad patibulum solent oculi eorum bendellis, siue fasciolis velari: manus etiam ligari, & vestibus nudari. vnde legitur in lib. hester, quòd cum Aman prius indutus esset stola regia, spoliatusque esset ea, operuerunt faciem eius ducentes ad patibulum, sic & peccator omnis, quasi benedellos habet ante oculos, quia non præuidet pœnas æternas sibi præparatas. Manus habet ligatas, quia nec habet voluntatem bene faciendi, nec potestatem peccato resistendi, & dicitur quasi ligatus, & captus, nudus etiam ab omni veste virtutum, & sic trahitur ad inferni patibulum. Propter hoc enim Deus sustinuit, vt velarentur oculi sui, sicut dicitur. Luc. 23. Et velauerunt eum, & percusserunt faciem eius, vt cęcitatem nostræ rationis illuminaret. Sustinuit vulnerari pro nobis, vt corruptionem nostræ voluntatis sanaret. vnde Isa. 53. Cuius liuore sanati sumus &c. Sustinuit nudari &c. Vt nos superuestiret. Inimico opposuit se, vt nos protegeret extendẽs manus suas in Cruce. vnde Scapulis suis obumbrabit tibi. Sicut qui opponit brachium suum, vel se totum ne amicus persecutiatur, & sustinet ictum pro illo, vt clericus Beati Thomæ cantuariensis. Eodem modo dicitur in libro de naturalibus, quòd est genus marinæ aquæ, & dicitur sepia: quod quando piscatores volunt percutere fœminam tridẽte, opponit se, & recipit ictum pro ea. Sic & Christus pro Ecclesia. vnde Isa. 53. vulneratus est propter iniquitates nostras &c.

Quomodo illuminat rationem nostram ostendit. per tres cæcos quos illuminauit. Ioan. 9. Luc. 18. & Mar. 8. per quos significatur triplex ignorantia contra triplicem cognitionem quam debemus habere: cognitionem Dei, cognitionem nostri, & cognitionem eorum quæ infra nos sunt. Vel discretionem boni, & mali. Hæc triplex ignorantia significatur Exo. 10 Tribus diebus nemo vidit fratrem suum, nec mouit se de loco in quo erat.

Triplex ignorantia.

Trium dierum tenebræ triplex ignorantia. Ignorantia Dei quando non recogitat creatorem suum, redemptorẽ, iudicem, vt veneretur creatorem: diligat redemptorem, timeat

Prima. Secunda.

timeat Deum iudicem. Ignorantia sui, quando non recogitat propriam infirmitatem per quam humiliaretur. Iuxta verbum Mich. 6. Humiliatio tua in medio tui. Sed nec animæ suæ dignitatem, quam tam turpiter non prostitueret: si eam agnosceret cum sit sponsa Christi, templum, Dei, & imago eius, & huiusmodi. vnde Eccles. 10. Fili mi in mansuetudine serua animam tuam, & da illi honorem secundum meritum suum, ideſt dignitatem, & Apostolus ad Ro. 13. Cui honorem, honorem: cui vectigal, vectigal. Honor debetur animæ, vetigal, & onus seruitij corpori.

Tertia. Tertia ignorantia contra discretionem inter bonum, & malum, faciendum, & non faciendum. vnde Isa. 5. Væh qui dicunt bonum malum &c. De primo Eccles. vltimo. Memento creatoris tui in diebus iuuentutis tuæ, antequã veniat tẽpus afflictionis tuæ. De secundo Myche. 2. Transibit rex coram eis, & dominus in capite eorum. Inde in consuetudinem venit, quòd imago crucifixi præponitur morituro. De tertio Iob 30. Verebar omnia opera mea sciens, quòd non parceres delinquenti. Isa. 64. Quasi pannus menstruatæ omnes iustitiæ nostræ. Et Nota quòd dicit, hoc mouit se de loco suo. significat lãguorẽ affectus, & rectè sequitur post tenebras cęcitatis, hæc immobilitas. Motus enim pertinet ad opera charitatis. Sicut enim ex motu vita corporis, ita charitatis vita ex operibus demonstratur, & sicut ex motu calor excitatur, & augetur, ita charitas occasione operum.

Sicut ergo lux iuuat ad corporalem motum, ita & lux cognitionis prædictæ ad motum bonorum operum spiritualiter. vnde Ioann. 12. Qui ambulat in tenebris nescit quo vadat. Vnde Halietus seu falco, quãdo cilia eius cõsuuntur, non audet se mouere, propterea q̃ue clauduntur, ne se agitet, sic diabolus claudit interiores oculos cordis, ne p bona opera moueat se, sed quiescat ab eis. vnde Exo. 12. Fiant immobiles quasi lapides. Oculus ergo iuuat manum, & pedem. manum ad operandum, pedem ad gradiendum 1. ad Cor. 12. Non potest dicere oculus manui opera tua non indigeo: & è conuerso, Maria iuuat Martham. Vnde conqueritur. Lucæ 10. Domine non est tibi curæ, quòd soror mea relinquit me solam ministrare.

Oculus manũ, & pedem iuuat.

plus

Plus peti quatuor modis.

IN PSAL. XXVI. SERM. LV.

VNam petij à Domino &c. Secundum leges humanas plus petitur quatuor modis: tempore, loco, causa, re ipsa. Tempore plus petitur, quando aliquid soluendum est certa die, & petitur ante tempus, vel diem. Et interest illius à quo petitur, quòd antea non soluatur. Cum ergo scriptum sit Eccles. 3. Omnia tempus habent &c. Tempus flendi, & tempus ridendi: quasi tempore plus petit, qui cum modo sit tempus flendi, & in futuro ridendi, in præsenti vult ridere, & mundanis gaudijs exultare. Vnde Isa. 22. Vocabit dominus exercituum in die illa ad fletum, & planctum, & caluitium, & ad cingulum sacci, & ecce gaudium, & lætitia. Et talis est similis plantę, quę quanto magis præpropera est tanto tardius peruenit ad maturitatem Vnde Isa. 18. Ante messem totus effloruit, & immatura perfectio germinabit. Et Iob 15. Antequàm impleantur dies eius peribit, & manus eius arescent. Lædetur quasi vinea in primo flore botrus eius, & quasi oliua proijciens florem suum. Et Prouerb. 13. Substantia festinata minuetur &c. Ideo pœna condigna est, vt qui tempore quo deberent flere gaudent, & rident, tempore quo deberent gaudere, lugeant. Prouerb. 14. Risus dolore miscebitur, & extrema gaudij luctus occupat. Tempus ergo diligenter attendendum est. Sicut dicitur Eccl. 4. Conserua tempus, & declina à malo. Non est animal quod suum tempus non conseruet, & faciat, quod congruit tempori præterquàm homo. Vnde Hierem. 8. Miluus in cęlo cognouit tempus suum: turtur, & hirundo, & ciconia custodierunt tempus aduentus sui: populus autem meus nõ cognouit iudicium Domini.

Quid sit tpe plus peti.

Loco plus petitur, vt quando promiseram, quòd soluerem centum tali loco, & tu petis alio solui. Loco plus petit qui hic vult beari, & esse in delitijs. Quia non est hic locus beatitudinis, sed miseriæ: non est hic locus delitiarum, sed doloris, & amaritudinis. Vnde Adæ dictum est

Loco plus peti, qñ dicatur.

Universidad de Deusto Biblioteca

Genes. 3. Maledicta terra in opere tuo. Spinas & tribulos germinabit tibi. Et in Psal. In valle lachrymarum, in loco, & scilicet vt sit locus lachrymarum. Locus iste peregrinatio est, non patria: mare, non portus: area, non horreum: torcular, non cellarium: fornax siue caminus, non thesaurus. In area oportet triticum triturari, & à palea exui. Esto Gedeon, de quo habetur Iudi. 6. Item in torculari oportet te comprimi, & ab acino expoliari. Vnde Iudi. 7. Occidit Zeb in torculari. Zeb interpretatur lupus, & significat diabolum, qui occidendus est in torculari pœnitentiæ. In fornace oportet te à scoria purgari. Vnde Iob 28. Auro locus est in quo conflatur &c. In cœlo erit locus delitiarum, & visionis Dei, & non hic. Vnde Exodi 33. Est locus apud me, & stabis supra petram, & videbis cũ transierit mea maiestas, quasi dicat, non est locus visionis: nõ est locus beatitudinis in mundo, sed apud me. stabis supra petram. stabis, ideſt per amorem terrenorum non declinabis: supra petram, id est perseuerantiæ firmitatem, & videbis cum transierit gloria mea. Et in Iob. 38. Nunquid post ortum tuum præcepisti diliculo, & ostendisti auroræ locum suum? Aurora lucem habet mixtã cum tenebris, & de tenebris tendit in purum exire diem. Aurora ergo sunt corda electorum, qui dum in hac carnali vita sunt, mixtam cum tenebris lucem. Dum in se rationis, & sensualitatis sentiunt contrarietatem. De quo ad Ro. 7. Video aliam legem &c. Tendunt autem de his tenebris ad purum diem, dum ad æternæ vitæ suspirant claritatem: vbi nullam tentationem, vel molestiam sustinebunt contradictionum. vnde hæc aurora rectè ad hæc in transitu demonstratur cum dicitur nunquid ostend. auro. lo. su. Cui enim locus suus ostenditur profecto ex alio in aliud vocatur. Agnoscamus ergo, quòd hic non est locus noster & tanquàm ad locum nostrum tendamus ad claritatem visionis æternæ. vnde Eccles. 6. Quid habet amplius sapiens, & quid pauper, nisi vt pergat illuc vbi vita est?

Corda electorum dicuntur aurora.

Velle remunerationẽ absque labore, est plꝰ petere cã.

Causa plus petit, qui non vult laborare, & vult remunerationem habere. contra quem Apostolus 1. Thessa. 3. Si quis non vult operari non manducet. Et de forti muliere dicitur Prouerb. 31. panem otiosa non comedit. Et Adæ dictum est per sententiam. Gen. 3. In sudore vultus tui &c.

tui &c. Causa etiam plus petit, qui parum laborat, & vult metere multum: cum dominus, dicat. Matth. 7. & Marc. 4. In qua mensura mensi fueritis remetietur vobis, &c. Et 2. ad Cor. 9. Qui parce seminat parce, & metet, &c. Vnde ibidem inuitat ab bene seminandum, dicens: qui administrabit semen seminanti, & panem ad manducandũ præstabit &c. Magna absurditas est, quòd nihil, vel parum volumus seminare, & copiosè metere: nihil vel parum laborare, & cum laborantibus præmium accipere. Cum quãtumcũque laborauerimus, nihil est comparatione remunerationis æternæ: quod confitetur. Iob 9. dicens. Si voluerit contendere cum eo: non respondebit vnũ pro mille. Causa etiam plus petit qui non serit, nisi carnalia, & vult metere æterna: quod impossibile est. vnde ad Gala. 6. Noli errare, Deus non irridetur. Quæ enim seminauerit homo illa, & metet. Quoniam qui seminat in carne sua, de carne & metet corruptionem. Qui autem seminat in spiritu, de spiritu metet vitam æternam. Bonum autem facientes non deficiamus. tẽpore enim suo metemus non deficientes.

Quid sit plus petere reipsa.

Re ipsa plus petit, qui vult habere duo: cum vnum habere debeat, similis illi qui vult habere ouum, & obolũ: Is est qui cõtendit habere hic præsentem consolationem, & in futuro æternã, Similis Esau, qui sicut dicitur Gen. 27. Quæsiuit secundam benedictionem: dicens: Nunquid tantum vnam benedictionem habes pater? Similis Lamech qui introduxit bigamiã, vt dicitur Gene. 4. Lamech autem habuit duas vxores, odam, & sellã: & iste vult habere, quasi duas, qui hic vult gaudere, & in futuro. Sed sit similis Iacob: qui seruiuit 7. annis, ideſt toto tempore isto pro Rachele, ideo dicitur hic. Vnam petij à Domino. Et in Lu. 10. porrò vnum est necessarium. Signanter dicit hic vnam in fœminino genere: cuius est prægnantem esse, & fœcundari, ostendens quòd illa res licet dicatur, vna tamẽ omnium bonorum fœcunditatem habet: vnde sapientiæ 7. Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa.

De obsesso, qualiter se habere debeat.

IN PSAL. XXVI. SERM. LVI.

EXpecta Dominum viriliter age, & confortetur cor tuum, & sustine Dominum. Dominus loquitur hic quasi obsesso, qui qualiter se habere debeat, ostenditur 2. Paralip. 32. Vbi dicitur, quòd venit Sennacherib rex Assyriorum, & ingressus Iudæā, obsedit ciuitates munitas, volens eas capere. Quod cum vidisset Ezechias, venisse scilicet Sennacherib, & totum belli impetum verti contra Hierusalem, inito cum principibus consilio, virisque fortissimis, vt obturarēt capita fontium qui erat extra vrbem, ne reges Assyriorum aquarum abundantiam inuenirēt, ędificauit murum, qui fuerat dissipatus, extruxit turres desuper, & forinsecus alterum murum. Postea conuocauit vniuersos dicens: Viriliter agite, & confortamini: nolite timere, ne paueatis regem Assyriorum, & vniuersam multitudinem, quæ est cum eo. Cum illo enim est brachium carneum: nobiscum dominus Deus noster. Hic notantur sex obseruanda obsessis. Primum est inire consiliū, vt omnia diserete agantur contra diabolum. Isai. 16. Ini consilium, coge consilium.

Obsessi sex obseruare dēnt.

Primum.

Secūdum. Secundum est eiusdem consilij executio. scilicet obturare capita fontium, ideſt sensus exteriores compescere. Eccle. 25. Ne des aquæ tuæ exitum, nec modicum. Hoc enim est fame, & siti arctare diabolum, qui nostris desiderijs illicitis reficitur, quia oculi nostri, & aliorum organa sunt quasi raptores qui ad prædam exeunt. Et nota, quod de primis parentibus legitur Gene. 3. quòd postquā peccauerant aperti sunt oculi eorum. Et Naum. 2. Aperte sunt portæ fluuiorum. Et Iohel. 2. Domos conscendent, per fenestras intrabunt quasi fur.

Tertium. Tertium est murum dissipatum reædificare, quod est virtutes per confessionem reparare. De vtroque dicitur Iosue 24. Secundum aliam literam. Clausis portis murorum ambitu se defenderunt, seu tenebantur.

Quartū. Quartum est murum forinsecus reædificare, ideſt exteriorem

teriorem conscientiam interiori addere. Vnde dicitur. Cant. 4. Hortus conclusus soror mea sponsa, hortus conclusus, &c.

Quintum est turres extruere, quod est sanctorum vitā eminentem in exemplari ponere. Vnde Cant. 7. Collum tuum, sicut turris eburnea. Et in eodem. Nasus tuus, sicut turris libani, qui respicit contra Damascum. Interpretatur enim Damascus poculum sanguinis. Tunc respicit contra Damascum, quando ita in pœnitentiam flectitur, vel pœnam amplectitur, quòd peccatum detestatur. Vnde cum Roman. 5. Dictum sit, Vbi abundauit delictum, superabundauit, & gratia: addit in 6. Quid ergo dicemus? Manebimus in peccato, vt gratia abundet? Absit. Quintū.

Sextum est exhortatio populi, & hoc est virtutes istas diuino eloquio roborare. Et quia hæc exhortatio maxime fit in confessione, ideo legitur 1. Machab. 4. Qui dixit Iudas viris qui secum erant: Ne timueritis multitudinem eorum, & impetum eorum ne formidetis. Mementote qualiter salui facti sunt patres nostri in mari rubro. Qđ significat pœnitentiam, & non restat, nisi quòd Sennacherib. Diabolus reuertatur cum ignominia sua in terram suam. Vnde Isa. 37. Non intrabit ciuitatem hāc (ideſt animam) & non iaciet ibi sagittam, (ideſt occultam tentationem) & non occupabit eā clypeus (ideſt obstinata peccati defensio) & nō mittet in circuitu eius aggerem, ideſt non prævalebit per multarum delectationum instātiam. Sextum.

Quidam autem sunt plus pusillamines, qui castrū reddunt hostibus, nisi cito liberentur ab obsidione. Iuxta verbum, quod Iudith. 7. legitur. Hos quinque dies expectemus à Domino misericordiam, quibus transactis, si non venerit adiutorium, faciemus hęc verba quę locuti estis. Iudith autem dixit, vt habetur ibidem capit. 8. Quod est hoc verbum in quo consensit Ozias, vt tradat ciuitatem Assyrijs, si intra quinque dies non venerit vobis auxiliū? Et qui estis vos qui tentatis Dominum? Non est iste sermo qui misericordiam prouocet, sed potius qui iram excitet, & furorem accēdat. Ideo hic dicitur. Expectate Dominum &c. Vbi sex notantur, quæ strenuo militi conueniunt. Oportet enim, sicut vulgo dicitur, vt sit boni spiritus, vel anhelitus, & durabilis. In quo notatur fidei firmi-

Sex sunt necessaria strenuo militi.

Primo. tas : qui enim fidelis est, firmus est. Primum est, quòd debet esse fidelis. Vnde Hebræ. 11. Sancti per fidem vicerunt regna. Sit inquam fidelis Domino suo, & non deficiat statim fugiens, ficut facit leuis.

Secundo. Secundo debet esse fortis ad bene inferendum ictus: in quo notatur virilitas,& fortitudo. Heb. 11. Sancti fortes facti sunt in bello, castra vicerunt exterorum. Et Iohel 2. Sicut fortes current, quasi viri bellatores ascendent murum. Viri in vijs suis gradientur,& non declinabunt à semitis suis. Et 2. Regum 24. de Eleazaro. Ipse stetit,& percussit Philisteos,donec deficeret manus eius, & obrigesceret cum gladio.

Tertio. Tertio debet esse prudẽs, & circumspectus. Vnde Prouerb. 24. Vir sapiens fortis est,& vir doctus, robustus, & validus, quia cum dispositione initur bellum, & erit salus vbi multa consilia.

Quarto. Quarto debet habere fidutiam in Domino. Vnde Eccl. 2. Crede Deo,& recuperabit te: & dirige viam tuã,& spera in illum. Væh dissolutis corde qui non credunt Deo, & ideo non protegentur ab eo. Quia vt dicitur 1. Corint. 10. Fidelis Deus est, qui non patietur vos tentari supra id quod potestis. Et Abacuc. 2. Si moram fecerit, expecta illum, quia veniens veniet, & non tardabit. Ecce qui incredulus est,non erit recta anima eius in semetipso.

Quinto. Quinto non debet exturbari, vel expauescere pro vulnere si plures superueniant. Vnde Seneca. Hunc volo qui sanguinem suum vidit: cuius dentes crepuere sub pugno, & aduersa toto tulit corpore, & proiectus arma non proiecit, vel animum non proiecit. Prouerb. 30. Leo fortissimus bestiarum ad nullius pauebit occursum. Sexto debet esse durus,& fortis ad sustinendum ictus. Vnde Luc. 21. In patientia vestra possidebitis animas vestras. Prouerb. 19. Qui impatiens est, sustinebit damnum, & cum rapuerit aliud apponet. Bene igitur hoc loco Propheta: Expecta, inquit, viriliter age: per fortitudinem, scilicet duplicem. Confortetur cor tuum: per spem, & fiduciam. Sustine Dominum, per longanimitatem,& patientiam. Vnde Eccles. 2. Væh ijs qui perdiderunt sustinentiam,& qui dereliquerunt vias rectas. Et ibidem paulo ante. Sustine sustentationes (vel tentationes) Dei: coniungere Deo,& sustine,

Sexto.

sustine, vt crescat in nouissimo vita tua. Fidei firmitas, & fortitudinis virilitas sunt duo fratres, Petrus & Andreas. Vnde Prouerb. 13. Frater qui adiuuatur à fratre quasi ciuitas firma. Similiter prudentia, & fiducia sunt duo Iacobi. Imperturbabilitas autem, & sustinentia, seu patientia duo coniuges, Ysaac & Rebecca. Ysaac imperturbabilitas, Rebecca patientia. Vnde Rom. 12. Spe gaudentes, in tribulatione patientes. De his Eccl. 25. In tribus beneplacitum est spiritui meo, quæ sunt probata coram Deo, & hominibus. Concordia fratrum, & amor proximorũ, & vir, & mulier sibi consentientes.

De discretione confessoris, & de quatuor modis silendi, & respondendi.

IN PSAL. XXVII. SERM. LVII.

AD te Domine clamabo, Deus meus ne sileas à me. Scriptum est Exodi 25. Facies & propitiatorium de auro purissimo. Duos cubitos, & dimidium tenebit longitudo eius,& cubitum ac semissem latitudo. Inde præcipiam, & loquar ad te.

Propitiatur Deus, vel donando beneficia, vel condonãdo peccata. Et hoc est Deum loqui nobis. De auro dicitur purissimo. Aurum est sapientia Dei, & Deus non infipiẽter propitiatur. Non est eorum propitiatorium de auro, qui indiscretè remittunt. Ideo non tantum de auro dicitur, sed præcipitur Moysi, vt faciat illud. Moyses est lex. Tunc Moyses facit propitiatorium de auro, quando secundum legis instituta discretè sacerdos peccata remittit. Mundissimo dicitur in superlatiuo, quia huiusmodi propitiatio pertinet ad tria genera peccatorum, scilicet cordis, oris, & operis, à quibus nos Dominus emundat. Duos cubitos, & semissem dicitur habere secundum longitudinem. Longitudo pertinet ad præsentem statũ, ideo duos cubitos dixit, quia in præsenti duo remitti possunt: scilicet culpa, & pœna. Vnum cubitum habet in latitudine, quæ pertinet ad statum purgatorij, quando nõ remittitur,

Duplicíter propitiatur nobis Deus. Sacerdos discretè dimittere debet peccata.

titur, nisi sola pœna, eo quòd sit ibi locus pœnitẽtię. Duobus autẽ cubitis additur dimidius, quia vix decedit quisquã ab hac vita à culpa, & pœna perfectè purgatus, quin secum portet aliquid cremabile. Cubito latitudinis additur etiam dimidius, eo quòd post purgationẽ pœnę actualis in purgatorio, remanet purgãda pœnalitas nostræ mortalitatis ab Adam contracta, & ideo quòd semiplena est purgatio additur dimidius cubitus, cũ adhuc corpus nostrum iaceat in cinere, quod glorificandum est in resurrectione, quando hoc mortale induet immortalitatem. Propter istum dimidium cubitum rectè plangit Prophe-ta, di. Imperfectum meum viderunt oculi tui. Et iterum. Sitiuit in te anima mea quã multipliciter tibi caro mea. Et Dominus hoc innuens inquit Matth. 6. Quis vestrum potest adijcere cubitum vnum? quasi dicat. Non vestrũ, sed meum est perficere istam imperfectionem. Et hoc est quod dicit Dominus Gen. 6. de Archa. In cubito vno consumabis summitatem eius. Quando scilicet cubitus dimidius perficietur, ideſt quãdo à nobis exclusa omni culpa, & pœna, in octaua imperfectio nostra, & diminutio cõplebitur. Duabus enim rationibus respondet nobis, & iõ dicit, ne fileas, & post, ne taceas. Silet quidem Dominus, quando beneficia roganti non concedit. Tacet, quando peccata non dimittit. Multis autem de causis silemus ab aliquo. Primo quando non loquimur ei nobis loquenti. Loquitur autem nobis per se, vel per alium. Per se, quando largitur nobis beneficia sua: nos autem non respondemus ei, quia non reddimus gratias condignas. Pauci enim sunt qui gratias reddunt præsertim condignas. Vnde Luc. 17. Nonne decem mundati sunt? Et nouem vbi sunt? Non est inuentus qui rediret, & daret gloriã Deo, nisi hic alienigena: de quo erubescere debemus. Vnde Eccl. 41. Erubescite à salutantibus, de silentio.

Quid sit silere, & tacere Dei. Qñ Deus per se loquatur nobis.

Item loquitur nobis, quando supplicantibus debita, & peccata dimittit, sed nos non respondemus ei, quia rancorem eis qui nos lædunt non dimittimus. Vnde in parabola Euangelica Matth. 18. Serue nequam, omne debitum dimisi tibi, quoniam rogasti me. Nonne ergo oportuit, & te misereri conserui tui? Et Eccl. 28. Homo homini reseruat iram, & à Deo quærit medelam? In hominem simil sibi

sibi non habet misericordiam, & de peccatis suis deprecatur: Ipse, cum caro sit, reseruat iram, & propitiationem petit à Deo: Quis exorabit pro delictis illius?

Item per alium loquitur Deus nobis, vt per pauperẽ, vel in paupere, quando petit eleemosynam. Vnde cum pauperem non exaudimus, Domino loquenti non respondemus. Vnde Matth. 25. Dicturi sunt reprobi. Quando te vidimus esurientem &c. Et ipse respondebit. Quãdiu non fecistis vni de minoribus his, nec mihi fecistis. Ideo Ecclesiastici 4. Declina pauperi sine tristitia aurem tuam, & redde debitum tuum, & responde illi pacifice in mansuetudine. Et Prouerbiorum 21. Qui obturat aurem suam ad clamorem pauperis, & ipse clamabit, & non exaudietur.

Loquitur etiam nobis per prædicatorem, vel doctorẽ. Et non respondet ei is qui quod audit, facto non implet, & est similis equo qui multum deuorat, & parum potest laborare. Talis autem equus damnosus est, & excoriatori tradendus. Ideo dicit Apostolus 2. Thessal. vlti. Qui nõ laborat non manducet. Et de muliere forti Prouerbio. 31. Panem otiosa non comedit, quod tam de spirituali quàm de corporali intelligendum est.

Loquitur et Deus, p ꝓdicatorẽ cui nõ respondẽt q nõ implẽt ea quę audiant.

Secundo silemus ab aliquo, quoniam nouimus eum excommunicatum: Vnde Matth. 15. Ecce mulier Chananea &c. clamauit dicens. Miserere mei fili Dauid, filia mea à dæmonio vexatur. Qui non respondit ei verbum. Illã significat gentiles à Deo separatos. Vnde Dominus postea dixit: Non est bonum sumere: panem filiorum, & dare canibus. Sic dominus peccatores quasi pro excommunicatis habet. Non vult eis loqui de propitiatorio remittendo peccata. De quibus Amos 4. Per aperturas exibitis, altera contra alteram, & proijciemini in Armon. Armõ interpretatur anathema mœroris. Vnde Amos 6. Vęh qui separati estis in diem malum. Vnde Isa. 28. In loquela enim labij, & lingua altera loquetur ad populum istũ. De quo Apostolus 1. Corinth. 14. In lege enim scriptum est, quoniam in alijs linguis, & in labijs alijs loquar populo huic. Aliud genus. Responsionis est illud de quo Prouerb. 26. Ne respondeas stulto iuxta stultitiam suam, ne efficiaris ei similis. Responde stulto iuxta stultitiam

suam.

suam, ne sibi sapiens esse videatur. Vt qui stultus fuit in culpa, sapiens sit in pœna.

Tertio silemus ab eo cui loquenti non præstamus audientiam. Vnde dominus non cessat loqui nobis interius, sed tanta turba cogitationum, & affectuũ tumultuamus, & perstrepimus, quòd Domino loquenti audientiam non præstamus: vnde iniuriã facimus verbo, quoniam ipsum silere compellimus. Vnde Eccles. 32. Vbi auditus non est, non effundas sermonem.

Quarto ab eo silemus, qui indignus est audire. Vnde Psal. In corde meo abs. el. t. &c. Et Ioannis 18. Cum quæsiuisset Pilatus, quid est veritas? Dominus non respondit ei verbum, & ipse non expectauit responsum, sed exiuit ad Iudæos. Dicitur ergo hoc loco. Ne sileas à me, vel taceas. Quotiens enim loqueris, paratus sum respondere. Ne priues me verbo tuo tanquàm excommunicatum, paratus sum tibi loquenti audientiam præbere. Non sum Pilatus, cui taceas veritatem. Quasi dicat. Si sileas à me subtrahendo beneficia, si taceas non remittendo peccata, similis ero descendentibus in lacum, in quem quilibet per se descendere potest, sed per se exire non potest.

De impedientibus meliorem vitam, & bonam operationem.

IN PSAL. XXVIII. SERM. LVIII.

Qui vitã mutare proponunt in desertum duci dicũtur.

Impedimẽta plura propoñtiũ mutare vitã. Primum.

VOx Domini super aquas &c. Legitur Matt. 4. Qui ductus est Iesus à spiritu in desertũ. Sic multi per spiritum sanctum quasi in desertum ducuntur, dum vitam mutare, & ad melioris vitæ frugem euolare proponunt, sed plerunque occurrunt multa quæ impediunt. Leuitas cordis, mentis & corporis, & stabilitatem. Infirmitas, & pusillanimitas, vitæ rigorem. Ceruicositas superba, obedientiam. Et ardor libidinis, castitatem.

Leuitas cordis impedit, quia sicut dicitur Prouer. 15. Vult & non vult piger. Cor eius simile est nubi. Vnde in Epistola Iudæ. Nubes sine aqua quę ab omni vento circumferuntur. Simile arundini, vel ligo debili. Isa. 7. Cõmotum cor populi huius, sicut ligna quæ mouentur à facie venti. Simile fluctui maris. Vnde Is. 57. Cor impij quasi mare feruens, quod quiescere non potest. Et Iacob. 1. Qui hæsitabit, similis est fluctui maris, qui à vento mouetur, & circumfertur. Simile est gallo ad ventum in turri posito. Et paleæ frumenticeæ in excelsis positæ, aut cæmento, sine impensa posito. Vnde Eccles. 22. Sicut paleæ in excelsis, & cęmenta, sine impensa posita cõtra faciem venti non permanebunt, sic & cor timidum in cogitatione stulti contra impetum timoris nõ resistet. Tali igitur, vel taliter fluctuanti respondendum est. Tu bene facis, si loco, & tempore. hæc de te ipso desperas, vel diffidis, sed tamen non desinis sperare in Domino. Vnde Psal. Reuela Domino mentem tuam, & spera in eo, & ipse faciet.

Exẽplum aliorũ respiciendũ est.

Exempla multorum te moueant, qui prius vagi mente, facti sunt in religione stabiles, & fundati, quia vox Domini super aquas, ideſt super mentes fluctuantes, & vagas, quas stabilire potest, & etiam aquas fluidarum cogitationum, & affectionum euntes, & redeuntes sistere potest, & quasi in vnum locum congregare: etiam siccare penitus, & conuertere mare in aridam, & ventum suggestionis sedare. Vnde Gen. 1. Congregentur aquæ in locum suum, & appareat arida. Et hic. Lex Domini super aquas, Deus maiestatis intonuit, Deus super aquas multas. In illis intonat, quorum corda perterret &, & terrore voluntatem immutat, sicut tonitruum subuertit viua. Vnde in transfiguratione Domini vox audita est quasi tronitrua. Trãsfiguratio enim Domini mutationem, & transfiguratiõẽ peccatoris significat. Et Nota, quòd dicitur dominus, & post Deus maiestatis. Quia potest dominus etiam temporalis dare bona, vel mala temporalia. Solius autem Dei est dare æterna bona, vel mala. Vnde quando irrogat mala temporalia, vt sunt infirmitas, & aduersitas, intonat vt dominus: quando minatur mala æterna, intonat vt Deus maiestatis. Quando ergo vides aliquos sanos corpore, & diuites, compunctos corde mundum relinquere, dicas, Deus maiestatis intonuit, ideſt corda eorum perterruit. Quando vero quis corporis morbo, vel damno rerum cõpulsus, mutat vitam suam, agnosce, quòd dominus intonuit

Deus qñ irrogat, male tpalia ẽtonat, vt dñs qñ minatur mala ęter na intonat vt Deus.

nuit super aquas multas. Aliter enim Iacob non recessit à Laban nisi postquam mutauerat decem vicibus mercedem, & faciem suam immutauerat contra ipsum. Vnde Gen. 31. Postquàm animaduertit Iacob faciē Laban, quòd non esset sicut heri, & nudiustertius, & quòd mutauit ei mercedem decem vicibus, fugit. Spera igitur vt tibi faciat, sicut vides eum alijs fecisse. Ipse enim potest sedare ventum contrarium tentationum: sicut dicitur Matth. 8. Imperauit ventis,& mari. Et Eccles. 43. In sermone eius siluit ventus,& cogitatione sua placauit abyssum, & plantauit illum Dominus Iesus.

Secundū impedimentū est pusillanimitas.

Secunda causa impediens est infirmitas vel pusillanimitas, qua timet vitæ rigorem. Dicit enim apud se, Infirmus sum, & pusillus homo, & tener, & delicatus, & dilatatus in terra suauiter viuentium, educatus inter eos qui mollibus vestiuntur, & epulantur quotidie splendide, vt legitur de diuite epulone Luc. 16. Infirmus omnia fastidit, pusillus semper noua concupiscit: quomodo ergo communionem, seu communem vitam tenere potero, qui quod alij habent fastidio, quod habere nequeūt, concupisco? Ad hæc respondeo. Recte infirmus de tua diffidis virtute: spera tamen in Domino, quia vox Domini in virtute. Rectè pusillus corde, paruulus spiritu, de tua non præsumis prudentia, sed sensum tuum à Domino dilatari postula, & dilatabit, & magnificabit, qd partum est, quia vox Domini in magnificētia. Vnde Iacob. 1. Postulet in fide, nihil hæsitans, qui indiget sapientia, ab eo qui dat omnibus affluenter, & non improperat. Et Lu. 12. Nolite timere pusillus grex. Contra infirmitatem dicitur Isa. 40. Qui sperant in Domino mutabunt fortitudinem, assument pennas, sicut aquilæ, current & non laborabunt: ambulabunt & non deficient. Et Psal. 124. Qui confidunt, sicut mons Sion, non commouebitur &c. Contra pusillanimitatem dicit 3. Reg. 4. Dedit quoque Deus sapientiam Salomoni, & prudentiam multam nimis, & latitudinem cordis, quasi arenam, quæ est in littore maris. Gen. 13. Faciam semen tuum, sicut puluerem terræ. Et Paulo ante. Vide à loco in quo nunc es ad aquilonem, & meridiem, & ad orientem, & occidentem. Omnem terrā quàm conspicis, tibi dabo, & semini tuo vsque in sempiternum. Ad oriētem dicit, vt plene cognoscas quid sperandum. Ad occidentem, vt quid timendum. Ad Aquilonem, id est Septentrionem, vt quid odiendum. (Ab aquilone enim pandetur omne malum) Ad meridiem, vt quid amandum. Et hoc est multiplicari cogitationes super arenas, vt quanta suboriatur multitudo cogitationum malarum quæ sunt, vt arena maris, tanta sponte oriatur copia cogitationum bonarum, quę sunt, vt capilli. de quibus Matth. 10. post medium. Capilli capitis vestri omnes numerati sunt. Et Luc. 12. Sed & capilli capitis vestri omnes numerati sunt. Et Luc. 21. Et capillus de capite vestro nō peribit. Quia nec sola vna cogitatio bona in obliuione erit, dummodo sit de capite, id est de ratione, vel recta intentione procedat.

Tertiū impedimētū.

Superba ceruicositas impedit obedientiam. Dicis enim apud te. non solum dura præcipiuntur in claustris, sed ad summum cumulum malorum accedit, quòd viles, & indigni eliguntur, & promouentur vt præsint. Hoc est malum. de quo Eccles. 10. Est malum quod vidi sub Sole, quasi per errorem egrediens à facie principis. Positum stultum in dignitate sublimi Et quod grauius est, vilia & indigna cum austeritate præcipiunt: & præcipiendo non rationem sed voluntatem suam attēdunt. Quomodo hęc pati potero? Nigerrimus siquidem & lutatus gero cor durum vt lignum. Ad hoc respondebo tibi, qui prædicta fecit, & hęc faciet. Nam scriptum est de Sara cui dixit dominus, seu Angelus Genes. 18. Nunquid Deo quicquam est difficile? Et Luc. 1. Quia non est impossibile apud Deū omne verbum. Et in Psal. Omnia quæcunq; voluit fecit in cęlo & in terra &c. In Cęlo vbi inuenit intelligentiam vt cor lucidum, in Terra, vbi confirmatum, vt est terra. In mari, vbi inuenit cor instabile vt mare, & in omnibus abyssis, vbi inuenit cor tenebrosum, vt est abyssus. Vnde Abacuc 3. Aspexit & dissoluit gentes, & cōtriti sunt montes seculi. Incuruati sunt colles mundi ab itineribus æternitatis eius. Dico tibi, quòd vox Domini confirmabit cor. Vnde legitur 3. Reg. 10. quòd Salomon præbuit cęrorum multitudinem, quasi Sicomoros quę nascuntur in campestribus. Sicomorus quæ nascitur in campestribus, humilitatis est virtus: illum autem qui est cedrus per

Prælati indigni.

Sicomorus virtutē humilitatis significat.

per arrogantiam vel superbiam potest Dominus facere Sicomorum per humilitatem. Sunt cedri, quæ non sunt libani, vt superbia quæ nascitur de sęculi vanitate. Sunt cedri libani, vt superbia quæ nascitur de adepta sanctitate. Nam libanus candidatio interpretatur. i. iustificatio. Vnde Apoc. 19. Bissinum iustificationes sunt sanctorum. Aliquis ingressus nuper claustrum, superbit de literatura, de generis nobilitate adhuc attollitur, & tales cedri sunt, sed non libani. Et hanc superbiam primo tollit Dominus, & tunc vox Domini confringentis cedros. Ideo vtitur participio præsentis. Si forte postmodum de perfecta iustificatione subrepat elatio, tunc surgunt cedri libani. Verbi gratia. Ecce quòd paulo plus alijs ieiunauit, vigilauit, & lachrymas in oratione fudit, incipit in comparatione sui alios despicere, patrũ præcessorum institutis proprias adinuentiones preferre, miratur apud se, quòd miracula non facit, indignatur alijs, quòd super eos prelationem non accipiat, quòd in maiori reuerentia non habeatur aliorum inuidiæ non suæ inertiæ deputat, quòd pallidam faciem gerat, mentem nunquàm pollutam attendit dicit Luc. 18. Non sum sicut cæteri hominum &c. immo cum se immunda delectatione fędari per senserit, non propter suam negligentiam, sed ad humilitatis custodiam hoc se perpeti fingit, & iam se beato comparat Paulo, qui dixit 2. Corinth. 12. Datus est mihi stimulus carnis meæ Angelus Sathanę, qui me Colaphizet. Ideo dicitur verbo futuri temporis. Et confringet Dominus cedros libani.

Quid sit spũaliter cedros libani surgere.

Ardor libidinis impedit castitatem. Contra quam dicitur, Vox Domini intercidentis flammam ignis. Intercidit cum in parte ardet, in parte deficit: aliquando ex toto extinguitur. Vnde vt habetur Daniel. 3. Angelus Domini descendit in fornacem, & excussit flammam ignis de fornace, & fecit medium fornacis quasi ventum roris &c. Illi tres pueri significant illos qui per scientiam sunt adepti puritatem. De quibus dicitur 1. Corinth 14. Nolite pueri effici sensibus, sed malitia. Et dominus Matth. 18. Nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum cęlorum.

Tres dicuntur apud Danielem pueri, quia est puritas, cordis,

cordis, oris, & operis. In corde, siue in mente, simplicitas: in ore veritas: in opere synceritas. Quando sanctum est, quod meditamur, verum quod loquimur, iustũ quod operamur. Istos Rex Babylonis nititur compellere adorare statuam aureã, ideſt de sanctitate superbire, sed quia non potest, iubet à ministris fornacem incendi, quia quos non vincit elatione, tentat de libidine. Fornax incenditur, quando caro libidine inflammatur. Pueri sunt extra fornacẽ, quando nihil corde, vel lingua, vel manu, quod sit carnale tractantes, quodammodo iunt extra carnem, quodammodo spiritualia meditantes. Sed tunc ligantur, quando pressi tentationibus à studijs spiritualibus impediuntur. Angelus Domini ad eos descendit, quando nè in tentationibus deficiant, dominus protectionem immittit. Tunc flamma excutitur, cum libidinis ardor extinguitur. Medium fornacis, ideſt intimum cordis, quasi rore cęli perfunditur, dum conscientia ex toto refrigeratur. A pueris Deus benedicitur, dum corde, ore, & opere gratiæ Deo aguntur. Ministri succenduntur, quia maligni spiritus de bonorum liberatione torquentur. In illis autem qui non sunt pueri, ideſt puritate perfecti, ignis dicitur incendi non extingui: hi sunt qui adhuc sibi in oculis suis magni videntur, & ideo magna flamma ex parte relinquitur cum tentari fortiter permittuntur, vt superbia comprimatur: & hoc ad custodiam humilitatis, vt de Beato Paulo dicit 2. Corinth. vlt. Glossa. Ex parte autem abscinditur, ne ad consensum trahatur.

De gratiarum donis, & duplici deserto, deq; Cerui naturæ conuenientis bono ministro Dei.

IN PSAL. XXVIII. SERMO. LIX.



VOx Domini concutientis desertum &c. Post genera tentationum prosequitur dona gratiarum, quæ sunt timor, amor, & expedita velocitas actionis. Desertum malũ est vbi desunt desideria cęlestia, & desideria spiritualia, & hoc est desertum Idumeæ: quæ interpretatur

Dona gratiarũ quæ.

Desertũ malũ, & desertum bonum.

terrena. Desertum bonum est vnde procul sunt desideria sæcularia, & desideria carnalia. Et hoc est desertum Cades, quod interpretatur sancta. De deserto malo, dicitur: Vox Domini concutientis desertum, idque de presenti. De deserto bono dicitur. Commouebit dominus desertũ Cades, & hoc de futuro: quia prius est compunctio timoris, postea perfectio amoris. Vtrunque desertum concutitur: Desertum malum, vt commutetur in bonum: desertum bonum, vt de bono commutetur in melius. Primum concutitur timore: secundum amore. Primum expauescit, quòd fecit malum, secundum ingemiscit propterea, quòd desiderat, quod nondũ accepit. Hoc est quod dicitur in Psalm. Qui diuisit mare rubrum in diuisiones. Mare rubrum diuiditur. quando compunctionis amaritudo generatur, scilicet quòd deflet malum, quod fecit, & suspirat ad bonum, quod concupiscit: quod est irriguum superius, & inferius. de quo Iudic. 1.

VOx Domini præparantis ceruos, & reuelabit condensa, & in templo eius omnes dicent gloriam &c. Postquam defleuimus mala nostra decens est, vt attingamus ad bona, quod notatur cum dicitur. Vox Domini præp. cer. Ceruus est animal velox, & pauidum, serpentibus inimicum. Sic vir spiritualis debet esse expeditus in actionibus. Vnde Psalm. Viam mandatorum tuorum cucurri. Et Apostolus 1. Corint. 9. Sic currite, vt cõprehendatis. Et Prouerb. 10. Egestatem operata est manus remissa: manus fortium diuitias parat. Et Eccl. 31. In omnibus operibus tuis esto velox, & omnis infirmitas non occurret tibi. Vnde Mar. 10. Barthimęus proiecto vestimento suo, exiliens venit ad Iesum. Et Prouerb. 22. Vidisti virum velocem in opere suo, coram regibus stabit &c. Sed nè de hoc ipso, quòd expeditus est, superbiat: debet esse cautus per timorem, vt non solùm velox sit actio, & expedita, sed etiam cauta contra dæmonum insidias. vnde Beatus qui semper est pauidus. Ceruus est animal serpentibus inimicum, & vir spiritualis dæmonibus, & vitijs quasi serpentibus. Vnde. Estote fortes in bello, & pugnate cum antiquo serpente. Iusti ergo quorum actio est expedita, prouida, & fortis sunt cerui præparati. Hæc tria notantur Ecclesiastici 2. Fili accedens ad seruitium Dei, sta in iustitia, & timore, & prepara animam tuam ad tentationem. Accedens ad seruitium, ecce actio expedita: sta in iustitia, & timore, ecce prouida: præp. a.t. ad tent. ecce fortis. Huiusmodi reuelat dominus mysteriorum arcana, scripturarum profunda, sacramentorum mysteria, & allegoriarum opaca. Vnde Psalm. A mandatis tuis intellexi. Et hoc est quod dicitur Gen. 49. Neptalim Ceruus emissus, dans eloquia pulchritudinis, idest intelligentiæ purioris.

Vir spiritualis imitari debet Ceruum.

De tribus nos à peccato reuocantibus.

IN PSAL. XXIX. SERMO. LX.

EXaltabo te Domine quoniã suscepisti me, nec delectasti inimicos meos super me &c. Tria sunt quæ reuocare nos debent à peccato. Lætitia dæmonum, irrisio & insultatio eorum. Tristitia matris Ecclesiæ. De primo dicitur Eccl. 18. Post concupiscentias tuas non eas, & à voluntate tua auertere. Nam si præstiteris animę tuę concupiscentias eius. faciet te in gaudium inimicis tuis. Vnde in Psal Exultabunt si motus fuero. Maxime autem de casu iustorum lætantur, sicut patet Sap. 2. Non sit pratum, quod non pertranseat luxuria nostra. Quid est pratum floridum, nisi anima spiritualis, vernans virore virtutum? Hoc pratum plerunque ab hostis præter euntis pedibus conculcatur, & tamen eò ipso, quòd conculcatum est vberius, & floridius reuiresc it. Vnde Isa. 65. Ossa nostra quasi herba germinabunt. (virtutes nostrę ex hoc ipso fortiores surgent, quòd conculcatæ,) & cognoscetur manus Domini, idest potestas. Vbique relinquamus signa lætitiæ. Loquitur à simili victoris, qui supra castrũ, quod ceperit, in signum victoriæ suæ ponit vexilla. Præcipue vero exultat diabolus de casu prælati. Sicut dicitur 1. Reg. vltimo. Præsciderunt caput Saulis, & miserũt per circuitum, vt annunciaretur in templo idolorum populis. Caput Saulis præcidi, est prælatum peccare. In circuitu eius

Quæ reuocare nos debẽt à peccato. Primum.

caput mititur: quando peccatum eius publicatur, vt eius exemplo subditi corrumpantur.

Secundũ. Secundò irrisio, & insultatio corũ. Fatuus semper concitatur ad risum de stultitia, vt si quis cadat in lutum luxuriæ: ridet & plaudit manibus. O quantùm extollit risum diabolus, quando quis feriens ad quintanam cadit in aquam? De seipso prædicatoribus facit quintanã peccator, in quam totiens feriunt, quotiens peccata arguũt. Totiens quasi in aquam cadunt quotiens luxuriæ, vel cupiditatis peccatum incurrunt. Tunc exclamat diabolus, Euge, euge, viderunt.o. n. Et Eccl. 12. Si incurrerint tibi mala: inuenies illum illic priorem, & quasi adiuuans suffodiet plantas tuas. Quorundam nouit leuitatẽ qui sunt faciles ad capiendum. Vnde etiam de eorum confessione ridet præsumens de eorum lapsu. non magni facit munitionem eorum, sicut ille qui obserat ostium suum festuca. Vnde Abachuc primo. Super omnem munitionem ridebit &c.

Tertiũ. Tertiò, tristitia matris Ecclesiæ. Magna culpa est, & inexpiabilis offensa patris, & matris carnalium, multo magis spiritualium. Vnde Eccles. 22. Confusio patris est de filio indisciplinato. filia autem fatua in diminoratione fiet. Ouidius. Quis matrem, nisi mentis inops &c. & Matth. 1. Vox in rama audita est &c. Mater nostra Ecclesia similis est bono patri qui filium suum dissipatorẽ iterum, & iterum absoluit à debitis quæ contrahit: & tandẽ cum est incorrigibilis dimittit eum dolens suæ voluntati. Vnde Luc. 15. Dixit filius prodigus da mihi partẽ substantię quæ me contingit. Similiter Ecclesia non cessiat lacrimis, & orationibus absoluere quorundam malorum filiorum debita, & in tantum oneratur eis, quòd dolens quasi dimittit eos. De tali filio scriptum est Deuter. 21. Si genuerit homo filium contumacem, & proterũ qui non audierit patris ac matris imperium. & coercitus obedire contempserit &c. apprehendent eum, & ducent ad seniores ciuitatis, & dicent: Filius noster iste proteruus est &c. lapidibus eum obruet populus ciuitatis, & morietur, vt auferatis malum de medio vestri: & vniuersus Israel audiens pertimescat.

Econtrario tria nos ad bene operandum inuitant: cõfusio inimicorum. Michææ 7. Ne lętęris inimica mea super me, quia cecidi. Consurgam, sedebo in tenebris, scilicet pęnitentiæ. Dominus lux mea est. & post pauca. Aspiciet me inimica mea, & operietur confusione. Et Eccles. 30. Qui docet filium suum, in zelum mittit inimicum suum &c.

Tria ad bene opẽ rãdũ nos inuitant. Primum.

Secundum est gloria matris Ecclesiæ, & gaudium Eccles. 30. Qui docet filium suum gloriabitur in eo &c. & Lucæ 15. Epulari & gaudere oportebat, quia frater tuus hic mortuus erat, & reuixit.

Secundũ.

Tertium est gaudium Ecclesię triumphantis, & Angelorum. vnde Luc. 15. Maius gaudium erit in cœlo super vno peccatore pœnitentiam agente, quàm super nonaginta nouem iustis &c.

Tertiũ.

De duobus ministrantibus occasiones ad peccandum, & de remedijs,

IN PSAL. XXIX. SERMO. LXI.

EGo dixi, in abundantia mea &c. Domine in voluntate tua &c. Duo sunt quæ maxime subministrant occasiones ad peccandum. Diuitiæ, & pulchritudo, & corporalis, & spiritualis. Beatus qui potest dicere. In abundantia mea non mouebor in ęter. & Domine præstitisti decori meo virtutem. Abundantia siquidem commouet multos, & ad multa. Ad inobediẽtiam. Vnde Deuter. 35. Dedisti eis terram hanc, & possederunt eam, & non obedierunt voci tuæ. Ad obliuionem Dei. Leui. 6. Cum dederit tibi dominus ciuitates magnas &c. caue diligenter nè obliuiscaris Domini Dei tui &c. Et hoc est, quod Effraim, & Manasses sunt fratres de quibus Gen. 48. Ad elationem. vnde Glos. Super Apo. Diuitum vermis superbia. Et Deut. 8. Obserua nè quando domos ædificaueris &c. eleuetur cor tuum &c. Ad præsumptionem, & contemptum Dei. vnde 2. Paral. 26. Egressum est nomen Ozię procul. eo quòd auxiliaretur ei dominus,

Diuitiæ, & pulchritudo occasiones mirã strant ad peccãdũ. Abundãtia multa mouet.

& corroborasset illum. eleuatum est cor eius in interitū suum, & neglexit Dominum Deum suum &c. statimque orta est lepra in fronte coram sacerdotibus &c. Ad arrogantiam. vnde Isa.2. Repleta est terra auro, & argento, & adorauerunt, quod fecerunt digiti eorum. Opus manuū suarum adorare est sibi ascribere.

Ad contentionem. Vnde Gen.13. Erat quippe substantia eorum nimis. & nequibant communiter habitare. Vnde facta est rixa inter pastores Abraham, & Loth. Sic hodie inter seculares, & clausirales. Et Eccles.21. obiurgatio obnubilabit substātiam &c. Sic superbi substantia eradicabitur. Ad luxuriam Hiere.5. Saturati sunt, & mœchati sunt. & in domibus meretricis luxuriabantur. Ad abusionem Ezech.16. Ecce hæc fuit iniquitas Sodomæ. Saturitas panis, & abundantia &c. Interficit pœnitētiam. Gen. 4. Dixit Caym ad Abel, Egrediamini foras. & tunc interfecit eum. Abel, luctus Caym possessio. Caym Abel occidit, quando delitiæ temporalium, pœnitentiæ luctum extinguūt. Et Isa.22. Et vocabit dominus Deus exercituum in die illa, ad fletum, & ad planctum, & ad caluitium faci, & ecce gaudium, & lætitia &c. Aufert contemplationem. Vnde Gene.48. Ingredienti mihi Euphratem defuncta est vxor mea Rachel. eratque vernum tempus, & ingrediebar Eufratem. Vitijs dat victoriam, Hiere.46. In terra Aquilonis iuxta Eufratem, (ideſt ad diaboli suggestionem iuxta temporalia) victi sunt, & fugerunt. Omnium spiritualium bonorum facit corruptionem. Sicut ex fœce crassa vinum corrumpitur, & immutatur, & propter hoc necesse habet reseçari, ideſt de vase in vas transfundi: ita & carnalis animus de abundantia debet ad paupertatem transferri. Vnde Hiere. 48. Fertilis fuit Moab ab adolescentia sua, & requieuit in fœcibus suis. Non est transfusus de vase in vas, & in transmigrationē nō abijt, ideo permansit gustus eius in eo &c.

Pulchritudo corporalis multas ad peccādū occasiones sūministrat.

Pulchritudo similiter corporalis ad multa solet hominem commouere. Ad luxuriam, & alia inconuenientia. Vnde Hiere.5. Egressum est nomen tuū inter gentes propter speciem tuam &c. & habens fiduciam in pulchritudine tua fornicata es &c. Beatus est ergo qui nunc potest dicere.

dicere. Domine in voluntate tua præstitisti decori meo virtutem &c.

Eodem modo de abundantia spiritualium bonorum intelligendū, quæ sunt munditia carnis, & mentis, & scientia, & sic de alijs. Sed in hoc est differentia, quòd in spiritualibus idem est decor, quod abundantia, & è conuerso, & hæc solent multos ad superbiam, & iactantiam commouere. Quid enim est hæc abundātia, nisi mons Libani? quod interpretatur candidatio? Et quid in monte sublimes cedros crescere: nisi de abundantia spiritualium bonorum sublimes cogitationes ascendere? De quibus. Vox Domini confringet cedros: & confringet dominus cedros Libani. Hier. 21. Qui sedes in Libano, & nidificas in cedris. Sic de decore spiritualium. vnde Hier.28. Eleuatum est cor tuum &c.

Remedia cōtra peccata in abūdātia.

Econtrario tria sunt quæ in abundantia nō faciunt nos moueri: flagellum infirmitatis. vnde magna misericordia Dei cum diuitem in temporalibus, vel spiritualibus infirmitate visitat nè superbiat. Vnde Eccl.34. Qui emittit disciplinam, sicut lucem. Et Isa. 28. Vexatio dabit intellectū. Et de Manasse legitur, quòd in prosperitate oblitus est Deum, & in tribulatione conuersus est ad Deum, & 2. ad Corinth. 12. Nè magnitudo reuelationum extollat me, datus est mihi stimulus carnis &c.

Vtilitas tribulationum.

Meditatio mortis.

Item meditatio mortis. Hæc enim multum humiliat, & fastum reprimit. vnde Iob 5. Ingredieris in abundantia sepulchrum, ideſt inter ipsas delitias, & diuitias cogitabis de morte, & Ecclesiastici 27. Memento paupertatis in diebus abundantię &c. Item cogitare, quod cum nihil habeamus à nobis, quàm miserum, & quàm stultum sit se iactare de alieno. vnde 1. ad Corinth. 4. Ne vnus aduersus alterum infletur pro alio. Et omnium rerū decor Dei est, & abundantia, & apud ipsas creaturas est depositum Dei, & hoc est, quod dicitur Ezec.16. Egressum est nomē tuum inter gentes propter speciem tuam, quia perfecta eras decore meo, quem posueram super te. Quod confitetur, qui dicit, Domine in vo.t. præst. deco. meo virtutem.

De anima fructui arboris comparata.

IN PSAL. XXX. SERMO. LXII.

Anima fructui comparatur.

IN manus tuas commendo &c. Sap. 3. Iustorum animæ in manu Dei sunt &c. Anima comparatur fructui arboris qui quãdoque est maturus, quandoque acerbus. Circa hũc fructum considerandum propter quid maturus, propter quid acerbus, qui maturi colliguntur, & acerbi consumuntur; & non nisi maturi comedendi sunt.

Qui fructus non maturentur.

Fructus illi non maturantur qui crescunt in vmbra, & non exponuntur ad Solem. Vmbra significat carnalẽ delectationem, quia quærit vmbram propter solatium, & tenebras. Vnde Ouidius. Sole iuuant vmbræ, grata fit vnda siti. Propter tenebras, quia qui male agit odit lucem: & coluber est diabolus quasi colens vmbram, & de Behemoth dicitur Iob 40. Sub vmbra dormit in secreto calami: in locis humentibus. Similes sunt quidam fructibus vmbrosis qui delicati velut mulierculæ contra æstum solis, vel ignis protegunt candorem faciei. Isti non sunt fructus digni mensa Domini, quia non maturi, & quia soli se subtraxerunt. Dicent Sapien. 5. Errauimus à via veritatis, & Sol intelligentiæ non est ortus nobis. Ideo sancti exponebãt se ardori tribulationis, vt maturarentur. Ideo sponsa dicebat Cant. 1. Nigra sum, sed formosa &c. Et Malach. 3. Orietur vobis timentibus Deum sol iustitiæ, & sanitas in pennis eius, id est maturitas. Radius Lunæ non maturat fructus. Quia lucem habet, sine calore. Non est ergo fructus maturus qui, & si habeat scientiæ lucem, non habet charitatis calorem. Pennæ solis lux, & calor. Et solis iustitiæ. scientia, & charitas. Fructus palmæ nõ maturantur, nisi aurora vehente, masculi sui oppositi vaporem susceperit: neque liberum arbitrium, nisi per calorem gratiæ, fructum operis maturum facit. Ideo se palmæ comparat Ecclesia. Eccles. 24. Quasi palma exaltata sum in Cades; &c. Poma vmbrosa, aut in vmbra nata non fiunt matura & ideo neque dulcia, sed acida, & acerba. Et similiter racemi facientes dentes obstupescere. Vnde

Hier.

Hier. 21. Patres nostri comederunt vuam acerbam. Non sponte cadunt de arbore, sed abrũpuntur. Sic & mali non sponte moriuntur, sed quasi vi abrumpuntur. Vnde Sapien. 4. Confringentur rami incõsummati, & fructus eorum inutiles, & acerbi ad manducandum, & ad nihilum apti. Sed sicut fructus maturi sponte cadunt de arbore, ita viri spirituales. Quia vt dictum est, maturi sponte moriuntur. Vnde Apostolus Phil. 1. desiderium habens dissolui, & esse cum Christo. Vnde super illud verbum, Inclinato capite emisit spiritum: dicit beatus Bernar. Quis tam facile, quando vult dormit? Magna infirmitas mori, sed sic mori, virtus immensa. Sicit ibi ò impie Iuda non fuit facultas ponendi animam, sed perdendi. non enim te tradente, sed laqueo trahente spiritus tuus nequissimus exiuit. non emissus, sed amissus. Solus in mortem tradidit animam suam, qui solus virtute propria ingressus est vitam. Potestatem, inquit, Ioann. 10. habeo ponendi animam, & iterum sumendi eam. Et Luc. 12. Dominus dixit. Stulte hac nocte animam tuam repetent à te, quæ autem parasti cuius erunt? Vix inuenit dominus poma matura &c. Mych. 7. Non est Botrus ad comedendum, præcoquas ficus desiderauit anima mea. Et Iohel 1. Ficus elanguit: malogranatum, & palma, & malum, & omnia ligna agri aruerunt, Ficus est dulcedo contemplationis. Malogranatum, vnitas fraternitatis: quia continet sub vno cortice multa grana. Palma quæ figuram exprimit manus, est exemplum boni operis. Malum quod est odoriferum: est odor bonæ opinionis. Hæc omnia deficiunt in viris Ecclesiasticis. Ad sæculares autem pertinet, quòd ligna agri aruerunt.

Sancti dicuntur maturi fructus.

Maturi fructus manu colliguntur, vel nè lædãtur supponitur aliquid molle: sic dominus. quodammodo manũ suam animabus sanctis quasi maturis fructibus colligẽdis supponit, quæ mollis est, & fortis. Mollis ideo non lædiuntur vnde. Si ceciderit iustus non collidetur, quia dominus supponit manum suam. Ideo suauis, & mollis, quia vncta est, & propter suauitatem dicitur sinus Abrahæ. Quia fortis dicitur, non est qui de manu tua possit eruere. Ideo dixerunt ad Ioseph Aegyptij. Salus nostra in

manu

manu tua est. Hinc consuetum est, quòd in morte, anima fidelium Domino commendatur. Cõmendamus tibi Domine animam famuli tui propter verbũ, quod dixit Christus: pater in manus tuas commendo spiritum meum. Non tamen tantùm intellexit spiritum sui corporis naturalis, sed & mystici: & hoc fit ad dæmones arcendos, qui egredienti ponunt insidias. sicut muri muralegus ad exitum foraminis: vnde beatus Martinus dixit. Quid hic astas cruenta bestia? &c. Et quidam decedens susurrabat Beatæ Virgini. Iter para tutum. Et propter hoc cantatur ad sepulchrum. Occurrite sancti Dei. In huius commendationis figuram offertur sacerdoti denarius. Quorundã tamen animæ non recipiuntur à Domino, quia peccatis deformantur. Quia secundùm legem non dicitur rẽ reddere qui non reddit in valore. vnde & ipsi de manu tua depulsi sunt. sed potius reddendum erat cum vsuris bonorum operum. Vnde Matth. 25. Nonne oportuit te committere pecuniam meam nummularijs, & veniens ego recepissem vtique quod meum est cum vsura? Et Eccle. 18. Ne fueris mediocris in contentione ex fœnore &c.

Leccatores comedunt fructus etiam non maturos, scilicet blezeaus. Quibus similis est diabolus. Vnde Isa. 28. Quasi temporaneum ante maturitatem autumni, quod cũ aspexerit videns, statim vt manu tenuerit, vorabit illud.

De vanitate, & vacuitate creaturarum, præcipue hominum.

IN PSAL. XXX. SERMO. LXIII.

Omnis creatura vanitas, & vacuitas dicit.

Disti obseruantes vanitates superuacuè. Omnis creatura, & quicquid temporale est, & transitorium est, dicitur vanitas, & vacuitas comparatione sui ipsius, ideſt quantum in se est, comparatione nostri; & creatoris. Comparatione sui vana: comparatione nostri vanior. comparatione creatoris vanissima. Comparatione sui vana, nostri vacua, creatoris superuacua. Comparatio sui, ideſt in se vana, quia deficit ab esse, & non est, nisi possibile. Vnde legitur Genes. 8. quòd Noe

Noe primò emisit columbam, & cum non inueniret vbi pes requiesceret reuersa est ad archam. Secundò egressa reportauit ramum oliuæ virentibus folijs. Primus exitus columbæ significat primum modum contemplationis, quo consideramus quid creatura ex se sit: & inuenitur, quòd nihil. & hoc est, quòd columba nihil inuenit. Secundus exitus columbæ est secundus modus contẽplationis quo consideramus quid sit ex dono Dei: & inuenimus, quòd quædam creatura, imago creatoris, vestigium æternorum. & hoc est, quòd columba ramum virentem retulit.

Duo exitus colũbæ significãt duos modos contẽplationis.

Comparatione creatoris vanissima, & superuacua. Vnde Isa. 40. Omnes gentes quasi non sint: sic sunt coram ipso, & quasi nihilũ, & inane reputatæ sunt ei. Vnde Sap. 11. Tanquam momẽtum statherę sic est ante te orbis terrarum, & tanquam gutta roris antelucani, qui descendit in terram.

Quantúm ad nos vacua: quia non implent, sed inflant, vt ventus, vel non satiant, sed sitim, vel famẽ prouocant: non fulciunt, sed innitentẽ decipiunt. Non implent, quia solida non sunt. sicut de archa vacua licèt plena vento dicitur, quòd nihil est in archa. non reputatur enim aliquid ventus: sic nec terrena. Vnde Iob 26. Qui extendit Aquilonem super vacuum, & appendit terram super nihilum. Aquilo ventus gelidus, & constrictiuus significat cor cõgelatum, quod constringitur per auaritiam retinendi: & extenditur per cupiditatem acquirendi. sed super vacuum extenditur dum temporalia appetuntur. de constrictione habes Eccles. 27. Sicut in medio compaginis lapidum palus figitur, sic inter medium emptionis, & venditionis angustiabitur homo peccatis. Et Iob 41. dicitur. Cor eius indurabitur tanquam lapis, & stringetur quasi malleatoris incus. De extensione Isa. 5. Vęh qui coniungitis domũ ad domum. & Amos 1. Super tribus sceleribus filiorum Ammon, & super quatuor non conuertam eum, eo quòd dissecuerit prægnantes Galaad ad dilatandum terminum suum. Sed rectè dicũtur extendi super vacuũ, sicut quoddam genus corij, quod vulgariter dicitur Maisgueim, seu Megeir, quod quantum ex vna parte extenditur, ex alia

con-

Universidad de Deusto Biblioteca

constringitur. Item non implent: quia nec concupiscibilis voluptate, nec rationalis scientia, nec irascibilis gloria impletur. De concupiscibili dicitur Eccles. 5. Auarus nõ implebitur pecunia, & qui amat diuitias fructum nõ capiet ex eis. Quia rationalis non impleatur scientia. patet Eccles. 1. Cuncta res difficiles, nec potest homo eas explicare sermone. Non satiatur oculus visu, nec auris auditu impletur. Quia nec inani gloria irascibilis: patet, quia si omnes linguæ hominum soluerentur in laudes, non sufficerent glorioso. Quærit semper quid de se dicatur. Persius. Et verum, inquit, amo, verum mihi dicito, de me. Quis populi sermo? Ideo dicitur Prouerb. 23. Quomodo probatur in conflatorio argentum, & in fornace aurum, sic probatur homo ore laudantis. Signum autem, quòd temporalia non implent, est continua attractio. Vacuum enim naturaliter attrahit sibi. Non implent, sed magis inflant. Quia & scientia, & pecunia faciunt superbire. De scientia dicitur 1. ad Gorinth. 8. Scientia inflat. Pecunia etiam inflat. vnde cupidus significatur per hydropicum quem dominus curauit. Et Ouidius. Sic quibus intumuit venter suffusus ab vnda. Vana gloria inflat. vnde 1. Corinth. 4. Discatis nè supra quam scriptum est vnus aduersus alterum infletur pro alio. Quid habes, quod non accepisti &c. Boetius Odoxa doxa, nihil aliud in libris mortaliũ facta quam inflatio aurium. Magna non satiant, sed sitim prouocant. Vnde Prouerb. 30. Tria sunt insatiabilia, & quartum quod nunquam dicit sufficit. Infernus, & os vuluæ, & terra quæ nunquam satiatur aqua. Ignis vero nunquam dicit sufficit. Infernus est superbia. Quia ei debetur inferior locus. Os vuluæ, luxuria. Iuuenalis de Messalina imperatrice. Et lassata viris nondum satiata recessit. Terra cor auari. Ignis cor cupidi, verè non satiant. vnde Aggei 1. Comedistis, & non estis saturati.

Signum quod temporalia nõ satiãt, & continua attractio.

Item sitim prouocant. Eccles. 23. Anima calida quasi ignis ardens non extinguetur &c. Isa. 29. Sicut somniat esuriens, & comedit, cum autem fuerit experge factus vacua est anima eius &c. Et Ouidius. Quo plus sunt potæ plus sitiuntur aquæ. Non fulciunt, sed innitentem fallũt. vnde Isa. 36. Ecce cõfidis super baculum harundineũ &c.

Cui

Cui si innixus fuerit homo, intrabit manum eius, & perforabit eam. Qui ergo innititur temporalibus quæ diligit, est sicut naufragus qui hæret hærbis in aqua quæ fragiles sunt, & ei non solùm auxilio non sunt, sed implicãt pedes eius. & citius perire faciunt. Quod significatur 3. Reg. in fine. Naues quæ nauigauerunt in Ophir propter aurum ire non poterant, & confractæ sunt. Ophir hærboſum, vel infirmum significat diuitias temporales. Quia sicut hærbæ non valent liberare eis inhærentem, ita neque diuitiæ eis innitentẽ. Eccles. 5. Noli attendere ad possessiones iniquas: & ne dixeris, est mihi sufficiens vita. Nihil enim proderit in tempore vindictæ, & obductionis. & hoc est, quòd Ophir interpretatur infirmum. Et sicut hærbæ implicantes sunt causa corporalis. ita etiam diuitiæ impedientes sunt causa spiritualis naufragij. Hęreas ergo tabulæ firmæ veritatis, de qua dicitur Ioan. 8. Veritas liberabit vos. Ideo hic de Domino, qui est veritas, dicitur. Odisti obseruantes vanitates superuacuè &c. Veritas enim vanitatem non amat.

Ophir significat diuitias temporales.

De visis imitandis, & vitandis.

IN PSAL. XXX. SERMO. LXIIII.

OVi videbant me, foras fugerunt à me. Tria sunt, quæ maxime in interiori aspectione intuenda sunt, scilicet Christus. Sanctorum conuersatio. mundus. Primæ duæ inspectiones sunt ad imitationem. Tertia ad fugam. Christum exteriori visione intuentur, qui intuẽtur paupertatem eius tantùm, humilitatẽ, passionem. propter hoc mundani, & carnales, & vani, quia Christũ intuentur, tantùm exterius, fugiunt ab eo. Quia prudentia mundi quærit diuitias, & abhorret paupertatem. Sapientia mundi gloriam, & fugit humilitatem. Prudentia carnis, delitias & obhorret crucis amaritudinem. Vnde dicit. Qui videbant me foras &c. Noli ergo intueri exterius Christum, sed interius inspice, quia inueries sub paupertate inæstimabiles diuitias. Sub humilitate

Tria intuenda a spectione interiori. Quinam intueantur Christũ visione exteriori. Christus nõ exterius, sed interius intuẽdus est.

militate gloriam. Sub amaritudine crucis, delitias. De primo dicitur Matth. 5. Beati pauperes quoniam ipsorum est regnum cęlorum. De secundo Luc. 14. Qui se humiliat exaltabitur. Et Eccles. 11. Erexit eum ab humilitate &c. De tertio Matth. 5. Beati qui lugent &c. Hi sunt thesauri absconditi. de quibus Deuteron. 33. Inundationę maris quasi lac sugent, & thesauros absconditos arenarũ. Sub arena thesaurus absconditur, quia sub sterilitate paupertatis, diuitiæ inueniuntur. Ideo dixit Angelus ad Tobiam 5. Exentera hunc piscem, & cor eius, & fel reponętur tibi. Sunt enim hæc necessaria ad medicamenta vtiliter. Piscis est Christus: hunc piscem quidam non faciunt, nisi exsquamare, qui exteriora Christi considerant dum interiora eius non attendunt. ideo piscis exenterari solet, vt fel, & huiusmodi amara extrahantur. Tales comedunt piscem cum felle. Docebat autem Angelus, quòd fel non erat comedendum, sed felle oculi inungendi. Oculus est aīę est in animæ intellectus, oculum felle inungimus: quãdo amatellectus. ritudinem passionis Christi recogitamus. Hoc est collirium de quo Apoca. 3. Collirio inunge oculos tuos, vt videas. Item nec iecur comedendum, sed igne comburendum, quia fumus eius exterminat omne genus dęmoniorum. dæmon sciens interpretatur. Tria sunt dæmonia, prudentia mundi, prudentia diaboli, prudentia carnis. Qui sub paupertate Christi considerat latere diuitias cęli, contemnit prudentiam mundi. Qui sub humilitate Christi considerat latere gloriam regni Dei facile contemnit sapientiam diaboli, qui quærit gloriam mundi. Qui sub amaritudine passionis Christi considerat latere ęternę felicitatis præmia, contemnit prudentiam carnis: quæ non attendit, nisi transitoriam voluptatem, & sic omne genus dæmoniorum exterminatur.

Oculus est in animæ intellectus.

Dæmonia tria.

Modi exterminãdi oĩa genera dæmoniorũ.

Conuersatio sanctorũ interius, est Ispiciẽda.

Similiter conuersatio sanctorum, siue religio non est exterius, sed interius inspicienda, & ænulanda. Mundani Religio eam vident exterius, & obhorrent, & dicunt eam desertũ sanctorũ propter tria. Desertum enim habet inamœnitatem, steà munda rilitatem, solitudinem. Similiter religio inamœnitatę habenis dicię bet in habitus vilitate: sterilitatem in pęnuria cibi, & podesertũ. tus: solitudinem in sequestratione à consortio mundi, & ideo

ideo à multis contemnitur: sed non attendunt, quòd habeat sub inamęnitate delectationem, & pulchritudinem. Vnde Cant. 1. dicit sponsa: Nigra sum, sed formosa. Et iterũ Can. 4. Quàm pulchra es amica mea &c. absque eo, quod intrinsecus latet. Ideo cõparatur nuci, quæ exterius amara est intus autem sapida. Frange nucleum, & dulcedinem inuenies. Vnde dicitur in Cant. 6. Secundum 70. interpretes: Dilectus meus descendit in hortum meum. Sub steritate fœcunditatem. vnde cum diabolus tentaret dominum in deserto de gula: Respondit Dominus. Non in solo pane viuit homo. Sic spiritualem docens satietatem nõ carnalem attendere. vnde Isa. 51. Ponam desertũ eius delitias, & solitudinem eius quasi hortum Domini. Sub solitudine solatiorum frequentiam. Quia Angelorum, & internarum consolationum visitationem. vnde secundum multitudinem dolorum m. con. t. i. a. m. & constituisti diẽ solem. in con. & in fi. tentationis Dominicæ dicitur, quòd Angeli ministrabant ei, & Oseæ 1. Ducam eam in solitudinem, & loquar ad cor eius. Hinc dicitur Exo. 3. Quòd Moyses minauit oues Ietro ad interiora deserti. Moyses significat Christum, vel gratiam, oues Ietro mundas, & obedientes cogitationes liberi arbitrij. Oues istas ducit Moyses ad interiora deserti, quando per intellectus donũ interiora religionis facit inspicere, vt cogitationes mentis ibi pascantur. Et attende, quòd cum Moyses minasset oues ad interiora deserti, vidit visionem magnam, quòd, scilicet rubus arderet, & non consumeretur. Rubus ardet, & non consumitur, quando homo paupertate, vel tribulatione examinatur, & illuminatur, & non consumitur. Iuxta verbum Apostoli 1. ad Corinth. 4 Maledicimur, & benedicimus, & persecutionem patimur, & sustinemus. Exteriora deserti tantùm vident: qui magis æmulantur exteriorem conuersationem sanctorum, vt habitũ, & tonsuram, quàm intentionem, vt hypocritæ. de quibus Iob 30. Qui manducant hærbas, & arborum corticem, idest exteriora sanctorum satagunt imitari. Et iterum. Iob 3. Expectet lucem, & non videat lucem, nec ortum auroræ surgentis. vbi dicit Gregor. Ortum auroræ non viderunt qui cum opera iusti vident, intentionẽ non pensant, imi-

Quid sit rubũ ardere, & non consumari.

tantes

tantes vnde foris laudentur, non vnde intus ad bonum surgant.

Mundus etiam interius est considerandus.

Similiter mundus non exterius est considerandus: sed interius conspiciendus. Qui exterius vident mundum credunt ibi esse amenitatem, copiam, solatium: sed si inspicerent interius inuenirent sub amenitate inamœnitatem, & horrorem. vnde Gen. 13. Vidit Loth omnem terram circa regionem Iordanis, quæ vniuersa irrigabatur antequam subuerterat dominus Sodomam, & Gomorram, vt Paradisus Domini, & sicut Aegyptus venientibus in Segor. Aegyptus interpretatur luctus, vel tenebræ, cum autem præmiserat, sicut Paradisus Domini: subiungit, sicut Aegyptus. Sub falsa copia sterilitatem. vnde Aggei 1. Comeditis, & non estis saturati. Hoc alibi. Sub solatio desolationem. Et hoc etiam in futuro. Hinc iuxta verbum Senecæ. Mel muscæ sequuntur, frumentum formicæ, cadauera lupi &c. hominem nõ sequitur turba ista, sed praedam. In futuro, quantacunque eis cunstet te turba nepotũ, & ministrorum: ad solitudinem redigeris. Hæc est solitudo Hiereconitica, id est lunaris, propter mutabilitatem, in qua comprehensus est Sedechias, & ductus in Reblata, vt haberur Hierem. 39. Et ibi exoculatus est &c. hoc videt qui interius inspicit mundum. vnde de Niniue quæ interpretatur speciosa. Dicitur Nau 3. Omnis qui viderit te refiliet à te. Et in eodem. Intra lutum, & calca, & subigens tene laterem.

De duplici dulcedine, scilicet gratiæ, & gloriæ.

IN PSAL. XXX. SERMO. LXV.

Dulcedo Domini duplex.

Dulcedo gratiæ, & multa magna, & absconsa.

QVàm magna multitudo dulcedinis tuæ do. quã. absconditi. te. Duplex est dulcedo Domini. prima gratiæ, secunda gloriæ. Dulcedo gratiæ est multa, magna, absconsa. Absconsa quidem, sed timentibus. Magna: quia diluuium culpæ siccat, & si fuerit magnum, vt Oseæ 4. Maledictum, & mendacium, & furtum, & adulterium, & homicidium inundauerunt super terram, & sanguis sanguinem tetigit. Diluuiũ gratiæ superabundauit diluuium culpæ. vnde Eccles. 39. Benedictio illius quasi fluuius inundabit &c. de hoc diluuio dicitur Psal. Dominus diluuium inhabitare facit, & sedebit rex in æter. tunc primò sedebit in domo quietè quasi post naufragium hostium, id est victoriam vitiorum. ideo dicitur ad Rom. 5. Vbi superabundauit delictum &c. Post. Non sicut delictum, ita & donum, quasi dicat multò plus.

Multa est quantum ad numerum. vnde sicut dicitur. Misericordia superexaltat iudicium, quantum ad magnitudinem: ita dicitur, Misericordiæ eius non est numerus. Nulla potest geometria magnitudinem mensurare. nulla arithmetica multitudinem numerare. Hæc duo debet cõsiderare peccator, ne desperet, vel de magnitudine peccati: tunc enim debet præoculis habere misericordiæ magnitudinẽ: vel de multitudine peccatorũ, quia tunc debet spectare ad misericordiam infinitã. Ideo dixit Dauid pœnitens Miserere mei Deus secũdùm magnam misericordiam tuam &c. Et secundùm multitudinem &c. Sunt quidam qui monstruosè peccauerunt, & enormiter. de quibus Oseæ 9. Profundè peccauerunt, sicut in diebus Gabaa. quod interpretatur vallis, vel decliuum, quod significat obscura, & occulta peccata. de quibus Prouerb. 18. Impius cum venerit in profundum vitiorum contemnit. Isti cum deberent attendere misericordiæ Dei magnitudinem, non attendunt. sed sibi eclipsim faciunt per obiectum peccati sui. vt non luceat super eos misericordia Dei. Sic & sacerdotes qui exhorrent magnitudinem peccati: eandem eclipsim patiuntur. tales subtrahunt Domino quos lucrifacere deberent: contra quos dicitur Is. 65. Qui dicunt recede à me, nõ appropinques mihi. quia immundus es. isti fumus erunt in conspectu meo, ignis ardens tota die.

Multa est gratia quantum ad numerum.

Duo considerãda à peccatore nè desperet.

Sunt qui considerant multitudinem peccatorum, quæ totiens iterauerunt: & dicunt sibi iuxta illud Hierem. 2. Quia vilis facta es iterans vias tuas. Bene quidẽ faciunt, si in alterum oculum habeant ad multitudinẽ misericordiæ Dei, quæ redeunti non claudit gremium. Et si iteras confessionem, & pœnitentiam, nõ tædet eum iterare misericordiam. Neque hoc reputat nugationem, siue inutilẽ

repetitionem. Vnde Hierem. 2. Quia vilis, non hoc dicit propter iterationem tantùm, sed cõtra animam loquitur quæ iustificat se, & non vult confiteri peccatũ. Vnde præmittitur. Dixisti absque peccato, & innocens ego sum. Ecce iudicio contendam tecum eo, quòd dixeris non peccaui. quã vilis &c. & ab Aegypto confunderis, sicut confusa es ab Assur. Assur interpretatur dirigens, & significat superbiam. Aegyptus tenebræ, vel luctus, & significat luxuriam, quæ quærit tenebras, & cuius voluptas luctum meretur, quasi dicat, sicut prius contaminata es per superbiam, ita adijcies, vt polluaris per luxuriam. Hinc est quod dominus dicit Ioan. 11. Eamus iterum in Iudæã. Dicunt ei discipuli, Rabbi: nunc quærebant te Iudæi lapidare: & iterum vadis illuc? Iudæi sunt confitentes. Iudæi quodammodo lapidant Christum: quotiens confitentes post confessionem peccatum iterant. Vnde in Psal. Supra dorsum meũ fabri. p. prolon. ini. &c. Sed ob hoc pius Iesus nõ dimisit iterum ire in Iudæam, ideſt ad iteratam confessionem. Non est ergo contemnenda confessionis iteratio. quia totiens venit iterum, & iterum dominus in Iudæam: quòd in Iudæa Lazarum suscitat, vt dicitur Io. 11. Sic & te. licèt quatriduanum, & fœtentem suscitabit. Vnde quod Petro dixit cui claues tradiderat, intelligant sibi dictum omnes sacerdotes. Matthæi 18. Quærenti Petro si septies dimitteret. Respondit, Non dico septies, sed septuagies septies, ideſt quotiens cũque petierit. vnde quia contra magnitudinem, & multitudinem peccatorum opponitur magnitudo, & multitudo misericordiæ Dei: dicitur Luc. 22. Ibat Iesus secundùm consuetudinem in montem oliuarum. Mons propter molem, & magnitudinem, oliuarum pluraliter, propter misericordiæ multitudinẽ. Mentitus est Caym, cum dixit Gen. 4. Maior est iniquitas mea, quam, vt veniam merear &c. Quia nec quantum ad quantitatem, nec quantum ad numerum erat minor misericordia, seu gratia Dei.

Iterantes peccatum post confessionẽ quodã modo lapidant Christũ.

Iteratio cõfessionis nõ est cõtẽnenda.

Medicina spũalis aĩç est contraria medicinę corporali.

Absconsa est medicina, contraria enim est medicinæ corporali. spiritualis animæ medicina. Quia illa sub aliqua dulcedine abscondit, & inuoluit amaritudinem pilularum, vel potus medicinalis. Hæc autem è conuerſo sub

sub amaritudine abscondit dulcedinem. Ideo de spõsa dicitur Cant. 4. Mel & lac sub lingua tua. Et Cant. 6. Descendi in hortum meum &c.

Dulcedo medicinę spiritualis tripliciter abscõditur.

Hæc dulcedo absconditur tripliciter. Sub amaritudine pœnitentiæ. Sub tribulatione, vel infirmitate. Sub cauta dissimulatione. Sub amaritudine pœnitentiæ, scilicet vigiliarum, iciuniorum, & huiusmodi lachrymarum, & gemituum cordis, & rugitũ. Et hoc est, quod dicitur Iud. 13. Examen apum in ore leonis erat. & de comedente exiuit cibus, & de forti dulcedo. Leo rugitum habens terribilem, significat pœnitentem. Nam & pœnitens rugitum cordis habet. Vnde rugiebam à gemitu cordis mei. ad rugitum leonis animalia figunt pedem. Et ad rugitum pœnitentiæ se motus animales sistunt. Leo suscitat catulos suos ad rugitum suum tertia die. Catulus leonis nouus homo qui post confessionem, contritionem, satisfactionẽ die tertia resuscitatur. De hoc catulo dicitur Deuter. 33. Dan, catulus leonis fluet largiter ex Basan, ideſt ex confusione peccati lachrymis exundabit. De tertia die Oseæ 6. Viuificabit nos post duos dies, in die tertia suscitabit nos. In maxilla ergo leonis fauus inuenitur, quando sub rugitu pœnitentiæ, misericordiæ diuinę dulcedo sentitur qua anima reficitur. Vnde Iob 3. dixit, Antequam comedam suspiro, & tanquam inundantes aquę rugitus meus.

Sub tribulatione, vel infirmitate absconditur misericordia. Quia quãdo huiusmodi flagella immittit Deus nõ rectè intelligenti videtur iratus, sed non est: & sicut dilectionem ira zeli abscondit: sic flagellum, misericordiam: & hoc est, quod dicitur Isa. 59. Opertus est Deus quasi pallio zeli. Immo quia diligit, flagellat. Eccles. 30. Qui diligit filium assidua ei flagella &c. Et Prouerb. 3. Quem enim diligit dominus corripit. Et Heb. 12. Flagellat omnem filium quem recipit.

Sub cauta dissimulatione quam pater facit filio. cui nõ vult arridere, ne filius insolescat, sic per prosperitatẽ suis dominus non arridet, nè inde superbiant. & se per securitatem negligant. Vnde Eccles. 30. Lacta filium, & pauentẽ te faciet &c. & Eccles. 7. Filiæ tibi sunt serua corpus illarum, & non ostendas hilarem faciem ad illas.

Absconsa timentibus, & non quibuscunque. timentes enim sunt pauperes spiritu. quibus diuitię cęlestes seruantur. Vnde Beati pauperes: quoniam ipsorum est regnum cœlorum &c. & illud. Paratti in dulc. tua. pau. de timentibus enim dicit, quia timor asperitatem habet, & saporem acidum, sicut viridis fructus. vnde in prima Canonica Io. 4. Timor pœnam habet, sed à diligentibus Dominũ non sentitur. Ideo in eodem: perfecta charitas foras mittit timorem. Et Io. 15. Iam non dicam vos seruos &c. Quia quæcunque au. &c. Timor pertinet ad seruum: charitas ad amicum cui reuelantur secreta. Ideo dicitur Eccle. 2. Qui timetis Deum diligite eũ, & illuminabũtur corda vestra.

De superbia quare sit præcipuè detestanda.

IN PSAL. XXX. SERMO. LXVI.

Multæ proprietates superbiæ. Prima.

REtribuet dominus abundanter facientibus superbiam. Quia superbia specialia habet in culpa: singularitatem meretur in pœna. Primum speciale est, quòd superbia nõ potest pati similem sibi. Alij peccatores sibi similibus sociantur. Quia fures furibus. Vnde Prouer. 1. Marsupium vnum sit omnium nostrum. & in Psal. Si videbas furem currebas cum eo &c. Isa. 1. Omnes principes tui infideles socij furum. Fornicarijs fornicarij adiũguntur. Vnde Ezech. 19. Qui se iungit fornicarijs, nequã erit. Gulosi gulosis sociantur. Prouerb. 23. Vacantibus potibus, & vocantes symbola consumuntur. Ideo etiam maculis comparantur, quia sibi cohærent. Vnde in Epistola Iudæ 1. Hi sunt in conuiuijs suis maculæ &c. Dicitur Eccles. 27. generaliter: Volatilia ad sibi similia iunguntur. Superbus autem non patitur consortium superbi. Vnde Gen. 13. Dicitur, quòd pastores Abraham, & Loth rixati sunt, & non poterant habitare simul. vnde Lucanus. Nulla fides regni socijs, omnisque potestas, Impatiens consortis erit. Et hoc est quod Gallicè dicitur: duo grossi non possunt simul esse in vno sacco. Duo superbi sunt quasi duo corpora sphærica, & propter tumorem (quia sphæra tumorẽ habet) se non nisi in puncto contingere possunt, & se inuicem compungunt.

Secundum speciale est, quòd superbus, quod in se odit in alio diligit, scilicet humilitatem quam in alio diligit, in se odit. In alio odit superbiam in se diligit cã. vnde Ecclesiastici 13. Sicut abominatio est superbo humilitas, sic & execratio diuitis pauper. Et Amos 2. Qui conterunt super puluerem terræ capita pauperum, & viam humilium declinant. Secunda.

Tertium quòd suo contrario velat se. vnde Beatus Bernardus. Gloriosa res est humilitas qua ipsa quoque superbia se palliare appetit nè vilescat. Et Eccles. 19. Est qui se nequiter humiliat. Ber. vultus dimittitur, prosternitur corpus aliquas tibi lachrimulas extorquent si possunt. vocẽ suspirijs verba gemitibus interrumpunt. Et Eccles. 12. Et si humiliatus vadat curuus abijce animum tuum: & custodi te ab illo. Tertia.

Quartum, quòd de suo contrario nascitur, quia de ipsa humilitate. vnde Bernar. Superbia natione cęlestis, latet sub cinere, & cilicio. Et in Psal. Vox Domini confringentis cedros, & com. dominus cę. li. idest illos qui de candore, & magnitudine virtutum superbiunt. Alibi. Qui sedes in Libano, & ædificas in Cedris. Hierem. 12. Quid facies in superbia Iordanis? Iordanis interpretatur descensus. Quid ergo Iordanis superbia, nisi superbia de humilitate nata? Quarta.

Quintum, quòd de sua morte, & quorumcunque vitiorum morte oritur: vt Phœnix de suis cineribus quę est vnica auis: sic & superbia singularis. Vnde 1. Mach. 6. Vidit Eleazar bestiam loricatã loricis regis, & erat eminens super omnes bestias, & supposuit se, & occidit eam, & cecidit in terram super ipsum, & mortuus est illic. Elephas est superbia, quia sicut Elephas excedit cætera animalia corporis quantitate, ita & superbi cæteros cordis elatione. Ideo dicitur bestia supereminens cæteris. Quare in Psal. dicitur. Domine non est exaltatum cor meum: neque elati sunt oculi mei: neque ambulaui in magnis &c. Elephas nõ potest, sicut Camelus genua flectere: & superbia semper erectus nõ potest se submittere. Vnde Iob 15. Quinta. Superbia Elephãti cõparat.

Cucurrit aduersus Deum collo erecto &c. Hæc bestia loricis regis loricata dicitur. Quis est iste rex, nisi de quo Iob 41. Ipse est rex super omnes filios superbiæ? Peccatum proprium diaboli est superbia: vnde superbi quasi cõmilitones, & socij diaboli, quasi eisdem vestibus, eisdem armis induti sunt. Rectè ergo dicitur de superbiæ bestia, quòd regis armis, seu loricis erat loricata. Eleazar hanc bestiam supponendo se occidit: quia nullus superbiã, nisi per humilitatem vincit: & à mortua bestia victor opprimitur, quando de ipsius superbiæ victoria animus delectatus inaniter extollitur. Et sic de morte proptia, superbia nascitur.

Sexta. Sextum, quòd eos quos vult sibi esse dissimiles ex cõuictu facit esse cõsimiles, scilicet superbos. Vnde Eccl. 13. Qui tetigerit picem inquinabitur ab ea &c. & qui cõmunicauerit superbo induet superbiam.

Septima. Septimũ, quòd extendit se vltra quàm possit. Vnde Isa. 16. Audiuimus superbiam Moab: superbus est valde. Superbia eius, & arrogantia plus quàm fortitudo eius.

Superbia ẽt i pœna erit singularis. Hinc est, quòd superbia singularis erit in pœna. Vnde dominus in vtroque aduentu venit accinctus ad destruẽdum superbiam. In primo quasi medicus causam ægritudinis inuestigans, vt contraria contrarijs curaret, humilitatẽ exhibuit. Vnde dixit. Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde: & nõ exteriori simulatione. In secũdo, ad eam penitus extirpandam, & damnandam veniet quasi chirurgicus cum igne. Vnde Isa. 2. Incuruabitur altitudo virorũ, & exaltabitur Deus solus in die illa. Hinc est, quòd cum dominus in omni culpa puniat citra merita, & in omni operebono remuneret supra merita, sicut dicitur Isa. 39. Qui mensus est pugillo aquas, & palmo cœlos ponderauit. Metitur pugillo aquas, ideſt peccatores, quãdo eos citra merita punit, palmo cœlos ponderat, quando vltra merita cœlestium, & spiritualium virorum remunerationem extendit. Si posset pati misericordia: in hoc peccato pœnam totam penitus exerceret, & quomodocunq; agatur cũ superbo, plus quocunque alio peccatore accedet ad plenam mensuram. Et ideo dicitur Osex 5. Respõdebit Israel arrogantia sua in facie eius.

Quid est metiri aquas pugillo, & cœlos palmo ponderare.

De causis ob quas confessio est necessaria.

IN PSAL. XXXI. SERMO. LXVII.

De necessitate confessionis.

DIxi confitebor aduersum me, &c. Cõfessio est necessaria propter multas causas. Primò, qa differentia est inter forum ciuile, & forũ spirituale: quia in foro ciuili confessus de crimine habetur pro cõuicto: vnde nõ restant partes iudicis in cõfessum. Vnde Ouidius. Non est confessi causa tuenda rei. Et Matth. 26. Blasphemauit: Quid adhuc egemus testibus? In foro spirituali habetur pro absoluto. Vnde 1. Io. 1. Si confiteamur peccata nostra, fidelis, & iustus est Deus, vt remittat nobis peccata nostra, & mũdet nos ab omni iniquitate nostra, &c. Et 2. Reg. 12. dixit Dauid ad Nathan. Peccaui Domino. Dixitq; Nathan ad Dauid. Dominus peccatum tuum transtulit à te.

Differentia ĩter forũ Ciuile & forum spũale.

Secundò, quia multi timent cõfiteri, eo quòd videntur detegere peccata sua. Vnde ipsi non intelligunt, quòd hoc est vere tegere. Vnde. Beati quorum tecta sunt peccata. Confitere ergo, & nihil poterit legere diabolus in chirographo suo: vt contigit de quodam dæmoniaco, qui non nouit quendam maleficum confessum, quem nouerat. Vnde dicitur Prouerb. 10. Vniuersa delicta operit charitas. Et paulò ante. Vena vitæ os iusti: os autem impiorum operit iniquitatem. Et Prouerb. 28. Qui abscondit scelera sua non dirigetur. Qui autem confessus fuerit & reliquerit ea, misericordiam consequetur. Vnde canonica pœna debetur sacerdoti, qui confessionem detegit: prodit. n. culpam quæ non est. Vnde eis competit quod dr. Esa. 16. Pone quasi noctem vmbram tuam in meridie. Absconde fugientes, & vagos ne prodas. Habitabunt apud te profugi mei. Esto latibulum eorum. Et hoc dictum est Moabitis, vt. s. reciperent Iudæos fugientes ad eos tempore persecutionis, quos noluerunt suscipere: immo hostibus exposuerunt. Moab interpretatur de patre: & significat sacerdotẽ, qui debet esse pater spiritualis subditorũ. Iudæi confitentes, quos p superbiã expellũt, vel eorũ pctã detegũt.

Exẽplũ.

Pœna canonica debet sacerdoti reuelanti confessionem.

Sed dominus Moabitis pp hoc maiorem pœnam inflixit.

Tertiò, quia si non reuelantur hîc: in iudicio omnium oculis reuelabuntur. Plerunque etiam in præsenti, in pœnam reuelantur. vnde 2. Reg. 12. Dixit Nathan ad Dauid. Tu fecisti abscondita: ego autem faciam verbum istud in conspectu omnis Israel: & in conspectu solis huius. In futuro: vt Naum. 3. Reuelabo pudẽda tua in facie tua. Ostendam gentibus nuditatem tuam, & regnis ignominiam, & ponam super te abominationes tuas, & contumelijs afficiam te, & erit omnis qui viderit te, & resiliet à te. Et Eze. 38. Fili hominis pone faciem tuam contra Gog, & terram Magog. Gog, tectum Magog detectum interpretatur. Quasi dicat. detege peccata eorum, qui hîc ea non tegunt. Et hoc est, quod in Psalm. dicitur. Quoniã tacui inueterauerunt ossa mea dum clamarem tota die.

Quartò quia sacerdos quasi obtinet vicem & officium medici in morbis spiritualibus: in quibus iudicare non potest, nisi ei aperiantur. vnde Eccles. 38. Qui delinquit in conspectu eius, qui fecit illum, incidit in manus medici, ideſt sacerdotis. Et sicut plerunque irrepit cancer quando vlcus celatur: sic in spiritualibus, & fit incurabilis. vnde Eccles. 18. Ante languorem humiliate, & in tempore infirmitatis ostende conuersationem tuam.

Quintò, quia sacerdos obtinet quasi vicem generalis administratoris, cui reddi debet ratio totius actionis, & vitæ spiritualis: ille autem qui cõfiteri debet tenet quasi vicem villici, cui debet dici iuxta illud. Lucæ 16. Redde rationem villicationis tuæ: iam enim non poteris villicare.

Peccatũ denti putrido cõparatur.

Sextò, quia peccatum denti putrido comparari potest, quem nè corrumpat alios dentes & os faciat fœtere extrahi oportet, alioquin similis erit illis, qui sicut dicitur. Gen. 11. Ædificauerũt Turrim Babel in campo Sennaar: quod interpretatur fœtor dentium, ideſt fœtor peccatorum, quæ sunt dentes diaboli, quibus atterit peccatores, signati per dentes Leonis, qui naturaliter habet os fœtidum. In campo Sennaar Babel erigit, qui fœtorem proprium non attendens, de peccato superbit, & de seipso contra Deum munitionem facit.

Septimò, quia peccatum crapulæ comparatur. Qui enim

enim peccat sobrietatem non seruat. Confessio autem similis vomitui per quem crapula habet curari. vnde Eccles. 31. Si coactus fueris in edendo multum: surge è medio, & vome & refrigerabit te, & non adduces corpori tuo infirmitatem, &c.

Octauò. Quia cum quis peccat, quasi diabolo se confœderat. vnde Esa. 28. Percussimus fœdus cum morte, & cum inferno fecimus pactum: sed cum peccator confitetur detegendo secretum diaboli quasi confœderationem dissoluit, vnde fit, quòd diabolus sei de cætero facilè non credit: neque ei secretum, suum committit. Sicut dicitur. Eccles. 27. Qui denudat arcana amici fidem perdit. Nullus libenter committeret secretum ei quem nouerit esse garrulum. vnde ex quo diabolus vidit aliquem garrulum per confessionem, nihil audet committere ei, nec potest in eo confidere. Sed illum qui non confitetur amat quasi secretarium suum, & thesauriarum suum. Qui confitetur, etiam diabolo conuiciatur, & quasi prodit eum. vnde Eccles. 22. Est concordatio (cum amico) excepto conuicio & improperio & superbia, & mysterij reuelatione, & plaga dolosa. In his omnibus effugiet amicus.

Nonò, quia & si in contritione & proposito confitendi deletur culpa: non tamen ibi soluitur vinculum pœnæ. Quia nisi sequatur confessio: nequaquam commutatur in pœnam transitoriam: sed confessio commutat. vnde singnanter dictum est. Dixi confitebor, & tu remisisti impiet. Non dixit peccatum meum. Impietatem dicit iniquitatem creatoris. Quæ quanta sit manifestum est. Quid enim magis potest esse iniuriosum, quàm contra tantæ pietatis dominũ à quo sumus, & habemus quicquid boni habemus, dominum qui viuit in æternum. Illud improbè, imprudenter, & impiè committitur, quod quantum in te est non possis in æternum corrigere. In proposito confessionis deletur culpa, in ipsa remittitur confessione etiam pœna, dum pro æterna, succedit transitoria.

In contritione deletur culpa, nõ tamen ibi soluitur vinculum pœnæ.

IN PSAL. XXXI. SERMO. LXVIII.

NOlite fieri sicut Equus & Mulus, quibus nó est intellectus. Qui emit Equum, vel Mulum vix effugiet quin decipiatur, si emat à mangone: secus si à vicino de cuius fide cõfidit. Christus est sicut bonus vicinus quia frater noster est, si necesse habemus emere Equũ & Mulum: ab eo quæramus. Equus Christi, spiritus fortitudinis & sanctæ animositatis. Sub figura Equi dicitur. Iob. 39. Nũquid præbebis Equo fortitudinem, aut circundabis collo eius hinnitum. Et paulò post. Exultat audacter, in occursum pergit armatis, contemnit pauorem. Hinc est, qp in figura Christi dicitur Salomõ Equos & Mulos habuisse. 3. Reg. 10. Et singulis deferebant vasa, & aurea, & argentea: vestes & arma bellica, aromata quoq; & Equos & Mulos. Salomoni vasa aurea &c. deferunt qui sapientiam si quam habent, & eloquentiam, quæ per vasa aurea & argentea: virtutum ornatum & defensionem, & bonam opinionem, qua per vestes, & arma bellica & aro. spiritum fortitudinis, & castitatis, quæ per Equos & Mulos significãtur, Christo asciscunt. Dicitur etiã 3. Reg. 10. Negotiatores Regis de Choa Equos emebant & statuto precio perducebãt. Choa interpretatur ecclesia vel congregatio. Negotiatores Regis nostri, quibus dicitur. Luc. 19. Negotiamini dum venio: sunt qui dant temporalia pro æternis. Quid est ergo negotiatores istos de Choa Equos adducere nisi quemcunq; prodentem negotiatorem per exemplum eorum qui strenui sunt & potiores in ecclesia, qui imitatione digni sunt, spiritum fortitudinis sibi ipsis ad rectè viuendũ assumere?

Christus est bonus vicinus.

Equus Chri qs.

Mul' qd significet

Mulus etiam, siue Mula (quia omnis Mula sterilis est) significat spiritum temperãtiæ & castitatis. vnde dicitur. 3. Reg. 1. Imposuerunt Salomonem super Mulam Dauid Regis & vaxit eum Sadot in Gion. Salomon inungendus ponitur super Mulam, quia qui sublimandus est in regẽ animarum, debet alijs præeminere per temperantiam & corporis castitatem. Gion interpretatur lucta. Inungũtur enim

enim non solùm Reges sed etiam pugiles. In Gion ergo inunguntur, vt ad luctam contra vitia, & contra spiritales nequitias accingãtur, Hi Muli sunt nitẽtes Asini. De quib. dicitur. Iud. 5. Qui ascenditis super nitẽtes Asinos, & sedetis super in indicio, & ambulatis in via, loquimini. Vbi currus collisi sunt, &c. Supet Asinos nitentes ascende re est hilariter continere & non contristari de carnis edomatione. Super in iudicio sedere est carnẽ cum discretione macerare: alioquin reputabitur inter fatuas virgines quæ non sumpserunt oleum secum. Tales autem equos, & mulos Malos vendit dominus.

Ascẽdere super asinos nitentes est nõ cõtristari de carnis macerationе.

Sed diabolus est sicut mango qui vendit Equos & Mulos morbosos. Equi morbosi sunt spiritus superbiæ & vanitatis, & spiritus luxuriæ & voluptatis. Spiritus superbiæ & vanitatis est quasi Equus plenus superossibus: & rigidus ante: & frequenter se præcipitans, quia superbia præceps est & ruinosa. Spiritus luxuriæ & voluptatis quasi Equus moruosus & sarcinosus propter immũditiã & corruptelam. Quia vnius moruosi contagio facit alios moruosos, & sarcinosos. De precipitatione huius Equi dicitur. Exo. 15. Equum & ascensorẽ proiecit in mare. Diabolus ascensor, Equi diaboli quicũq; superbi & fastuosi. Quia sicut Equi se deraiant, i. oblique vadunt. Vnde Origenes. Cum videris persecutorem nimium sęuientem, scito, qp ab ascensore suo dęmone perurgetur: ideo sęuus & turbulẽtus est. Mare est passio Christi vel infern'. Equum diabolus & ascensorem in mare proiecit, quando omnẽ superbiam diaboli & suorum, per humilitatem passionis deiecit. Vnde dominus ascendit animal vile, vt per hoc destrueret omnem superbiam. Vel Equum & ascensorem proijciet, quia cum diabolo omnem superbum in infernũ detrudet. De hoc Equo. quia omnis superbus effrenis est, dicitur. Esa. 36. Ponam circulum in naribus tuis, & frenũ in labijs, & reducam te in viam per quam venisti. Circulus in naribus superbi ponitur, quando eius præsumptio cohiberur. In labijs frenum innectitur, quando ab ampullosa sua iactantia deprimitur. Ad viam per quam venit reducitur, cum de fastu suo ad priorem humilitatem redigitur.

Eq mordosi qp võduntur a diabolo, qui sint.

Mulus

Mulus libido est.

Mulus est spiritus immundæ voluptatis, vel libido quæ non excusatur per bonum prolis, vt in matrimonio: quia Mulus sterilis carnis significat voluptatem, quæ nō excusatur per prolem: maximè illam quæ est contra naturā. Quia sicut Mulus est sterilis, ita & hæc voluptas vel libido est sterilis. Sicut Mulus de copula irregulari nascit & in qua diuersæ species commiscentur: ita libido contra naturam tanquam anomala, & irregularis damnatur. Propter sterilitatem dicitur. Disperierunt in Endor, quod interpretatur ignis generationis, ideſt in igne generationis, ideſt qui deberet esse ad generationem, & nō est: ideo ignis generans est. Fit enim generatio ignis, quo Sodoma punita est. Gen. 19. Mulus licèt non possit generare, tamen petulans est, & feruet in libidine. Sic & tales sicut & de spadone dicitur. Eccles. 30. Videns oculis & ingemiscens sicut spado complectens virginem, & suspirans. Et Mulus de irregulari coitu nascitur, & hæc libido tāquam irregularis damnatur. Vnde dicitur in epistola Iudæ in principio. Sicut Sodoma & Gomorra, & finitimæ ciuitates simili modo exfornicatæ, ideſt extra regulam fornicatæ, abierunt post carnem alteram. Quia de matrimonio dicitur: Erunt duo in carne vna. sed hi non, ideo dicit alteram: ideo rectè per Onagrum significati sunt. Hier. 2.

Asinus silüester luxuria ab vsu aliena.

Cursor leuis explicans vias suas, Onager in solitudine. Onager Asinus est silüester. Asinus luxuriam significat. Quid ergo Asinus silüester, nisi luxuria ab vsu aliena? & ideo abusio: & ideo rectè addit in solitudine. Quia hoc insolitum est secundùm naturam. Et hoc eleganter significatur. Lucæ 8. Vbi loquitur de dæmoniaco, qui rumpebat cathenas, & compedes. Et spiritus agebat eum in desertum. Verè cathenas ferreas, & compedes rumpit: quia vincula insolubilia iuris naturalis, & vincula legis diuinæ dissoluit. Quid autem est, quòd agitur in desertum, nisi quia ad dissuetum, & solitarium abusum?

De tribulatione quam dominus hic suis immittit: & de occulta consolatione quam hic præmittit, & de tribulationum in futuro sæculo pœnitus extinctione.

IN PSAL. XXXII. SERMO. LXIX.

CONgregans sicut in vtre aquas maris: ponens thesauris abyssos. Nota tria circa hoc verbum. Primò, quòd dominus hic suis tribulationem immittit, & quando vult reprimit ita tribulationes, quòd non omnino extinguit. Secundò, quòd occultas habet consolationes, quas & hîc præmittit. Tertiò in futuro tribulationes ex toto euacuabit. De primo dicitur: congregans &c. Aquæ maris sunt tribulationes, quę quasi in vtre statuuntur, quando pro voluntate domini reprimuntur. vnde Exod. 15. Stetit vnda fluens, congregatæ sunt abyssi in medio mari. Iob. 38. Quis conclusit ostijs mare, quando erumpebat, quasi de vulua procedens (ideſt de corde mali, scilicet persecutoris in quo quasi in vulua concipitur) posui vectem & ostia & dixi. Vsque huc venies, & non procedes amplius, &c. Et Exo. 14. Erat quasi murus à dextera eorum & lęua. In duobus tentat nos diabolus, vt dicit Beatus Bernardus: contra patientiam per tribulationes, contra munditiam per voluptates. Alios appetit telis malitiosæ suggestionis cum per malitiam nititur patientiam prouocare. Alios retibus voluptatis irretire laborat, habet laqueos & iacula tanquam venator sitiens sanguinem animarum. Sed contra retia delitiarum murus est nobis à dextris mare, id est ipse mundus propter afflictiones quas exhibet in delitijs suis. Cum enim in omni statu mundi sit afflictio ipse mundus aduocatus est contra seipsum. vnde Beatus Bernardus. Et si studet pauper in opere foris, non minus diues in ipsa sua cogitatione intus laborat. vnde Beatus Gregorius. Ipse mundus dum tot amaritudinibus cruciat, dum tot calamitates ingeminat: quid aliud nisi vt non ametur clamat? Et poeta. Nulla est secura voluptas. Et Prouerb. 14. Risus dolore miscebitur. Et

Aquę maris tribulationes importāt

Afflictiones sunt murꝰ cōtra retia delitiarē

Iob.30. Esse sub lentibus delitias computabāt. Naum.3. Omnis qui viderit te, resiliet à te. Item contra molestias nè vincamur, murus est nobis mare inferius, i. infernus. Si enim consideremus quàm longa & interminabilis sit pœna inferni, & quàm acerba: nulla nos molestia ad impatientiam prouocabit Psal. Qui dixit. Torrentem pertransiuit anima nostra, aquam intolerabilem, &c. Illa est aqua intolerabilis de qua Iudicum. 5. Torrens Cyson traxit cadauera virorum. Torrens Cadum in torrens Cyson, id est Rubrum mare, s. pœna Gehennalis. Et Iob. 6. Qui timēt pruinam irruet super eos nix, i. pœna æterna, de qua Prouerb. 30. Omnes domestici eius vestiti sunt duplicibus: non timebit domui suæ à frigoribus niuis. Ecce quanta sollicitudine dominus munit suos gradientes per medium sicci maris, qui à dextris, & à sinistris præ licto modo muniti sunt, qui sunt quasi latera vtris. Attende etiam q̄ in posteriori habent nubem & angelum. hæc est nubes, quæ oppouitur malis nè eorum transeat oratio, quam habent mali ante se, s. peccatum. vnde Thre. 3 Opposuit nubem tibi nè transeat oratio. Boni habent hanc nubem à posteriori: de qua Eccles. vlt. In diebus iuuentutis tuæ, memento creatoris tui antequam reuertatur nubes post pluuiam. Nubes peccatum: pluuia gratia lachrymarum. Nubes post pluuiam cessare debet, & non reuerti. Quia post fletum iterum flenda non debent committi. Ideo dicit. Memento creatoris tui, quia ad creatoris immemorē reuertantur. Ideo Angelus est à posterioribus, & à tergo, id est recordatio beneficiorum Christi. Similiter & nubes id est memoria peccatorum. His duobus stimulis pungimur à tergo, vt mare ingrediamur, id est disciplinam apprehendamus. Sed non intrabimus nisi Iudas primus intret. Quia confessio est, quæ nos introducit, ideo meretur regnum. vnde Gen. 49. Iuda laudabūt te fratres tui, i. aliæ virtutes, quæ confessionem sequuntur. Mali econuerso ante se habent nubem: peccatū, s. nè ad Deum possit oratio eorum peruenire. Sancti autem sicut post se nubem ad stimulum; ita ante se habent ventum vrentem, i. spiritum sanctum aduocatū. vnde Esa. 63. De hoc eodem. Qui eduxit eos abyssos, quasi Equum in deserto nō impingentē, quasi

Nubes peccatū pluuia vero gratia lacrymarū impetrat.

Duo stimuli ad tolerādas tribulationes.

quasi animal in campo. Descendens spiritus domini dux eius fuit. Ecce duo alia latera vtris ab ante & retro. sic claudit dominus & munit suos. vnde Cant. 4. Hortus conclusus, hortus conclu. &c. Et attende quod ibi dicitur hortus, cum hortus delitiosus sit, hoc est, quod hic dicitur ponens in thesauris abyssos. Et ibidem: mare siccū, quia in ipsa amaritudine dominus occultas infundit consolationes (& hoc pertinet ad secundum membrum) quas habet quasi in thesauris. Abyssus abyssum innocat in voce, &c. Abyssus tribulationum, & tentationum, abyssum delitiarum, & consolationum. Vnde Esa. 51. Ponet desertum eius quasi delitias, & solitudinem eius quasi hortum domini. Et in libro Sap. 19. In mari rubro via sine impedimento, & campus germinans de profundo nimio. Quia sicut diuites huius mundi in delitijs suis permixtas habent amaritudines: ita & sancti in tribulationibus suis occultas dulcedines occultè germinantes. vnde Prou. 11. Qui confidit in delitijs suis corruet. Iusti autem quasi virens folium germinantes, ideo abyssus sua obsorbet malos. Sed nequaquam bonos. vnde Iudith. 9. de Aegyptijs. Tenuit pedes eorum abyssus. Bonos non. vnde Psal. 70. Et de abyssis terræ iterum reduxisti me.

Tertiò hic notandum q̄ tribulationum aquas amaras tandem dominus ex toto suis exsiccat, vt puræ sint consolationes. In præsenti quidem eas suis mitigat. Et hoc est quod dicitur. Exo. 14. Cum extendisset Moyses manum super mare, abstulit illud dominus flante vento vehemente, & vrente tota nocte: & vertit in siccum. Postea verò dicitur. Extendit Moyses manum cōtra mare, & reuersum est ad priorem locum. Fugientibus Aegyptijs occurrerūt aquæ, Supra mare manus extenditur cum à domino leuigatur tribulatio. Contra mare extenditur cū ex toto amaritudo tollitur. Apoc. 21. Absterget Deus omnem lachrymam ab oculis eorum, &c. Et bene sequitur: Reuersum est mare ad locum suum, proprius enim alueus pœnę est peccatum. Alueus ergo ab aqua siccatur cum quis in præsenti peccat & non punitur. vnde Esa. 19. Arescet aqua de mari &c. Vt in illis qui prosperantur in via huius mūdi. vnde in Psalm. 72. Ecce ipsi peccatores & abundantes in

Deus tribulationes ex toto tādem amicis suis exiccat, vt puræ sint cōsolationes.

sęculo obtinuerunt diuitias. Et nota q̃ Aegyptij nunquã intrassent mare nisi alueum siccum vidissent. Neque mali vnquam peccare præsumerent, nisi peccantium hic impunitatem viderent. Nam & ipse Dauid dixit. Pęne moti sunt pedes mei, pęne effusi sunt gressus mei: Quia zelaui super iniquos, pacem peccatorum vidēs. Sed per alueum iu quo perierunt Aegyptij, Israelitæ transeunt illęsi: quia impunitas peccantium, quæ æmulatoribus est ad ruinã, sanctis non nocet, sed est ad viam, id est ad profectum. vnde Eccles. 8. Etenim quia non profertur cito contra malos sententia, absq; vllo timore filij hoīum perpetrant mala. (Ecce q̃ malis est ad ruinam.) Attamen peccator ex eo, q̃ centies fecit malum, & per patientiam sustentatur, ego cognoui, q̃ bonum est timentibus Deum. Ecce q̃ bonus est ad profectum. Mare igitur ad locum suum reuertitur, cum finitis tribulationibus sanctorum soli, qui peccauerunt punientur. Tunc quas in thesauris habebat consolationes plenè effundet: quæ benè abysso cõparantur, quia exhauriri non possiunt propter infinitatem. Abyssus est ibi bonitatis, abyssus sapientiæ, & sic de alijs. Vnde Eccles. 24. A mari abundabit cogitatio eius, & consiliũ eius in abysso magna. tunc verum erit quod dicitur Abyssus abyssum, inuo. &c. Quia abyssus dilectionis, abyssum cognitionis, & econuersio. Quia quanto plus amabit, tanto plus cognoscet, & econuersio.

Mali nũquã peccare præsumerent nisi hicvi derẽt impunitatẽ peccãtiũ.

Consolationes cõparantur abysso.

De triplici populo Dei.

IN PSAL. XXXII. SERMO. LXX.

Populus triplex layci clerici sęculares, & regulares

BEata gens, cuius est dominus Deus eius. Alibi, Beatus populus cuius dominus Deus eius. Hic populus est triplex. Seculares, vt layci. Ecclesiastici viri, clerici: & claustrales. De his dicitur Eccles. 24. In Iacob inhabita, & in Israel hæreditare: & in electis. m. mit. ra. Iacob & Esau fratres significant laycos. Iacob simplices, Esau astutos. Vnde dicit Gen. 25. Iacob vir simplex, Esau gnarus venandi, & homo agricola. Gnari venandi sunt, qui prudentiam mundi habent, & versutiam temporalia acquirẽdi. De Iacob legitur, quòd duabus de causis fugit à Laban. Vna quòd decem vicibus ei mercedem mutauit. Secũda quòd austeriorem vultum ei ostendit solito.

Duæ causæ cõpellunt fugere mũdũ.

Similiter duæ causæ sunt, quæ compellunt mundum fugere: eius mendacium, ac falsitas, & mutatio status, s. prosperitatis. De primo dicitur. Gen. 31. q̃ cum aduertisset Iacob, q̃ decem vicibus mutauit ei mercedem, fugit ab eo, eo tempore quo Laban erat ad tondendũ oues. Laban mundus, qui interpretatur candidati, cuius cãdor falsus est, & fucatus. Cum autem falsitatem huius simplices viri deprehendunt, mundum fugiunt. Vnde Naum. 3. Omnis qui viderit te resiliet à te. Dicitur hoc de Niniue, quæ dicitur speciosa. Hoc autem facit dum Laban est ad tondendas oues. Laban significat mundanos temporalibus implicatos, qui vacant ouibus tondendis, id est simplicibus spoliandis. Omnes sunt hodie ouium tonsores, id est pauperum simplicium deprædatores.

Similiter de secundo dicitur Gen. 31. Animaduertit Iacob faciem Laban, q̃ non esset erga eum sicut heri, & nudiustertius: & cogitauit fugere ab eo. Sic multi videntes fortunam mutatam sibi, & mundum non arridere, proponunt vitam mutare. De quo Eccl. 18. A mane vsque ad vesperam immutabitur tempus: & hæc omnia citata in oculis Dei. In curijs ita est, q̃ ex quo videt quis ibi equo suo subtrahere auenam: intelligit sibi dari licentiam, i. abeundi occasionem. Et hæc est consuetudo malorum dominorum, qui noluut remunerare mercede debita seruientes suos: occasiones quærunt contra eos, & defraudant mercede sua. Ideo dicitur Prouer. 5. Fili, ne des alienis honorem tuum, & annos tuos crudeli, &c.

Iacob p-mutatio-nem noīs significat viros ecclesiasticos.

Iacob secundum q̃ nomen eius mutatum est, & dictus est Israel, significat viros ecclesiasticos, s. clericos: quia sicut de Iacob factus est Israel: ita qui primo sunt layci, de laycis facti sunt clerici, quando tonsurantur in clericum. Et hoc significatur Gen. 32. Ecce vir luctabatur cũ eo vsque in mane, & tetigit neruum femoris eius, & statim emarcuit, & dixit ad eũ. Dimitte me, iam enim ascendit aurora. Respondit ei. Non dimittam te, nisi benedixe-

ris mihi. Ait igitur. Quod nomen tibi est? Respondit, Iacob. at ille. Nequaquam Iacob appellabitur nomẽ tuum, sed Israel. Angelus est scripturæ intelligentia. Cum hoc autem Angelo luctatur vsque in mane, qui donec ad scripturæ intelligentiam perueniat, meditatur. Neruus femoris tangitur, quando vigilijs & labore caro mortificatur. Vnde Eccles. 31. Vigilia honestatis tabefaciet carnes, & cogitatus illius auferet somnum. Neruus femoris ex tot marcessit, cum iam factus clericus & ad sortem domini electus, affectus carnales incipit ignorare: iuxta illud Deuter. penult. de Moyse. Qui dixit patri, & matri nescio vos, &c. Maximè autem tunc neruus femoris marcessit, cum demum promotus ad sacros ordines voto continentiæ se astringit. Tunc enim est de illis fortibus, de quibus dicitur Cant. 3. Ecce lectulum Salomonis sexaginta fortes ambiunt ex fortissimis Israel, omnes tenentes gladios super femur suum, & ad bella doctissimi. Quid enim est gladium super femur tenere, nisi per votum continentiæ omnem carnalem appetitum restringere, immo interimere? Tunc enim de Iacob fiunt Israel, id est videtes Deum. De his dicitur Eccl. 24. In Israel inhereditare. Sicut de Iacob, Israel factus est, ita proficiendo de Israel fiũt electi: quod fit quãdo aliqui (vt reponantur in horreo dominico) separantur à paleis huius mũdi: quam separationem facit Gedeon, quod nomen interpretatur circuiens in vtero, id est qui circuit conscientiam, & tãdem, vt perfectè pœniteat, transit ad religionem. Vnde Iudicum. 6. Gedeon excutiebat & purgabat frumenta. Istos significat Iacob secundũ tertium statum, s. secundum, q̃ posuit fœdus inter se, & Laban vt neuter transiret ad alterum, lapidibus aggregatis. Quos vocauit Iacob aceruum testimonij. Laban tumulum: vterque iuxta proprietatem linguæ suæ. Qui religionem intrat fœdus init cum mundo, vt non transeat mundus ad ipsum, neque ipse ad mundum. Aceruus lapidum congeries claustralium disciplinarum: de quibus Ps. Propter verba la.t.ego cust. vi. d. Laban id est mundus hunc aceruum tumulum vocat, quia claustrales mortuos reputat. Iacob, i. claustralis aceruum vocat testimonij, quia per hæc opera quasi per testes probat vitã ẽternã sibi deberi.

De his

De his autem populis dicitur penul. Deut. Oculus Iacob in terra frumenti, & vini. Et hoc quantum ad laycos, quorum intentio circa terrena versatur. Sequitur. Beatus es tu Israel: & hoc quantum ad viros ecclesiasticos. Post subditur. Quis similis tui populẽ, qui saluaris? & hoc quãtum ad claustrales. In domino scutum auxilij tui, & gladius gloriæ tuę. Quia dominus solus est eis scutum ad defendendum, gladius ad pugnandum. In Iacob inquit inhabita, &c. Sic ergo dominus diuersis modis se habet ad illos. Quasi domus domini sunt sęculares viri. Ideo dicit in Iacob inhabita, quasi hęreditas eius. Quia firmius habẽt ecclesiastici: ideo dicit, & in Israel hæreditare: quasi ortus eius. Claustrales in quibus specialius delectatur: ideo dicitur: in electis meis mitte radicem. Laici domus domini dicuntur: quia sicut quis quandoque est in domo, quandoque non: ita dominus in istis, qui aliquãdo propter lucrum mundanum peccant. Eccl. 27. Propter inopiã multi deliquerunt: & qui quærit locupletari auertet oculũ suũ. Clerici sunt quasi hæreditas. Vnde dicunt. Dominus pars hæreditatis meæ. Quia firmius debent his hærere. Qui significantur per fratres Ioseph, de quibus Gen 47. Fac eos habitare in terra Ieslen. quæ interpretatur propinquitas. Quia propinquiores sunt Deo. Et Hier. 13. Sicut adhæret lumbare ad lumbos viri: sic agglutinaui mihi omnẽ domum Israel, & omnem domum Iuda, &c. Sed sicut ibidem dicitur. Computruit hoc lumbare iuxta Eufratem, id est temporalium abundãtiam, ita quod nulli vsui aptũ.

Laici domus Dei dicuntur.

Clerici quasi hęreditas sunt.

Claustrales sunt sicut hortus domini, & in eos mittit quasi lignum vitæ in medio paradisi. Prouer. 3. Melior est acquisitio eius negociatione auri, & argenti primi, & purissimi fructus eius.

Claustrales sicut hortꝰ domini.

Quando ergo layci peccant, quasi de domo excludunt dominum. Et de eis potest dicere. Domus mea, domus orationis, &c. vos autem &c. Quando clerici peccant plus faciunt, quia dominum exhæredant. Et potest dici. Deus venerunt gentes in hæreditatem tuam, polluerũt templum sanctum tuum: posuerunt Hierusalem in pomorum custodiam, s. priapi idoli eorum, quando ecclesiæ & beneficia ecclesiastica conferuntur luxuriosis. Quia idolum tenuginis

Peccatũ clericorũ grauius quam laycorum.

tiginis Deus est hortorum. Et claustrales dum peccant, quasi hortum domini extirpent. De his tribus dicitur. 4. Reg. 3. Omnem agrum optimum mittentes singuli lapides repleuerunt: & hoc quantum ad laycos. Et vniuersos fontes obturauerunt: hoc ad clericos. Et omnia ligna fructifera succiderunt: hoc quantum ad claustrales: ita vt muri tantum fictiles remanerent, ideſt, vt non nisi sola simulatio religionis per hypocrisim supereſſet.

De vanitate, & sterilitate laudis humanæ.

IN PSAL. XXXIII. SERMO. LXXI.

IN domino laudabitur anima mea, audiant, mansueti, & lętentur. Ad contemptum laudis mundanæ cõsideranda sunt quatuor. In laude vanitas. In laudato infidelitas. In laudante error, vel duplicitas. In omnibus his sterilitas: quia nullus fructus.

Vanitas in laude. In laude vanitas. Aut enim laudatur de bonis, quæ habet, aut quæ non habet. Si de bonis, quæ non habet, nihil vanius est. Et ipse qui laudatur iudicio propriæ conscientiæ condemnatur. & tanto magis debet erubescere, & intra se gemere: quia alium se sentit quàm dicatur. Sicut multi qui quærentes sibi literas commendatitias cogunt alios pro se mentiri. Vnde bene videndum cui dentur. Vnde 2. ad Corinth. 3. Nunquid egemus sicut quidam commendatitijs epistolis ad vos, &c. Tales sunt omnes hypocritæ similes harundini, quæ intus vacua, nitet exterius, & vento agitatur. Intus vacui, vel sordibus pleni, exterius apparent iusti. Et quasi vento laudibus hominum circunferuntur. Vnde Matth. 11. Quid existis in desertum videre, arundinem vento agitatã? q.d. non Ioannes enim differens & dissimilis erat hypocritis, exteriorem fauorem hominum fugiens. Vnde dicitur. Antra deserti ten. sub annis, &c. Interius autem omni gloria, & virtute plenius. Iuxta verbum Apostoli. 2. Cotinth. 1. Gloria nostra hæc est testimonium conscientiæ nostræ. Et in Psalm. Omnis gloria filiæ Regis ab intus, &c. Hinc est, q̃ omnis hypocrita

Simile.

erita quãto magis de laude exteriori vane gloriatur, tanto deprehensa eius latenti nequitia, magis confunditur. Sicut Thr. 1. Omnes qui glorificabant eam spreuerunt illam, quia cognouerunt ignominiam eius. Sicut in locis delitiosis latet serpens: ita sub talium superstitione laus. Vnde Iob. 40. Sub vmbra dormit in secreto calami. Hic est calamus quo caput dñi percutitur: caput enim domini prælati. Caput domini harundine percutitur, quando prælati laude adulatorum gloriantur.

Si de bonis quæ habet, in hoc est vanitas, quia non habet illa tanquam propria, sed tanquam sibi credita talenta, sunt ei tanquàm seruo à Domino concessa. Sicut dicitur Matth. 25. Homo quidam peregre proficiscens &c. Et beatus Greg. Quanto quis maior in munere, tanto obligatior in reddenda ratione. Nõ solum autem vanitas, sed insania videtur laudare aliquem eo, quòd obligatus est: non enim in hoc est laudandus, sed potius ei compatiendum est.

In laudato infidelitas, quia qui laudatur si laudem acceptat infidelis est. Quia debet ea à se potius repellere, & tanquàm indebitam excutere. Hinc legitur Tob. 2. cum hœdi balantis vocem audisset, dixit videte, ne furtiuus sit &c. Sed reddite eum dominis suis. Quid est audire vocem hœdi balãtis, nisi audire vocem adulatoris laudantis? Sed hœdus domino iubetur reddi. Quia omnis laus ad Deum à quo bona omnia sunt, debet referri. vnde: Non nobis domine non no. &c. Guido Carnoten. Cũ diceris iustus quodam modo vituperaris. Sicut lignum auratum ostẽditur pro ornamento. Non enim inauraretur si satis per se fulgeret. Non glorietur lacus, quòd abundat aquis, de fonte enim est. Fidelis fuit Ioab de quo legitur 2. Reg. 12. quòd misit ad Dauid dominum suum dicens: capienda est vrbs aquarum, veni & cape ciuitatẽ, ne cum à me vastata fuerit ciuitas, nomini meo victoria ascribatur. Ciuitas aquarum est collectio populorum. Quia aquæ multæ populi multi. hæc ciuitas capitur, quãdo ad verbum prædicationis peccator Euangelizatur, sed ad morem Ioab, nõ sibi, sed domino, prædicator debet ascribere. Vel ciuitas aquarum est sacra scriptura. Quia fons hortorũ puteus aqua-

In laudato infidelitas.

Laus repellenda, & non acceptãda.

rum viuentium, cuius intelligentia non libero arbitrio, quod per Ioab, sed gratię Dei, quę per Dauid intelligitur, ascribi debet. Fidelis fuit Ioseph, qui vt dicitur Gene. 39. Dixit vxori phutipharis, nō est quicquam in domo, quod non in mea sit potestate, vel non tradiderit mihi præter te &c. Quomodo possim facere malum hoc? vnde beatus Bernar. Indignum iudicauit eum facere inglorium, qui ipsum fecerat gloriosum. vxor phuti. gloria est, quia vxor est gloria viri. Sicut dicitur 1. Cor. 11. Mulier autem gloria viri est. De omnibus bonis suis sibi solam retinuit dominus gloriam. vnde Isa. 48. Gloriam meam alteri non dabo. In omni enim opere bono dominus quandam quasi medietariam, & pactionem cum homine inijt, vt homo in omni bono opere sibi habeat vtilitatem, & Deo reddat gloriam. Ideo dicitur, quòd maledictum est animal, quod non findit vngulam. Findit autem vngulam, qui sibi vtilitatem operis retinet: Deo gloriam reddit. Sic fidelis meretur ad maiora vocari: & ei dicetur euge ser. bo. & fi. de quo seruo dicit. Beatus Bernar. Fidelis es vere si tot bona Domini tui per manus tuas tractentur: & nihil manibus adhærere contingat. Qui ergo de quibuscunque bonis naturæ, vel gratiæ laudem sibi quærit, vel oblatam non recutit, infidelis est, & ingratus, & latro esse conuincitur. Sicut ergo res aliqua plerunque ex industria reponitur, vt libere possit tolli, vt per hoc latro deprehendatur, sic plerumque dominus laudem multis permittit cōferri ad probationem. vnde prouer. 27. Quomodo probatur in fornace aurum, sic probatur homo ore laudantis.

Iolā gloriam reti nuit sibi Deus.

Qui laudē quęrit est infidelis.

In laudato error, vel duplicitas.

In laudante error; vel duplicitas. Si enim credit eum, quem laudat esse talem, & non est, error est. Si autem talis est, & à se non habet: non ipse laudandus, sed ille à quo habet. A se autem non habet, nisi vnde damnandus, scilicet peccatum. vnde Eccle. 17. Quid est homo, aut quid est bonum ipsius &c. Et Eccl 11. Non laudes hominem ante mortem, ideſt in vita sua, quia à se non habet, nisi vitam culpæ, quæ mala est: vitam naturæ, vitam gratiæ habet à Deo, cum de ipsa laudatur, non ipse, sed Deus dator, eius laudatur. Hoc intellexit qui dixit: fortitudo & laus mea dominus. Ideo per omnia dicendū est benedicamus dño:

Deo

Deo gratias. Si autem nouit eum non esse talem duplicitas est, & adulatio. Vnde Hiere. 24. Confortauerunt manus pessimorum. Et Osęæ. 7. In malitijs suis lætificauerunt regem, & in mendacijs suis principes.

In omnibus his sterilitas, quia nullus fructus nulla vtilitas. Sicut in aliqua causa depositio testium quorum fidei non staretur, inutilis esset: sic & laudes humanę nullius sunt ponderis. Vnde Beatus Bern. Dixit, vt quid alieno, vel meo ipsius testimonio contentus sum: cuius nec vituperio reprobus, nec laude dignus inueniar? Si ante vestrum tribunal iudicandus astarem, de vestra laude merito gloriarer, nunc autem cum solius Christi sum iudicio præsentandus, quantæ insaniæ est de meo, vel alterius iudicio gloriari? Ideo dixit Apostolus. Qui gloriatur in Domino glorietur, non enim, qui se ipsum commendat ille probatus est: sed quē Deus commendat. Idco rectè dicit. In Domino laudabitur anima mea, ideſt in eis, quę habet à Domino. Et ita non ipsa, sed Dominus laudatur. Vel in Domino, eo quòd approbat Dominus cuius solius testimonio stabis in iudicio.

Simile.

Nullus magis, & inimicus Deo, quā quigloriā captat.

De illo, qui gloriam captat potest dici, quòd nullus magis est inimicus Deo. Quia nullus, ita directè impugnat Deum, sicut is, qui vsurpat, quod solius Dei est. Quantum enim in ipso est, se deificat, sicut dicitur. Et nullus similior Diabolo, qui dixit Esaię. 14. Ero similis altissimo, & de filio Dei ad eius differentiam dixit Apostolus Philipp. 2. Non est rapinam arbitratus esse se æqualem Deo. Sunt autem quibus non sufficit subripere gloriam Deo, nisi, & latrones sibi conquirant, qui gloriam suam Deo rapiant. Hi sunt pompoſi, qui bedellos, & alios adulatores nutriunt, & pascunt, vt eos laudent: vnde Persius. Et verum inquis amo verum mihi dicito: de me, & Eccl. 25. Qui edunt panem eius falsæ linguæ sunt. De his Osęæ. 5. Fur ingressus spolians, & latrunculus foris. Adulator exteriora bona tollit cum vestes, & alia donaria accipit: & etiam interiora, dum virtutes corrumpit. Nullus seruus, tam præcioſus, tam charus Diabolo. Quia nullus minus sumptuoſus est, quia vult aurum, & argentum, & huiusmodi. Guloſus delitioſas epulas Luxurioſi,

rioſi, pulchras mulieres. Iſte ſolo vento paſcitur. Vnde Paſcuntur digitis hominum, & popularibus auris. Vnde cuidam dictum eſt: digiti hominum paſcunt te. Mirum eſt, quòd prælati multi in laboribus quos pro mundo ſuſtinent deficerent, niſi hoc ſolo vento paſcerentur. Et Oſeæ 12. Dicitur Effraim paſcit ventum: & ſequitur æſtum.

De guſtu, & ligno ſcientiæ boni, & mali, & vitæ.

IN PSAL. XXXIII. SERMO. LXXII.

Cibus ſpiritualis melior eſt carnali.

GVSTATE, & videte quoniam ſuauis eſt, Dominus. Eccl. 36. Omnem eſcam manducabit venter: & eſt cibus cibo melior. Cibus ſpiritualis melior carnali. Hic cibus duplicatus per lignum ſcientiæ boni, & mali: & per lignum vitæ. Ei, qui guſtauit lignum ſcientiæ boni, & mali deſipit lignum vitæ. Quia ſpiritualia carnali palato non ſapiunt. Vnde 1. Cor. 2. Animalis homo non percipit ea, quæ ſpiritus Dei ſunt, & è conuerſo. Guſtato ſpiritu, deſipit omnis caro. Vnus guſtus impedit alium. Hinc eſt, quòd lector, & epulo vitat ſalſamentum acetoſum ne perdat boni vini guſtum, quod etiam debent facere: qui ad cœnam vitæ inuitati, vel vocati ſunt, ad quam cum Dominus vocaretur, & iam mentæ cœleſti inſtaret, noluit bibere acetum. Vnde Matth. 27. Et dederunt ei vinum felle mixtum, & cum guſtaſſet noluit bibere. De ligno ſcientiæ boni, & mali poteſt dici. Vidit, & guſtauit, non guſtauit, & vidit. Imò quantum ad ſpiritualem viſum excæcatus eſt homo, quòd deſignauit exteriorum oculorum apertio. Quibus apertis interiores clauduntur, & è conuerſo. Vidit ergo, & guſtauit. Guſtauit, & non vidit. Sed de ligno vitæ dicitur rectè: Guſtauit, & vidit.

Lignũ vitæ ſacra eſt, ſcriptura.

Eſt autem lignum vitæ Sacra ſcriptura, Chriſtus, vel vita æterna. Lignum vitæ quidam nec guſtant, nec vident. Quidam vident, & non guſtant. Quidam guſtant, & non vident. Quidam, & vident, & guſtant. Nec vident, nec guſtant, qui, nec intelligunt, quid faciendum, nec faciunt. Qui, & illiterati ſunt, & mali: vt multi prælati, & ſacerdotes, qui nec bene docent, nec bene viuunt. Vnde Eſa. 56. Ipſi paſtores ignorauerunt intelligentiam (ecce, quòd non vident) omnes in viam ſuam declinauerunt vnuſquiſque ad auaritiam ſuam: &c. ecce, quòd non guſtant.

Qui vidĕt, & nõ guſtant lignum vitæ.

Vident, & non guſtant literati mali. De quibus Matt. 23. Supra cathedram Moyſi ſederunt Scribæ, & Phariſæi, &c. Hi rectè ſignificantur per Herodem, qui valde deſiderabat videre Ieſum, & cum vidiſſet ſpreuit eum, & illuſit indutum veſte alba. Sic multi ſcripturas deſiderant intelligere, quod eſt, Ieſum videre, & de eius intellectione valde gaudent: ſed quaſi, vt ſignum videant, & ea, quæ imitanda ſunt intelligant, & ea ſe intelligere iactent: ſed ipſam ſcripturam ſpernunt, dum facto ei contradicunt: & quaſi à ſe procul abijciunt. Illudunt etiam ei quaſi veſte alba, dum vita eorum ſordet, & fulget doctrina.

Qui guſtant, & nõ vidĕt.

Guſtant, & non vident ſimplices illiterati, ſcilicet, boni, & iuſti. Hi ſignificantur per cæcos qui inuitantur ad cœnam Dei. Quia illi, qui vident nolunt venire. Vnde Luc. 14. Exi cito in pla. &c. Dico autem vobis, &c. Et Mar. 9. Bonum eſt, tibi luſcum, &c. & Matth. 18. Bonum eſt, tibi vn. o. &c.

Qui vidĕt, & guſtant.

Vident, & guſtant boni literati, qui quod intelligunt docent, & agunt. De quibus Prouer. 20. Aperi oculos tuos: & ſaturare panibus. Et nota, quia viſus via eſt, ad guſtum, guſtus proficit ex viſu, & etiam viſus iuuatur ex guſtu. Viſus via eſt, ad guſtum: ideo iunguntur ea, quæ affectũ, & ea q̃ pertinent ad intellectũ, in enumeratione donorũ. Eſ. 11. Requieſcet ſuper eum ſpũs Dñi, ſpũs ſapientiæ, & intellectus. Sapientia ad affectum: donum intellectus ad intellectum: ſpiritus conſilij, & forti. &c. Et quia viſus ex guſtu: & intellectus iuuatur ex affectu, ideò dicitur, Guſtate, & videte. Et 1. Reg. 14. Extendit Ionathas ſummitatem virgæ, quàm habebat in manu, & tinxit in fauum mellis, & conuertit manum ſuam ad os ſuũ, & illuminati ſunt oculi eius. Virga recta, intellectus ſimplex, & rectus, qui in manu habetur, quando opere exercetur.

exercetur. Ille enim intellectus extenditur, qui in manu, ideſt in opere habetur. Summitas virgæ ſubtilitas humilis intelligentiæ. Hæc in fauum mellis intingitur, quando ad occultam Sacræ ſcripturę dulcedinem peruenitur. Manus ad os conuertitur, quando opus doctrinę ſociatur.

Lignũ vitę dicitur Chriſtus, vel vita æterna.

Lignum vitæ dicitur Chriſtus, vel vita æterna. Nec vident, nec guſtant infideles, qui nec habent viſum fidei, nec guſtum charitatis: & hi ſignificari poſſunt per cęcum, de quo Lucæ. 13. Cæcus quidam ſedebat ſecus viam, & non in via. Quia fides via eſt fidelium. In eo ergo ꝙ cæcus, non videns: in eo quòd mẽdicus, non guſtans.

Quidam vident, & non guſtant.

Quidam vident, & non guſtant. Vnde 4. Reg. 7. Vnus modius frumenti ſtathere vno erit, & duo modij ordei ſtathere vno. Reſpondes vnus deducibus ſuper cuius manum incumbebat rex dixit Heliſeo. Si Dominus fecerit cataractas in cœlo, nunquid poterit eſſe quod loqueris? Qui ait, videbis oculis tuis, & inde non comedes. Sunt enim quidam, qui licet habeant fidem non tamen poſſunt aſſurgere ad capiendam ineffabilem magnitudinem gloriæ æternæ: & bonum mercatum quem hic Dominus facit de ea: nec eis videtur, quòd tanta ſit poteſtas clauium, vt per indulgentiam peregrinationis tranſmarinæ, omnia dimittantur peccata, & pœnę peccatorum. Duo enim modij ordei, qui habentur ſtathere vno, ſunt remiſſio pœnę, & culpæ, quia dictæ indulgentiæ ſtathere vnico comparantur: qui poteſt ſignificari per ſtatherem, quem inuenit Petrus in ore piſcis. Quia Petri principis apoſtolorũ eſt, hanc facere indulgentiam, & ſucceſſorum eius. Piſcis Chriſtus, os piſcis verbum eius. Quorum remiſeritis, &c. In ore piſcis ſtather inuenitur, quia cum virtute verbi Dei hæc indulgentia confertur. Modius vnus, vita æterna, quæ emitur ſolius ſtathere charitatis: ei, qui de his dubitat dicitur: videbis oculis tuis, & non comedes.

Quidam guſtant, & non vident.

Quidam guſtant, & non vident, vt minus literati, & ſimplices. Hi ſignificantur per Iſaac, de quo dicitur Gen. 27. Caligauerunt oculi Iſaac: & hoc fuit, quando guſtauit pulmentum factum de hœdo. Iſaac interpretatur riſus, & ſignificat illos, qui ſpiritualem habent lætitiã in hoc, quòd guſtãt aliquid de æternis licet parum videãt: & plus eſt, in guſtu quàm in viſu. Ideo dicitur: Caligauerunt oculi Iſaac. Guſtus etiam pulmenti ſignificat guſtum æternæ vitæ. Iſti ſunt ſicut cęcus, qui rem per odorem, quem ſentit ſequitur. In Cant. 2. Curremus in odore vnguentorum tuorum.

Quidam vident, & guſtant.

Vident, & guſtant literati, & boni, qui, & hic habent illuminationem intellectus; & bonam diſpoſitionem affectus, hæc verò habent per reuelationem, vel per conſolationem. Contemplatio meretur reuelationem, tribulatio conſolationem. Contemplatio reuelationem. Vnde Eccl. 24. Inſpiciam omnes dormientes, ideſt contemplatiuos. Et illuminabo, omnes ſperantes in Domino. Tribulatio conſolationem. Vnde Pſal. 90. Cum ipſo ſum in tribulatione, &c. Et ideo Lu. 24. coniungitur fauus mellis cum piſce aſſo. Piſcis aſſus tribulatio, fauus mellis ſpiritualis conſolatio. Et nota, quòd hic guſtus iuuat viſum: affectus intellectum. Vnde Prouer. 30. Guſtauit, & vidit, &c. Et in futuro. Vnde in Apoc. 2. Vincenti dabo manna abſconditum, & dabo illi calculum candidum: & in calculo nomen ſcriptum, quod nemo ſcit niſi, qui accipit, ideſt guſtat. In præſenti eſt guſtus tantum. In futuro ſatietas. Vnde inebriabuntur ab vbertate, &c. Satiaborq; cum apparuerit g. t.

De membris interioris hominis præcipuè de oſſibus.

IN PSAL. XXXIII. SERMO. LXXIII.



CVSTODIT Dominus omnia oſſa eorum. Noſter interior homo ſuo modo ſicut exterior cutem habet, ſiue pellem, carnem, & neruos, & oſſa. Vnde de ipſo poteſt intelligi illud Iob. 10. Pelle, & carnibus veſtiſti me. Pellis, ſiue cutis pertinet ad cogitationes, caro, & neruus ad affectiones, quæ ſenſibiles ſunt: oſſa ad conſenſum, & ad virtutes. In perfectiſſimis eſt, cutis pulchra, caro ſana, os forte, ideſt virtus infatigabilis, & ſoluda, & firma.

Pellis ad cogitationes caro, & neruus ad affectiones, oſſa ad cõſẽſum, &

In

ad virtutes pertinent.

In reprobis; cutis nigra, caro infirma, ossa debilia, vel cõfracta, & cogitatio impura affectio corrupta virtus debilitata, imò nulla. Vnde Iob. 7. Induta est, caro mea putredine, ecce caro infirma, idest carnalis affectio, & praua: & sordibus pulueris cutis mea aruit, & contracta est: sicut fit in sene, quia iam se ostendit ad veterem hominem pertinere. Vnde in Psal. Quoniam tacui inueterauerunt ossa mea, & Thre. 3. Vetustam fecit pellem meam. Et Thr. 4. denigrata est, super carbones facies eorum. Postea subiungitur in Iob. Quamobrem suspendium elegit anima mea: & mortem ossa mea. Ecce confracta ossa, virtus animæ destructa. Et hoc cum peccatum transit vsq; ad consensum, & consuetudinem. Vnde solet dici, quòd gutta, idest morbus articularis inossata difficilius curatur. Item de hoc Iob. 30. Cutis mea denigrata est, & ossa mea aruerunt præ caumate, idest concupiscentiæ cuiusque ardore. Item in mediocribus iustis à Domino prædestinatis, Dominus & si permittat cutem denigrari per cogitationem: & carnem infirmari per aliam delectationem non tamen sustinet ossa lędi, vel confringi per consensum, vel virtutes tolli. Ideo dicitur. Custodit Dominus omnia ossa eorum. Et Iob 33. Appropinquabit corruptioni anima, idest vita eius: quando fere consentit peccato, & vita eius mortiferis quasi, sed non peruenit. Et in Psal. Vita inferno appropinquabit. Item Dominus sustinet in suis pellem subtrahi, carnem affligi: sed nõ ossa conteri. Pellis significat possessiones. Iob ergo, quasi pellis subtracta, quando eas amisit. Caro, parentes: quasi ergo caro Iob afflicta, quando eius filij percussi sunt. Sed ossa Dominus volens conseruare, scilicet virtutem animæ: dixit, ecce in manu tua, &c. Veruntamen animam illius serua. Similiter cutis Domini fuit flagellis lacerata, caro clauis, & lancea, confixa: sed ossa manserunt integra, vt significaretur, quòd ita est, in corpore eius mystico. Vnde Ioan. 19. Ad Iesum cum venissent, vt viderunt eum mortuum, non fregerunt crura eius. Latronum autem non legitur, quòd cutis fuerit flagellis lacerata: caro clauis perfossa: sed leguntur crura confracta, vt per hoc significetur, quòd plerunque malis, & possessiones manent intactæ, & vita carnis, vel amicorum incolumis: sed ossa eorum, id est, virtutes eorum confringuntur.

Pellis significat possessiones, caro autem parentes.

Quare latronum crura, & facta.

Et nota, quòd sunt tria genera persecutorum Cupidi, detractores, adulatores. Cupidi excoriant pellem, dum tollunt temporalia. Detractores carnes comedunt, dum peccata, & ea, quæ in nobis sunt carnalia corrodunt. Vnde Psal. 78. Posuerunt carnes sanctorum tuorum bestijs terræ. Item Psal. 26. Dum appropiant super me nocentes, vt edant carnes meas. Et Dan. 7. Surge, & comede carnes plurimas. Adulatores ossa confringunt, quia virtutes tollunt. Et hi magis nocent. Vnde Eccl. 28. Flagelli plaga liuorem facit: plaga autem linguę comminuit ossa. Diabolus lecator est, & diligit carnes sapidas ossibus adhærentes: & ossa corrodit. Ossa ecclesiæ sunt Prælati quorum carnes, idest carnalia opera appetit. Et tunc ossa rodit cum Prælatum peccare facit. De his tribus persecutoribus dicitur Mich. 3. Qui violenter tollitis pelles desuper ossibus eorum. Item ibi. Qui comederunt carnem populi mei, corrodunt pelles desuper excoriant, ossa confringunt, &c.

Tria genera persecutorũ.

Ossa ecclesiæ sũt Prælati.

De peccatorum quatuor malis, & periculis.

IN PSAL. XXXIIII. SERMO. LXXIII.

DIANT tanquam puluis ante faciem venti, &c. Quatuor notantur hic circa malos, mala peccatorum. vt corũ quàm sit periculosus status ostendatur.

Quatuor

Primum cordis dispersio: cum dicitur: fiant tanquàm puluis ante faciem venti.

Secundum mentis excęcatio cum dicitur: fiant viæ illorum tenebræ.

Tertium lapsus facilitas: cum dicitur: & lubricum.

Quartum perplexitas, cum dicitur: prius angelus domini coarctans eos, & post persequens eos.

Primum.

Cordis notatur dispersio, cum dicitur, fiant tanquàm puluis &c. Quot enim diuersa appetuntur, per tot diuersa

cor

cor dispergitur, hæc dispersio maxime fit cum subtrahitur à diabolo materia peccati ex industria, & peccator quærit eam. Diabolus enim primo neophitis suis suppeditat materiam peccandi. Quia multi non quærunt, quod quando oblatum est suscipiunt. Vnde dicitur. Opportunitas facit latronem: & vacua camera stultam dominam. Postea confirmatis in peccato subtrahit materiam peccandi, vt magis peccent quærendo non habitam quàm oblatam recipiēdo. Vnde Exodi 5. Non do vobis paleam amplius, & colligite sicubi inuenire poteritis &c. Iam ergo stipendijs proprijs tales diabolo seruiunt. Vnde Ezech. 16. Omnibus meretricibus dantur mercedes; tu autem dedisti mercedes cunctis amatoribus tuis &c. Qui oblatam occasionem suscipit, quasi mercedem accipit. Qui cum anxietate, & desiderio quærit, & sequitur diabolum, quasi mercedem dat. De quo Eccl. 20. Est, qui vetatur peccare præ inopia, & in requie sua stimulabitur. Multi abstinent à peccato non habentes occasionem peccandi, & in conscientia laborant in quærendo. Vnde Prouer. 11. Qui inuestigator est malorū opprimetur ab eis. Et hoc est, quod Pharao dixit de illis, quos mittit ad conquirēdas paleas. Comprimantur ab operibus, & expleant ea. Exo. 5. Quando ergo peccator inuenire non potest quod quærit, non cessat: & huc, illucq; dispergitur ad quærendum. Et hoc est, quod dicitur Exo. 5. Dispersus est populus per omnē terram ægypti. i. Omne genus peccati, quo temporalia acquiruntur, vt sunt vsura, dolus & huiusmodi, ad quæ cogunt tur homines penuria temporalium, quæ quibusdam cooperatur ad malum. Vnde Prouer. 30. Ne egestate compulsus furer, & periurem nomen Dei mei. Diabolus quos combussit igne cuiusquàm concupiscentiæ in puluerem redigit, & vento tentationis facile post dispergit. Vnde Esa. 41. Ventilabis eos, & ventus tollet, & turbo dispergit eos. Maxime autem filij Israel significantur, qui in acquirendis paleis disperguntur dum acquirendis temporalibus occupantur. De quibus. Hier. 49. Dispergam in omnem ventum eos, qui attonsi sunt in comam. hoc est fiant tanquàm puluis &c.

Diaboli malitia.

Secundū. Secundo notatur excęcatio cum dicitur. Fiat via illorū tenebræ. Tāto autem facilius despergitur, hoc ipso, quòd cęcus est. Quia huc illuc facilius pedes ducuntur: & hoc est, quòd Sanſonem excęcatum ad molam posuerunt. Iudi. 16. De peccatore ludit diabolus, sicut vult, sicut qui ludit de cęco. Vnde Iudi. 16. Sumptis epulis præceperunt, vt vocaretur Sanſon, vt ante eos luderet. Cęcus nō videt foueam ante pedes, & nisi regatur præcipitatur in eam. Fouea profunda est infernus, in quem præcipitat se peccator, & non prouidet. Sic cęci erant senes illi, de quibus Dan. 13. Qui inclinauerunt oculos suos, ne viderent cœlum, aut recordati essent iudiciorum.

Lapsus facilis notatur per hoc, quod dicitur, & lubricum. Et recte iungitur. Quia, qui ambulat in tenebris, vel qui cæcus est, facile labitur: maximè si ambulat in lubrico: vt super glatiem. Vnde Prouer. 4. Via impiorum tenebrosa, nesciunt vbi coruunt. Quādo abyssus, vel mare desuper congelatum est, plerumque confidenter incedunt: & fragilis glaties frangitur, & subito absorbentur. Quasi sub fragilitate glatiei, sub vanitate temporalis delectationis latet profundissima pœna gehennalis, quando voluptas finitur, tunc glaties frangitur, & peccator in infernū absorbetur. Vnde Prouerb. 13. In itinere contemptorum vorago. Vnde Esa. 23. De terra Cethym reuelatum est eis. Cethym interpretatur mare congelatū. De terra Cethym eis reuelatur, cum sub vanitate præsentis delectationis, latere æterna pœna monstratur. Tertiū.

Perplexitas notatur per hoc, quod dicitur, primo Angelus Domini coarctans eos, & post, Angelus Domini persequens eos. Quæ enim maior perplexitas, aut maior angustia, quàm ambulare in tenebris, & in lubrico: & instare persequentem à posteriori, & opponentem se ab anteriori? Angelus à posteriori persequens, est stimulus peccatoris. temptationis vrgens: Angelus coarctans, & quasi ab anteriori se opponens: conscientia contradicens. Inter istos duos stimulos arctatur peccator. Quod intellexit Apostolus, qui dixit Rom. 7. Non enim, quod volo bonum hoc facio, sed quod nolo malum hoc facio. De primo dicitur 2. Corinth. 12. Datus est, mihi Angelus sathanæ, qui me colaphizet, &c. De secundo dicitur Prouer. 17. Semper iurgia Quartū. Maxima

Universidad de Deusto Biblioteca

iurgia quærit malus, & Angelus crudelis mittetur contra eum. Eo ipso iurgia quærit, quòd id agit cui conscientia contradicit. Hoc enim est, iurgium interius quo repræhenduntur, & inter se litigant ratio, & sensualitas. Et Angelus contra eum mittitur, dum iudicio propriæ conscientiæ condemnatur. Hic est Angelus, qui se opposuit Balaam Numeri 22. Vidit Balaam Angelum stantem in via, euaginato gladio, qui dixit ei. Ego veni, vt aduersarer tibi, quia peruersa est via tua, & contraria mihi. Quis est Angelus tenens euaginatum gladium, nisi conscientia peccati? quæ ei paratum æternum comminatur, & ostendit supplicium. Ipsa est, quæ dicit vnicuique, peruersa est, via tua, &c.

Peccatorum tria genera.

Vel hic notantur tria genera peccatorum superbi, & vani, per hoc quod dicitur fiant tanquam puluis, &c. qui dicuntur impij. Quia superbia peccatum est, contra Deũ. Et hos sibi consimiles Diabolus plus alijs diligit. Vnde Esa. 65. Serpenti puluis panis est. Cupidi, per hoc quod dicitur tenebræ: cupiditas enim excęcat: quod significatur Tob. 11. Ex nido hirundinis exciderunt illi calida sterco-ra super oculos, & factus est cæcus. Luxurioſi, per hoc, quod dicitur lubricum, de quo lubrico dicitur Thren. 4. Lubricauerunt vestigia nostra in itinere.

De remedijs contra tentationes carnis, & spiritus.

IN PSAL. XXXIIII. SERMO. LXXV.

Tẽtationes carnes spiritus quæ. Remediũ cõtra tentationes luxurię.

EGo autem cum mihi molesti essent induebar cilicio: humiliabam in ieiunio animam meam, & oratio mea in sinu meo conuertetur. Instruimur, quid facere debeamus cum tentationibus, quasi hostibus molestamur. Quasi duæ pestes insurgunt contra nos: tentationes carnis, & tentationes spiritus. Tentationes carnis sunt. Luxuria, Gastrimargia. Tentationes spiritus: superbia, cupiditas. Contra tentationem luxuriæ, remedium est, indui cilicio, contra tentationes gulæ, affligi ieiunio. Ideo dicitur. Ego autem cũ mihi

mihi molesti essent ind. ci. contra tentationem superbiæ, oratio: contra tentationem cupiditatis, eleemosyna. Eleemosyna autem est manualis oratio, & est contra vtranq; tentationem oratio, vel vocalis, vel manualis. Ideo dicitur. Et oratio mea in sinu meo conuertetur.

Caro quidem nostra, quasi terra mala misi excolatur, generat nobis, quasi spinas, & tribulos, scilicet tentationũ aculeos. Sicut dicitur Gen. 4. Maledicta terra, &c. & Prouerb. 24. Per agrum hominis pigri transiui, & per vineã stulti viri, ideſt corpus, & animam considerauí: & ecce totum repleuerunt vrticæ, operauerant superficiem eius spinæ. Spinæ sunt tentationes luxuriæ, quæ nos pungunt: sed quia dolor, dolore reprimitur: clauus, clauo retunditur, debemus per asperitatem pœnitentiæ huiusmodi reprimere punctiones, quæ per cilicium designatur. Cuius pilorum asperitas carnem pungit, & domat. Ideò dicit, cum mihi molesti essent induebar cilicio. Quia cinis, & cilicium humiliationem, & pœnitentiam indicant. Vnde Iob. 16. Sacrum consui super carnem meam, &c. Et Ion. 3. Surrexit rex de loco suo, &c. Per cilicium ergo maximè reprimitur tentatio luxurię. Vnde Gen. 31. Rachel sedit super stramenta camelorum, & abscondit subter se idola, quæ Laban quærebat. Stramenta camelorum sunt vestes pœnitentiales sanctorum, quæ per camelos significantur. Vnde Esa. 60. Inundatio camelorum operiet te. Subter stramenta camelorum idola, quæ quærit Laban, Rachelem abscondere: quid est, nisi spiritualem animam peccata, quæ scrutatur Diabolus per pœnitentiæ cilicium operire? Et attende, quòd non solum subter stramenta idola abscondit, sed super stramẽta sedit: & sub stramẽtis idola, & sub se etiam ipsa stramenta sedente abscondit. Non enim potes per pœnitentiæ cilicium peccata operire: nisi & studeas ipsa opera pœnitentiæ per humilitatem abscondere: in quo hypocritæ notantur: qui vt appareat cilicium dñr sibi de cilicio facere Limbũ. Gallice, purfil de haire: hoc est, qđ dr Matth. 23. Dilatant phylateria sua, & magnificãt fimbrias suas. Ideo Rachel dicitur sedisse sup idola. Nota etiam, quòd nõ sufficeret sedere si surgeret, quia idola apparent. Vnde Rachel dixit Laban ne irascatur pa-

Spinę sũt tentationes luxuriæ.

Operapę uitentiæ sunt abscondẽda.

ter meus, quia coram te assurgere nequeo, quia iuxta cō suetudinem fœminarum nunc accidit mihi. Diabolo assurgit, qui de continentia sua gloriam quærit. In hoc autem maximè confunditur Diabolus, quando ei non assurgitur, ideſt, quando bonum agitur, & gloria inde non quæritur: sicut dicitur Hester. 3. Cum vidisset Aman Mardocheum sibi non flectere genua iratus est valde, &c. Et attende, quòd Rachel dixit iuxta consuetudinem fœminarū accidisse sibi. In quo significatur, quòd quantumcunque perfectus infirmitatem in se debet, agnoscere. Iuxta verbum Esa. 64. Omnes nos facti sumus, vt immundi, & quasi pannus menstruatæ vniuersæ iustititiæ nostræ. Et hoc est, quod dicitur cum mihi molesti essent, &c.

Remediū contra tētationes gulæ ieiunium.

Sicut tentationes luxuriæ reprimuntur cilicio: ita tentationes gulæ repræmuntur ieiunio: aliter enim non sufficit. Multi enim sunt, qui cilicium induunt, & saccum penitentiæ: & sub sacco siue cilicio splendide viuunt, vt quidam monachi nigri: hi significantur per regem Sesach. de quo Hier. 35. Rex Sesach bibet post eos. Sesach interpretatur byssus cilicij. Byssus sub cilicio, vita delitiosa sub habitu religioso. Primas delitias habent, qui manifeste viuunt delitiosæ: quasi secundas habent, qui delectantur occulte. Et hoc est, quod Gen. 18. Sara risit post ostium tabernaculi. Rex ergo Sesach significat magnos hypocritas, papelardos, principes hypocritarum. Quid ergo est regem Sesach post eos, ideſt mundanos bibere, nisi magnos hypocritas post mundanos secundùm locum in delitijs obtinere? Hi sunt de quibus Osæę. 4. Princeps idolorum Effraim dimitte eum, separatum est cōuiuium eorum, quia comedunt in thalamis. Hi sunt sacerdotes Beel. de quibus Daniel. 14. Qui ingrediebantur per absconditum introitum, & quadraginta oues, & amphoras vini sex deuorabant. Quid ergo prodest cilicium sine ieiunio? Non minus gulosus est porcus si setas habeat. Quid prodest setis rigescere, & porci voracitatem habere? non est magnum si quod luxuriæ subtrahis, gulæ delitijs impedas. Vnde Eccl. 19. Operarius ebriosus non locupletabitur, &c. Et Eccl. 34. Vnus ædificans, vnus destruens, quid prodest illis nisi labor? &c. Non debet religiosus vestem habere per-

Sanæ ieiunio cilicium nō prodest.

pertitam sicut filij diaboli. Vnde Hier. 12. Nunquid auis discolor hæreditas mea? ideo supra. Humiliabam in ieiunio. ani. m.

Oratio cōtra tentationes superbiæ.

Contra tentationem superbiæ, opponi debet oratio: cū sit cum humilitate prostratio, & cum genuum flexione. Vnde Eccl. 35. Oratio humilitatis se nubes penetrat.

Eleemosina cōtra cupiditatem.

Contra tentationem cupiditatis auaritiæ, oppone beneficium eleemosynæ, quæ est, etiam manualis oratio. Sicut dicitur Eccl. 29. Cōclude eleemosynam in sinu pauperis, & ipsa per te exorabit, &c. Vnde contra vtramque tentationem spiritus superbiæ, & cupiditatis dicitur. Et oratio mea in sinu meo conuerterur. Vtraque in sinu debet conuerti, ideſt propter inanem gloriam non debet fieri. Vnde Matth. 6. Te faciente eleemosynam nesciat sinistra tua, quid faciat dextera tua, &c. Tu autem cum oraueris intra in cubiculum tuum, & clauso ostio ora patrem tuum in abscondito, &c. In sinum conuertendam esse significatur per manum Moysi. Exod. 4. Quia educta de sinu eius leprosa erat, &c. Sic oratio vocalis, vel manualis nisi sinu humilitatis abscōdatur inanis gloriæ lepra corrumpitur.

Similo

Oratio, quasi quædam auis est, quàm transmittimus ad Deum, sicut in partibus transmarinis edoctæ columbæ cum epistolis transmittuntur. Non potest autem volare auis nisi pondus ineptum deponatur, scilicet, la machhe gallice, & etiam plumæ, vt fiant solidiores mutentur. Eodem modo duo iuuant orationem ad volandum, quia quasi pondus deponitur carnis per ieiunium, & aliam carnis macerationem. Vnde Eccl. 31. Vigilia honestatis tabefacit carnes, &c. Quasi plumæ deponuntur per eleemosynarum largitionem. Ideo sancti facile volabant ad Dominum: quia pondus carnis deponebant per tolerantiam persecutionum. Sarcinam autem temporalium, per rapinam quam patiebantur. Vnde 2. Corint. 4. Aperiamur, persecutionem patimur. Ideo ieiunium, & eleemosyna orationē comitantur

De quatuor fontibus paradisi, & aqua effectibus in Christo.

IN PSAL. XXXV. SERMO. LXXVI.

QVONIAM apud te est fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen. Scriptum est Esa. 12. Haurietis aquas in gaudio de fontibus Saluatoris Legitur Gen. 2. quòd fluuius egrediebatur de loco voluptatis, &c. Hunc fluuium meruit amittere Adam propter culpam de paradiso expulsus. Sic amissimus terrenum paradisum, & fluuium de loco voluptatis manantem. Sed multo meliorem nos habituros speramus, scilicet paradisum cœlestem, & ita supponimus per spem, ex quo probat Beatus Bernar. quòd prius oportuit terrenam nobis restitui paradisum dicens. Si terrenam paradisum nobis denuo reddendam non speramus, quomodo regnũ cęlorum speramus? Vnde Ioan. 3. Si terrena dixi vobis, & non creditis, quomodo si dixero cœlestia credetis? Terrena ergo paradiso multo amœnior fuit Iesus Christus in quo lignum vitæ de quo Prouer. 2. Lignum vitæ ijs, qui apprehenderint eam, ideſt Christum sapientiam: lignum quidem vitæ apud ipsum ab æterno fuit. Sed non lignum scientiæ boni, & mali: sed quasi in se tunc illud plantauit cum nostram infirmitatem assumpsit. Vnde Esa. 53. Desideravimus eũ despectum, & nouissimum virorum, virum dolorum, & scientię infirmitatem. Et ad Hebr. 4. Non habemus pontificem, qui non sciat compati infirmitati nostræ. In ipso etiam 4. fontes inuenimus. Vnde de se dicit Eccl. 24. Ego quasi fluuius Dorix, exiui de paradiso, ideſt à patre. Dorix interprætatur medicamentum generationis: & ipse fons est medicamentum generationis humanæ.

Aquarum autem multiplex est vsus.

Sordes abluunt.
Sitim extingunt,
Plantas irrigant.
Cibos coquunt.

Do-

Dominus Iesus Christus ad hoc venit, vt sordes nostras abluaret: sitim extingueret: complantatos sibi rigaret: & ad incrementa perduceret. Crudos excoqueret, & sibi esibiles faceret. Ipse quidem est fons misericordiæ, & de ipso manant aquæ remissionis: quibus maculæ peccatorũ mundantur. Vnde Zachar. 13. Erit fons patens domui Dauid in ablutionem peccatoris, & menstruatę. Ipse est gyõ, qui circuit terram æthiopiæ, ideſt illos de quibus dicitur Thren. 4. Denigrata est super carbones facies eorum: reddens eos per baptismi innocentiam, vel pœnitentiæ munditiam candidos. Quia sicut dicit Esa. 1. Si fuerint peccata vestra sicut coccinum, quasi nix dealbabuntur. Et in Psal. Asperges me Domine hisopo, &c. Ipse etiam est, secundus fluuius, qui est fons sapientiæ, & veritatis: de quo nobis scaturiunt aquæ discretionis, quæ cuiuscunque concupiscentiæ malę sitim extinguunt in nobis. Et rectè dicitur phison, quod interpretatur oris mutatio. Os enim interioris hominis est eius desiderium. Vnde Prouer. 16. Anima laborantis laborabit sibi, quia compulit eam os suum ideſt desiderium suum. Oris ergo mutatio, quid est, nisi desiderij mutatio? Quid autem est desiderium mutare, nisi quo interior homo incipit spiritualis palati habere discretionem? Hoc facit fons sapientiæ gustatus: cuius dicuntur aquæ discretionis: quia gustato spiritu desipit omnis caro, ideſt omnia carnalia spiritualibus gustatis: ante hæc nullam habemus discretionem palati, quia nobis sapiunt sicut cora, & omnia insipida, & sapida non sapiunt. Vnde 1. Corint. 2. Animalis homo non percipit ea, quæ sunt spiritus Dei. Terram euilath dicitur circuire quod interpretatur parturiens. Qui ergo hunc gustum incipiunt habere, incipiunt intra se gemere, & desiderare, vt ex carnalibus spirituales fiant. Vnde ad Rom. 8. Sed & nos ipsi primitias spiritus habentes, ideſt primos gustus spirituales, intra nos gemimus adoptionem filiorum expectantes. Et aurũ terræ illius optimum. Aurum sapientia: prudentia autem carnis, prudentia huius mundi, & sapientia diaboli, cęlesti huic sapientiæ non potest comparari. Ideo dicitur Eccl. 24. Qui implet quasi Phison sapientiam. Phison implet sapientiam, quando interioris hominis gustus mutatus sa-

Ad quid dominus noster venerit.

Fons misericordiæ.

Mutatio oris, & desiderij.

Fons sapientiæ Christus.

pore spiritualium sapientiam reputat consummatam. Fons ergo sapientiæ Christus nobis scaturiens aquas discretionis, quæ sitim in nobis extinguunt, & nouam sitim spiritualiter pariunt. Vnde, vt inquit Ouidius, Dumq; sitim sedare cupit, sitis altera crescit. Et ipse Dominus dixit hoc ad Samaritanam. Ioan. 4. Qui bibit ex hac aqua sitiet iterum. Qui autem biberit ex aqua, quàm ego dabo ei nõ sitiet in æternum, &c. Ipse etiam est tertius fluuius, qui est fons gratiæ de quo emanant aquæ deuotionis, nos .n. explantatos de veteri vita quasi de mala terra oportuit plantari in Christo quasi in paradiso terrestri. Vnde ad Ro. 6. Si complantati facti sumus similitudini morti eius, simul, & resurrectionis erimus. Nouellæ autem plantationes non proficiunt nisi rigentur: & aquis deuotionis perfundantur. Vnde Eccl. 24. Rigabo hortum plantationum, & inebriabo partus mei fructum. Ideo dicitur fluuius Tigris, qui quia habet plantationes nouellas irrigare dicitur Eccl. 24. Sicut Tigris in diebus nouorum. Quia quando Tigris exundans diffenditur: plantæ, & segetes irrigatæ ad incrementa perducuntur. Tigris interpretatur sagitta, & vadit contra Assyrios. Assyrij sunt dæmones: cordis enim compuncti deuotionem, diabolus sibi reputat sagittam. Hæc est sagitta, quæ vno ictu, & diaboli cor penetrat, & sponsi cor amore vulnerat. Vnde Cant. 4. Vulnerasti cor meum, &c. in vno oculorum tuorum, ille oculorũ vnus est intimæ deuotionis affectus.

Fons gratiæ.

Fons charitatis.

Ipse est quartus fluuius, qui est charitatis fons siue zeli, de quo fluentes ebuliunt æmulationes, quibus carnales affectiones, & crudæ in nobis excoquuntur, aqua ebulliens sicut facit carnes spumare, ita in te quæ immersa fuerit facit omnes pilos defluere. Sic, & feruor vehemes charitatis omnes temporalium superfluitates facit deponere. His aquis immersus erat Petrus, qui nudus secutus erat Christum. Ecce nos reliquimus omnia, &c. Aqua ebulliens se non potest continere in vase, sed exilit. Quando ergo audis aliquem viue, & acriter vitia increpare, & ex animo persequi, est quasi aqua ebulliens. Quia ex abundantia cordis os loquitur. Vnde contra tepidum prælatum dicitur Gen. 49. Ruben primogenitus meus

Increpãs vitia acriter, dicit aqua ebulliens.

meus (vnde significat prelatos) Tu fortitudo mea, & principium doloris mei: prior in donis, maior in imperio. Effusus es sicut aqua. Nõ crescas. Alia litera, ne ebullias. Et in Apoc. Vtinam calidus esses, aut frigidus, &c. Sed quia tepidus es, euomam te ab ore meo. Aquæ ebullientes carnes coquunt, carnes plene coctæ sanguinem non habent admixtum: sed purgantur à sanguine. Caro non cocta est prælatus, qui ad sanguinem suum, ideſt parentes habet affectiones.: hi non sunt cibus Domini: de his dicitur Gen. 9. Omne quod mouetur, & viuit erit vobis in cibum excepto, quòd carnem cum sanguine non comedetis. Qui sãguinem non nouerunt, ij sunt, qui sunt cibus Domini. Vnde Deut. 33. Qui dixerunt patri, & matri suæ, nescio vos. &c. Carnes etiam non coctæ duræ sunt. Qui ergo duri sunt affectu: cibus Domini non sunt, sed qui teneri. Vnde Ezec. 11. Auferam à vobis cor lapideum, & dabo vobis cor carneum. Huic non assignatur terra aliqua, quia æmulatio sancta omnia circuit, nulli parcit. Omnia ex zelo circuiuit. Moyses quando dixit transite de porta in portam, & nulli parcatis: hic est Eufrates, qui interpretatur frugifer. Quia nunquam ita abundanter fœcundatur terra ecclesiæ sicut per zelum prælati, qui nihil negligit, & diligenter omnes excolit. Eccl. 20. Qui operatur terram suam inaltabit aceruum frugum. Et rectè sic ordinantur, vt primum de fonte misericordiæ hauriamus aquas remissionis, & post de fonte sapientiæ aquas discretionis. Quia prius ejcienda est de cordis vasæ aqua culpæ immunda, quàm infundatur aqua sapientiæ munda. Vnde Sap. 1. In malivolam animam non intrabit sapientia, &c. Aqua ergo infusa, igne appositò oportet aquam calefieri, & tunc aqua discretionis succendit aquas deuotionis, quæ sunt de fonte gratiæ, quæ cor calefacit: ita quòd dissoluitur oculus in lachrymas calidas. Vnde emittet verbum suum, &c. & fluent aquæ, scilicet calidæ lachrimarum. Ante calorem deuotionis huiusmodi, aquæ non possunt fluere, quasi aquilone ligante eas: sed deuotione infusa, funduntur, quasi austro soluente eas, ideſt spiritu sancto. Vnde Iob. 37. Flante Deo concrescit gelu: sed rursus aquæ latissimæ funduntur. Calidus enim ventus est. Vnde

Prælatus ad parentes habẽs affectum dñ carnõ cocta.

ibidem. Nonne vestimenta tua calida sunt cum per flatu fuerit terra Austro? Inualescente autem calore spiritus sancti aquæ calidæ fiunt ebullientes. ita quòd quicquid in nobis crudum erat excoquitur. Non sunt aptæ ad comedendum affectiones nostræ quãdiu crudæ, vel etiam semicrudæ sunt. Feræ carnes comedunt crudas. Gulosi præfestinatione semicoctas, qui significantur per filios Hely. de quibus 1. Reg. 2. Puer sacerdotis, dũ coquærentur carnes mittebat fuscinulam tridẽtem in lebetem, aut caldariam, aut in ollam, aut cacubum, &c. Dominus autem non comedit nisi plene coctas. Vnde dicitur Exod. 11. Non comedetis ex eo crudum quicquàm. Vide quòd porcus coquendus in aqua, primum (vt ita dicam) ex caldatur, ita quòd deponit pilos omnes, & post per frusta diuiditur, per caput, & armos, & pedes, & in aquis bullientibus coquitur. Hæc omnia facit in nobis carnalibus aqua æmulationis. Quasi excaldatur, & à pilis nudatur quis, cum amore Dei temporalia deponit, per frusta diuiditur cum seruitio Dei singuli sensus, singula membra aptantur. Iuxta Apostolum ad Ro. 6. Sicut exhibuistis membra vestra seruire immunditiæ, & iniquitati ad iniquitatem: ita nunc exhibete membra vestra seruire iustitiæ in sanctificationem. Excoquimur cum amore proficimus. Vnde Dominus in nobis delectetur. Vnde dixi Ioan. 4. Habeo cibum manducare quem vos nescitis, &c. Vel aquæ remissionis carnes nostras, id est carnalia lauant. Aquæ deuotionis excaldant. Aquæ discretionis per membra diuidunt. Aquæ æmulationis coquunt. Aquæ remissionis sordes abluunt. Aquæ discretionis sitim extinguunt. Et rectè post aquas remissionis, subditur aqua discretionis. Nisi enim purgatum fuerit palatum cordis non potest habere discretionẽ gustus. Purgatur autem per culpæ remotionem quæ inficit. Hoc intelligebat, qui dicebat: Cor mundum crea in me Deus, & post. Spiritum rectum innoua in visceribus meis. Spiritum rectum, spiritum, scilicet discretionis, id est, cor rectũ cui sapit bonũ, & desipit malum. Vnde quã bonus Israel Deus ijs, qui recto sunt corde? Aquæ remissionis præceduntaquas discretionis. Ideo sicut dicitur Eccl. 1. Timor Domini expellit peccatum: inficiens cordis palatum, ita ibidem. Initium sapientiæ timor Domini, id est reparandi, & ita sitis extinguitur, & ita iam non amantur quæ prius. Post aquas discretionis sunt aquæ deuotionis. Quia, quando iam nobis incipit desipere malum, incipit sapere bonum: & deuotę amplectimur ipsum, & afficimur circa ipsum, & persequimur, quicquid est contrariũ, & detestamur, hoc fit p aquas æmulationis. Vnde: Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem. Et ideo sequitur post prædicta. Spiritum sanctum ne auferas à me, scilicet spiritum deuotionis, qui dicitur gratiæ, & pacis. Et spiritu principali confirma me, quod refertur ad spiritum zeli, & æmulationis.

Quid agãt aquæ deuotionis, discretionis, & æmulationis.

Aquæ deuotionis plantas rigant eo, quòd, qui nouitij, maximi in denotione sunt. Et plerumque excidunt.

Aquis deuotiouis non sine causa aquæ discretionis iunguntur, vt discretione deuotio temperetur. Quia sicut dicitur Cant. 1. Adolescentulæ dilexerunt te nimis. Aquæ æmulationis carnes coquunt, id est quicquid in nobis carnale est esibile faciunt. Et quia carnes nimis coctæ, vel adustę non placent: ideo non solum aquis deuotionis, sed, & æmulationis aquę discretionis apponuntur, ne sit zelus absque scientia.

Aquæ discretionis iungũtur aquis deuotionis.

Propter hoc Christus fuit in cruce, in locis quatuor vulneratus, vt quasi de locis quatuor nobis fontes quatuor nascantur, vtrunque pedem habuit clauis confixum, & manus, &c. Vnde foderunt manus meas, &c. Pedibus ambulamus. Quid tibi ergo videnť pedes Christi nisi ea quibus ad nos venit? Vniuersæ autem vię Domini misericordia, & veritas. Sinister pes misericordia de quo perfosso producuntur nobis aquæ remissionis. Dexter pes veritas, siue sapientia, quod idem est: de quo perfosso tanquã de fonte producuntur aquæ discretionis. Duæ manus, quas nobis extendit, vt nos amplectatur, & sibi astringat, & quasi nutrix portet, sunt amor boni, & odium mali: amor iustitiæ, & odium iniquitatis. Osæę 11. Ego quasi nutritius Effraim, in brachijs meis portaui eos, & nescierunt, quòd curarem eos. De amore boni, qui gratia dicitur spiritualis prodeunt, aquæ deuotionis; de odio mali quod dicitur zelus, aquæ æmulationis; odium mali, vel ini-

Quare Christus ĩ quatuor locis fuit vulneratus.

Pes dexter ret sinister quis.

iniquitatis manus sinistra: amor iustitiæ, manus dextra. Vnde dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatē. De his Cant. 2. Leua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. De his dicitur Prouer. 1. Vocaui, & renuistis: extendi manus meas, & non fuit, qui aspiceret. Christus autem pendens in cruce nobis quatuor istos fontes produxit. Quia fons misericordiæ nobis in via est necessarius propter sordes, quæ lauantur per aquas remissionis. Fons sapientiæ vel veritatis propter aquas discretionis. Fons gratiæ: propter aquas deuotionis. Fons zeli vel charitatis propter aquas æmulationis. Fons misericordiæ necessarius est nobis, & communis: Quia si dixerimus, quia peccata non habemus nosmetipsos seducimus. Cotidie sordidati offendimus. Cotidie curramus ad fōtem. Tres autem alij fontes non omnibus sunt communes, tamen necessarij sunt, quia tribus ecclesiæ ordinibus speciales, qui sunt Iob, Daniel, & Noe. Iob significat coniugatos, & mundanos quibus necessarius est fons veritatis, propter aquas discretionis, vt possint mundi laqueos declinare. Vnde Eccl. 9. In medio laqueorum ingredieris, & super dolentium arma ambulabis. Secundum virtutem tuam caue te à proximo tuo: & cum sapientibus cogita, & cum prudentibus tracta. Daniel significat cōtemplatiuos: verbi gratia, claustrales quibus necessarius est fons gratiæ, propter aquas deuotionis: alioquin dicerent. Anima mea sicut terra sine aqua tibi. Hunc sitiebat Axa filia Caleph. Iud. 1. Pater dedisti mihi terram arentem, &c. Dedisti mihi irriguum inferius, iunge, & superius. Dulces sūt istæ aquæ, & quodā modo vinctuosæ, quibus, & amaritudines pœnitentiæ claustralibus dulces fiunt, & labores releuantur. De qua 2. Mach. 1. Inuenerunt non ignem, sed aquam crassam, & iussit eos haurire, & afferre sibi.

Fons misericordiæ necessarius est nobis, & comunis.

Tres alij fontes necessarij sunt, non tā omnibus comunes.

Noe prælatos, quibus congruit fons charitatis, & zeli propter aquas æmulationis: hæ sunt aquæ, quas sitiebat Eliezer miſſus quærere sponsam Isaac. Quibus eum potauit Rebecca dicens Gen. 24. Pauxillum aquæ mihi adbibendum præbe de hydria tua: quæ respondit. Bibe Domine mi celeriter, & deposuit hydriam super vlnam suam, & dedit potum ei. Elizer prælatus est, qui sponsam quærit Christo dicens cum Apostolo 2. Cor. 11. Aemulor enim vos Dei æmulatione. Despondi enim vos vni viro, &c. Elizer bibit aquam, cum prælatus zelo animarum reficitur, & obedientis animæ conuersatione.

Quinto etiam loco fuit Christus vulneratus in cruce, scilicet in latere: sed post mortem, in hoc significatur, q̄ post mortem ab eo verum fontem expectamus cuius aquas in vita præsenti gustare non possumus. Hic est fons vitæ cuius aquæ sunt delitiæ immortalitatis, & impassibilitatis. Coniungit autem vitæ lumen. Vita pertinet ad dotes corporis. Lumen ad dotes animæ, vel mentis. Vnde dicitur Esa. 58. Implebit splendoribus animam tuam, & ossa tua liberabit scilicet corpus à corruptione. Vel vita pertinet ad affectum, lumen ad intellectum. Quia hic est fons viuentis, & videntis. Vnde Gen. 16. Appellauit puteum illum puteum viuentis, & videntis. Ipse est inter Cades, & Barath. Cades sancta interpretatur. Et Barath fulgor: sanctitas ad affectum, fulgor pertinet ad intellectū.

Cur post mortē fuit vulneratꝰ Christus.

De fragilitate humana comparata fœno, & de holerum pulmentario diaboli.

IN PSAL. XXXVI. SERMO. LXXVII.

QVONIAM tanquam fœnum velociter arescent, &c. Fœnum propriè dicitur non quælibet hærba, sed prati, subtilis, & delicata: quæ propter subtilitatem substantiæ cito arescit. Et designat carnales, & gloriam eorum temporalem. Vnde Esa. 40. Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius quasi flos agri, &c. Exsiccatum est fœnum, & cecidit flos. Primo est viride. Secundo defalcatur. Tertio, vt arescat dispergitur. Quarto in cumulum colligitur, & pedibus lasciuientium conculcatur. Super plaustrum portatur. Iumentis in cibum datur.

Fœnum significat carnales, & gloriā temporalem.

Primo inquàm viret, sic, & carnales primo florent in temporalibus. Et potest dici pratum ridere maximè, quando quis floret in iuuentute. Per huiusmodi pratum delectantur luxuriantes dæmones pertransire. In quorum pe-

Fœnum primo viret.

sona dicitur. Sap. 2. Non sit pratum quod non pertranseat luxuria nostra. Propter hunc virorem quem mundus prę tendit multi decipiuntur iuuenes, de quorum vita speratur, & citius sperato tolluntur. Et ita secundo fœnum de-
Secundo defalcat. falcatur. Vnde cum dixisset Prouer. 27. Aperta sunt prata, subiungit, & apparuerunt herbe virentes, & sublata sunt fœna de montibus. Aperiuntur prata, quando floret iuuentus lęta. Fœna de montibus tolluntur, quando falce mortis de medio præscinduntur. Sicut leccator carpit immaturos fructus: sic & diabolus. Esa 28. Et erit flos decidens gloriæ, &c. quasi temperaneum ante maturitatem autumni: quod cum aspexerit videns statim, vt manu tenuerit deuorabit illud. Et Iob 15. Lędetur quasi vinea in primo flore botrus eius, & quasi oliua proijciens florem suum. Falsam ergo pacem prætendit mundus in iuuentutis vire re: quod significatur in hoc, quòd pueri Hebræorum ramos oliuarum coram Domino portabant cum pacem nó haberet ciuitas ad eum. Similiter, & iuuenta ætas falsam pacem, & dierum diuturnitatem prætendit cum ita non sit. Ideo dicitur Eccl. 12. Memento creatoris tui in medio iuuentutis tuæ antequàm veniat tempus afflictionis tuę, & appropinquent anni de quibus dicas, non mihi placet.

Tertio dispergit vt arescat. Tertio fœnum dispergitur, vt arescat: sic, & carnales per curas, & sollicitudines mundanas dispergũtur, & arescunt, & ab humore gratiæ arefiunt. Vnde Eccl. 14. Insatiabilis est oculus cupidi, in parte iniquitatis non satiabitur, donec consummet injustitiam, arefaciens animam suam. Tribulatio enim huius mundi, & afflictio animi eos faciunt mente, & corpore arescere, & marcescere. Vnde Iacobi primo. Exortus est sol cum ardore, idest tribulatione, & afflictione, & arefecit fœnum, id est carnem. Et flos eius decidit, & decor vultus eius deperijt. Boetius. Cõfiteor facere hoc annos: sed altera causa est, Anxietas animi continuus q; labor.

Quarto colligit. Quarto colligitur fœnum quasi in aceruum: sic & carnales primo colliguntur hic in culpa: in qua sunt vnanimes. Vnde Prouerbiorum primo. Sortem mitte nobiscũ, marsupium sit vnum omnium nostrum. Et Eccl. 13. Omnis caro ad similem sibi coniungetur: & omnis homo simili

mili sui sociebatur. Secundo colliguntur simili morte, quia mors peccatorum pessima. Tertio colliguntur in simili pœna, luxuriosi cum luxuriosis. Gulosi cum gulosis. Vnde Matth. 13. Colligite zizania, & alligate ea in fasciculos: triticum autem in horrea congregate, & Mich. 4. Ipsi non cognouerunt consilium Domini. Quia congregauit eos, quasi fœnum areæ. De vtroque dicitur Eccl. 21. Strupa collecta synagoga peccantium. (Ecce prima collectio.) Et consummatio illorum flamma ignis: ecce secunda.

Quintum est, quòd fœnum portatur super plaustrum, & stridet plaustrum, & sub fœno murmurat. Sic Dominus sub peccatore, qui per patientiam portatur. Amos 3. Ego stridam super vos, quasi plaustrum onustum fœno. Et ad Ro. 2. An ignoras, quòd patientia Dei ad pœnitentiã te expectat? Quinto

Sextum est, quòd fœnum datur in cibum iumẽtorum. Iumentum est diabolus secundùm, quòd tentat de vitijs carnalibus: & ipsi carnales cibi eius sunt. Vnde dicitur Dan. 4. Fœnum quasi bos comedet. Sicut fœnum est cibus iumentorum: ita olera hominum. Vnde Gen. 9. Omne quod mouetur, & viuit eri vobis in cibum, &c. quasi olera herbarum virentia tradidi vobis omnia. Iumentum dicitur diabolus, quando tentat de peccatis carnalibus: homo quando tentat de spiritualibus. Qui ergo carnalibus vitijs subiacent ei, fœnum sunt. Qui spiritualibus: ei olera sunt. De his facit sibi porçam cibum valde delitiosum, & multum ei sapidum. Vnde Aba. 1. Incrassata est pars eius: & cibum eius electus. Hæc autem olera arte componuntur: primo olera truncantur, & minutatim diuiduntur, & coquuntur. Secundo truncata, & diminuta in vase, scilicet olla, vel alio colliguntur. Tertio ad hoc, vt delitiosa sint, & non arida arietinæ carnis pinguedine condiuntur. Ista olera truncantur, & per minutias diuiduntur, quando corda eorum, qui spiritualibus vexantur nequitijs, per inuidiam, rancorem, iram, & odium, & curas alias discerpuntur. Quando vides aliquem alij inuidere, & de aliena felicitate torqueri, vel ira trucidari: dic quòd seruiens diabolo, & coquus est: & quòd truncat id est minutatum discerpit Sexto. Compositio olerũ quid importet. Qui inuidet alter coquus est diaboli.

pit olera diaboli. Vnde de inuido dicitur, carpitque, & carpitur vna. Et Actu. 8. Audientes autem hæc dissecabantur in cordibus suis, & stridebant dentibus suis. Secundo trita in vase simul ad coquendum colliguntur, & hoc fit quotiens nequam homines, & inuidi, vt plus possint, conspirationibus, & colligationibus sociantur quasi porca diaboli: quod faciebant Pharisæi, & Scribę. De quibus Ioan. 11. Collegerunt Pontifices, & Pharisæi concilium, &c. Eodem modo quicunque faciunt collectiones in capitulis de seipsis poream diabolo præparant. Habet ergo quos, qui sibi poream faciunt diabolus. Inter clericos, scilicet canonicos in ecclesijs: inter claustrales, in monasterijs: inter ciues in conuiuijs. Inter scholares in scholis, & in gymnasijs, hi significantur per dæmoniacum: quem Dominus interrogat. Marc. 5. Quod tibi nomen? & respondit legio, & dicitur de isto: neque cathenis quisquam poterat eum ligare, quoniam sæpe cathenas, & compedes commi nuerat, de hoc dicitur Eccl. 26. A tribus timuit cor meum: & in quarto facies mea metuit. Delaturam seu potius zelaturam ciuitatis, collectionem populi, calumniam mendacem. Tertio ad hoc, vt non sint arida arietum pinguedine condiuntur. Habet enim ecclesia suos arietes: maiores scilicet in capitulis. Habet monasterium suos arietes scilicet maiores in monasterijs, scilicet priores, & suppriores. Habet communitas suos arietes, maiores in eis: iuratos, & scabinos. Habet, & schola suos arietes, doctores in scholis. Hi vere dicuntur arietes, qui habent cornua vtriusque testamenti, de quibus in Psalm. Montes exulta. sicut arietes, &c. Arietes duces gregis sunt magni doctores. Agni ouium sunt scholares. Et iterum. Induti sunt arietes ouium, scilicet scientia & virtute. Et valles ideſt laici, & quicunque minores abundabunt frumento. Alioquin dicitur de his Thr. 1. Facti sunt principes eius sicut arietes non inuenientes pascua. Abierunt absque fortitudine. Hos intendit diabolus carnifex mactare, & quasi per frusta diuidere scilicet per sollicitudines, & curas diuersas, & schismata multa discerpere, vt olera sua possit impinguare. Quãto enim maiori scientia vel virtute præminent, tanto sibi eos diabolus ad hæc re-

Arietes dicuntur maiores.

Diabolus desiderat arietes .i. maiores mactare.

putat aptiores. Vnde Ezec. 34. Pone ollam æneam, & mitte in eam aquam: pecus pigniſſimum assume: congere frusta eius in ea. Hæc olera diabolus diligenter coquit dum in istis ignem discordiæ vel iræ, vel concupiscentiæ cuiusque appositis faculis, & alijs suggestionum fomentis, incendit. Vnde Oseæ 7. Applicuerunt, quasi clibanum cor suum cum insidiaretur eis: omnes succensi sunt, quasi clibanus à coquente: non dormiuit tota nocte coquens eos. Pone inquit ollam, &c. Olla ista vnitas est cospirationis. Hæc olla non dicitur terrea, sed ænea. Terrea olla est fragilis: ænea fortis. Quid ergo est ænea olla nisi conspiratio fortissima, & iuramentorum colligationibus firmata? Vnde vix potest aliquid contra ipsam resistere. Vnde Eccl. 13. Quid communicabit cacabus ad ollam? quando intra se constixerint confringetur. Mitte in eam aquam. Aquæ multæ populi multi. In eam aquam ponere est multos in vnitate praua sociare. Pinguissimum pecus assume. Pecus pingue artista: pecus pinguius, decretista: pecus pinguissimum Theologus vtpote habens pascua meliora. Pecus pinguissimum occiditur, quando huiusmodi colligationibus etiam Theologus, qui maximè deberet resiste re, irretitur. Per frusta discerpitur, quando huc, & illuc diuersis curis, diuersis consilijs agitatur: & in eius pinguedine in grauem Dei iniuriam olera diabolo condiuntur. Quia sicut dicitur Leuitici 3. Omnis adeps erit Domini. Potius deberent sancti, & theologi se ab his carnalibus separare. Sicut dicitur de Helia Eccl. 48. Et surrexit Helias propheta, quasi ignis, & verbum ipsius, quasi facula ardebat. Et Eccl. 47. Quasi adeps separatus à carne, sic David à filijs Israel. Apponuntur huic ollæ, faces inuidiæ, fomenta discordiæ: & non cessat bullire. Vnde Iob 41. Fervescere faciet, quasi ollam profundum mare. Olla dum nimis bullit, foras aqua exit: sic, dum arietes tales per vsurpationem, & præsumptionem bulliunt, nonnulli hoc aduertentes ab eis recedunt. Olla Domini conditur charitate: de qua Prou. 15. Melius est vocari ad holera cum charitate, quàm ad vitulum saginatum cum iurgio.

Olla ænea conspiratio fortissima.

Olla Dñi charitate conditur.

De

De creditoribus à quibus mutuo accipit peccator, & de vsurarij fraude.

IN PSAL. XXXV. SERMO. LXXVIII.

A duobus mutuatur peccator a Deo, & à diabolo.

MVTVABITVR peccator, & non solvet, &c. Duo sunt creditores à quibus mutuator peccator. Deus, & diabolus: à diabolo mutuatur peccator monetam, scilicet peccatum. Monetæ huius fabricatores, vel percussores sunt omnes, qui verbo, vel facto, vel consilio, vel exemplo sunt peccatorũ incensores: sicut adulatores, vetulæ stupri conciliatrices. De quibus Hieremiæ 23. Confortauerunt manus pessimorum, vt non conuerteretur vnusquisque à malitia sua. Diabolus autem est, vt vsurarius. Vsurarius vult accipere ex pacto supra sortem. Sic diabolus sub grauissimis cõmodat vsuris. Cuius vsuræ sunt æterna pœna pro momentanea delectatione. Vnde Eccl. 20. Datus insipientis non erit tibi vtilis. Oculi enim septemplices sunt. Exigua dabit, & multa improperabit. Item ab hoc ex pacto vult teneri. Vnde Esa. 28. Percussimus fœdus cum morte, & cũ inferno fecimus pactum: præter vsuram, quàm expectat supra sortem vult vsurarius seruitia accipere iterum. Sic, & diabolus præter pœnam æternam exigit angustias, & labores, quos multiplices peccator sustinet in procuranda voluptate sua. Vtrunque notatur Prouer. 14. Cum dicitur, Risus dolore miscebitur, & extrema gaudij luctus occupat. Nunquam vellet vsurarius sibi illud restitui, quod credidit vt multiplicentur vsuræ, ita vt ex toto fiat nõ soluendo. Sic, & diabolus nunquàm vellet peccatorem releuari à peccati obligatione per confessionem: sed semper præcium debiti multiplicari, ita vt non sit soluendo, dum desperet. Sicut dicitur de Caym. Qui dixit Gen. 3. Maior est iniquitas mea, quàm vt veniam merear. Tandem vsurarius occupat non solum omnia bona, sed etiam filios, & filias pro debito suo. Sic, & diabolus corpus, & animam, & omnia opera. Sic fecit Adæ, qui cum non esset

Vsura diaboli.

Fabricatores monetę diaboli, qui sint.

soluendo diabolo, omnem eius posteritate sibi occupauit. Hinc Psal. 108. Scrutetur fœnerator omnem substantiam eius. Et hoc significatum est 4. Re. 4. Mulier dixit Heliseo. Eu venit creditor, vt tollat duos filios meos. Heliseus autem fecit oleum abundare dicens, de parte solue debitum: tu autem, & filij tui viuite de reliquo. Sic, & Christus duplicem attulit misericordiam: liberantem à delicto culpæ, & conseruantem in statu gratiæ: vnde ex vsuris, & iniquitate redimet animas eorum. Hæ sunt ergo causæ quare dicitur. Mutuabitur peccator, & non soluet, &c.

Duplicem misam attulit Christus.

Secundus creditor est Dominus, qui liberat à peccato. Vnde Prouer. 22. Pauper, & diues scilicet creditor obuiauerunt sibi, &c. quod fuit in Christo: qui pauper fuit secũdum humanam naturam: diues secundum diuinam, vel pauper genus humanum. Hic creditor homini mutuatur per seipsum, quandoque: quando per seruos, & ministros suos: per seipsum, scilicet omnia bona naturalia, & gratuita. Hæc sunt talenta eius, & moneta. Vnde dicitur Mat. 25. Homo quidam peregre proficiscens, &c. Per ministros suos, qui sunt nostri benefactores. Nec etiam alienos ab his reputo persecutores. Quotiens ergo à quocunque beneficium receperis reputa per illum illud à Deo tibi mutuatum, cuius ille seruus est. Eodem modo dico de bono verbo, vt de prædicatione, vel bono consilio. Vnde Eccl. 18. Nonne ardorem refrigerabit ros? Sic, & verbum melius quàm datum. Persecutores etiam nostri in hoc ministri Dei sunt, & iniuriam quàm nobis inferunt debemus mutuum reputare. Quia huiusmodi iniurijs si eas remittamus, possumus debita nostra exsoluere: vel pro eis, quæ Deo debemus huiusmodi persecutores tanquam debitores nostros pro nobis debemus delegare. Miro enim modo huiusmodi creditores in ipso suo mutuo nobis fiũt debitores: & licet vulgaliter persecutores dicantur: potius tamen dicendi essent benefactores, & adiutores quantum ad nos. & si non quantum ad eos: per eos enim materiam habemus liberandi nos à debitis nostris si iniuriam sustinemus, & non nos vindicamus. Vnde Eccl. 28. Relinque proximo nocenti tibi: & tunc deprecanti tibi peccata solu-

Secundus creditor peccatoris Dñs est. Christus diues, & pauper.

Mutatio Christi.

Persecutores ministri Dei sunt.

uentur. Dominus autem paratus est debitum debito compensare. Vnde dimittite, & dimittemini. Dic ergo, quando receperis iniuriam, vel contumeliam. Hodie lucratus sum, vnde possum me absoluere: non iniuriam alia iniuria vindicare: quia hoc esset aurum commodatum tibi proijcere, & te nouo debito obligare. Vnde ad Rom. 12. Non vos vendicantes charissimi.

Lucrū de iniuria remissa.

Nota autem, quòd Dominus siue commodet per se, siue per ministros suos: cum fœnore vult recipere: siue sint talenta bonorum naturalium, siue gratuitorum: hæc non cum gratiarum actione, & etiam cum multiplicatione debes Deo reddere. Vnde damnatur, qui abscondit talentum in terra: & dicitur. Matth. 25. Nonne oportuit pecuniam meam dare nummularijs, &c. Eodem modo, si committat verbum bonum per prædicatorem, debes multiplicatum reddere, quia verbum Dei semini comparatur: quod bona terra reddit cum fœnore. Vnde Luc. 8. Exijt, qui seminat, &c. Semen quod cecidit in bonam terram fecit fructum centuplum. Eodem modo, quando persecutionē persecutor exercet, reddere debemus fructum cum fœnore gratiarum: & non per iniurias, sed per beneficia respondere, immo adsistere iuxta illud Rom. 12. Si esurierit inimicus tuus, &c. Sic enim faciens congeres carbones ignis super caput eius.

Vitia circa mutuū diaboli vitanda.

Primum.

Sunt autem quædam vitia quæ vitare debemus circa mutuum diaboli, & circa mutuum Dei. Circa mutuum diaboli: primum vitium est illud mutuum reputare inuentionem, sicut quidam, qui ita gaudent de opportunitate peccandi, ac si inuenissent thesaurum, non attendentes sub quantis vsuris oporteat hoc soluere: immo videtur gratis acceptum: de hoc dicitur Eccl. 29. Multi, quasi inuentionem æstimauerunt fœnus: hoc ipsum commune est circa mutuum Domini. Si enim receperis à Deo bona multa non debes stulte afferri, & quasi inuentionem reputare, sed cum timore cogitare te obligatum esse. Quis gaudebit de eo quo obligatus est? Vnde Lucæ 7. Quis cum plus diligit? Respondit, Cui plus donauit, &c. ideo siue in bono, siue in malo mutuo debes stricte computare tecum: iuxta verbum Eccl. 42. Datū, & acceptum omne describe.

Se-

Secundum est non libenter cito reddere, sed cum molestia. Vnde Eccl. 29. Multi præstiterunt molestias ijs, qui se adiuuerunt. Donec accipiant manus dantis osculantur, & in promissionibus humiliant voces suas: & in tempore redditionis postulabitur tempus, & loquentur verba tædij, & murmurationis: & tempus causabitur. In malo etiam sicut in mutuo peccati non debemus dilationem quærere in reddendo. Vnde Eccl. 5. Ne tardes conuerti ad Dominum, &c.

Secundū.

Tertium est non totum reddere quod est commune ēt, & in bonis, & in malis. Quia de omnibus bonis gratiæ reddendæ, & de omnibus malis plena confessio facienda, contra quos dicitur Eccl. 29. Stolidus (alias solidi) vix reddet dimidium. Oportet tamen totum reddere. Vnde Matth. 5. Non exies inde, donec reddas nouissimum quadrantem.

Tertium.

Tria sunt alia vitia quæ non communia: sed locum habent in bonis. Primum est, quòd debitor abscōdit se à suo creditore, & hoc vitium, quasi hæreditarium est nobis à patre primo Adam, qui Domino ipsum quærenti dixit Gen. 3. Domine audiui, &c. & abscondi me, &c. contra quos dicitur Eccl. 29. Repromissorem fugit peccator, & immundus. Et. 22. Amicum salutare ne confundaris. Secundum est sibi ascribere quod aliunde accipitur. Eccl. 29. Bona verba repromissoris sibi ascribit peccator. Tertium est quæcunque ingratitudo. Vnde in eodem. Ingratus sensu dereliquit liberantem se. Talis autem meretur sibi alias non subueniri. Quia sicut vulgariter dicitur. Si non deesset bonus solutor, non deerit bonus commodator, vel creditor. Vnde Eccl. 29. Confirma verbis, & fideliter age cum eo, & in omni tempore inuenies quod necessarium est. Vltimo notandum, quòd Dominus est curialis creditor. Multi enim nolunt credere, quia putant aliquos non esse soluendo, & permittunt illos perire. Quia propter pauperiem, & inopiam non dimittit nobis commoda te, & ita facit sicut præcipit fieri. Eccl. 29. Propter mandatum assume, pauper est, & propter inopiam eius ne dimittas eum vacuum: perde pecuniam propter fratrem, & amicum, & non abscondas illam sub lapide in perditionē.

Alia vitia.

Dñs curialis creditor dī.

De duplici mensa, scilicet consolationis seu voluptatum & tribulationis, seu aduersitatum, & de reliquis vtriusque.

IN PSAL. XXXVI. SERMO. LXXIX.

Mensa duplex cõsolationis, & tribulationis.

CVSTODI innocentiam, & vide æquitatem, quoniam sunt reliquiæ homini pacifico, &c. Duplex est mensa. Mensa consolationis, & mensa tribulationis, vtraque habet tempus suum. Mensa tribulationis in præsenti habet tempus suum, & non mensa consolationis: è contrario mensa consolationis futuri status est, & non mensa tribulationis: ita ordinauit Deus, nec aliter esset nisi malitia hominum permutaret. Si enim omnes sicut inuitati sunt sederent in præsenti ad mensam tribulationis: In futuro sederent ad mensam consolationis. Sed quia permutant, hic sedere volentes ad mensam consolationis, ideo in futuro sedebunt ad mensam tribulationis. Vnde Luc. 16. Abrahæ dixit diues. Pater Abraham miserere mei, & mitte Lazarum, vt intinguat extremum digiti sui in aquam, vt refrigeret linguam meã, quia crucior in hac flamma. Et respondit Abraham. Fili recordare, quia recepisti bona in vita tua, & Lazarus similiter mala: nunc vero consolatur, tu vero cruciaris. Et hoc significatum est Gen. 48. Vbi dicitur, quòd Iacob posuit dexteram suam super caput Effraim, qui erat positus ad suam sinistram. Sinistram posuit super caput Manasse, qui erat ad dexteram commutans manus: significans, q̃ qui sunt hic ad sinistram per tolerantiam tribulationis, erunt in futuro ad dexteram per gaudium consolationis, & è conuerso: & ideo dicitur Cant. 2. En iste stat post parietem nostrum respiciens per fenestras, prospicies per cancellos. Hæc est æquitas, magna Dei. Non enim æquum esset, vt fieret transitus de delitijs ad delitias. Vnde Hieronymus. Delicatus es miles si vis hic gaudere cum mũdo, & in futuro regnare cum Christo. Immo sicut dicitur Prouerb. 14. Extrema gaudij luctus occupat. Et Ecclesiastici. 32. Ante grandinem præibit coruscatio, & ante verecundiam

Tempus mẽsæ tribulatiõis est p̃sens; cõsolationis futurum.

Non decet transire de delitijs ad delitias.

diam præibit gratia. Timeant ergo grandinationem, qui præsentis gaudij transitoriam habent coruscationem. Iustus, iraq; & innocens hęc attendit, & iuxta verbum, Senecæ, Sapiens non se mutat: sed aptat tempori. Quia ergo nouit tribulationem propriam esse præsenti temporis: sustinet patienter. Quia sicut dicitur Ecclesiastes 3. Omnia tempus habent, & suis spatijs transeunt cuncta sub cęlo. Vnde ad Hebræos 12. Omnis disciplina in præsenti videtur non esse gaudij, sed mœroris: posteà autem fructum pacatissimum exercitatis per eam reddet iustitiæ. Propterea dicitur iusto: custodi innocentiam non quærens hic delitias, quia suum tempus non habent, & vide æquitatem, prædictæ, scilicet permutationis, quę iustissima est Vnde, & bene in Apostolo sequitur ad Heb. 12. Propter, quod remissas manus, & soluta genua erigite, & gressus rectos facite pedibus vestris, vt non quis claudicans erret: magis autem sanetur. Pacem sequimini cum omnibus, & sanctimoniam, sine qua nemo videbit Deum. Hoc est quod dixit innocentiam, & subiungit, reliquiæ sunt homini pacifico: & nota quare dixit reliquiæ, &c. Nullus consueuerat comedere reliquias mensæ suę, sed pauperibus distribuendæ reseruantur. Cum igitur duplex sit mensa. Mensa consolationis, mensa tribulationis. Ideo non vocantur electi Dei ad mensam consolationis in præsenti: & si vocati fuerint nolunt sedere, scientes, quòd non est præsentis temporis, & si quid gustauerint non sapit eis: & quasi abominabile eis coguntur euomere. Non propter saturitatem (sicut dicitur Eccl. 31. Si coactus fueris comedere multũ, surge e medio, & vome, & refrigerabit te) sed propter insueti cibi, & non temporanei abominationem. Vnde, & honorem quem receperat ipse Dominus Iesus Christus in Ramis palmarum, statim ne quid deberet mundo exsoluit per sequentem ignominiam passionis. Vnde in Ps. dicitur. Exprobauerunt cõmutationem Christi tui. Sedent aũt diuites huius mundi ad mensam consolationis, cuius reliquiæ eorum nõ sunt, sed pauperũ, & pauperes Christi reliquias expectant. Vnde Lu. 16. Homo quidam, &c. epulabatur cotidie splendide. Et erat quidam mendicus nomine Lazarus, qui iacebat ad ianuam eius vlceribus plenus,

Electi nõ vocantur ad mensa cõsolationis in præsenti.

cupiens saturari demicis, quæ cadebant de mensa diuitis: & nemo illi dabat. Erit autem quando finita mensa dabitur illis de reliquijs, & plus erit in reliquijs in infinitum, quàm fuerat in mensa, quod significatum est Ioan. 6. vbi dixit Dominus: Colligite fragmenta ne pereant. Collegerunt ergo, & impleuerunt fragmentis. 12. cophinos ex quinque panibus hordeacis, & duobus piscibus. E conuerso electi Dei nunc sedent ad mensam tribulationis. Et quia non est consuetũ, quòd quis suas comedat reliquias, ipsi eas non comedunt, sed suis pauperibus reseruant. Et sicut nunc fuerunt pauperes diuitum huius mundi; ita è contrario diuites huius mundi pauperes eorum erunt. Et habebunt reliquias de mensa tribulationis, & plus erit in reliquijs in infinitum, quàm in mensa. Vellent si possent habere reliquias de mensa consolationis, sed habere non poterunt: & hoc est, quod vt dicitur Luc. 16. Diues dixit Abrahę. Pater Abraham miserere mei, & mitte Lazarum, &c. Reliquias ergo habere non poterunt, quia pauperum Dei sunt, immo edent pauperes, & saturabuntur, & laudabunt Dominum.

Reliquiæ ĩpropriè. Mensa p̃senti consolationis habet reliquias.

Vel reliquiæ impropriè possunt accipi, vt quod post mensam relinquitur, id dicatur reliquiæ, eius quod post mensam illam sequitur, non tamen sunt fragmenta eius. Sed hæc mensa consolationis præsentis nullas habet reliquias, quæ pertineant ad consolationem, quia post ipsam illis, qui sederunt ad ipsam, nulla restat consolatio, sed tribulatio: nisi forsitan hoc contingat ex parcitate sumentiũ. Qui enim mensa nullas habeat reliquias faciunt tria: scilicet paucitas epularum, consumptibilitas earum, & voracitas edentium. Post mensam igitur consolationis præsentis non remanent reliquiæ alicuius consolationis, & hoc propter paucitatem epularum, & earum consumptibilitatem: quia paucæ sunt delectationes huius mundi, & & minimæ, & consumptibiles, vt nebulæ. Vnde Sap. 5. Spes impij quasi lanugo, quę à vento tollitur, & tanquam spuma gracilis, quæ à procella dispergitur. Hoc ipsum facit voracitas edentium, quę tanta est, quòd plus sumpsissent, si plus habuissent, & ita voraciter sumunt, quòd nihil remanet. Vnde dicitur Iob 27. Diues cum dormierit, nihil

nihil secum auferet. Et si quæreret vbinam sunt? Respondendum esset ei: stulte tu omnia voraſti. Sed electi Dei, si forte aliquando vocati fuerint ad consolationes mundi, parce sumunt: & ideo eis reliquię remanent: sicut dicitur Eccl. 21. Vtere, quasi homo frugi his, quæ apponuntur tibi. Isti enim sunt, vnde Abdias in principio: Si fures introissent ad te: si latrones per noctem, quomodo conticuisses? Nonne furati essent sufficientia sibi? Si vendemiatores intro issent ad te, nunquid saltem racemum reliquissent tibi? Et idem ad finem. Et non erunt reliqui domus Esau: quia Dominus locutus est.

Similiter mensa tribulationis præsentis non habet reliquias alicuius tribulationis, quia electi Dei, qui tanquã conuiuæ sederunt ad mensam illam, nihil habebunt postea tribulationis, sed consolationem, nisi forsitan hoc contingat ex parcitate sumentium: quia vt dictum est, parcitas sumentium facit superesse reliquias. Verum Sap. 3. In paucis vexati, in multis bene disponentur. Consumptibili tas etiam tribulationum facit electis nõ superesse earum reliquias, quasi enim nebulæ transeunt eis, & sicut vapor. Vnde Iob 6. Qui timet pruinam irruet super eum nix. Et ibidem. Fratres mei pręterierunt me sicut torrens, qui rapidum transit in conuallibus. Vnde vocatur transitus virgę Esa. 30. Et erit transitus virgæ fundatus, quàm requiescere faciet Dominus super eum. Sanctis est virgæ transitus, sed malis fundatus, & permanens. Voracitas etiam edentium facit non superesse reliquias. Audi enim sancti sumunt tribulationes, tanquàm delitias. Vnde Deuter. 33. Inundationem maris, tanquàm mel sugent. Malis autẽ, qui parce sumunt de hac mensa, si quando vocantur, & fastidiunt, magnæ, & multæ reliquię remanent. Quia in præsenti propria hæc omnim erat mensa, & debebat quisque de ea iocunde sumere, & auide: sed multi auide sumũt de mensa consolationis, & ideo nullæ huius restant eis reliquiæ: de mensa autem tribulationis sumunt parce, & ideo multæ restant. Eccl. 11. Est homo laborans, & festinãs, & dolens, impius: & tanto magis non abundabit, scilicet in temporalibus bonis. Qui nolunt modo plene tribulationes sumere, tunc cogentur bibere: sicut si diceretur ali-

Qui ĩ hoc mũdo tri

bulationes plene sumere nolunt cogetur bibere eas.

cui, oportet te bibere totum vsq; ad fundum potionem hanc siue absinthium. Vnde Apoc. 18. Quantum glorificauit se, & in delitijs fuit: tantum date illi tormentum, & luctum. E contrario fiet de bonis. Quia enim hic auide biberunt tribulationes, nullæ restabunt. Vnde Esa. 2. Ecce tuli de manu tua calicem sepotis, fundum calicis indignationis meæ. Non adijciam, vt bibas illum vltra.

De tentationum progressu, & incrementis.

IN PSAL. XXXVII. SERMO. LXXX.

Progressus tentationes tribus comparatur.

QVONIAM iniquitates meæ supergressę sunt caput meum, &c. Progressus tentationis comparatur tribus. Primo aquarum inundationi. Secundo flammæ voracitati. Tertio tumulationi. Omnia autem ista solent à minimo incipere, & suis incrementis quasdam supergressiones efficere. Hinc est, quòd paruuli nunc temporis propter refrigerium contra æstum multum se delectant in balneatione aquæ frigidæ fluuialis, cuius nesciunt profunditatem: & minus sibi præcauentes naufragio periclitantur. Vnde à matribus debet super hoc diligens custodia adhiberi. Paruuli sunt peccatores dum primis tentationum motibus infestantur quantum ad ætatem. Isti paruuli diligenter sunt custodiendi, ne tentationum aquis immergantur: quod fit, quando ad consummationem peccati pertrahuntur. Hi sunt de quibus præcepit Pharao Exo. 1. Quicquid masculini sexus natum fuerit, in flumen proijcite: quicquid feminini, reseruate. Pędagogus ergo debet esse ratio, & diligenter illos paruulos custodire, ne se in flumen mittant concupiscentiæ. Forsitan enim sero subuenire conabuntur cum incœperint naufragari. Vnde Ouidius. Principijs obsta, sero medicina paratur: cum mala per longas conualuere moras. Quia plurimum contingit, quod cum instat aliquis iuuare naufragio periclitantem ab eo trahitur, & cum periclitatur: sic, & quando ratio non præuenit sensualitatem dum sero eam reprimere nititur, potius ab ea trahitur.

trahitur. Vnde vnusquisq; tentatur à concupiscentia sua abstractus, & intellectus.

Progressus tentationis quàlis.

Tentationis autem processus talis est. Primo stultus non præcauens profunditatem intingit pedem suum vsq; ad talos. Secundo stultus confidens progreditur vsq; ad vmbilicum. Tertio vsq; ad medium colli. Quarto vsq; ad nares, & oculos inopinanter immergitur. Quinto vsq; ad frontem. Sexto ex toto immergitur. Primum ergo est pedis intinctio. Quando quis bonum cogitat: pes eius aqua Iordanis intingitur: ita cum in cogitatione peccatum tractat in aquis ægypti pedem intingit. Vnde Iosue 4. Ingressis eis Iordanem, & pedibus eorum in parte aquæ tinctis steterunt aquæ descendentes in loco imo. Tunc enim à sacerdotibus archam fœderis portantibus, ideſt animabus sanctis Christum imitantibus pedes in aquis Iordanis tinguntur, quando spiritualia cum humilitate tractantur: aquæ concupiscentiæ siccantur, & tentationes remittuntur, & reprimuntur.

Secundo in aquis concupiscentiæ vsq; ad vmbilicum descenditur cum de cogitatione vsq; ad delectationem peruenitur: quæ per vmbilicum, & lumbos designatur. Vnde Iob 4. Fortitudo eius in lumbis eius, & virtus illius in vmbilico ventris illius. Vnde per lumbare, quod stringit renes, continentia designatur. Clericorum maximè, & ideo vsq; ad lumbos se immergunt in aquis concupiscentiæ illi de quibus Hiere. 13. Tulli lumbare de loco vbi absconderam illud iuxta Euphraten, & ecce computruerat, ita nulli vt vsui aptum esset.

Tertio vsq; ad medium colli demergitur: cum quis iam de concupiscentia procuranda confabulatur, quia vox per collum intelligitur. Vnde Esa. 4. Spiritus eius velut torrens inundans vsq; ad medium colli. Et Eccl. 9. Collaquium eius, quasi ignis exardescit.

Quarto vsq; ad nares, & oculos immergitur, quando nec fœtor peccati sentitur, nec Dei iudicium formidatur, & oculis suis peccator capitur. Sicut dicitur de impudicis presbyteris. Dan. 13. Euerterunt sensum suum, & declinauerunt oculos, vt non viderent cęlum, neq; recordarentur iudiciorum iustorum, &c. Et Iudith. 10. Cum intrasset an-

tu

re faciem eius, statim captus est in oculis suis Holofernes: ideo dicitur Ecc. 9. Ne respicias mulierem maliuolã ne forte incidas in laqueos illius.

Quinto vsq; ad frontem immergitur cum peccatum manifeste facere, vel iterare non confunditur: de quo Hiere. 3. Frons meretricis facta est tibi noluisti erubescere, &c. & eiusdem 2. Quam vilis facta est nimis.

Sextò aquæ caput supergrediuntur, quando per consuetudinem peccator inuoluitur: tũc aquæ inundãt, & fluũt, & refluunt super caput, & ita submergitur ex toto; multo tiẽs enim immergitur peccator, & tamen nondum perit. Sed dicitur q̃ tertia vice immersus periclitatur. Sicut tertia vice e conuerso immersus in baptismo saluari significatur. De hac inundatione dicitur. Thr. 3. Inundauerunt aquæ super caput meum, & dixi, perij, &c. Quia ergo sic paulatim obrepit tentatio à principio timendum est. Quapropter dicitur. Eccl. 25. Ne des aquæ tuæ exitum, nec mo dicum: nec mulieri nequam veniam prodeundi. Mulieri, id est sensualitati, &c. Et hic tentationis processus designatur. Ezec. 47. Mensus est mille cubitos, & traduxit me per aquam vsque ad talos. Rursusq; mensus est mille, & traduxit me per aquam vsque ad genua. Rursusq; mensus est mille & traduxit me per aquã vsque ad renes: & mensus est mille torrentem, quem non potui pertransire, quoniam intumuerant aquæ profundæ torrentis, qui non potuit transuadari. Et paulo post. Aquæ istæ quæ egrediuntur ad tumulos sabuli orientalis, & descendunt ad plana deserti intrabunt mare, &c. Sabulum sterile est. Sabulum ergo orientale diabolus à quo orta est prima sterilitas peccati. Tumuli zabuli orientalis sunt corda carnaliũ, & mundanorũ. Quia enim mortui peccato sepeliuntur: ideo tumuli sunt: quia verò infructuosa, & plena diabolo: ideo tumuli sunt sabuli orientalis. vnde legitur. Exo. 2. Quod Moyses percussit Aegyptium rixantem cum Hebræo, & occisum abscondit in sabulo. Aegyptius rixans cum Hebræo est diabolus contendens cum humano genere, vel quocunque iusto. Illum Moyses interfecit dum Christus diabolum in cruce occidit: & in sabulo sepeliuit, quando in cordibus impœnitentium latere permisit. Quia spiritus im-

immundus cum exierit ab homine ambulat per loca arida, &c. Matth. 12. Tumuli ergo sabuli orientalis superba corda carnalium. plana deserti, humilia claustralium corda & electorum. Ad tumulos sabuli orientalis descendũt: cum claustralium corda tentantur.

Secundò comparatur flammæ voracitati. Primo modicum stratum comburit, deinde ad trabes & tectum serpit, & ascendit: demum de domo in domum transit, & ciuitatem totam incendit. Vnde Eccl. 11. Ab vna scintilla augetur ignis, &c. Concupiscen ia ignis est, à quo longè fieri debemus: quia palea sumus. Vnde Eccl. 9. Concupiscentia quasi ignis exardescit. Et in eodem. Cum muliere aliena ne sedeas omnino, ne forte declinet cor tuum in illam, &c. Et Prouer. 6. Nunquid potest homo abscondere ignem in sinu suo, vt vestimenta illius non ardeant? &c. Tentatio flãma vorax.

Comparatur tertio tumulationi. Primo enim proijcitur vna palata terræ ad tumulationem alicuius. Peccator enim quodammodo viuus tumulatur: mortuus vita animæ, & viuus vita carnis: super quem diabolus quasi tot palatas terræ proijcit, quot terrenas, & carnales cogitationes immittit: & tandem post malarum cogitationum, & affectionum cõgeriem, lapis superponitur obstinationis, per consuetudinem induratus. Vnde Thrẽ. 3. Lapsa est in lacum vita mea: posuerunt lapidem super me. Tentatio tumulationi corparatur.

Concupiscentia ergo quæ hominem absorbet rectè significatur per inundationem, & terræ tumulationem, & lapidis superpositionem. Quæ tria significantur. 4. Reg. 5. Nunquid non meliores sunt Abana, & Pharfar fluuij Damasci, omnibus aquis terræ Israel? Per flumen Damasci intelligitur inundatio, per Pharfar, quod interpretatur tala fodiens, tumulatio: per Abana quod interpretatur lapides, lapides, idest terræ superpositio. Primo enim immoderata concupiscentia anima carualis terrenis desiderijs absorbetur, & sepelitur: tandem sepulta admodum Lazari, lapide obstinationis opprimitur: propter quod quasi p contrarium baptizandus in sepulchro baptismi totus immergitur, vbi & totus Christo cõsepelitur Vnde ad Ro. 6. Consepulti sumus Christo, &c. Vnde & paulatim aspergendi sumus sanguine Christi do nec toti i. t. ngamur. Pri

mo pes, i. cogitatio intingatur per fidem: quod notatur in Psalm. Vt iutingatur pes tuus, &c. Postea magis procedatur. Iuxta quod præcepit. Exo. 12. Sumẽt de sanguine agni & apponent super vtruuque postem. i. volũtatem & opus. Tandem toti immergamur in sanguine Christi circunferentes in nobis passionem eius. Vnde ad Gala. vltimo. Stigmata domini Iesu in corpore meo porto.

De peccati processu & augmentis.

IN PSAL. XXXVII. SERMO. LXXXI.

Tria in peccati processu contingunt.

COR meum conturbatum, &c. In his verbis peccati processus ostenditur. Primo in tentatione contingit animam turbari, quando scilicet inducitur ad hoc vt dubiter vtrum faciat an non. Secundo inclinatur & inducitur ad consensum vel factum. Tandem per iterationem & consuetudinem excæcatur, quando incipit placere peccatum. Quando anima inducitur ad hoc, ꝙ dubitat an faciat peccatũ, de quo certam deberet esse, ꝙ non faciendum esset: & deberet proijcere à se longe suasionem talem, tunc dat locum diabolo, & sperat diabolus ꝙ persuadebit, sicut vetula conciliatrix stupri, quando de hoc patienter, & libenter auditur à puella, bene sperat, & confidit: sicut etiam in bono contrarium speratur. Vnde Athenienses dixerunt Paulo Actuum 17. Audiemus te de hoc iterum. Sic è conuerso diabolus ingerit suauia, vt demulceat, & tandem capiat. Vnde Prouerb. 17. Vir inquus lactat amicum suum, & ducit eum per viã non bonam, &c.

Primum ergo est, quòd inducitur in tentationem: quod notatur cum dicitur, Cor meum conturbatum est. Secundo inclinatur ad faciendum, vel consentiendum, & tunc amittit virtutem, & virtus succumbit: quod notatur cum dicitur, Dereliquit me virtus mea. Tandem, vt cæcus huc, & illuc ducitur à diabolo pro voluntate eius: quod notatur cum dicitur, & lumen oculorum meorum, &c. Hic

Processus tentationis

processus tentationis habetur in prima tentatione primorum

parentum Gen. 3. Dixit diabolus ad mulierem. Cur præcepit vobis Deus ne comederetis ex omni ligno paradisi? Respondit mulier. De fructu lignorum paradisi, &c. de ligno autem scientiæ boni, & mali præcepit ne comederemus, ne forte moriamur. Ex hac dubitatione cœpit diabolus procedendi occasionẽ, & subintuli: Nequaq̃ moriemini, &c. Nouit. n. ꝙ bene piscatur in aqua turbida. vidit ergo mulier lignum, &c. tulit, & comedit, & dedit viro suo. Ecce virtutis infirmatio, qñ vir consensit: qđ fit in nobis, qñ rõ sensualitati consentit. Fecit aũt diabolus sicut bonus impugnator, qui castrũ obsidet, & impugnat aperte infirmiori, quia ibi facilius capitur. Vnde Gen. 40. Ad exploranda infirmiora terræ venistis Sic, & nos dicamus diabolo tẽptanti à parte carnis. Postea sequitur. Et aperti sunt oculi amborũ. Ecce mentis excęcatio. Exteriorum. n. apertio interiorũ excęcatio est. Ideo dr Prou. 25. Fons turbatus pede, &c. iustus cadens coram impio. s. primus parens coram diabolo. Qñ aqua fontis turbatur purum cum impuro, limus cũ aqua superiori miscetur, & fit superius, quod fuit inferius, & è cõuerso: sic fit in nobis, qñ sensualitas rõni prępponitur. Quã turbationẽ inuit dñs Gen. 3. cũ ait. Quia audisti vocẽ vxoris tuę, & comedisti de ligno ex quo præceperã tibi ne comederes, &c. Aquas claras bibit, quo præponit rõnem præponit: aquas turbidas, qui sensualitati consentit: & hoc facit ardor desiderij. Sicut dr Eccl. 26. Sicut viator sitiens ad fontem os aperit, & aberi aqua proxima turbidas bibet, &c. Et Hier. 2. Quid tibi vis in via Aegypti, &c. vero, qui Hi cordo notatur Esa. 21. Turbatus sum cum viderẽ, ecce sensualitas primũ. s. turbatio: marcuit cor meum, ecce sm. infirmitas: tenebræ stupefeceruntme, ecce tertiũ excęcatio. Ite proceſsus temptationis significatur Iud. 15. Primo dalila sollicitauit Sanſonem, vt manifestaret ei in quo consisteret fortitudo eius, & multotiens delusit eam, sed tantũ instituit, ꝙ cogit eum dubitare an ei manifestaret: ecce turbatio. Secundo, ꝙ in crinibus, & tunc præscidi fecit ei dormienti crines: & virtutẽ amisit. Tertio ab inimicis philisteis excæcatus est, dixerunt enim principes philisteorum Dalilæ decipe eum, & disce ab eo, &c. Et ille deluſt eam ter: Quarto dixit Dalila ad eum: quomodo

dicis,

dicis, quòd amas me, cum animus tuus, non sit mecum? Per tres vices mentitus es mihi, dunque ei molesta esset, spatium, & requiem non tribuens, defecit anima eius, & vsque ad mortem lassata est, & aperuit ei veritatem. At illa dormire fecit eum super genua sua: vocauitq; tõsorem, & rasit. 7. crines eius, & cœpit abijcere eum, & a se repelle re: statimq; ab eo discessit fortitudo, & Philistei venientes eruerunt eius oculos, &c. Per hoc, quòd philistei, &c. docemur, quòd carnem temptat diabolus. Secundo, quòd nõ debet, quis familiaris esse carni suæ, neque ipsa debet deprehendere in quo nostra fortitudo spiritualis sit. Vnde Mich. 7. Ab ea, quæ dormit in sinu tuo custodi claustra oris tui. Est enim, quasi seruus noster, de quo dicitur Ioan. 15. Nescit seruus, quid faciat Dominus eius. Et quasi sinistra nostra, de qua Matth. 6. Nesciat sinistra tua, quid faciat dextera tua, &c. In quo instruimur, vt carnales amici non sint consiliarij nostri. Vnde Gen. 31. Iacob Laban socerum suum celauit fugam suam. Tertio quia non debemus dormire in siuu eorum: carnales enim amici, & omnes adulatores nobis cantant nęnias diaboli: quibus sopiunt nos, & sopitos tondeut Vnde legitur vocauit tonsorem. Qui sunt isti tonsores nisi falsi adulatores: qui nos tondent dum temporalia nostra tollunt. Vnde Persius. Scis comitem horridulum trita donare lacerna, &c. Nos tondeut dum spiritualia bona virtutum auferunt, ita subtiliter, quòd non percipimus. Vnde: Sicut noua cula acuta fecisti, &c. Hoc est, quòd 7. crines rasit ei. Quid 7. crines nisi spiritus septiformis in quo animæ fortitudo cõsistit? Iob 44. Nudos dimittunt homines indumenta tollentes, &c. Et nota, quòd amissa fortitudine oculi eruuntur. Quia virtute priuati, intelligentiæ lumen amittere merentur. Item absque fortitudine diu lumen habere non potuit: sed absque lumine fortitudinem recuperauit. Multi enim absque lumine scientiæ habeat virtutes quæ spirituales nequitias prosternunt.

Nõ debemus familiares cẽ carni nostræ.

Tonsores falsi sunt adulatores.

Septẽ crines spiritus septiformis.

De custodia quinque sensuum.

IN PSAL. XXXXIII. SERMO. LXXXII.

DIxi custodiam vias meas, vt non delinquam in lingua mea. Prouer. 4. Omni custodia serua cor tuum, quia ex ipso vita procedit. Omni dicit, &c. Non enim sufficit si custodia circa vnum de sensibus ponatur, & non circa alium. Sicut non sufficit obturare vnum foramen dolij nisi ex omni parte foramina obturentur. Anima enim est, quasi preciosus liquor quem portamus non solum in vase fragili, sed vndique perforato, quia quot sensus tot foramina, & per vnum quod remanet obturandum, tocum effluere potest. Ideo dicitur id Eccl. 25. non des aquæ tuę exitum, &c. Et. 21. Cor fatui, quasi vas contractum, & omnem sapientiam non tenebit. Viæ animę sunt quinque sensus, quibus egreditur ad res exteriores, & exteriora ingrediuntur ad eam vicissim. Fit autem circa auimam sicut si quis vellet egredi domum suam, & hostes explorarent exitum eius: & egredientem in ipso exitu comprimerent, & conculcarent: vel egressum raperent, vel ingredientes locum eius, locum ipsum sibi vendicarent, & volentem regredi non admitterent: vel ingredientes, ita omnia bona depredantur, quòd rediens vacuam domum inuenit: nec est, vnde reficiat. Primum habetur 4. Reg. 7. Vbi dicitur, quòd quẽdam constitutum ad portam samariæ in ipso ingressu portæ turba conculcauit. Samaria interpretatur custodia. Porta samariæ vnusquisq; sensus, vt porta diligenter custodiendus, & claudendus. Sed dum porta sensuum incaute aperitur multitudine, & impetu intrantium hostium, id est exteriorum occupationum, auima ipsa in introitu suffocatur, & spiritus constringitur. Item egredientem quãdoque in ipso egressu rapiunt, vt Gen. 34. Legitur de dina, quòd egressa est, vt videret mulieres regionis illius, & vidit eam Sichem filius Emor, & conglutinata est anima eius, &c. Quid est. Dinam egredi, vt mu. re. vi. nisi animã

Non sufficit custodire vnũ sensum, sed omnes sunt custodiẽdi. Simile.

Viæ aĩæ sun quin que sẽs⁹. Simile.

per sensus exire, vt rerum sensibilium delectatione se pascat? Sichem interpretatur humerus, vel labor. Emor asinus. Eam ergo Sichem filius Emor corrumpit, & opprimit: dum per delectationem, quàm quærit, laborem inutilem, & stultam temporalium occupationem incurrit. Plerunq; ingredientes locum ipsius, qui egressus est vendicant, & volentem regredi non admittunt. Quandoqi enim contingit, quòd formæ sensibiles, & exteriores occupationes admissæ, ita totam domum sibi vendicant, & contra ipsam animam muniunt, vt si egressu redire velit intrare non possit. Quid enim est intrare, nisi spiritualia cogitare, & se ab exterioribus reuocare? vnde 1. Mach. 1. Aedificauerunt ciuitatem Dauid, &c. & facta est illius in arcem, &c. Ideo non est tutum deserere locum suum, sicut dicitur Eccl. 10. Si spiritus potestatem habentis ascenderit super te, locum tuum ne dimiseris. Plerunq; contingit, quòd egrediens domum suam inuenit vacuam, ita q̃ nõ est vnde reficiatur, quia tota depradata est. Vnde Thr. 3. Oculus meus deprædatus est animam meam. Et Luc. 19 Domus mea, domus orationis vocabitur: vos autem fecistis eam speluncam latronum, & Ioan. 10. Fur non intrat nisi, vt feretur, &c. Dæmones fures sunt immo peiores, quàm fures, quia hostes. Abdiç. 1. Si fures intro issent ad te: si latrones per noctem, nonne furati essent sufficientia sibi? sic non de dæmonibus, quiz animam quærũt. Vnde dicunt, quod rex Sodomorum ad Abraham Gene. 14. Da mihi animas cætera tolle tibi. Qui autem rediens nihil inueniat dicitur Lu. 11. Accommoda mihi tres panes, quoniam amicus meus venit ad me de via, &c. Amicus de via veniens est animus ad se ab exterioribus rediens.

Qño aĩa vias suas idest sensus custodire dẽt

Debet autem hoc modo vias custodire, quòd non debet nisi propter necessitatem exire, non ad euagationem. Propter necessitatem exit, quãdo nihil de ijs, quæ ad quinque sensus pertinent propter delitias suas, sed ad necessitatem suam in cibis, & potibus, & alijs sibi quærit. Ad necessitatem non exiuit Dina: de qua dicitur Gen 33. quòd exiuit, vt videret mulieres regionis illius. Non possumus nõ sentire, non videre, & audire aliqua, sed non facere debemus hæc ad delitias. Ideo caute dictum est Matth. 5. Si quis

quis viderit mulierem ad concupiscendam eam, iam mœchatus est in corde suo, &c. Item debet explorare opportunitatem exeundi: quod non faciunt, qui se committunt multitudini, à qua vel opprimuntur, vel rapiuntur, vt dictum est. Quasi multitudini periculosæ se credunt, qui vadunt ad spectacula, ad choreas. Vnde Seneca dicit: Socrati, & Lęlio, & Catoni, bonitatem suam excutere dissimilis multitudo potuisset. Quotiens inter homines fuit, minus homo redijt, & si contingat vnum laqueum posse euadere difficile est per multos transire, & non capi, mutices, ideſt chauchetrapes calcare, & non lędi. Vnde Eccl. 9. In medio laqueorum ingredieris. Et paulo ante. Noli circunspicere in vicis ciuitatis, &c. Item egressa debet cito redire, & claudere ostia super se. Quia mulier in breui reuersa non videtur diuertisse. Sicut, qui ludit au follhardi, statim redit; Vnde Esa. 26. Vade populemeus, intra cubicula, &c. & claude ostia tua super te, id est sensus. Vias itaque vocat sensus, & rectè, quia ab Aristotele viæ seu meatus dicuntur in piscibus: quia non habent auriculas, vel nares, sed vias per quas exercent, quæ nos per organa sensus: & quia debemus esse sicut pisces qui viuunt in aquis. & non periclitantur: ideo dicit vias meas custodiam. Sicut enim pisces viuunt in aquis, & non periclitantur, ita, & nos in his temporalibus, quæ fluunt, vt aquæ, viuere, & non perire debemus. Non sunt pisces qui in eis naufragantur. Hi sunt pisces de quibus dicitur. Volucres cęli, & pisces maris, &c. Volucres sunt contemplatiui, pisces actiui. Pisces maris dicit, quia pisces aquæ dulcis oua sua comedunt, sed non pisces maris, & ideo multiplicantur. Oua sua comedunt, qui bona contemplationes suas, vel bona opera de quibus cęlestis vitę pulli exire debent, per sequentia peccata corrumpunt.

Difficile est p multis laqueos transire, & non capi.

Rectè sensus vocatur viæ.

Simile.

De thesauro faciendo.

IN PSAL. XXXVIII. SERMO. LXXXIII.

De quib⁹ sit faciend⁹ thesaurus.

THESAVRIZAT, & ignorat cui congregabit ea Considerandum de quibus facieneus thesanrus, & de quibus non faciendus est. Faciendus est de pretiosis tantum, de raris, & durabilibus: quæ seruando seruari possunt, & quæ ita nobis coherent, quòd ea habere maxime expedit, quæ facile non possunt tolli, vel auferri: de ijs quæ facile, & paruo loco possunt abscondi: item de ijs, quæ certum est remanere apud congregantem, & quorum non est damnosa conseruatio. Cum ergo constet temporalia preciosa non esse, de ipsis non est faciendus thesaurus. Quod non sint preciosa, patet: quia prorsus nullam habent virtutē, quia toto thesauro suo non posset rex sibi febrem modicā reuelare. Ideo dicitur Eccl. 30. Melius est pauper sanus, & fortis viribus, quàm diues imbecillis, & flagellatus malitia. Et ibidem. Melius est corpus validum, quàm census immensus. Durabilia non sunt. Vnde Iacobi. 5. Agite nūc diuites, plorate vlulantes in miserijs vestris, quæ aduenient vobis. Diuitiæ vestræ putrefactæ sunt, & vestimenta vestra à tineis comesta sunt, &c. Temporalia reseruatione peiorantur. Stultus esset, qui de pomis, & de ijs, quæ seruari non possunt thesaurizaret: qui stercora in vnum congregaret, quæ tanto magis fœrent quanto magis cumulantur. Stercora, & simus tūc primo prodesse possunt, quando dispersa sunt, & non adunata. Dispersis agger impinguatur, & facilius fructificat. Sic, & diuitiæ conseruatæ non prosunt: sed pauperibus erogatæ fructum vitæ æternæ multiplicant, Ideo dicitur Abacuc. 2. Vęh ijs, qui multiplicant non sua: vsquequo aggregant contra se densum lutum? quasi dicat, deberent potius dispergere, quàm adunare ad fructificandum. Aggregatio luti generat vermes in sterquilinio. Similiter, & vermes conscientiæ, vermes etiam pœnæ æternæ generantur ex tali aggregatione.

De tēporalib⁹ nō est thesaurizandū.

Diuitiæ conseruate non prosunt.

ne. Vnde sequitur in Abacuc. Nunquid non repente, consurgent, qui mordeant te? &c. Inde ergo torquetur. Vnde debuit, tanquàm bona terra impinguari. Ideo dicitur Eccl. 22. De stercore boum lapidabitur piger, ideſt temporalibus congregatis in conscientia torquebitur. Stercora boum sunt temporalia. Vnde Apostolus ad Philip. 3. Omnia arbitratus sunt, vt stercora. Quid est ergo pigrum de stercoribus boum lapidari, nisi inde torqueri, vnde ad reddendum fructum multiplicem debuit impinguari?

Item temporalia ab alio facile possunt tolli, & auferri: stultum est ergo de talibus thesaurizare de quorum amissione necesse est continuè sollicitum esse. Matth. 7. Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra vbi erugo, & tinea demolitur: & vbi fures effodiunt, & furantur. Quod autē facile tollantur diuitiæ manifestum est: vix enim pecunia, ita potest abscondi quin se monstret, & exhibeat. Multi enim propter abundantiam diuitiarum non possunt cōtinere quin ædificent, vel pomposius se habeant: & statim cum diuites certis argumentis apparent, multis exactionibus à regibus, & principibus, & alijs superioribus opprimuntur. Item confisi de diuitijs securius alijs iniurias irrogant. Et vt vulgariter solet dici: pecunia aut facit domum, aut mellee. De hoc Eccl. 28. Secundum virtutem hominis sic iracundia illius erit: & secundùm substantiam suam exaltabit iram suam. Et una alapa, vel buffa constat ei. c. libris. Vnde Eccl. 21. Obiurgatio, & iniuriæ annullabunt substantiam, &c. Hinc est, quòd stultus diues similis est formicæ, quę abscondit frumentum, videns q; illud humectum, exponit ad solem, vt siccatum possit melius conseruari: & tunc venit porcus, & deuorat illud. Et sicut deluditur formica, sic & diues, quando prædictis modis expositа tollitur ab eo pecunia. Diuitias temporales non est certum manere apud congregantem. Vnde Eccl. 11. Dicit diues, Inueni requlem mihi, & nunc manducabo de bonis meis solus: & nescit, quòd tempus præterit, & appropinquat mors, & relinquet omnia alijs, & moriatur. Item diuitiæ temporales modico loco non possunt abscondi, sed multis loculis absconduntur: & secundùm multiplicationem loculorum anima misera per plures curas diuidi-

Tēporalia facile auferri possunt.

tur. Vñ Mat. 6. Vbi est thesaurus tuus illic, & cor tuũ, &c.

De bonis spiritualibus faciẽdus ẽ thesaurus.

Cum vero ipsa anima, & ipsius animæ spiritualia bona, scilicet virtutes, & dona spiritus sancti, & verbum Dei præciosa sint, de illis faciendus est thesaurus. De anima dicitur 2. Corinth. 4. Habemus thesaurum istum absconditum in vasis fictilibus, vt sublimitas sit virtutis Dei, & non ex nobis. Et Prouerb. 6. Precium scorti vix est vnius panis, mulier autem preciosam, animam capit.

Preciosa sunt dona spũalia.

Preciosa certe sunt dona spiritualia, & quantum ad effectum, & quantum ad commercium: Quantum ad effectum, sicut lapis dicitur preciosus, scilicet sapphyrus, qui sistit sanguinem, & fugat antracem. Sic Dei gratia sistit fluxum peccati, & fugat diabolum. Et sicut topazius aquam refrigerat calidam, sic castitas concupiscentiæ libidinosæ ardorem. Et eleemosyna peccatum. Vnde Iob 28. Vbi inuenitur sapientia, & quis est locus intelligentiæ? Nescit homo precium eius. Et Prouerb. 3. Preciosior est cunctis opibus sapientia, & omnia quæ desiderantur huic non possunt comparari.

Per commercium: quia hoc precio emititur vita æterna. Vnde Matth. 13. Simile est regnum cælorum quærenti bonas margaritas. Inuenta autem vna, &c. .s. sapientia,

Effectus verbi Dei

vadit. Quanti effectus sit verbum Dei manifestum est. Quia animas sanat infirmas, & suscitat animas mortuas, licet non putẽt fatui, & carnales. Vnde Eccl. 6. Quod aspera nimium est sapientia indoctis hominibus, &c. Quasi virtus lapidis erit probatio in illis. Carnalis hæc non reputat preciosa, & sibi non seruat, sed viliter exponit. Vnde Thre. 1. Dederuut queq; preciosa pro cibo, &c. Sed de spirituali dicitur Hier. 15. Si separaueris preciosum à vili, quasi os meum eris. Rara sunt, vnde comparantur numeris perfectis, qui rari sunt, quia infra denarium vnus: & sic de alijs limitibus. Superflui autem numeri infiniti inueniuntur. Ideo dicitur Eccl. 1. Stultorum infinitus est numerus. Item Matt 20 & 22 Multi sunt vocati, pauci vero electi. Durabilia sunt. vnde Eccl 13. Omne opus corruptibile in fine deficiet, & qui illud operatur ibit cum illo, & omne opus eiectum, &c.

Bona spiritualia augẽtur.

Reseruata non deteriorantur, sed augentur, vt signatur

4. Reg.

4. Reg. 4. Vbi mulier clausit super se ostium, & multiplicatum est oleũ. Ex vetustate proficiunt. Vnde Eccl. 35. Quod speciosa est veteranis sapientia, &c. Auferri non possunt, & nunquam nos relinquunt nisi ea abiecerimus. Vnde Eccl. 11. Datio Dei remanet iustis, &c.

Locꝰ omniũ spiritualiũ est anima.

In modico loco colligi possunt. Locus enim omnium spiritualium bonorum anima est, quę simplex est. Qui ibi habet thesaurum suum, non per multa distrahitur, sed ad se redit ad seipsum se colligit sicut dicitur Eccl. 30. Contine, & congrega cor tuum, &c. & in eodem 30. Salus animæ in sanctitate, &c. & Eccl. 13. Bona est substantia cui non est peccatum in conscientia, &c. Et Eccl. 30. Non est census super censum salutis corporis, & non est oblectamentum super cordis gaudium. Hoc gaudium prouenit ex serenitate conscientiæ, & puritate virtutum.

Temporalium congregatio non est lucrosa, vt dicitur, sed damnosa. Vnde Eccl. 5. Diuitiæ conseruatæ, in malum Domini sui. Pereũt enim in afflictione pessima. Abacuc. 2. Væh, qui congregat auaritiam malam domui suæ.

In die natalis domini de cantico nouo cantando.

IN PSAL. XXXIX. SERMO. LXXXIIII.

ET immisit in os meum canticum nouum, &c. Quatuor considerandа sunt. Quid sit canticum nouum: & quid vetus. Qualiter vetus impediat nouum. Qualiter cantandum sit canticum nouum, & non vetus. Cui sit cantandum.

Cãticum vetus.

Canticum vetus est, quod pertinet ad veterem hominẽ .i. canticum gaudij temporalis: de quo Amos 6. Qui cantus ad vocem psalterij, &c. & non compatiuntur super contritione Ioseph. 1. Christi, qui venditus fuit pro eis, hoc est canticum mundanorum. Vnde Iob 21. Et infantes eorum exultant lusibus, &c.

Cãticum nouũ duplex.

Canticum nouum duplex est quantum ad causam: canticum Moysi, quod cantandũ est pro liberatione ab Aegypto vitiorum. .s. pro gratia liberante, ca[illegible]gni pro[illegible]

conseruate. De vtroq; Apoc. 15. Vidi stantes supra mare vitreum habentes citharas Dei, & cantantes canticum Moysi serui Dei: & canticum agni, &c. Mare vitreum baptismus, mare, scilicet in quo Pharao cum Aegyptijs, id est diabolus cum vitijs submergitur. Vitreum est, quia sicut vitrum cito frangitur, & non resolidatur, ita baptismus post transgressionem non iteratur: Stant supra mare: qui per baptismum, vel pœnitentiam à peccatis, vel à persecutoribus Aegyptijs liberati innocentiam baptismalem conseruant. Isti cantant canticum Moysi pro misericordia liberante, canticum agni pro gratia conseruante: vtrunq; canticum nouum immisit in os nostrum. Vnde Psal. Et eduxit me de lacu miseriæ, & de luto fœcis: ecce primum: & statuit supra petram pedes meos: ecce secundum.

Canticũ nouũ impedit vetus, & è cõuerso.

Canticum vetus impedit nouum, & è conuerso: neq; enim vetus homo potest cantare canticum nouum: nec è conuerso. Vnde Amos. 5. Odi, & proieci festiuitates vestras, &c. Et post. Auser à me tumultum carminum tuorum, & cantica lyræ tuæ non exaudiam. Hæc sunt cantica, quæ conuertuntur in luctum Amos. 8. Conuertam festiuitates vestras in luctum, & inducam super omne dorsum saccum, & super omne caput caluitium. Super omne deorsum saccus inducitur, cum pœna peccati portanda imponitur. Caput decaluatur, cum in morte absq; reditu omnim temporalium solatium aufertur. Sicut dicitur Esa. 3. Et erit pro suaui odore fœtor, & pro crispanti crine caluitium. Crinis crispus duplicatur. Quid ergo crispantes comæ nisi possessiones duplicatæ, & multiplicatæ? Sed Fronte capillata post hac occasio calua est: Quando ex toto auferuntur temporalia.

Cur sit cãtandũ cãticum nouum.

Quare cantandum sit canticum nouum, manifestum est. Quia tempus est nouitatis, & omnis vetustas abijt, ad vetus pertinens testamentum, in quo terrena promittebantur. Vnde Esa. 26. In die illa cantabitur illud canticũ in terra Iuda. Vrbs fortitudinis nostræ Sion Saluator ponetur in ea murus, & antemurale, &c. Murus ecclesiæ est Christus quantum ad diuinitatem: antemurale quantum ad humanitatem. Hoc licet diabolus, quasi in passione domini dissipauerit, tamẽ diuinitatis murus firmiter, & inexpugnabilis stetit, & ipsum antemurale in resurrectione reparatum fuit. Ideo autem nouum canticum modo cantatur: quia omnia noua. Nouus rex, noua lex, noua sunt omnia. Nouus partus. Vnde Hiere. 31. Nouum fecit Dominus super terram, &c. Nouum sacramentum. Vnde Eccl. 36. Innoua signa, & immuta mirabilia, &c. Nouus panis. Vnde 1. ad Corin. 5. Expurgate vetus fermentum, &c. Nouum vinum, & ideo debent esse noua vasa: vt habetur Lucæ 5. Non enim mittunt nouum vinum in vtres veteres, &c. Nouum cor, & nouus spiritus. Vnde. Cor mundũ crea in me Deus. Et Ezechiel. 18. Facite vobis cor nouũ, & spiritum nouum, &c. Tempus nouum, noui dies, nomen noum: vnde procedit canticum nouum. Vnde Eccl. 24. Implet, quasi Phison, sapientiam: quasi tigris in diebus nouorum. Phison interpretatur oris mutatio: ecce os nouum. Tempus nouum, dies nouorum. Nomen nouum. Vnde in Apoc. 2. Vincenti dabo nomen nouum. Hoc est nomen nouum (quia à Christo Christiani) q̃ sumus filij Dei. De quo Cant. 1. Oleum effusum nomen tuum.

Soli Christo cantãdũ est cãcum nouum.

Item cui cantandum? soli Christo, tanquàm regi nouo. Vnde carmen Deo nostro, vt hic dicitur.

Cantatur autem ei tanquàm sponso, tanquàm victori, tanquàm peregrino.

Tanquàm sponso cantatur carmen nuptiale, & epithalamium: & hoc quantum ad incarnationem: & hoc est cãticum agni. Vnde Apoc. 19. Venerũt nuptiæ agni, & vxor eius præparauit se, &c. Tanquàm victori, & hoc est quãtum ad passionem, & resurrectionem. Vnde 1. Reg. 18. Cum reuerteretur percusso Philisteo Dauid, & ferret caput eius in Hierusalem, egressę sunt mulieres cantantes, & psalmos dicentes, &c. Vnde ad Eph. 5. Implemini spiritu sancto loquentes vobismetipsis in psalmis, hymnis, & canticis spiritualibus, cantantes, & psallentes in cordibus vestris Domino. Et Exod. 15. Cantemus Domino, &c. Tanquàm peregrino, & hoc quantum ad ascensionem, vt solet fieri peregrino de peregrinatione redeunti, quando occurritur ei. Quando enim Dominus est incarnatus, tũc peregre profectus est. Et sicut peregrini, quando redeunt

de peregrinatione ornant coquillis, ideſt teſtis conchiliũ chlamydem ſuam: ita in reſurrectione in carne glorificata ad cęlum redijt, quaſi chlamyde ornata. Vnde occurrendum eſt ei cum gaudio, & ipſi angeli aſcendenti in cęlum cum gaudio occurrerunt. De hac peregrinatione dicitur Prouer. 7. Abijt vir via longiſſima. Pecuniæ ſacculum tulit ſecum, in die plenilunij reuerſurus, id eſt quando eccleſia conſummata fuerit. Vt oſtenderet ſe peregrinum, poſt reſurrectionem apparuit in ſpecie peregrini: ſicut dicitur Luc. in fine: vnde dixerunt. Tu ſolus peregrinus es in Hieruſalem, &c.

De ſollicitudine domini erga nos.

IN PSAL. XXXIX. SERMO. LXXXV.

Etnã animaliũ pendere poſſum⁹, quib. cauſis dñs ſit ſollicitus noſtri.

EGo autem mendicus ſum, & pauper, Dominus ſollicitus eſt mei. Ex quibus cauſis Dominus ſollicitus ſit noſtri, perpendere poſſumus ex natura animalium. Multæ quidẽ cauſæ ſunt quare animalia ſollicita ſunt de fœtu ſuo, quędam magis, quædam minus. Prima cauſa, corruptionis facilitas, & ſterilitas. Secunda, fœtus raritas. Tertia tenera ætas. Quarta, infirmitas. Prima, corruptionis facilitas: vnde in libro de natura animalium legitur, quòd natura dedit ſollicitudinem equæ ſuper fœtu ſuo quem peperit: & hoc ideo ſcilicet, quòd facile paritur aborſum, quia ad fumum candelæ extinctæ, eo ſcilicet q̃ iſto amiſſo alium facile non haberet. Eodem modo, quia de facili abortit eccleſia, vel fidelis anima in conceptũ boni, ſollicitus eſt Dominus de illis, qui nati ſunt, ne ipſi pereant. Quod facile autem eccleſia, vel quælibet fidelis anima abortiat, patet, quia quaſi ad fumum candelæ extinctæ. Candela accenſa eſt prælatus ſubditos per vitam illuminans, vel per doctrinam. Vnde Dominus Matth. 5. Vos eſtis lux mundi. Candela extincta, quando nec vita lucet, nec doctrina. Candela extincta emittit fœtidum fumum. Et prælatus talis, ſubditos malæ opinionis fœtore corrumpit. Vnde Hiere. 51. Ecce ego ad te mons peſtifer, qui

Pluribus cauſis animalia ſũt ſollicita de fœtu ſuo. Prima.

Prælatus cãdele cõparatur.

qui corrumpis vniuerſam terram. Ideoque, quia timendum eſt de aborſu dicitur Eccl. 32. Pręcurre prior in domum tuam, id eſt conſcientiam, & illic aduocare, & age conceptiones tuas. Et mirum quidem, quòd ita facile abortimus in boni conceptu, & non in mali: ita facile abortit ratio noſtra, & non ſenſualitas. Vnde Iob 21. Bos eorũ concepit, & non abortiuit: vacca, &c. Et quòd ex difficultate naſcantur boni ſignificantur Gen. 35. Cum parturiret Rachel ex difficultate periclitabatur, &c. Paupercula quædam miſera, & interdum concubina pluries pariet. Regina vix habebit vnicum: ſic eſt de ſenſualitate, & ratione. Diabolus etiam nõ ceſſat procurare bonorum aborſum: quęre infra.

Secunda cauſa ſollicitudinis; eſt fœtus raritas: quod patet per contrarium in piſcibus. Piſces enim, quia facinnt plura oua non habent de ouis ſuis ſollicitudinem, ſed quaſi non curantes ea in aqua diſpergunt, & diſperdunt. E conuerſo baliena, quia non habet niſi vnicum opponit ſe venantibus pro eo. Quia plus conſueuit mater diligere quem habet vnicum, quàm ſi plures haberet: & plus plangit eum. Vnde Amos 8. Ponam eum, quaſi luctum vnigeniti, &c. Propter hoc ipſum Chriſtus vnicam ſuam vocat eccleſiam. Vnde in Pſal. Domine reſtitue animam meam, &c. à leonibus vnicam meam. Et Dauid in perſona iuſti dicit, vt magis ad miſericordiam inuitet. Miſerere mei, quia vnicus, &c. Pauciores autem conſtat eſſe bonos, quã malos. Vnde Eſa. 10. Reliquiæ ligni ſaltus præ paucitate numerabuntur. Ligni ſaltus ſunt ſimplices, & recti: de quibus dicitur. Audiuimus eã in Effrata, inuenimus eam in campis ſil. Et quia pauci ſunt tales, ideo dicuntur reliquiæ, &c. Mali autem plures ſunt. Vnde Sap. 4. Multigena impiorũ multitudo non erit vtilis, &c. Ideo propter raritatem magis ſollicitus eſt de bonis, quam de malis. Secunda.

Tertia cauſa ſollicitudinis eſt ætas tenera. Vnde neophitis, & nouicijs maximè miſerendum eſt, & cum eis diſpenſandum: quod ſignificatur per Beniamin Gen. 43. Attollens Ioſeph oculos vidit Beniamin fratrem ſuum minimum, & ait Miſereatur tui Deus fili mi, &c. & commota ſunt viſcera eius, &c. Feſtinauit in domum, quia Tertia.

quia nolebat, ꝙ fluentes lachrymæ videreutur. Quia, qui compatitur compassionem suam dissimulare debet, ne eis cui compatitur insolescat. De hoc Luc. 16. Pater commotus est super minorem filium reuertentem.

Quarta. Cur nam dederit aquilę maiorem sollicitudinem supra pullos suos.

Quarta causa sollicitudinis est fœtus infirmitas. Vnde, quia pulli aquile infirmitatem multam habent in comparatione auium minoris corporis, dedit natura aquilæ maiorem sollicitudinem super pullos suos, quã alijs, & multum laborat acquirendo eis cibum. Sic, & Dominus super infirmos maximè sollicitus est: & sic omnes debent esse prælati. Vnde ad Ro. 15. Debemus autem nos firmiores imbecillitatem infirmorum sustinere, &c. Et 1. Corint. 9. Factus infirmus infirmis, &c. Propter hanc proprietatem comparat Dominus se aquilæ. Vnde: sicut aquila prouocans ad volandum suos pullos, & nos dicimur pulli aquilæ. Vnde Iob 39. Pulli aquilæ lambunt sanguinem. Gallinæ autem, & perdices non habent tantam sollicitudinem super pullos suos: nec ita possunt eis acquirere cibum ve natu suo, eo quòd non sunt rapaces, & fortes, & ideo prouidit natura, vt pulli eorum, quàm cito nati sunt apti sint cibum quęrere. Gallina tamen excutit spicas, & paleas pullis suis, & eos præcedit, quasi ducens ad pastum. Vnde, & propter hanc sollicitudinem Dominus comparat se gallinæ. Luc. 13. Quotiens volui congregare filios t. quemadmodum gal. congre. pul. sub, &c. Dominus ergo propter infirmitatem nostram, quasi exhibet se nobis, vt gerulam, vel nutricem. Vnde Deut. 1. Portauit te Dominus Deus tuus, &c. Et Osæę 11. Ego quasi nutricius, &c. Ideo infirmis dicitur Lu. 12. Nolite timere pusillus grex.

Quinta causa sollicitudinis Domini circa nos est paupertas nostra, quàm si recognoscamus ipse sollicitus est nostri. Diuites autem nullius æstimat, vnde nec diuitiem etiam nominauit, sed Lazarum mendicum Luc. 15. Ipsi consolationem suam habent, ideo Dominus non dat suã, quam facit paraclitus. Vnde beatus Bern. Delicata est diuina consolatio, nec facile conceditur admittentibus alienam: non habentibus autem se concedit. Vnde. Quoniam pater meus, & mater me relinquerunt me: Dominus assumpsit me.

I. Ibo-

Diabolus etiam non cessat procurare aborsum bonorum, quia sicut delitiosus est in cibis, ita in vestibus, & gaudet in pellium mutatorijs. Sicut quis in hyeme vult habere pelles arietum, & in æstate pelles agnorum abortiuorum: sic, & diabolus. Arietes sunt prælati, sacerdotes, doctores: hyemes aduersitas. In hyeme ergo arietum pellibus se induit, quia prælatum maximè in necessitate desicere contingit. In æstate pellibus agnorum abortiuorum induitur, quia minores, & nouicij prosperitate facile corrumpuntur. Vnde Prouer. 1. Prosperitas stultorum perdet illos. Et hoc quia sicut dicitur Exo. 1. Præcepit Pharao, vt paruuli proijcerentur in aquam ægypti. Circa pascha solemus indui pellibus agnorum abortiuorum, quia delicatæ sunt. Et maximè diabolus hoc tempore paschali pellibus ab ortiuorum se vestit dum pœnitentes in quorum partu tantum laborauerat ecclesia per peccata iterata interficit. Hi sunt agni, de quibus Prouer. 27. Agni sunt in vestimentum tuum, &c.

Diabolus nõ cessat procurare aborsũ bonorũ

De pœnitente recidiuante:

IN PSAL. XL. SERMO. LXXXVI.

HOMO pacis meę inquo speraui, qui edebat panes meos: magnificauit super me supplantationem, &c. Videtur hic Dominus conqueri de quocunq; pœnitente ad peccatum redeunte: circa quem tria notant ad peccati exaggregationẽ, scilicet, ꝙ dicit homo pacis meæ: In quo sperabam: Qui edebat panes meos. Homo, quandiu fuit in peccato mouit guerram seu bellum contra Dominum. Post venit ad pœnitentiam, & pacem fecit cum eo. Pœnitentia enim reconciliat Deo. Vnde 2. Reg. 14. De Absalon contra quem cum Dauid commotus esset, quia occiderat fratrem suum Amon, & fugerat à facie Dauid; & mansit tribus annis in Gessur, & intellexit Ioab cor regis versum esse ad Absalon: & misit mulierem illecuam sapientem, dicens lugere te simula, &c. Absalon fratrem suum interficit pro Thamar: quando exterior homo inte-

Homo pacis meę inquo sperauit qui edebat panes meos magnificauit super me supplantationem, &c. Videtur hic Dominus conqueri de quocunq; pœnitente ad peccatum redeunte: circa quem tria notant ad peccati exaggregationẽ, scilicet, ꝙ dicit homo pacis meæ: In quo sperabam: Qui edebat panes meos. Homo, quandiu fuit in peccato mouit guerram seu bellum contra Dominum.

rioren

Universidad de Deusto Biblioteca

siorem ad mortem culpæ perttahit. Sed tunc Absalon manet in Gessur tribus annis, quando dolet peccata cogitationis, locutionis, & operis Gessur autem interpretatur dolor, vel in dolore, vel salus luminis. Sic enim qui illuminatur ad salutem dolet. Vnde Eccles. 1. Qui addit scientiam addit & dolorem. Donum scientiæ luctui aptatur & tunc intelligit Ioab versum esse cor Dauid ad Absalon. Ioab est syndæresis, quæ cor Dauid versum ad Absalon intelligit: dum dominum, per huiusmodi dolorem posse placari persentit. Et tunc mittit mulierem Thecuam sapientem: quæ est ista mulier the? nisi humilis pœnitentia. vnde & describitur in veste lugubri. hæc proponit parabolam de duobus fratribus, & impetrat ne ille qui fratrem occiderat moriatur. Duo illi fratres, qui inter se rixantur, sunt caro & spiritus: quia spiritus concupiscit aduersus carnem: sed caro spiritum interficit dum peccare facit, ex hoc enim meretur ipsa caro non solum temporaliter, sed æternaliter mortem. vnde dictum est Adæ. Gen. 2. Quacunque hora comederitis. &c. Sed mulier thecua veniam impetrat, dum pœnitentia Deo peccatorem reconciliat.

Duo fratres rixãtes sũt caro & spiritus.

Secundo nota qualiter non statim consequitur pœnitens Dei familiaritatem cum enim adduceret Ioab Absalonẽ in Hierusalem, vt videret faciem patris: reuertatur (inquit rex) in domum suam, & faciem meam non videat, & mansit in Hierusalem duobus annis, & tertio reuocatus intrauit, & osculatus est regem. In quo notatur, quòd peccator licet reconciliatus per pœnitentiam, non statim dignus est faciem regis videre, ideſt Dei familiaritatem habere, & commensalis eius esse: id est ad sanctam mensam altaris accedere antequam per confessionem purgetur. Sed præcipitur ad domum suam reuerti, id est ad conscientiam propriam, vt eam per cõfessionem emendaret. vnde, 1. ad Cor. 11. Probet autẽ seipsum homo, &c. Et hæc probatio facienda est quantũ ad tria, s. opera, verba, & desideria. Multi. n. sunt, qui abstinent à malis operibus, & tri loqui delectant de præterita voluptate. Multi qui non loquunt, sed recordari delectant. Cũ aũt quantũ ad hæc tria probatus fuerit, & purgatus intrare ad regẽ, & ad osculũ eius, & mẽsam permittit. Oseę. 6. Viuificabit nos [illegible] duo dies: & tertia die suscitabit nos. & Exo. 3. ibimus viã triũ dierũ, &c. Quantum aũt hoc desideret patet per hoc quod dicit quare veni de Gessur? q. d. Quid profuit in tristitia fuisse, & dolore ex quo non licet faciem regis videre? obsecro, vt videam faciem eius. Ad hos tres annos hæc tria referuntur. Primo dicitur homo pacis meæ: quod fit primo anno quando reconciliatur per pœnitentiam, ideo habet pacem cum Deo: & hoc ipsum ad primam partem pœnitentiæ pertinet, scilicet contritionem. Ipsa enim est, quæ reconciliat Deo. vnde. Dixi confitebor, & tu remisisti. Secundo dicit. In quo sperabam; & hoc pertinet ad secundum annum & confessionem. In confessione dicit peccator, quæ fecit & promittit se non iteraturum, & tunc bene de ipso spera. Deus. Tertio dicitur. Qui edebat panes meos: & hoc pertinet ad tertium annum & ad satisfactionem. In satisfactione enim quasi sedet ad mensam domini, & comedit panes suos, panes lachrymarum & panes vitæ. Panes lachrymarum de quibus: Fuerunt mihi lachrymæ meæ pan. die ac nocte. Et cinerem tanquam panem manducabam. Panem vitæ, scilicet corpus Christi: de quo Iob. 3. Antequam comedam suspiro. & tunc est commensalis, tunc est familiaris.

Pœnitentiales nõ statim cõ sequitur familiaritaẽ De..

Probatio facienda quantum ad tria.

Cum autem contingit peccatum iterare post pœnitentiam: rectè competunt, quæ hic dicuntur. Homo pacis meæ, &c. Dicit Christus Nulla enim maior est proditio, quàm post initam pacem mouere guerram: ideo quarto dicit. Magnificauit super me supplam. Supplantationem simplicem facit, cum quis ante confessionem peccat: tunc supplantationem magnam, cum post confessionem peccat. vnde talis per Absalon significatur. 2. Reg. 15. Qui post reconciliationem surrexit contra Dauid. vnde dixerunt sui ad Dauid. Toto corde vniuersus Israel sequitur Absalon. Absalon ergo peccator, qui post pœnitentiam iterat peccatum, & offendit Deum, & quasi coniurat contra eum, dum contra promissionem facit: & verè dicitur toto corde vniuersus Israel, &c. Quando scilicet peccator omns sensus suos exteriores, & interio res conuertit ad malum: & fugit Dauid à facie Absalon; ideſt Christus, à facie peccatoris. In hoc autem magna misericordia Christi super

sti super peccatorem persequentem eum designatur, quòd Dauid præcepit Ioab, & alijs: Seruate mihi puerum Absalon. Quantuncunq; enim Domiuum persequitur peccator, tamen dicit nolo mortem peccatoris, &c. Sed, vt conuertatur, & viuat.

Finis peccatoris pulos² exẽplo Absalon.

Quarto considerandum est, quàm periculosus sit finis peccatoris post pacem Deum impugnantus: de Absalon legitur 2. Reg. 18. Quod adhęsit caput eius quercui, & ille suspenso inter cęlum, & terram mulus cui insidebat pertransijt, & aggressus est cum Ioab, & infixit tres lanceas in cor eius. Quercus quæ pascit porcos, est voluptas seu concupiscentia pascens motus immundos. Caput capillis adhæret quercui cum quis se impedit cogitationibus, & affectionibus voluptati, & miro modo sua cesaries fit ei patibulum dum proprię cogitationes vertuntur ei in supplicium. Mulus continentia. Mulus pœnitentem pertransit dum pœnitentia per quàm Deus plerunq; peccatorem sustentat, eum pęnitus derelinquit, & quod valde mirandum est, Ioab per quem primo veniam impetrauit, nunc eius cor tribus lanceis transfigit. Ioab Syndęresis, virtus pra, quæ cum prius fuerit peccatori suæ conuersionis initium; eidem post remissionis concessæ ingratitudinem cõuertitur in flagellum. Tribus autem lanceis in corde perfoditur, uuando anima quantum ad rationabilem, concupiscibilem, irascibilem flagello conscientiæ conturbatur. Vnde Ezec. 35. Triplicetur gladius interfectorum. Hic est gladius occisionis. Diligenter est attendendum, quàm infinita, & insuperabilis Dei misericordia designetur, per hoc quòd post quærit Dauid: est ne pax puero Absalon? & cognita veritate fleuit. & sic loquebatur vadens. Fili mi Absalon, Absalon fili mi, quis mihi det, vt ego moriar pro te, Fili mi Absalon? Sed quomodo Christo competit cum pro omnibus nobis mortuus fuerit? Respondeo. Pro omnibus quidem mortuus fuit, sed non omnibus mors profuit. Non ergo tantum desiderat pro omnibus mortem, sed mortis vtilitatem. Vnde dicit. Quæ vtilitas in sanguine meo, &c. Similiter Iudas, qui interpretatur confessio, significat dolosè pœnitentem, vel post pœnitentiam ad peccatum redeuntem. Iudas Iudæis tradidit osculo Christum,

Pro oĩb⁹ Christus mortuus est, sed nõ oĩbus ꝓfuit eius mors.

stum, intingens manum in paropside. Sic qui pœnitet, dũ pœnitet quasi Dominum osculatur, & commensalis eius efficitur dum corpus Christi sumit, sed dum ad peccatum redit ipsum in se interficit, & vitijs quasi crucifigentibus tradit. Vnde Lucæ 23. Ecce manus tradentis me mecum est in mensa.

De conuiuio spirituali.

IN PSAL. XL. SERMO. LXXXVII.

FVERVNT mihi lachrymę meæ panes die ac nocte. Ad hoc vt aliquis laute, & splendide accipiatur, exigitur multa diuersitas ferculorum: diligens procuratio eorum: saporis excitatiuum condimentum: & bonum vinum.

Festiuitas epularia duob⁹ cõsistet.

Festiuitas epularum consistit in duobus. In instrumentorum suauitate, & claritate vultus. Ista concurrunt in cõuiuijs corporalibus similiter, & spiritualibus. Spirituales epulæ ad quas Dominus inuitatur, vel aduocatur sunt opera pœnitentiæ: immo non expectat, vt inuitetur, sed plerunq; ingerit, & affert symbolum suum, quod pluris æstimandum, quàm precium totius conuiuij. Vnde ipse dicit Apoc. 3. Ecce ego sto ad ostium, & pulso, &c. In operibus pœnitentiæ ipse comedit nobiscum, & nos cum eo. Ipse nobiscum, dum adhibemus motum liberi arbitrij Nos cum ipso, dum apponit gratiæ condimentum: & hoc est symbolum eius: sine quo epulæ insipidæ sunt. His epulis vacare debemus non carnalibus. Vnde Prouer. 23. Noli esse in conuiuijs potatorum, &c. qui carnes ad vscendum conferunt, &c. Carnes conferunt ad vscendum, qui ad opera carnalia alios inuitant per malum exemplum. Spirituales igitur epulæ lachrymæ sunt pœnitentium. Vnde. Fuerunt mihi lachrymæ meæ, &c. Et illud. Cinerem tanquã panem manducabam. Et 3. Reg. 19. Proiecit Helias se sub vmbra iuniperi & obdormiuit. Vmbra iuniperi rara est, & penitus non defendit à sole. Hæc est temporalium voluptas. Sub hac dormit peccator dum voluptate demulcetur, &

Sub vmbra iuniperi dormit peccator.

tur, & non exsiccatur à culpa. De hac iunipero dicitur Iob 30. Radix iuniperorum erat cybus eorum. Et fit hoc dum delectatur in voluptate temporali, quæ initium est æterni supplicij. Postea dicitur. Angelus domini tetigit eũ dicens, surge, & comede. Hoc fit quando gratia tãgit cor hominis pœnitentis. Surgit dum peccatum deserit per confessiouem, vt postea comedat per pœnitentiæ delectationem. Et respicit, & ecce ad caput eius subcineritius panis, & vas aquæ. Hoc fit per præteritorum peccatorum recordationem. Ad caput eius subcineritius panis, & vas aquæ significant opera pœnitentiæ. Vas aquæ plenus, dolor lachrymarũ. Subcineritius panis, labor satisfactionis cũ memoria mortis. Sicut ergo dictum est ad bene accipiendum inuitatum exigitur diuersitas ferculorum. Bonus coquus de re vnica diuersas delitias facit, & condimenta: Quasi bonus coquus est, qui vnum & idem peccatum secundum circunstantias diuersas, vel proprietates attendit, vt desin gulis sibi faciat ferculum: quod facit ille, qui considerat de peccato, quàm dãnosum sit per qnod amittimus Deũ, & thesaurum virtutum, hinc dolor. Quod sit turpe, quod ita animam deformat, hinc pudor: quàm sit pœnale pro quo meremur pœnam æternam, hinc timor Hæc sunt illæ noctes de quibus dicitur. Lauabo per singulas noctes lectum meum, &c. Non sit ergo onerosum tibi multa attendere circa peccatum: etsi diuersę pœnitentiæ propter hoc tibi imponantur: ex his enim tibi multa refectiones fiunt. vnde Eccl. 31. Supra mensam magnam sedisti, &c. Non dicas si multa sunt, quæ super illam sunt: igitur non cõqueraris eo, quòd multæ tibi pœnitentiæ propter vnum peccatum quod multas habet circunstantias imponantur. Memento quoniam malus est oculus nequã, idest diabolus est in insidijs, obseruans si quid forsitan negligatur.

Cõsideratio peccati vtilis.

Diligens procuratio epularum exigitur: carnes non debent esse crudæ, nec nimis coctę; sed temperatæ ne fiat adustio, vel incrudatio, propter hoc dicit apostolus Ro. 12. Rationabile sit obsequium vestrum, & glosa. Nequid nimis. De hac mensa dicitur. Eccl. 31. Noli nimis esse ne forte offendas. De hac diligenti procuratione. Eccl. 31. Splendidum cor bonum in epulis est, &c.

Saporis

Saporis excitatiuum condimentum, & irritamentum, vulgo salsa dicitur, exigitur. Salsa autem conficitur ex diuersis speciebus contritis tanto est iocundior. Humilitas sola est, quæ conterit omnes virtutes: quantæcunq; enim sint modicas reputat, nec etiã reputat seipsam, & sibi nunquàm videtur esse satis contrita. Pœnitens nunquàm videtur, sibi satis humilis: cuius est facere illum puluerem pigmentarium de quo Cant. 3. Quæ est ista, quæ ascendit per desertum sicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ, & Ihuris, & vniuersi pulueris pigmentarij? Bene dicit ascendit. Quia ascendere humilitatis est, per desertum dicit, quia quantuncunque floreat, se desertum reputat: virgula fumi dicit: quia quantacunque sit compunctio: reputatione ipsam attenuat Ex aromatibus myrrhæ & thuris dicit: quia medicamentum pœnitentiæ mixtam habet amaritudinẽ cum suauitate. Vniuersi pulueris pigmẽtarij dicit: quia per puluerẽ pigmentariũ notat humiliationẽ.

Salsa epularum humilitas.

Humilitatis & ascẽdere.

Bonum vinum exigitur, & hoc est compunctio. vnde Potasti nos vino compunctionis: quia ita debet esse pungitiuum, ꝙ si dulce, vt ex compunctione fiat iocunditas. vnde Eccl. 31. Exultatio aĩæ corporis vinũ moderate potatũ. Vinũ in iocunditatẽ creatũ est ab initio, non in ebrietatẽ. Ebrius. n. est, qui per nimiã austeritatem se occidit.

Vinũ bonũ est cõpunctio.

Festiuitas epularum in hilari vultu est, vnde Matth. 6. Cum ieiunatis nolite fieri, sicut hypocritæ, tristes, &c. Et Eccl. 31. Splendidum cor bonum in epulis est, &c. Et ad Rom. 12. Qui miseretur, in hylaritate, &c. Auarus & pauca dat, & tristi vultu. vnde Eccl. 14. Oculus malus ad mala: & non satiabitur pane indigens, & in tristitia erit super mensam suam, &c.

Hilaritas vultis in epulis exigitur.

In suauitate instrumentorum. vnde in Psal Sonus epulantis, &c. Sonum dat cithara per carnis mortificationẽ, psalterium quod à psallien. 1. tangendo dicitur per bonam operationem, & homini est psalterium iocundum cum cithara, Chorus affectionum sanctarum, & sincerarum cogitationum per cordis iubilationem. Horum omnium aperta est comparatio ad mentis compunctionem. vnde Eccl. 32. Gemmula carbunculi in ornamento auri & comparatio muficorum in conuiuio vini.

Suauitas instrorũ.

De induratione, & emollitione cordis.

IN PSAL. XLI. SERMO. LXXXVIII.

Differentia inter dura, & liquida.

EFFVDI in me animā meā, &c. Dura solida, & fusibilia non sunt liquida, & liquefacta fusibilia sunt, dura, & non fusibilia in bono: liquida, & non fusibilia in malo: liquida, & fusibilia in bono. Liquida, & fusibilia in malo. Durum, & non fusibile in malo contrarium est ei, quod est liquidum, & fusibile in bono. Oportet ergo de duro, & non fusibili fieri liquidum, & fusibile. Item durum, & non fusibile in bono contrarium est ei, quod est liquidum, & fusibile in malo.

Cor fusibile ī malo.

Cor ergo fusibile est in malo per inconstantiam, & euagationem, & concupiscentiæ dissolutionem. Effunditur autem sic extra se, & hoc per luxuriam. Vnde Gen 49. Rubē, &c. Effusus est sicut aqua, in hoc tangit clericos, qui effunduntur, vt aqua: idest populus: Esaiæ 24. Et erit sicut populus sic sacerdos. Per gulam. Eccl. 37. Noli esse auidus in omni epulatione, &c. & Iob 16. Conuulnerauit lumbos meos: & effusa sunt in terram viscera mea.

Per cupiditatem. Vnde Thren. 2. Effusum est in terram iecur meum, & Eccl. 10. In vita sua proiecit intima sua. Et actuum primo. Suspensus crepuit medius, & diffusa sunt omnia viscera eius. Maxim[illegible]em generalis effusio fit per loquacitatem. Prouer. 2[illegible]ne: Sicut vrbs patēs, & absque murorum ambitu, ita vir, qui in loquendo non potest cohibere spiritum [illegible]. Per illud foramen, quicquid bonum est intus, foras effunditur: vt per iactantiam. Vnde Eccl. 20. Sapiens in verbis seipsum amabilem facit: gratiæ autem fatuorum effunduntur. Vel per contentionem, & rixam. Vnde Prouer. 15. Os fatuorum ebullit stultitiam. E conuerso sicut aqua frigiditate aquilonis congelatur: ita spiritu timoris cor constringitur, & solidatur. Vnde Iob 37. Flante Deo concrescit gelu: & rursus aquæ latissime funduntur. Flat enim Deus, quandoque, quasi aquilo per timorem: tunc concrescit gelu. Eccl. 43. Frigidus ventus aquilo flauit: & congelauit cristallus ab aquâ,

Simile.

Qua ꝫ

Quandoq; vtraque aufert per amorem, & tunc aquæ latissime funduntur. Cor plerunq; durum est in malo. Vnde Iob 40. Cor eius indurabitur, &c. Cor diaboli sunt prudentes huius mundi, & omnes indurati quos maximè diligit diabolus, & quanto plus, quis induratur in peccato tanto plus eum diligit diabolus, & eum vocat cor suum. Etenim, qui gulosi, luxuriosi, cupidi, quasi caro, vel corpus sunt diaboli: Sed qui laborant interioribus vitijs spiritualibus, ira, odio, inuidia, & huiusmodi ipsi sunt cor Diaboli. Hier. 17. Peccatum Iuda scriptum est stylo ferreo in vngue adamantino exaratum super latitudinem cordis eorum. Vnguis, qui de carne exit, & durescit significat quosdam, qui carnalia vitia deserentes spiritualibus detrius indurantur. Cor autem durum non potest liquefieri, neque molleseere nisi per spiritum sanctum. Vnde Iob 23. Deus molliuit cor meum: hoc autem non fit flante aquilone, sed austro. Vnde Cant. 4. Surge aquilo, &c. Hoc fit, quando Deus loquitur interius ad animam sicut 1. Ioan. 4. Charitas foras mittit timorem, & in Psal. Emittet verbum su. & liquefaciet ea, &c. & Cant. 5. Anima mea liquefacta est, &c. Hæc autem ipsa liquefactio soliditatē in bono operatur. Vnde in Psal. Liquefacta est, & tu confirmasti columnas eius. Anima igitur sic liquefacta bona effusione extra se male primum effusa ad se rediens effunditur intra se. Vnde. Effudi in me animam meam:

Cor diaboli sunt prudētes huiusmodi.

Spūs sanctꝰ liquefacit cor.

Effusio aīæ extra se.

Effusa autem anima extra se est, Primo de affectione in intellectum. Secundo de intellectu in rationem. Tertio de ratione in imaginationem. Quarto de imaginatione in sensualitatem. De affectione in intellectum, quia in affectione vnitur Deo, & manet in eo vnita. Vnde ad Colos. 3. Super omnia charitatem habete, quæ est vinculum perfectionis. Manet. Vnde Ioan. 14. Si quis diligit me, &c. Et mansionem apud eum faciemus, &c. & hic est optimus status animæ. De affectione descendit in intellectum, vt in eis, qui non afficiuntur, & tamen cognoscunt: quod significatur per statuam Nabuchodonosor Dan. 2. Quæ habebat caput aureum, & pectus argenteum. De intellectu in rationem: quando de cognitionem inuisibilium ternorum Dei, ad cognitionem inuisibilium, & immor-

talium sui: & hoc est, quòd statua habebat ventrem, & formã ex ære. Aes enim sonorum verbum significat rationis. De ratione in imaginationem. Et hoc est, quòd statuta habebat post æs ferrum. Ferrum rectè significat imaginationem, quia comminuit omnia. Iuxta id Dan. 2. Sicut ferrum comminuit, & domat omnia, sic, &c. Omnia alia eodem modo quæ simplificantur in primis, scilicet, in affectione, intellectu, ratione, tanquam simplicibus: multiplicantur in imaginatione, & quasi in puluerem redigũtur. Vnde Humiliata est in puluere anima nostra, &c. quia multas patitur phantasias. Vnde Eccl. 34. Et sicut parturiens cor tuum phantasias patitur, nisi ab altissimo fuerit immissa visitatio. Vnde. Persequatur inimicus animam meam, & gloriam meam in puluerem deducat. De imaginatione in sensualitatem: & hoc est, quòd statua habebat partim ferreos, partim fictiles pedes. Pars ferrea est sensualitas: quia totum animum comminuit, & multiplicat sui ipsius multitudine: quia in vno inuenit minus esse delectabile. Alius pecuniam, alius honorem, & delitias, &c. Vnde. A fructu frumenti vini, & olei sui multiplicati sunt. Et Thren. 1. Omnis populus quærens panem. Pars fictilis dum sensibilia mentiuntur quod non sunt, & errore multiplici nos deludunt. Dum diuitias credimus esse diuitias, & non sunt, & huiusmodi: & ita quot res, tot errores. Vnde dicendum mundo, sicut Esdras Sanabalath. Non est secundum quod loqueris: de corde tuo cõponis hæc omnia. Anima autem de sua duritie liquefacta de vase exteriori, scilicet sensuum per multa dicta media ad Deum gradatim reuocatur: alloquente eam spiritu sancto interius. Vnde Esa. 39. Loquimini ad cor Hierusalẽ, & aduocate eam. Et quatuor gradus reuocationis notantur Cant. 11. per hoc quòd quater dicitur, Reuertere, reuertere Sunamitis, reuertere, reuertere. Et sic fit de anima, quasi de vino corrupto: quod de vase veteri in nouum transfunditur. De vasæ contumeliæ in vas gloriæ, de vase fæcis in vas puri liquoris. Ideo de anima carnali dicitur Hiere. 47. Requieuit in fæcibus suis, non est transfusus de vase in vas, id est de vase inferiori in vas superius: quod notat per hoc quòd dicit, non est transfusus. Sicut ergo

Similе.

Pars ferrea est sẽsualitas

ergo de extra se effunditur in se. Vnde. Effudi in me animam meã: sic, & post dein se supra se. Vnde. Trãsibo, &c.

De alteri domini, modis, fine, & effectibus intrandi ad ipsum.

IN PSAL. XLII. SERMO. LXXXIX.

INTROIBO ad altare Dei: ad Deum, qui lætificat iuuentutem meam. Primo considerandum, quid significetur per altare. Secundo, qui & quot modi intrandi ad ipsum. Tertio quis finis: ad quid scilicet sit intrãdum. Et quarto quis effectus.

Altare significare potest ecclesiasticam dignitatem. Duplex enim erat altare in veteri testamento, scilicet altare holocausti, & altare Thymiamatis, & incensi. Qui enim ad ecclesiasticam prælationem attendit, quasi ad altare holocausti adductum se reputet, vt paratus sit immolari pro suis: sicut dicitur Ioan. 10. Bonus pastor ponit animam suam pro ouibus suis. Et Dominus dixit discipulis Matt. 27. Omnes vos scandalum patiemini in me ista nocte: hoc est fugam facietis. Scriptum est enim, Percutiam pastorem, & dispergentur oues gregis. Vnde Paulo post: discipuli omnes relicto eo fugerunt. Pastor autem non fugit. Vnde Apostolus 2. Cor. 12. Ego libentissime impendã, & superimpendar ego ipse pro animabus vestris, licet plus vos diligens minus diligar. Item quasi ad altare incensi accedit, dum pro suis iugiter intercedit: quod significatur per Aaron Nume. 15. Obtulit Aaron Thymiamata, & stans inter mortuos, & viuentes, pro populo deprecatus est, & plaga cessauit. Inter mortuos, & viuentes stare, est pro bonis, & pro malis intercedere: pro malis reconciliandis, & pro bonis conseruandis.

Altare ecclesiasticã dignitate significat.

Secundo consideandum quis sit modus intrandi ad altare. Intrare autem debet per humilitatem, per simplicitatem, per munditiam, & per scientiæ claritatem. Non per principum violentiam, neque per generis cognationem vel parẽtes carnales, neque per simoniam aut per fraudẽ.

Modus intrandi ad altare.

Per humilitatem: ideo dicitur Exo. 20. Altare de terra facies mihi. De terra dicit, vt iunuat humilitatem, vt nō extollatur, qui cognoscit se in dignitate pontificalis apicis, memor humanæ conditionis. Ideo dicitur Eccles. 32. Rectorem te posuernnt noli extolli: esto in illis, quasi vnus ex ipsis. Vnde ingredientibus per superbiam comminatur Dominus Soph. 1. dicens: Visitabo super omnē, qui arroganter ingreditur super limen in die illa: qui cōplent domum domini Dei sui iniquitate, & dolo. Si aliter faciat prælatus apostata est. Vnde super illud Iob 34. Qui dicit regi, apostata, &c. dicit Gregorius: Superbus rector totiens ad culpam apostasiæ dilabitur, quotiens prę esse omnibus delectatione honoris, & singularitate lætatur. Sub quo enim sit non considerat, & quòd æqualibus præ est, quasi non sit æqualis, exultat. Vnde autem hæc vitiorum radix pullulat in corde regentium, nisi ex imitatione illius, qui despectis angelorum societatibus dixit: Ascendam super altitudinem nubium, & similis ero altissimo?

Per simplicitatem. Vnde Exod. 20. Si altare lapideum ædificaueris mihi, non ædificabis illud de sectis lapidibus. Lapides non secti, rudes sunt, & impoliti. Qui sunt ergo lapides non secti, non ornati, nisi simplices, qui non quærunt, vel non curant pompositatem mundi? sicut hodie multi. Cum tanta enim pompositate recipiuntur prælati in suis consecutionibus, & prelaturis, ac si essent principes mundani, cum sistris, fistulis, organis, & viellis, & alijs instrumentis histrionum, & applausionibus. Contra quos dicitur Amos 6. Væh, qui opulenti estis in Sion. & confiditis in monte Samariæ, id est altitudine prælationis: cuius estis tantum custodes, & non domini, opinantes vos capita populorum, & ingredientes pompatice. Tales nō aduertunt, quòd diabolus pōpatice ornatus apparuit in specie Christi beato Martino dicens: Ego sum Iesus: cui beatus Martinus. Non agnosco purpuratum, sed spinis coronatū. Non aduertunt, quòd Heraclio ingredienti pompatice, clausæ sunt portæ Hierusalem, & q̄ postea redijt nudis pedibus, & per multa iciunia, & orationes, & apertas inuenit portas.

Lapides non secti simplices dicuntur.

Contra prælatos.

Secundo per munditiam rerum, & manuum, id est cogitationum, & operum. Vnde in Psalm. Qui ingreditur sine macula, &c. Innocens manibus, & mundo corde. Ad quod significandum dicitur. Exod. 30. Facies labium eneū cum base sua ad lauandum. Et missa aqua, lauabunt in ea Aaron, & filij eius manus suas, & pedes, quando accessuri sunt ad altare. De hac pompa quæ plerunq; fit ex opibus mundanis, mundus fuit Samuel, de quo dicitur Eccl. 46. Pecunias, & vsque ad calceamenta ab omni carne non accepit. Hoc significat sacerdos, qui introiturus ad altare, dicit. Confiteor, &c.

Tertio, per scientiæ claritatem. Et hoc ipsum per labiū æneum designatur Exod. 28. vbi iubetur sacerdos ingredi tabernaculum cum tintinabulis: per violentiam autem non est ingrediendum: quod notatur Exod. 20. Si enim leuaueris cultrum super altare polluetur. Quid enim est leuare cultrum super ipsum, nisi principum, & amicorum literas, & violentiam impetrare? Vnde de quodam dicitur in decretis: Principes inthronizauerunt eum indignū. Per cognationem etiam non est ingrediendum. Vnde in eodem Exod. 20. dicitur. Non ascendes per gradus ad altare meum. Per gradus scilicet cognationis. Vel per gradus ascendunt, qui minores dignitates ambiunt, vt ad episcopatum gradatim ascendant. Sed multi ascendunt per gradus, qui absque gradibus turpiter detrudentur: quia vt dicit Lucanus, Tolluntur in altum, Vt lapsu grauiore ruāt. Vnde Psal. Veruntamen in do. po. e.

Leuare cultū sup altare, est principiū & amicorum litteras impetrare.

Tertio notandum propter quid intrandum: quia propter solum Christum: ideo dixit: ad Deum, &c. quod pauci faciūt. Omnes enim passim quærunt commodum suū, & suorum. De quibus Dominus Ioan. 10. Fur non venit nisi, vt furetur, & mactet, & perdat. Quod sit officium intrantis, notatur Exod. 20. cum dicitur: Offeretis super illud holocausta, & pacifica vestra. In quo exprimuntur quæ pertinent ad pastorem: zelus correptionis, qui pertinet ad holocausta, & spiritus lenitatis, qui ad pacifica. De quibus dicitur Eccl. 44. Noe inuentus est iustus, ecce zelus, & holocausta: & in tempore iracundiæ factus est reconciliatio, ecce spiritus lenitatis, & pacifica. De zelo

Propter solū Christum ad altare intrandum est.

Officium intrantis altare.

Eiusdem. 48. Surrexit Helias, quasi ignis, & verbum eius, quasi facula ardebat. De spiritu lenitatis Eiusdem. 45. In fide, & lepitate sanctum fecit illum. Ideo dixit beatus Gregorius. Sit rigor non exasperans, sit lenitas non dissoluens, &c.

Fructus intrantiũ. Quarto quis effectus, vel fructus intrantium, cum dicitur; Qui lætificat iuuentutem meam. Vbi non loquitur de iuuentute annorum, cum iuniores ætate promouendi non sint: & sacerdotes presbyteri, ideſt seniores dicantur: sed de iuuentute spirituali, quæ in quolibet perfecto vetere crescere non potest: sed semper crescit qua se semper nouum, & neophitum, & incipientem reputat, quantumcunq; pro fecerit, sicut ille, qui dixit. Nunc cœpi. Et Hier. 3. Patrem vocabis me: & post me ingredi non cessabis. Et Eccl. 1. Disciplina sapientiæ cui reuelata est, & manifestata, & multiplicationem ingressus illius, quis intellexit? Vnus est altissimus, qui creauit illam, & præbet illã diligentibus se.

De vitiorum e regione animæ nostræ expulsione.

IN PSAL. XLIII. SERMO. XC.

MANVS tua gentes disperdidit, &c. Chananæi primo inhabitauerunt terram promissionis, postea Dominus dedit terram illam possidendam filijs Israel, illis eiectis. Et hoc est, quod hic dicitur. Manus t. g. d. & plantasti eos. Et per hoc significatur, ꝙ ab origine prima gentes, id est vitia, inhabitant terram animæ nostræ, sed Dominus per baptismũ, & pœnitentiam dat eam filijs Israel, ideſt virtutibus possidendam: gentibus, id est vitijs, expulsis. Quę autem facta sunt vt filij Israel possideant eam terram illa notanda sũt quæ habentur. Nu. 13. Primo ad explorãdum terram missi sunt exploratores. Secundo exploratores de terra quidẽ bona, sed de habitatoribus mala nunciauerunt. Tertio quidam populum terruerunt, quidam confortauerunt.

Quarto dicitur contra eos, qui territi sunt, & timuerunt, & murmurauerunt: iratus est Dominus, & comminatus

natus est, & corruerunt ab inimicis.

Exploratores, qui mittuntur ad considerandã terram, sunt prædicatores, & præcipuè confessores, quibus cõpetit quod ibi .i. Num. 13. dr. Considerate terram qualis sit, & populũ, qui habitator eius est, vtrũ fortis, an infirmus: pauci numero, an plures. Ipsa terra bona, an mala, vrbes, quales, muratæ, an absq; muris: humus pinguis, an sterilis, nemorosa, an absq; arboribus, &c. Considerare autem terram, quid aliud est, q̃ considerare naturam? Itẽ habitatores considerare, quid aliud est nisi vitia attẽdere? Quid est, vtrũ populus infirmus sit, an fortis: pauci, an plures, considerare, nisi numerum, & qualitatẽ peccatorũ pensare? Quid est vrbes, an sint muratæ, videre: nisi vtrum peccator peccata sua defendat, diligenter attendere? Debet. n. confessor explorare qualitatẽ, & qantitatem peccatorũ: & ipse peccator pœnitẽtiam ſm eas recipere. Vnde, & exploratores illi possunt intelligi ipsius pœnitentis inspectiones. Quasi .n. ad hoc monebat Ecclesiasticus c. 5. dicens. De propitiatu peccatorum noli esse sine metu: neq; adijcias peccatum super peccatum: & ne dicas, miseratio domini magna est, multitudinis peccatorum meorũ miserebitur. Et Hier. 32. Vide vias tuas in conualle: scito, quid feceris. Et ibidem post contra illum, qui non facit hoc. Ecce ego iudicio contendam tecum, eo ꝙ dixeris, non peccaui. Quod vilis factus es nimis, iterans vias tuas. Contra defendentes peccatum, & quasi muratas vrbes ædificantes, dr ibidẽ paulo ante. Quid niteris bonam ostẽdere viã tuam, ad quærendam dilectionem, quæ insuper, & malitias docuisti vias tuas? Et 1. Macc. 1. Et ædificauerunt ciuitatẽ Dauid muro magno, & firmo, & turribus firmis, & facta est illis in arcem. Et posuerunt illic gentem peccatrĩcem, &c. Et nota ꝙ Num. 13. dr per 40. dies fecisse hanc explorationem, & terram circuisse, quod est, aut per tempus quadragesimæ, aut per totum tempus pœnitentiæ cõscientiã suam, & ante actã vitam attendere, & explorare.

Exploratores sũt prędicatores, & cõfessores.

Qualitas, quantitas explorãda est.

Secũdo exploratores bona quidẽ de terra: mala autem de habitatoribus renunciauerũt: dicebant. n. ꝙ reuera fluebat lacte, & melle: sed ꝙ cultores fortissimos haberet, & vrbes grãdes atque muratas: & verũ est, ꝙ bona est terra

ideſt

ideſt natura humana, ſed habitatores mali, videlicet vitia. Hoc attendebat, qui dixit Prouerbiorum 24. Per agrum hominis pigri tranſiui, & per vineam viri ſtulti: & ecce totum repleuerant vrticæ, & operaueraut ſuperficiem eius ſpinæ, &c. Et 4. Reg. 2. Ecce habitatio ciuitatis huius optima eſt, ſed aquæ peſſimæ ſunt, & terra ſterilis. Aquæ ideſt populi: quia Apoc. 17. Aquæ multæ populi multi.

Tertio quidam populum terruerunt, alij confortauerunt. Qui terruerunt indiſcretos ſignificant confeſſores, qui multitudine, & magnitudine peccatorum peccatores terrent, & cogunt deſperare: ſimiles illis, qui dicebant Num. 13. Populus quem aſperimus procere ſtaturæ eſt: ibi vidimus monſtra quædam filiorum Enach, degenere giganteo: quibus comparati, quaſi locuſtæ videbamur. Quid enim hoc eſt niſi enormitatem crimium obijcere ex quo oritur deſperatio? vnde dicunt: Nequaquam ad hunc populum valemus aſcendere. quia fortior nobis eſt. Hoc eſt, quod dicit Caim Gen. 4. Maior eſt iniquitas mea, quàm vt veniam merear: Quando enim exaggerantur peccata, confunditur peccator: quod ſolet fieri à quibuſdam, qui examinant peccatores: de quibus dicitur: Ioannis 18. Ipſi non introierunt in prætorium, vt non contaminarentur, &c. Alij, qui confortauerunt eos, diſcretos ſignificant prædicatores, & confeſſores: ſcilicet Caleb ſeu Caleph, & Ioſue, quibus competit dicere quod dicitur. Num. 14. Terra quam circuiuimus, valde bona eſt, ſi propitius fuerit Dominus; inducet nos in eam, & tradet nobis lacte, & melle manantem. Nolite rebelles eſſe contra Dominum, neque timeatis populum terræ huius: quia ſicut panem, ita poſſumus eos deuorare. Receſſit ab eis omne præſidium, Dominus nobiſcum eſt. Iſti quantacunque ſit peccatorum enormitas, & abuſio, conſolantur peccatores, & oſtendunt maiorem eſſe Dei propitiationem, & perſuadent gigantes, & monſtra non pertimere, ſcilicet propter enormitatem peccatorum non deſperare. Vnde ſcriptum eſt Gene. 6. Gigantes erunt ſuper terram, poſtquã ingreſſi ſunt filij Dei ad filias hominum. Quid autem eſt filios Dei ad filias hominum intrare, & gigantes generare: niſi illos, qui deberent eſſe ſpirituales viri

viri ſe ad concupiſcentias carnales inclinare, & quaſi irregulariter, & monſtruoſe viuere? Vnde Amos 5. Cognoui multa ſcelera veſtra, & fortia peccata veſtra. Sed ſicut dicitur Gen. 7. Dominus immiſit diluuium, & perierunt gigantes. Quid autem gigantes diluuio perire, niſi lauacro pœnitentiæ, & exundante miſericordia Dei, & lachrymarum abundantia, quantamcunq; peccatorum enormitatem deficere? Vnde Pſal. 28. Dominus diluuium inhabitare facit. Et rectè dicitur: Sicut panem, ita poſſumus eos deuorare: quia à pœnitentia peccata deuorantur, quæ eũ delectat facientem, pani comparatur. Vnde Pſal. Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die, ac nocte. Et alibi Cinerẽ tanquam panem manducabam.

Quarto, qui terruerunt populum, & qui territi ſunt pierunt. Superſtitioſi enim confeſſores, qui peccatores deterrent iuſtificantes ſe, & dicentes de peccatis eorum ſic, pereunt cum illis, & deterius, quàm illi ipſi, de quibus dicitur Eſa. 45. Qui dicunt recede à me: ne appropinques mihi, quia immundus es: Et iſti fumus erunt in furore meo ignis ardens tota die. Boni autem confeſſores eos cõfortantes digne remunerabuntur. Et hoc eſt quod de vtriſtores reque dicit Dominus iratus. Num. 14. Non videbunt terrã pro qua iuraui patribus eorum, nec quiſquam ex illis qui de ira ſit mihi intuebitur eam. Seruum autem meum Caleb, qui plenus alio ſpiritu, ſecutus eſt me, inducam in terram hanc quam circuiuit.

Boni confeſſores

De duplici mortificatione hominis.

IN PSAL. XLIII. SERMO. XCI.

Mortificatio hois pp Deũ, & pp diabolum.

ONIAM propter te mortificamur to. d. &c. Duplex eſt mortificatio hominis, ſcilicet propter diabolum, & propter Deũ. Propter diabolum mortificamur peccato, quod eſt mors animę, & hoc fit per luxuriam per cupiditatem, per ſuperbiam, & inobedientiam.

Per luxuriam multi victimant ſe diabolo. vnde proſti-

bulũ est quasi macellum diaboli. Et meretrices sunt quasi laniæ, & carnifices diaboli: quæ quasi ad stallũ vendunt carnes suas, vel ipsæ lenæ vetulæ quæ iuuenculas prostituunt, & venales exponunt sunt laniæ diaboli, de quibus dicitur Iohel. 3. Posuerunt puerum in prostibulo, & puellam vendiderunt pro vino vt biberent. In quo notatur earũ consuetudo, quæ semper ebriæ sunt sicut ait Claudianus. Vix lassa recedit, & iam vina petit. Item cum sacerdotum sit sacrificare, ipsę sunt sacerdotes, vel sacerdotissæ diaboli, quæ victimant animas diabolo: nec etiam parcũt filijs, nec filiabus suis quas ẽt prostituũt. Vñ Ps. 105. Immolauerũt filios suos, & filias suas dæmonijs. Victima ergo diaboli sit aĩa per luxuriã. Vñ Pro. 7. Irretiuit eũ multis sermonibus, & blãditijs labiorum protraxit illũ: statimq; eam sequitur, quasi bos ductus ad victimã.

Meretrices sacerdotissę diaboli.

Multis modis anima fit victima diaboli.

Item per cupiditatem vt patet in mercatoribus. Vnde Horat. Impiger extremos currit mercator ad Indos, &c. Nec sacerdotes immunes sunt ab hoc, & maximè curiales. Vnde Osęe 5. Audite hæc sacerdotes, & domus regis auscultate, quoniam laqueus facti estis speculationi, & sicut rethe expansum super montẽ Thabor: & victimas declinastis in profundum. Mons Thabor in quo facta transfiguratio Dñi, quid est nisi altaris eminẽtia, in quo panis in corpus Christi fit trãsfiguratio? Qui ergo pro lucro corpus Christi cõficiunt, & missas biphatas, & inhypotecatas ac præuenditas faciũt super montem Thabor rethe expãdunt. Signanter aũt dixit, & decli. vict. in profundũ Victimas. n. in altũ tollunt, qui solũmodo pro æternis seruiunt. Vnde dr. Sursum corda, ha. ad do. Victimas in profundum declinant, qui ad quodcunq; commodũ terrenũ aspirant.

Item per inanem gloriam, sicut legitur de Saule, cuius dominus victimas non acceptauit. Quia contra præceptũ pepercit Amalech, & regi Agag, & potius quærens gloriã suam quàm Domini: erexit sibi post victoriam arcũ triũphalem, vt legitur 1. Reg. 15. Vnde Samuel dixit ei: Nunquid vult Dominus holocausta, aut victimas, & non potius, vt obediatur voci Dñi? Melior est. n. obedientia: q̃ victimæ: & auscultare magis, quàm offerre adipem arietum. Ideo Dominus insultat per Amos prophetam c. 4. Venite

nite ad Bethel, & impie agite ad Galgala. Galgala locus est in quo fiebant sacrificia, quæ Dñs non acceptauit sicut dr 1. Reg. 15. Cum argueret Samuel Saulem, dixit Saul: Tulit de preda populus oues, & boues primitias eorũ, quæ cęsa sunt vt immolent domino Deo suo in Galgalis. Galgala interprætatur rota, vel volutabrum, vel reuelatio. Rota quantum ad cupidos, Volutabrum quantum ad luxuriosos. Reuelatio quantum ad superbos, & inanis gloriæ cupidos. Vnde ironice sequitur. Multiplicate præuaricationem, & offerte mane victimas vestras, & sacrificate laudẽ de fermẽtato. s. per hypocrisim. Vñ Mat. 6. Extermi nant facies suas, vt appareant hominibus ieiunantes, &c.

Galgala rota interpretatur.

Mortificatio facta pp Deũ.

Secunda mortificatio fit propter Deum. Sic se mortificant, qui moriuntur mundo, & concupiscentijs eius, vt viuant Deo. Vnde ad Ro. 12. Obsecro vos fratres per mĩam Dei vt exhibeatis corpora vestra hostiã viuentẽ sanctam, Deo placentem. Non. n. recipit Deus hostias mortuas sicut in veteri te. Sed hostiã viuentem in qua vitia, & caro mortificãtur, & spiritus viuit. Sicut significatum est Gen. 32. in Isaac pro quo est aries immolatus. Propter hoc. n. reprobatus est Saul, q̃ elegit potius Deo offerre hostias mortuas q̃ seipsum per obedientiam. Dixerat. n. ei Samuel ex parte dñi. Percute Amalech, & demolire vniuersa eius, non parcas ei, & non concupiscas de rebus eius aliquid, sed interfice à viro vsq; ad mulierem: & paruulum atq; lactantẽ: & pepercit Saul, Agag, & vniuersis quę pulchra erãt: & quicqd fuit vile, & reprobũ demolitus est. In quo figurat, q̃ dñs præcipit peccatũ percuti, & non sustinet, q̃ parcatur ei. Vñ Hiere. 50. Non parcatis iaculis, quia Dño peccauit, clamate aduersus eam. i. Babylonẽ. Præcipit demoliri vniuersa eius à viro vsq; ad mulierẽ. i. à ratione vsq; ad sensualitatem, & vsq; ad paruulum lactantem id. est primos motus, qui sunt paruuli quibus non est parcendum. Vnde Psalm. Beatus, qui tenebit, & allidet paruulos suos ad ad petram: & Esaiæ 13. Sagittis paruulos interficient, & lactantibus vteris non miserebuntur: & super filias non parcet oculus eorũ. Sed sicut ibi dr. Saul pepercit Agag, & apprehendit eum viuum. Viuum Agag apprehendit, qui per memoriã, & imaginationẽ, turpem in se

viuere

viuere peccatū permittit, & pepercit vniuersis, quæ pulcr. & quicquid vile fuit, & reprobum demolitus est. Quod vile est, & reprobum demolitur: qui actus turpitudinem refugit, & detestatur, sed eis quæ pulchra sunt parcere nō aliud est, quàm oculos, vel imaginationem à specie mulierum, vel aliorum delectabilium non reuocare. Et nota, quòd ait Samuel, Quæ est hęc vox gregum, quę resonat in auribus meis? Ex quo enim per huiusmodi memoriam permittit in se viuere peccatum, quasi intus auditur in eo tumultus carnalium, & irrationabilium motuum, quasi mugitus gregum: & conscientiam suam fecit, quasi caulā hœdorum, vel haram porcorum. Vnde Iud. 5. Quare habitas inter duos terminos, vt audias sibilos gregum? Inter duos terminos habitant, qui nec ex toto peccatum deserunt, nec ei ex toto hærent, sicut Gallice dicitur. Nec canibus, nec venatoribus: & sunt, quasi inter duas sellas sedentes in cinere. Ab his sibilus gregum auditur dum à cō cupiscentia molestantur. Vnde Micheæ secundo. Quasi pecus in medio caularum tumultuabitur. Mortificatio ista debet esse continua, gratuita, integra. Gratuita, quod se notatur cum dicitur propter te mortificamur: multi enim affligunt se, qui tamen in hoc non seruiunt Deo, sed carni, vel mundo, vel diabolo. Carni per luxuriam, mundo per cupiditatem, diabolo per superbiam, & inobedientiā, & hypocrisim. Isti perdunt meritum. Vnde dicitur Prou. 5. Ne des alienis honorem. t. & annos tuos crudeli. Alieni dicuntur mundus, & caro. Quia habitatio mundi, & carnis extrinseca est animæ. Crudelis est diabolus: ne forte impleantur extranei viribus tuis, & labores tui sint in domo aliena: & gemas in nouissimis, quando consumpseris carnes tuas, & corpus tuum, &c. Debet esse continua non horaria, quod notatur cum dicitur tota die, ideſt tota vita. Quidam enim sua ieiunia præstant ad vsuram, postea magis, & lautius epulantes. Alij suas vigilias longo somno compensantes: & sic de alijs. Vnde Eccl. 20. Hodie fœnerat quis, & cras repetit, odibilis est huiusmodi homo. Quidam in aperto asperitatem vitæ prætendunt, & in occulto ducunt delitias. Vnde ad Ephe. 5. Nolite communicare operibus infructuosis tenebrarum: magis autem redargui

Multi affligūt non pp Deum.

Qualis debeat cē afflictio.

re. Quæ enim in occulto fiunt ab ipsis turpe est dicere. Tales significantur per sacerdotes Bel, qui dicebant Bel omnia deuorare, & ipsi deuorabant, intrantes per secretum introitum, vt habetur Dan. 24.

Integra debet quod notatur cum dicitur, Sicut oues occisionis. Nihil enim inutile est in oue. Quando occiditur carnes sunt in cibum: pelles in vestimentum: fibræ in vsus chordarum musicis instrumentis. Carnes electorum sunt quicquid carnale gesserunt in vita: vt negatio Petri, lasciuia Magdalenæ: carnes istæ sunt in cibum malis, & bonis, malis quia parati sunt reprehendere. Vnde Psalm. Dum appropiant super me nocentes, vt edāt carnes meas, & Iob 19. Quare persequimini me sicut Deus, & car. m. satu? Bonis, quia non reprehendunt, sed maiorem spem concipiunt. Iuxta illud Rom. 5 Vbi superabundauit delictū, ibi superabundauit, & gratia. Pelles in vestimentum: pellis est exterior conuersatio, quæ bonis est ad verā imitationem: malis ad simulationem. Vnde Matth. 7. Veniunt ad vos in vestimentis ouium. Fibræ in vsum chordarum: fibræ sunt vasa sanguinis in quo vita, & per eas ad totum corpus viuificandum decurrit: & significat suffragia sanctorum, per quæ ecclesia spiritualiter viuificatur. De istis boni faciunt instrumenta musica', quando suffragia sanctorum magnificant, & laudes Deo decantant. Vnde Laudate eum in tym. & cho. lau. eum in chor. & organo. Mali similiter dum suffragia sanctorum temere implorant, & credunt habere suffragia quorū non imitantur merita. Habet enim diabolus sua musica instrumenta sicut, & Deus: & suos citharędos, & tibicines. Sed isti expulsi sunt, quando Dominus suscitauit puellam. In quo notatur, q̄ p horū obsequia nequaquam anima suscitatur, quia Christum derident. Vnde Matth. 9. Cum vidisset tibicines, & turbam tumultuantem dixit. Recedite non est mortua puella, sed dormit, & deridebant eum. Sic Deum deridere videntur, qui sanctos laudant, & à peccato non cessant, & tales mortuæ animæ suscitationem non impetrant.

Diabolus sua musica instrumenta habet.

De

De scribis, calamo, pergameno, & encasto, seu attramento Dei, & Diaboli.

IN PSAL. XLIIII. SERMO. XCII.

LINGVA mea calamus scribæ velociter scribentis. Dominus habet scribas suos, & calamos, & pergamenum, & encastum, seu atramentum.

Prædicatores sunt scribę dñi Calamus.

Scribæ domini sunt prædicatores, doctores, boni consiliarij. Calamus lingua eorum. Encastum gratia. Membrana, siue pergamenum ip sum cor hominis. Quid enim est prædicare, vel docere, vel bona consulere, nisi calamo mādata Dei, in corde scribere? Vnde Apostolus, 2. ad Corinth. 3. Epistola nostra vos estis, scripta in cordibus nostris: quæ scitur & legitur ab omnibus hominibus, manifestati quoniam estis epistola Christi ministrata à nobis, & scripta non attramento, sed spiritu Dei viui. Nō in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus. Cum dicit, Epistola nostra vos estis: notat se esse scribam: cum dicit spiritu Dei viui designat atramentum, cum subiungit non in tabulis, &c. notat pergamenum. Et nota q̄ sicut sine atramento, vel encasto, aut simili, bene scribi non potest: ita nec sine gratia bene prædicari. Multi ergo prædicatores scribere intendunt, & non scribunt, quia encastum gratiæ non habent. Vnde Grego. Frustra laborat exterius lingua prædicatoris, nisi adsit interius gratia Saluatoris. Item non potest scribi, nisi in pergameno bene præparato. oportet enim, vt omnis pilositas & crassitudo & durities scalpro abradatur & pumice complanetur.

Simile. sine gratia prædicari bene non pōt.

Crassum est per carnalem affectionem: crassitudo tollitur quando spirituale efficitur. Vnde Esaiæ. 17. Attenuabitur gloria Iacob & pinguedo carnis eius emarcescet. Et alibi. In pinguibus eius tenuitatem.

Pilosum est per temporalium amorem. Pili raduntur, quando temporalium amor euellitur. Vnde Esa. 7. In die illa radet dominus in nouacula conducta caput, & pilos pedum & barbam vniuersam. Caput prælati, pedes subditi, Barba, religiosi viri sunt: hæc raduntur quando cupiditas temporalium ab eis aufertur.

Durum est per austeritatem, vel obstinationē. De hoc dicitur Ezec. 36. Auferam à vobis cor lapideum, & dabo vobis cor carneum, ideſt molle. Vnde secundum naturalē scientiam docibiles, & boni ingenij dicuntur, qui mollis carnis sunt. Et de tali scriba dicitur. Eccl. 10. In manu Dei potestas hominis: & super faciem scribæ imponit honorē. Quid est super faciem scribæ honorem imponere? nisi præter cōem remunerationem prędicatorē aureola insignire?

Calamo scribitur, cantatur, mensuratur. Hæc tria facit prædicator, vel doctor, quasi calamo scribit dum erudiente lingua mandata Dei cordi imprimit. cantat dum contra molestias, & amaritudines huius mundi dulces consolationes per spem æternorū infundit. Sicut dicitur. Exo. 25. Candelabrum habebit calamos, & sciphos & sphærulas, & lilia. Idem enim doctores debent esse & calami, dum dulciter sonant per æternorum promissionem. & sciphi dum inebriant per sacrorum mysteriorum abundantiam. Et spherulæ per vitæ petfectionem, vel æternorū meditationem. Et lilia, per continentiæ puritatem. Calamo mensurat dum quanta præmia bonorum, quanta sunt gaudia supernæ ciuitatis ostendit. Vnde Apostolus 21. Et qui loquebatur mecum habebat mēsuram arundineam auteā, vt metiretur ciuitatem, & Ezec. 40. In manu viri calamus mensuræ sex cubitorum & palmo.

Tria facit prædicator vel doctor.

Diabolus etiam habet suos scribas & calamos, & pergamenum, & encastum. Scribæ multi sunt, vt omnes mali aduocati, adulatores, detractores, mali consiliarij, omnes lenæ & conciliatrices stupri, & lenocinij.

Scribæ diaboli

Calamus lingua talium. Encastum teterrimum peccatum. Pergamenum cor. Isti linguis suis quasi calamus scribunt literas tetras diaboli in corde audientium. Quasi in pergameno. calamum suum intingunt in encasto diaboli. Encastum diaboli est infectio, & nigredo peccati, & illuuies inferni, siue limositas, cuius nigredo, & infectio significatur per picem. Vnde Esa. 34. Conuertantur torrentes in picem. Pix enim est nigra, & tenax, & inficiens. de qua Eccl. 13. Qui tangit picem inquinabitur ab ea.

Calamus attramentum. Pergamenū.

ab ea. In quo dum calamos, linguarum immergunt, audientium corda inficiunt. De malis aduocatis potest intelligi illud Esaiæ 10. Vęh, qui condunt leges iniquas, & scribentes iniustitias scripserunt, vt opprimerent in iudicio pauperem, & vim facerent causæ humilium populi mei, vt essent viduæ præda eorum.

De adulatoribus est illud Daniel. 3. Cum rex posuisset decretum, vt quicunq; audiret sonitum fistulæ, & sambucæ prosternat se, & adoret statuam. Fistula diaboli, & sambuca, lingua est adulatorum, ad quorum vocem volunt se principes quasi statuam adorari, dum laudantibus non contradicitur, sed applauditur. Vnde, & Esaiæ 32. Fraudulenti, vasa pessima sunt. Ipse en im cogitationes concinnabit ad perdendos mites in sermone mendacij, & Osæę 7. In malitia sua lætificauerunt regem, & mendacijs suis principes. Omnes isti sunt notarij diaboli, & de eius cancellaria.

De sedium diuersitate, & quòd sedes hominum momentanea, non sit ambienda.

IN PSAL. XLIIII. SERMO. XCIII.

SEDES tua Deus in sæculum sæculi: virga directionis virga regni tui. Primo considerandum, quæ sit diuersitas sedium. Secundo, quòd sedes hominum temporalis est, & imaginaria. Tertio quare hoc ipso non est ambienda: & qualiter illi, qui ambiunt, & se intendunt à Deo euertuntur.

Diuersitas sediũ triplex.

Diuersitas sedium triplex est. Quia sedet rex, iudex, & magister. Rex habet thronum vel solium. Iudex tribunal. Magister cathedram: omnes sedes istas habet Christus. Sedit vt magister, quando docuit in monte, Matth. 5. Cum sedisset accesserunt ad eum discipuli eius, & aperiens os suum docebat eos dicens. Beati pauperes spiritu, &c. Sedebit, vt iudex Matth. 19. Cum sederit filius ho. &c. Et 2. ad Corinth. 5. Omnes astabimus ante tribunal iudicis. Sedebit, vt rex. Vnde in Psal. Dominus diluuium inhabitare facit, & sedebit Dominus rex in æternum. Et etiam modo sedet. Vnde Prouerb. 20. Rex, qui sedet in solio iudicij dissipat omne malum intuitu suo.

Christus sedit vt magister in monte.

Exemplo autem docuit, q̃ non debemus nobis vsurpare sedes istas, sed vocari ad eas. Prius enim esse subditus secundum, q̃ homo, quam præesse voluit. Vnde Luc. 2. Venit Nazareth, & erat subditus illis. Prius discipulus, quàm magister Luc. 2. Et factum est post triduum inuenerunt illum in templo sedentem in medio doctorum, & interrogantem. Stupebant aũt oẽs super prudentia, & responsis eius, qui audiebant eum. Prius stetit iudicandus, quàm iudicaret, vt Matth. 24. Vinctum adduxerunt, & tradiderũt Pontio Pilato præsidi. In hoc arguuntur quidã, qui prius volunt esse magistri, quam discipuli. Prius præesse, quam fuerint subditi. Iudicare quam iudicari, cum potius debeat se quilibet subtrahere. Hinc legitur Ioan. 6. Iesus ergo cum cognouisset, quia venturi erant, vt raperent, & facerent eum regem, fugit iterum in montem ipse solus: cum vellent Christum in regem assumere, aufugit. Et Esaiæ 4. Non sum mẽdicus; & in domo mea non est panis, neque vestimentum. Nolite constituere principem populi. Eodem modo de magistratu. Vnde Iacob 3. Nolite plures fieri magistri fratres mei. Similiter, & de iudiciaria potestate. Vnde Ecclesiastici 7. Noli quærere fieri iudex nisi valeas virtute irrumpere iniquitates, ne forte extimescas faciem potentis, & ponas scandalum in æquitate tua.

Sedes hominũ tẽporalis ẽ, & imaginaria.

Secundo considerandum, q̃ sedes hominum temporalis est, & imaginaria. Temporalis est, quia finem habet, Vnde Eccl. 10. Omnis potentatus breuis vita.

Imaginaria, qui non veritatem habet, sed tantum quædam vmbra est. Et est sicut solet fieri in ludo puerorum, qui sibi præficiunt regem. Et sicut fieri solet in falsa positione. Positio enim de falso non facit verum, sed hoc facit, vt durante positione tanquam verum sit concedendũ. Sic positio hominum est, quòd isti sunt reges, magistri, iudices: & ideo sic vocantur: de qua positione Eccl. 10. Est malum, quod vidi sub sole, quasi errorem à facie principis egrediens: positum stultum indignitate sublimi, & diuites sedere deorsum: vidi seruos in equis, & principes am-

ambulantes quasi seruos super terram. Ratione ergo positionis conceditur eos esse potentes cum falsum sit. Sicut dicitur Apoc.3. Dicis, quia diues sum, & locupletatus, & nullius egeo, & nescis, quia tu es miser, & miserabilis, & pauper, & cęcus, & nudus. Sed sicut in falsa positione dissimulatur falsitas positi donec post cedat, ita quoque nec istud apparet donec post tempus cedat, tempus sit post mortem, & est sicut de somnio. Vnde dormierunt somnos. &c. Et de hypocrita, Iob 20. Laus impiorum breuis, & gaudium hypocritæ ad instar puncti: & qui viderint eum dicent, vbi est, & quasi somnium auolans non inuenitur. Hypocrysis quædam est, quia non habet nisi falsitatem. Vnde hypocrisis quasi deauratio dicitur. Et qui nihil norunt de falsa positione mirantur: in quorum persona dicitur in Psalm. Existimabam, vt cog. hoc la. est ante me do. in. in. san. de. & in inno. eorum. Et quid? audi scilicet falsam eis factam positionem. Veruntamen propter dolos posuisti eis. Dupliciter autem erratur circa hoc. Primus error stultorum, qui videntes tales sic dominari credunt esse verum, & falsam positionem non intelligunt. Secundus error hæreticorum. Qui intelligentes esse falsum, nolunt sustinere verum nolentes obedire potestati cum dicatur ad Ro. 12. Omnis potestas à domino Deo est, &c.

Duplex error circa sedem hominũ.

Tertio quare hoc ipso non sunt ambienda, sed potius abijcienda: & qualiter isti, qui ambiunt: & se intrudunt à Deo euertuntur. Vnde dicitur. Deposuit potentes de sede. Illos, scilicet, qui à se positi sunt. Vnde in decretis: à se ortus est, eijciatur. Tales imitatores sunt diaboli, qui dixit Esa. 14. Ponam sedem meam ad aqui. &c. quibus dicitur Ioan. 8. Vos ex patre diabolo estis. Sicut ergo ordinati ab antipapa postmodum deponuntur à papa: Sic, & quos diabolus, vel mundus instituit, Christus verus Papa deponit. Contra quos dicitur in Psal. Depone eos protector noster domine. Vnde omnis plantatio, quam non plan. pa. meus &c. Christo enim tanquam legato dicitur Hiere. 1. Ecce constitui te hodie super gentes, & super regnũ, vt euellas, & destruas, & perdas, & dissi. & ædifices, & plan. Item cõsuetum est, vt qui sedes occupant non suas, accedente iudice cum assessoribus turpiter expellantur. Sic Christo veniente

Dignitates huius mundinõ sunt ambiendæ.

niente ad iudicium cum pauperibus suis tunc ei assidebunt: isti turpiter eijcientur. Vnde Matt. 19. Cum sederit filius hominis, &c. sedebitis, & vos, tũc isti expellentur. Vnde Micheæ in fine velut reptilia terræ perturbabuntur de ædibus suis. Ideo dicitur Eccl. 10. Exhonorauit dominus conuentus malorum, & destruxit eos vsque in finem. Sedes ducum superborum destruxit Deus, & sedere fecit mites pro eis. Quod significatum est in hoc, ꝙ quia Hely, cuius filij Deum inhonorauerunt erga corrigendos eos tepidus fuit cecidit auersa sella retrorsũ, & fractis ceruicibus mortuus est, sicut dicitur 1. Reg. 4. in fine, & 1. Re. 2. dicit dominus. Quicunq; honorificauerit me glorificabo eũ, qui autem contemnunt me, erunt ignobiles.

De charitate virtutum Regina, & quare sit Regina.

IN PSAL. XLIIII. SERMO. XCIIII.

ASTITIT Regina à dextris tuis in vesti. deaura. circundata. var. Regina virtutum est charitas. Regina enim inungitur, & coronatur. Charitas sola habet plenitudinem vnctionis, immo ipsa est vnctio: de qua dicitur 1. Ioan. 2. Vnctio docebit vos de omnibus: quia dirigit, & errare simplicem non permittit in eis, quæ sunt ad vitam. Vnde Eccl. 37. Anima viri sancti enunciat aliquando vera, quam 7. circũspectores sedentes in excelso ad speculandum. Ipsa est vnctio sine qua omnes aliæ aridæ reputantur.

Charitas regina est virtutũ.

Charitas est vnctio

Regina coronatur, similiter, & sola charitas remuneratur, & coronatur, quia sola pugnat, & vincit. Vnde significatur per coronam, de qua dicitur Exo. 25. ꝙ erat corona super mensam aueream quatuor digitis eleuata, quæ scilicet dicitur interrasilis. Bene super mẽsam aueam, quia excedit omnem scientiam: quatuor digitis eleuata, quia quatuor virtutes cardinales excellit. Interrasilis hoc est, quod hic dicitur circundata varietate: quod iam exponemus.

Sola charitas coronatur.

Regina etiam dicitur, quia maior. Vnde Apostolus 1. ad Corinth. 13. Maior horum est charitas. Et quia habet

imperium omnium operationum meritoriarum, vnde significari potest per Ioseph, qui interpretatur augmentum, & qui vocatus est saluator Aegypti. Quia quicunq; saluatur, per eam saluatur: de quo scilicet Ioseph dicitur Gen. 41. Absque imperio tuo non mouebit, quis manum in tota terra Aegypti. Aliæ virtutes sunt pedisse quæ eius: de quibus infra. Adducentur regi virgines post eam, scilicet virtutes theologicæ fides, & spes: & aliæ quæ nullam nouerunt corruptionem, proximæ eius, afferentur tibi virtutes, scilicet politicæ. Vnde rectè potest significari p Hester: quæ electa est super alias, sicut dicitur Hest. 2. Hester inter cæteras puellas tradita est. Egeo eunucho, vt seruaretur: quæ placuit ei, & inuenit gratiam in conspectu illius. Hester absconditа interpretatur. Quid vero magis absconditū q̃ charitas, q̃ nemo nouit se hre? Hæc inter cæteras gratiam inuenit, quia sola placet, sola gratum facit. Egeo eunucho traditur custodienda: eunuchus, idest castratus propter regnum cęlorum. Egeus interpretatur lætus, & solemnis: eorum enim, qui se castrant propter regnum cęlorum continentia est læta, & solemnis, quia Deo, & angelis grata, & iocunda. Et hæc charitatem conseruat, sed non eorum, qui propter fauorem hominū, vel aliud casti sunt, quia sunt virgines fatuæ, de quibus Matthæi 25. A dextris dicitur assistere, quia temporalia abijcit, quæ p sinistrā designantur: nec ea secum permittit nisi quantum necessaria sunt, vt ad viaticum, & ad sustentationem: sola æterna, quę per dextram significantur, quærit. Ipsa dicit illud Cant. 8. Læua eius sub capite meo, non super. Item, quia sunt ad sustentationem: & dextera illius amplexabitur me. Si temporalia quandoq; quærit nō nisi propter æterna: ad æterna refert, & ita sinistram conuertit ad dexteram, vt sit homo ambidexter, sicut Aioth, & talis meretur interficere Eglon regem pinguissimum, idest diabolum animarum sanguine plenum, vt Iudic. 3. dicitur.

Aliæ virtutes charitatis prę dissequæ dicuntur.

Charitas absconditа est.

Opera iustitiæ sūt vestitus animæ.

In vestitu deaurato: vestitus animæ opera sunt iustitiæ, aurum discretto, vestimentum deauratum opus discretum. Non habent vestimenta depurata, qui zelum habent absque scientia, de quibus vide quod dicit Apostolus

lus Ro. 10. in principio. Ideo dicitur Psal. 67. Si dormiatis inter medios cleros pennę colūbæ de argentatæ. Pennæ columbæ sunt opera virtutum, quæ tunc deargentantur, dum per discretionem rectificantur. Ne dicatur iuxta verbum Oseæ 7. Effraim factus est, quasi columba seducta non habens cor.

Circundata varietate operum, scilicet, & virtutum. Decet reginam multiplicem habere vestem, & variam: qui enim vult semper esse in contemplatione, vestiri nescit varietate. Quisquis vno quolibet quantumcunq; præcioso delectatur in opere charitatis ornatum non habet, quæ induitur varietate. Varietas est quandoq; contemplatiuæ, quandoq; actiuæ insistere. Vnde in scala, Gen. 18. Videntur angeli ascendentes, & descendentes, & Moyses, quandoq; erat cum Domino in monte, quandoq; descendebat, vt habetur Exod. 19. & 2. ad Corinth. 12. Scio hominem, &c. raptum in paradisum. Et capite præcedente dicit idē Paulus. Quis infirmatur, & ego non infirmor, & item 2. Corinth. 5. Siue mente excedimus Deo, siue sobrij sumus vobis. Charitas enim Christi vrget nos, &c. Vis audire varietatem. Apostulus ad Ro 12. Flere inquit cum flentibus, gaudere cum gaudentibus. Et item 1. ad Corinth. 9. Omnibus omnia factus sum, vt omnes Christo lucrifacerem. Omnia amplectitur proximorum, & bona, & mala. Bona per congratulationem: mala per compassionem, ecce quanta varietas. Hæc est corona interrasilis, de qua Exod. 25. & Ezec. 16. Vestiui te discoloribus, & calciaui te iacintho. cinxi te byssō. Hæc varietas habetur à sanctis, qui sic se habebant quorum exempla imitates hanc varietatem contrahimus: sic dicitur Gen 30. Tollens Iacob virgas populeas virides, & amigdalinas, & ex platanis ex parte decorticauit eas, & cum intuerentur oues virgas in canalibus pariebant varia, & diuerso colore dispersa. Varietas virtutum est, quia paupertas ditat. Vnde Prouerb. 8. Mecum sunt diuitiæ, & gloria, & opes superbæ, & iustitia, & Matth. 5. Beati pauperes spiritu, &c. Humilitas exaltat. Vnde Matth. 23. Qui se humiliat exaltabitur, & Eccl. 10. Erexit eum in humilitate. Luctus consolatur. Vnde Matth. 5. Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur.

Varietas qua circū datur charitas.

Varietas virtutū.

Timor assecurat. Vnde Prouer. 28. Beatus homo, qui semper est pauidus. Quia enim iustus timet Deum, ideo alia non timet. Eccl. 34. Qui timet dominum nihil trepidabit.

De quibus bonis, & qualiter gloriandum sit.

IN PSAL XLIIII. SERMO. XCV.

OMNIS gloria filiæ regis ab intus in fimbrijs aureis, &c. Primo ostendendū est, ꝙ nō est gloriandum de exterioribus bonis. Secūdo, quòd nec de interioribus nisi intus in occulto. Tertio, quòd non de sola opinione. Exteriora bona sunt pulchritudo, fortitudo, genus, honores, pecunia: de his non esse gloriandum probatur. Primo, quia error est, quod apparet in pulchritudine, & fortitudine. Vnde Guido Carnoten. dixit: quomodo non glorietur homo de pulchritudine, & fortitudine cum de infimitate, & turpitudine glorietur? Gloriatur enim si equo vehatur: aut si sua turpitudo decore pannorum veletur, cum potius gloriari posse videretur si equum sua ipse virtute portaret, & fulgore suo vestes ipse decoraret, ideo dicitur Eccl. 11. in prin. In vestitu ne glorieris vnquam. Et in Psal. Hi in curribus, & hi in equis. Et quosdam est inuenire, qui temporales abiecerunt possessiones: nec est possessio vnde glorientur, & tamen de sui generis nobilitate gloriantur, & voluntibi præ alijs deferri. Claustrales, qui hoc agunt nondum ex toto mundum abiecerunt: ideo dicitur. Audi filia, & vide, & obli. populum t. & do. pa. t. Et Gen. 12. dictum est Abrahæ. Egredere de terra t. & de cognatione tua, & de domo patris tui. Probatio autem quare de hoc gloriandum non est, hæc est, quia non solum error, sed etiam insania est. Insanire est enim reputare gloriandum esse de onere suo: ipsa autem nobilitas onus est nobilibus, quia plus notantur si degenerant. Vnde Iuuenalis. Malo pater tibi sit Thersites, dummodo tu sis Aeacidæ similis vulcaniaq; arma capessas. Quod te Thersitæ similem producat Achilles. Et idem alibi. Omne animi vitium tanto conspectius in se Crimen habet, quanto maior qui peccat habetur. Vn

Nō ē gloriandū in bonis exteriorib.

Quare de nobilitate non est gloriādū.

de Sallustio de genere suo se iactanti, & dicenti Ciceroni, qui de plebe, & probitate sua prouectus: à te incipit genus tuum: Cicero eleganter respōdit. In te definit genus tuū. Prima autem ratio communis ad hæc omnia est, quare non est gloriandum, quia gloriatio iactantiam: iactantia discordiam generat. Vnde Prouer. 28. Qui se iactat, & dilatat, iurgia concitat. Et eiusdem 20. Cum eo, qui dilatat labia sua ne commiscearis. Secunda ratio, quia bona temporalia, vt diuitiæ, & alia, vana sunt, & mendacia, nec solum quod promittunt: & nullus sanæ mentis gauderet de promissione eius, quem expertus esset mendacem. Vnde Prou. 25. Ventus, & nubes, & pluuiæ non sequentes gloriosus vir, & promissa non soluens. Tertia, quia ipsa conscientia hæc omnia iudicat esse transitoria. Vnde Psal. 48. Homo cum interierit non sumet omnia secum. Pudor autem est, animam quæ perpetua est de transitorijs gloriari. Quarta, quia gloriam naturaliter sequitur confusio, & quanto gloria maior: tanto maior erit ignominia. Vnde Osęæ 4. Gloria eorum in ignominiam commutabitur. Et Eccl. 32. Ante grandinem præibit coruscatio: quasi dicat coruscationem mundanæ gloriationis sequitur grandinatio æternæ confusionis.

Bona interiora quę. In his nō est gloriādum exterius.

Interiora bona sunt virtutes, vt munditia, pietas, & huiusmodi, de his non est exterius gloriandum. Primo, quia bonis interioribꝰ iniuriā facit, qui de eis exterius gloriā quærit: ideo Dns dixit Mat. 6. Attendite ne iustitiā vestrā coram hoībus faciatis, vt videamini ab eis. i. hoc fine. Hoc .n. est exterius gloriam quærere. Et Persius. Ne te quæsieris extra. Secundo quia hoc est luci inclusæ ventū quærere, vt extinguatur cū potius abscondenda sit, sicut facit, qui portat candelā inter manus: ideo dictū est in Psa. Aīa mea in manibus sp, & Iob 13. Aīam meā porto in manibus meis. Et 1. Re. 19. Posuit aīam suam in manu .s. Et est quasi vasi pleno precioso liquore, foramina aperire. Vnde Eccl. 20. Gratiæ fatuorum effundentur: & virgines fatuæ dnr, q̄ oleum non hnt in lampadibus, sed extra Matth. 25.

Sic ergo de bonis exterioribus nunquam gloriandum, quæ inferiora sunt nobis: sed nec de interioribus, vt dictum est exterius: sed tātum interius in conscientia. Vnde

2.Corinth.1.Gloria enim nostra hæc est testimonium conscientiæ nostræ. Qui cquid homines male loquantur: bene est ei,quem conscientia non reprehendit. Sicut quicquid homines bene loquantur,male est ei,quem conscientia iudicat 1. ad Corinth. 4. Mihi autem pro minimo est, vt à vobis iudicer, aut ab humano die, ideſt, ab humano iudicio. Item si diues auarus de exterioribus bonis suis vanum habet gaudium interius apud se: quicquid de eo dicatur.Vnde Horatius. Populus me sibilat, at mihi plaudo, ipse domi simul ac nummos contemplor in arca:multo magis spiritualibus diuitijs abundans quando contemplatur conscientiæ diuitias gaudet interius,dicens. Secretum meum mihi. Ideo dicitur Prouerb.15. Secura mens quasi iuge conuiuium,& ad Rom.8.Ipse spiritus testimonium reddit conscientiæ nostræ, quia sumus filij Dei. Si autem filij,& hæredes.Sed attende,cp modestum debet esse gaudium spiritualium,quia semper cum timore. Vnde Apostolus 1.ad Corinth.4. Nihil mihi conscius sum, nec tamen in hoc iustificatus sum. Et in Psal.dicitur. Exultate ei cũ tremore.Sed timor ille,quia est castus nõ parit angustiam, immo securitatem sicut nõ dolet,qui circa thesaurum suum fidelem se nouit habere custodẽ. Timor enim omnium bonorum custos est,& thesaurarius. Omnis ergo gloria fi.re. abintus,ideſt de interioribus, & interius, ideſt in occulto: in fimbrijs aureis.Fimbriæ aureæ solent apponi vestibus ad decorem in fine vestium. Vestimentũ est bona vita: fimbriæ aureæ in vestimentis in bona vita splendor bonæ opinionis. Non sunt fimbriæ huiusmodi contemnendæ.Vnde crudelis est,qui famam negligit:conscientia enim nobis,fama proximo prodest. Multi enim sola bona fama excitantur ad bene agendum per exemplum.Vnde Canticorum 1.Trahe me post te. Curremus in odore vnguentorum tuorum. Sicut canes venatici odorem sequuntur.Vnde Luc.8.dicitur quod Hemorroissa tetigit fimbriam vestimenti domini,& sanata est. Hemorroissa tactu fimbriæ curatur, quando per exemplum bonæ vitæ prælati,vel alterius à peccati fluxu cessatur.Quorundam aspectus fluxum sanguinis, ideſt peccati sistit, aliorũ prouocat, vt tumultuariorũ, ideo dixit Apostolus

Gaudium spiritualium mo destũ esse debet.

Crudelis est, qui fama negligit.

2. ad

2. ad Corinth. 2. Quibusdam sumus odor vitæ in vitam, alijs odor mortis in mortem.

Sunt qui habẽt vestes sine fimbrijs.Sunt etiam,qui fimbrias sine veste. Sed melius est habere vestem sine fimbrijs quam fimbrias sine veste. Insanus esset,qui se crederet indutum, & non haberet nisi fimbrias. Sunt enim, qui ita pauperes sunt, cp non habent etiam camisiam, vel subtunicam: sed tantum manicas quas ostẽtant ac si camisiam, vel subtunicam haberent:hi significant hypocritas, qa non habent vestes virtutũ, sed fimbrias quærunt,vt videantur induti: & dicitur cp sibi faciunt limbum de cilicio,de quibus dicit Dominus Matth.23.Magnificant fimbrias suas,& dilatant phylateria sua.

Malũ est habere veste sine fimbrijs, sed peius habere fimbrias sine veste.

De ciuitate, ideſt ecclesia iuxta aquas sita, & aquarum effectibus.

IN PSAL. XLV. SERMO. XCVI.

EXVRGENS impetus.let.ciui.de, sãctificauit tabernaculũ su.altiss.Delitios9, & vtilis situs est ciuitatem esse sitam super aquam. Maximè super aquam currentem,quæ dicitur fluuius: si ergo ciuitates,reges alij eligunt collocare super aquas: non est credendum quin rex sapientissimus,& potẽtissimus,idem faciat de ciuitate sua Eccles.vnde Naum.3.dicitur. Nunquid melior es Alexandria populorum,quæ habitat in fluminibus? Aquæ in circuitu eius. Et de. Ecclesia dicitur. Cant.5.Oculi t.sicut columbæ desuper riuos aquarum,quæ resident iuxta fluenta plenissima. Columbæ, sunt simplices animæ: fluenta plenissima, dona spiritus sancti, vel doctores ecclesiæ aquis salutaris doctrinæ abundantes. Iuxta has sita est ecclesia.

Ciuitas dẽt esse super aquã. Ecclesiaq̃ ciuitas domini super aqnas collocatur.

Fluuius mundat & lauat omnes sordes,& nullam contrahit immunditiam eo,quòd aqua currens est,& seipsam semper renouans. Talis aqua est Spiritus sanctus: mũdat scilicet omnes peccatorum sordes. Vnde Zach.13. Erit fons patens domui Dauid in ablutionem peccatoris, & menstrua-

Effectus fluuij. Aqua ecclesiæ spiritus sanctus est.

Universidad de Deusto Biblioteca

struatæ. Ipse Spiritus sanctus fons est secundum, ꝙ cum patre, & filio principium est omnium creaturarum. Idem est fluuius secundum, quòd à patre, & filio nobis datur, & ad nos fluit. Menstruum quod accidit mulieribus etiam inuitis culpam originalem significat, quam paruuli præter voluntatem contrahunt: peccatum aliud, actualem culpam: & quia vtrunque delet rectè dicitur in ablationem peccatoris, & menstruatæ. Nullam tamen in se immunditiam inde contrahit, quia est sicut aqua currens, & in motu. Vnde hoc notatur. Sap. 7. vbi dicitur. Est enim in illa spiritus intelligentię, sanctus, multiplex, vnicus, subtilis, mobilis, incoinquinatus, &c. omnibus. mobilibus, mobilior est sapientia. Stultæ reputarentur lotrices, quæ vellent abluere pannos sordidos absque aqua: ideo cum suis lintheis vadunt ad fluuium, prædicatores sunt lotrices domini, qui debent abluere omnes sordes ciuitatis, sed non hoc præsumant, sine hoc fluuio. Vnde legitur. Exod. 1. Ecce filia Pharaonis descendebat, vt lauaretur in flumine, tunc inuenit Moysen legis postea latorem, in quo significatur, ꝙ etiam nullus, nisi per Spiritum sanctum possit habere veram legis cognitionem. Item aqua sitim extinguit. affluentia enim temporalium spiritualem sitim non potest extinguere, scilicet concupiscentiæ: sed aqua sola Spiritus sancti. Aqua temporalium salsa est, & sitim, scilicet concupiscentiæ prouocat. Vnde dicitur ab Ouidio. Dumq; cupit sedare sitim, sitis altera venit. Hoc notatur Ioan. 4. vbi dicitur. Omnis qui biberit ex aqua hac, sitiet iterum. Qui autem biberit ex aqua, quam ego dabo ei nou sitiet in æternum: sed aqua, quam ego dabo ei fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam.

Simile. prędicatores sũt lotrices dñi

Aqua extinguit sitim.

Pisces bonos & sapidos & salubres nutrit: aqua vero temporalis abundantiæ limosa est, & cœnosa, & non nutrit bonos pisces, sed potius sapientes limum. Sed aqua Spiritus sancti, quia pura est, & sine fęce bonos pisces nutrit, scilicet fideles, qui in aquis baptismi regenerantur, & nutriuntur. Hos pisces esurit dominus. vnde Lu. vltimo legitur comedisse partem piscis assi. Piscis assatur quando quicunque fidelis pro Christo persecutionem patitur. Piscis extra aquam viuere non potest: neque fidelis extra aquam

Aqua pisces nutrit.

Fidelis ex

aquam Spiritus sancti. Vnde legitur. Exo. 7. Percutiam virga aquam fluminis, & vertetur in sanguinem. Pisces quoque morientur, qui sunt in flumine. Sanguis peccatum est. Vnde Oseę. 4. Sanguis sanguinem tetigit. Aqua conuertitur in sanguinem, quotiens quis per munditiam baptismi vel confessionis conuertitur ad culpam. Tunc pisces, id est fideles moriuntur: quia fides sine operibus mortua est.

tra aquã Spũs sancti viuere nõ potest.

Aqua fluuij ciuitatem fœcundat, quia portat nauigium & affert diuersarum commutationes mercium. Similiter flunius Spiritus sancti ad animam omnes spirituales diuitias adducit: sicut de Tyro dicitur in figura. Ezc. 27, Habitatores Sidonis, & Aradij fuerunt remiges tui. Sapientes tui Tyre facti sunt gubernatores tui: senes biblij, & prudentes eius habuerunt nautas ad ministerium variæ supellectilis tuæ. Dentes eburneos & hebeninos commutarunt in precio tuo. Guttam, & purpuram, & scutulata & byssum & sericũ, & quot quot proposuerunt in mercatu tuo, &c. Non potest esse diues ciuitas & abundans, nisi super aquã sita. Aqua enim fluuij, quæ aliunde nascitur facit quasi propria suæ ciuitatis: sic & aqua Spiritus sancti. Nonne aqua Spiritus sancti charitas est? Nonne ipsa omnia mala, nostra facit per compassionem, & omnia bona per congratulationem? Super aquam fluuij ad refectionem ciuitatis ędificantur optima molendina facile, & multum, & incessanter molentia. Ciuitates quæ non habent, nisi molendina ad ventum inopes sunt: similiter quæ non habent, nisi molendina ad aquam collectam, & conquisitam, quæ dicuntur molendina ad Choysel, qui nituntur proprio ingenio, & humana sapientia: non semper habent aquæ copiã & sunt quasi molendina ad Choysel: sed quibus ministrat Spiritus sanctus semper abundant, & facilè. vnde Apostolis dicitur. Nolite cogitare quid, aut qualiter respondeatis, &c. Cum steteritis, &c. Matth. 10. & Marc. 13. Vnde super locum illum. Psal. Lingua mea calamus scri. ve. scri. Glo. vt notetur prophetia virtus, quę non sub humano cruciatu cogitat. Vnde sicut videtur magistri nostri temporis sunt molendina ad Choysel, quia cũ pauca fuderint oportet eos cessare, vt alia studio se conquirant. Ipsi sunt molendina ad ventum, qui ad molendum, ideſt docendum

Ciuitas abundans nõ potest esse, nisi sup aquã.

Molẽdinũ ad vẽtũ, q dicantur

vento inanis gloriæ impelluntur, & ideo copiosam non possunt facere ciuitatem. Aqua fluuij sine difficultate potat nauem descendentem, sed difficile ascendit contra cursum fluuij. Sic & facile omnia agunt, qui secundum cursum Spiritus sancti reguntur. Vnde 2. ad Cor. 3. Vbi spiritus domini, ibi libertas. Quia Rom. 8. Quicunque spiritu aguntur, hi sunt filij Dei, &c. Isti sunt, qui decliua petunt, idest se humiliant. Hoc. n. expetit cursus aquæ. Sed fluuij cursus non est superiora loca petere, vel sursum tendere, & conatus talis inutilis est, quia contra ictum fluuij. Vnde Eccl. 5. Noli resistere contra faciem potentis ne coneris contra ictum fluuij.

De specie Iacob, & quæ ad eam pertinent.

IN PSAL. XLVI. SERMO. XCVII.

ELEGIT nos hæreditatem suam speciē Iacob quam dilexit. Primo videndum est quære dicit speciem Iacob, & non Esau. Secundo in quibus consistat hęc species. Legitur Malach 1. Dilexi Iacob. Esau autem odio habui: hic vero dicit speciem Iacob quem seu quam dilexi.

Prudētia spūalis negotiationis ptinet ad speciē Iacob.

Ad speciem Iacob pertinent prudentia spiritualis negotiationis, scilicet dare temporalia pro æternis. Item simplicitas, vtilis simulatio, & nominis mutatio. Speciem Iacob habent, & typum eius tenent qui cunq; imitatores sunt Iacob. Esau vero quicunq; ei sunt similes. De Esau dicitur Gen. 25. qui cum vendisset primogenita a bijt parui pendens. Sic multi paruipendunt, quòd vendunt vitam æternam pro leui, & transitoria voluptate. Vnde Prouer. 10. Cor impiorum pro nihilo. Et Thre. 1. Dederunt quęq; preciosa pro cibo ad refocillandum animam. Vnde debebant erubescere. & in futuro erubescent, & confundentur, quod bene significatum est in hoc, quòd Esau dictus est Edom, quod interprætatur rubens, & ad Rom. 6. dicitur. Quem fructum habuistis in illis in quibus nunc erubescitis? Iacob dedit lenticulam pro hæreditate eius. Esau ergo

Multi vēdūt vitam æternā, p leui voluptate.

ergo carnales: Iacob spirituales significat, qui bene nouerunt negotiari dare, scilicet temporalia pro æternis. Puerile fuit quod fecit Esau. Nam, & puer daret hæreditatem pro pomo, vt Adam fecit. Gen. 3

Simplicitas Iacob.

Secundo simplicitas Gene. 26. Factus est Esau gnarus venandi, & homo agricola. Iacob autem vir simplex habitans in tabernaculis. Esau venator significat cupidos, lucra sectantes, qui, & per Nemroth designantur, de quo Genesis 10. Nemroth robustus venator coram domino. De his dicitur Eccl. 13. Venatio leonis onager in eremo: & pascua diuitum pauperes. Isti sunt lucij diaboli in aquis huius mundi: fasiani diaboli in syluis huius mundi. Omnes etiam, qui odio prosequuntur alio, vel fœdos habent, vel vsuris grauant, vel iudicijs iniustis opprimunt, sunt Nemroth: de his dicitur Miche. 7. Vir fratrem suum venatur ad mortem (quando vsura grauat.) Malum manuum suarum dicunt bonum (quando vsuras vocant pęnas peccatum palliantes) princeps postulat, & iudex in reddendo est. Hodie enim contingit eosdem venatores esse, & iudices. Venatores laqueos tēdunt, & isti calumnias faciunt, crimina imponunt. Vnde Hiere. 5. Inuenti sunt in populo insidiantes, & aucupes laqueos ponentes, & pedicas ad capiendos viros: sicut decipula plena auibus: sic domus eorum plena dolo, omnes falsæ mensuræ, omnes falsæ statheræ, omnes vlnæ, sunt pedicæ diaboli.

Simulatio vtilis.

Tertio vtilis simulatio. Non enim erubuit Iacob se simulare deformem, pilosum, vt Esau, vt consequeretur benedictionem: sic, & spirituales non erubescunt se contemptibiles, & abiectos reddere vt Deo placeant, vt beatus Martinus. Vnde Psal. 83. Elegi abiectus esse in domo Dei mei magis quam habitare in tabernaculis peccatorū, &c. Vtilis est simulatio de qua dicit beatus Gregor. Bonum mentium est ibi culpam agnoscere vbi culpa nō est.

Nois mutatio,

Quarto nominis mutatio, de qua dicitur Gen. 32. Nequaquam Iacob appellabitur nomen tuum, sed Israel. Maxima ecclesiæ multitudo consistit in contemplatiuis, Iacob actiuos, Israel claustrales contemplatiuos significat, de vtroque Numeri 24. Quam pulchra sunt tabernacula tua Iacob, & tentoria tua Israel? In claustris enim ita debent

benttractari actiuorum negotia, vt non deforment contemplatiuos: ideo dicitur:pulchra Iacob tabernacula tua. Sequitur:Et tentoria Israel sicut valles nemorosæ,& horti iuxta fluuios irrigui, vttabernacula quæ figit Deus: quasi cędri prope aquas. Quatuor hic notantur,quæ decent religionem ornare.Fratrum multitudo. Fœcunditas bonorum operum, & largitas hospitalitatis:disciplina ordinis: & odor ex his prouenienspbonæ opinionis.

Quatuor religionē ornantia.

Fratrum multitudo notatur cum dicitur quasi valles nemorosæ.Quantum indecens est monasterium quod solet numerosum habere conuētum, ad paucitatem redigi: sicut fit in multis locis, in quibus oportet conuentum minorari propter delicta domus, & bonorum dissipationē, manifestum est: Est enim sicut capiti indecens caluitium. Vnde.Turpe pecus mutilum,&c. Et Miche.1.Decaluare, & tondere super filios delitiarum tuarum,idest, quia amisisti filios, qui erant delitiæ tuæ. Dilata caluitium tuum sicut aquila, quoniam captiui sunt ex te.i.ostende te dilatatam quæ eras prius sicut aquila in excelsum volans per contemplationem. Multæ enim orationes fratrum,quasi quidam volatus sunt. Nunc autem,quasi deplumata pennas virtutum amisit, quibus volabat,dum pauciores fratres habet.

Fœcunditas bonorum operum, & largitas hospitalitatis notantur ibi. Sicut horti iuxta fluuios irrigui. Huiusmodi enim fœcundi sunt fructibus,ita debent esse religiosi bonis operibus: qui fructus maximè apparent in hospitalitate.Vnde Cant. 5. dicit sponsa. Veniat dilectus meus in hortum meum,vt co.fru.po.suorum. Quando pauperes veniunt in monasterium, & ibi recipiuntur, & refouentur:tunc dilectus venit in hortum suum.Venire enim intelligitur de pauperibus.Vnde Matth,22.Quod vni ex minimis meis feciſtis,mihi feciſtis eorū est horrus iste.Quia bona pauperū bona sunt ecclesiæ: & abbates, & alij non sunt nisi custodes hortorum domini.

Disciplina ordinis notatur ibi. Sicut tabernacula,quæ fixit Dominus. Tabernacula quæ fixit Dominus, sunt astra cęli:quæ quantum ordinata sint manifestum est. Valde facit ad ornatum horti ordinatio planetarum: & inordinatio

dinatio ad deformitatem: sic multum facit ad ornatum monasterij disciplina ordinis in verbis. & operibus, & habitu & victu. Fratres sic ordinati sunt sicut astra fixa,& ordinata in cęlo: & sunt etiam ad terrorem diabolo.Vnde Cant.6. Terribilis vt castrorum acies ordinata. Et Iud.5. dicitur. Stellæ manentes in ordine & cursu suo aduersus Sisaram pugnauerunt.

Odor bonæ opinionis notatur cum dicitur,quasi cedri prope aquas. Cedrus enim odorifera odore suo interficit serpentes. Bona opera & maxime beneficia hospitalitatis monasterium reddunt bonæ famæ, vt possint dicere cum Iob.9.Dies mei transierunt,quasi naues poma portantes:intantum, ꝙ bonitati eorum non possunt etiam detracto res obloqui, & ad benefaciendum eis nonnullorum pietas prouocetur, vt possint dicere illud 2.ad Corin.3.Quibusdam sumus odor vitæ in vitam. Hinc est, ꝙ tot bona collata sunt monasterijs à diuitibus huius mundi, agri, vineæ,prata,possessiones.Vnde Num.24.Hæreditas Seyr cedet inimicis suis,Israel autem fortiter aget. Seyr pilosus interpretatur. hæreditas Seyr, idest mundanorum, qui pilis temporalium abundant,cedet inimicis suis,idest spiritualibus viris, quibus inimicatur mundus. Multi enim qui solebant detrahere religionis in fine pœnitentes & se, & sua dant religioni.

Quare tot bona collata monasterijs.

De pœnitentis dolore,& quibus comparetur.Item de curiositatibus mundanorum.

IN PSAL. XLVI. SERMO. XCVIII.

BI dolores,vt parturientis in spiritu vehemen.na.thar. Ibi, i. in pœnitendo. Primo describitur qualis odor sit in pœnitentia, & quantum excedens delectationem, quæ præcessit, in peccato. Per hoc ꝙ comparatur dolori parturientis.Nulla enim tanta delectatio inuenitur in carnali opere quantus sequitur cruciatus in parturiente. Ex nimio enim dolore cogitur clamare. Vnde doloripar Esa.66.Sicut quæ concepit cum appropinquat ad partum turiens

Dolor in pœnitētia coparatus

X clamat

Cum aīa pueniat ad clamorē confessionis habet dolorem parturientis.

clamat in doloribus. Nondum ergo anima habet dolorem parturientis, quæ in tantum non dolet, ꝙ peruenīat ad clamorem confessionis. Si enim verè doleret, continere se a clamore non posset. Et Micheę. 4. Nunquid rex non est tibi, aut consiliarius tuus perijt? quia comprehendit te dolor sicut parturientem. Quæ non potest non clamare per confessionem. Sed eandem inuitat post confessionis vocē ad operis satisfactionē cū dicit, Dole & satage filia Sion.

Pœnitētia cōparata tēpestati.

Secundo comparatur pœnitentia tempestati. Tempore enim tempestatis vi ventorum & fluctuum conteruntur naues, submerguntur homines, proijciuntur omnia. Similiter in pœnitente anima duo concurrunt, s. Spiritus sanctus, qui est quasi vehemens ventus: & abundantia lachrymarum, quæ est quasi fluctus. Ideo dicitur Naum. 1. Dominus in tempestate, & in turbine viæ eius, s. quando venit in animam pœnitentem. Fluctus submergunt homines, fluctus conterunt naues. Similiter in abundantia lachrymarum vitia, quasi Ægyptij submerguntur: sicut dicitur. Exo. 14. Inuoluit eos dominus in medijs fluctibus.

Animæ naues, q̄ sint.

Naues etiam quibus vehebatur anima conteruntur. Animæ naues sunt quinque sensuum curiositates, quibus huc & illuc vehebitur. Quæ dicuntur naues tharsis, quod interpretatur exploratio gaudij, s. temporalis.

Exploratores.

Exploratores suos habet gula, verbi gratia. Quando aliquis est epulo, & gulosus, vt histriones non cessat explorare coquinas. 1. Reg. 2. De filijs Hely, da mihi carnem, &c. Et tollebant carnem fuscinula. Et Esa. 61. Qui comedunt carnem suillam & ius prophanum in vasis eorum, vnde de huiusmodi dictam, & amoto, qui temperat omnia fumo. Si aliquis bibio est non cessat explorare tabernas, & vbi sit bonum vinum, de his Iohelis, 1. Expergiscimini ebrij, flete, & vlulate, qui bibitis vinum in dulcedine. Si quis luxuriosus est non cessat explorare, & quærere per copulatrices vetulas lenas, vbi sint iuuenculæ pulchriores, vnde dicitur. 1. Reg. 2. Dormiebant cum mulieribus, quæ obseruabant ad ostium tabernaculi, & Iob. 34. Oculus adulteri obseruabat caliginem: dicens, non me videbit oculus, & operiet vultum suum. Si quis mango est non cessat explorare, equos Parrisiis nuper adductos, vt possit lucrari. Si quis

quis latro est non cessat explorare in tabernis, vel in hospitijs mercatores, vnde Iob. 24. Mane primo consurgit homicida, & interficit egenum, & pauperem. Si subito apparuerit aurora arbitrabatur vmbram mortis. Et breuiter vnumquodque vitium habet exploratores suos. Et hi sunt naues Tharsis. In nobis etiam vnusquisque sensus explorator est explorans, quod sibi delectabile est, visus pulchra. vnde quorundam vissus nō cessat pererrare plateas, & vicos: contra quos dicitur. Eccles. 9. Noli circunspicere in vicis ciuitatis, nō oberraueris in plateis illius. Auerte faciem tuam à muliere compta, & non circunspicias alienam. Propter speciem mulieris perierunt multi. Similiter auditus explorat sibi delectabilia, vt Rumores, & curiosas nouitates, vnde dicit Horatius. Exploratorem fugito, nam garrulus idem est. Nec retinent patulæ commissa fideliter aures. De his exploratoribus dicitur. 2. ad Tim. 4. Erit tempus cum sanam doctrinam non sustinebunt homines, sed ad sua desideria coarceruabunt sibi magistros prurientes auribns. Sed exploratores isti, quasi naues in tempestate destruuntur in vera pœnitentia, & iam desinunt esse exploratores dum coercētur omnes sensus. Qui ergo non cessant perquirere delectabilia, quasi habent naues tharsis: sicut de Salomone dicitur. Eccl. 2. Omnia, quæ desiderauerunt oculi m. non negaui eis, nec prohibui cor. m. qnin omni voluptate iruer etur. Et de eodem dicitur. 3. Reg. 10. Classis regis per mare ibat in tharsis deferens inde aurum & argentum, & dentes elephantorum, & simias, & pauos. Tharsis exploratio gaudij. Mare laborem & amaritudinem huius vitæ significat classis ergo Regis in Tharsis it per mare, quia ad gaudium huius mundi, vel delectationem quamcunque temporalem, vel honorem non peruenitur, nisi cum amaritudine, & labore. Hoc melius norunt, qui experti sunt. vnde Eccles. 44. Qui euaginant mare (id est mundum) enarrant pericula illius. Per hoc quod dicitur deferentes aurum, &c. Diuersæ mundanorum curiositates significantur. Alij enim laborant propter prudentiam mundi, quæ dicitur aurum, & circumeunt multas curias, multas vrbes, vt is de quo Horatius. Qui mores hominum multorum vidit, & vr-

Mūdanorū diuersæ curiosi tates.

bes. Alij propter eloquentiam Bononiæ student, & hi eos, qui ferunt argentum, vel causas frequentare non cessant. Alij per verba adulationum placere quærentes, hoc modo ditari, & promoueri quærunt: & hi sunt qui ferunt dentes elephantorum, dentes enim Elephantis candidi sunt, & blanda verba adulatorum designant, habet enim Elephas in ore proboscidem, i. quoddam additamentum, per quod sibi attrahit nutrimentum. Similiter adulatores additamentum habent in ore, quia mendacijs, & rumoribus semper aliquid addunt, filij Leuiathan, qui interpretatur additamentum: & quia addunt verbis dominorum. vnde: si dixeris æstuo, sudant, & Eccl. 13. Diues locutus, & omnes tacuerunt & verbum illius vsque ad nubes perducunt. Pauper locutus est, & dicunt, quis est hic? Hæc est bestia de qua dicitur in libro primo Machab. cap. 6. Eminentior cęteris, & loricata loricis regis. Quia isti sunt, qui magis præeminent in curijs ducum, regum, episcorum, & induuntur regijs ornamentis. Alij fiunt histriones, gestus aliorum representantes, qui per simias designantur, vel quia luditur de eis, vt de simia signantur illa de quibus diabolus ludit, quasi de simia sua: quos, scilicet tumbare, idest præcipites in caput cadere facit: quia in tumbatione superiora inferioribus: & anteriora posterioribus supponuntur: ergo prælati, quia indigniores dignioribus supponunt, simiæ diaboli sunt. Et nota q̃ animalia contraria coniunxit dicendo: simias non pauos. Simia enim turpissima habet posteriora: pauo habet ornatum præcipuum in posterioribus.

Simulate viuẽtes, vt promoueantur. Prælati illiterati pauonib. cõparantur.

Sunt quidam, qui vt promoueantur, simulate viuunt & promoti quales fuerant ostendunt, & sic facti simiæ posteriora deregunt. Alij autem sicut quidam prælati pauonibus comparantur, qui illitterati promouentur. Et sicut pauo paruum habet caput ita illi parum scientiæ. Et vt pauo pulchram & magnam habet caudam, sic huiusmodi ad excusationem ignorantiæ suæ magnam habent societatem. Pauo stellas habet à posterioribus, & tales ea, quæ sunt cælestia, & spiritualia, post dorsum posuerunt non nisi de terrenis curantes. Dicitur etiam Pauo habere incessum latronis, & huius habent officiales præones & exactores, qui

res, qui sunt quasi pedes eorum & suauiter incidunt bursas.

De corde ponendo in virtute tripliciter.

IN PSAL. XLVII. SERMO. XCIX.

PONITE corda vestra in virtutes, &c. Ponendum est cor in virtute per conatũ, per exemplum, per affectum.

Ponendũ est cor in virtute p conatum. Simile.

Per conatum: debet enim vnusquisque quasi vim sibi facere. vnde regnũ dei vim patitur, & violenti rapiunt illud. Sicut ergo infirmus & febricitans cõtra appetitum, & sitim suam sibi facit vim abstinendo: ita debemus vincere super instantiam tentationum. vnde de impatientibus dicitur. Hierem. 51. In calore eorum ponam potus eorum, & inebriabo eos, vt sopiantur, & dormiant somnum sempiternum. Sicut etiam quidam patiuntur se vri aut incidi, vt sanentur. Iuxta illud Horatij in epistolis. Vt corpus redimas ferrum patieris, & ignem. Item. Vt iugulent homines surgunt de nocte latrones. Vt teipsum serues non expergisceris. vnde Prouerb. 19. Qui impatiens est sustinebit damnum. Item sic faciẽdum est de carne sicut de equo effreni: qui rapit sessorem suum. vnde freno fabrefacto coercendus est. Sic appetitus carnis, ne te impręcipitem rapiat. vnde in chamo, & freno mayil. eorum constr. &c. Et Iacob. 3. Si equis frena in ora mittimus ad consentiendum nobis omne corpus illorum circumducimus.

Ponendũ est cor in virtute p exemplũ equi. Simile.

Per exemplũ. Equo enim vmbratili tria facienda sunt. Non est equitandus absque calcaribus: quia inde addiscit malum vsum. Sic nũquam caro sine disciplina. Vnde Eccle. 30. Tunde latera eius dum infans est, ne forte induret, & non credat tibi. & Prouerb. 10. Virga in dorso eius qui indiget corde. Secundo vrgendus est, calcaribus circa rem quam reformidat: sic caro ad labores, & vigilias, & opera pœnitentiæ vrgenda est, quia vanus est timor. Sicut metus equi, qui timet folium vel vmbram. Vnde Iob 6. Qui timet pruinam irruet super eum nix. Et si hoc modo

non potest fieri equo vmbratili, equus præambulus præmittendus est: maxime in locis periculosis, vt circa pontes aquarũ. Vnde cũ dominus sciret nos esse quasi equos vmbratiles in omnibus præcessit nos, & dixit. Exemplum dedi vobis, vt & vos similiter faciatis. Sic & omnes prælati subditos suos exempla debent præire. Vnde Gen. 49. Gad accinctus præliabitur ante eum. Et Iosue 1. Vos armati transite ante fratres vestros omnes fortes manu, & pugnate pro eis. Sed hodie mali prælati sunt sicut equi vmbratiles: & retrocedunt, ac per hoc alios retrocedere faciunt. Quia Psal. 77. Filij Ephraim intendentes & mittentes arcum conuersi sunt in die belli. Et Ioan. 10. Mercennarius videt lupum, & fugit. Ponenda sunt ergo corda in virtute per exemplum. Virtutis enim ingressus arctus videtur, & difficilis sicut calcei introitus: & tunc iuuatur pes ad introitum per instrumentum introductorium. Sic exemplum quasi quoddam introductorium est ad virtutem: & sicut cõtingit circa calceum, cuius cum sit strictus introitus quanto magis calceatur tanto magis dilatatur: sic est de virtute, sicut dicitur. Prouerb. 4. Ducam te per semitas æquitatis, quas cum ingressus fueris non arctabuntur gressus tui: & currens non habebis offendiculũ.

Prælati exẽplo subditos pire debẽt.

Virtutis ingressus arctus videtur.

Item per affectum, Cor enim comprehendit intellectũ & affectum, sed non nisi medietatem cordis ponit in virtute, qui tantum adhibet intellectum. Alij non apponunt nisi labiũ, qui vt ait Iuuenalis, De virtute locuti, clunem agitant. Alij non nisi aurem, qui libenter audiunt de virtute. Alij nõ nisi exteriorem habitum. De illis, qui solum intellectum apponunt dicitur Luc. 11. Væh vobis legisperiti, qui tulistis clauem scientię, ipsi nec introistis, & alios introire prohibuistis. Labium ponunt, de quibus Esa. 29. Ego, quòd appropinquat populus iste ore suo, & labijs suis glorificat me, cor autem eius longe est à me. Aurem ponunt, de quibus dicitur. Luc. 8. Hi sunt, qui cum audierint, cum gaudio suscipiũt verbum: & hi radices non habent, quia ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt. Habitum ponunt, de quibus dicitur Matt. 7. Veniunt ad vos in vestimentis ouium, &c. Et Zach. 13 Nec operientur pallio saccino vt mentiantur. Hi sunt quibus

Per affectum etiã ponẽdum est cor in virtute.

sufficit si solo nomine, vel habitu connumerentur cum bonis. Similes pseudoprophetę: de quo dicitur. 3. Reg. 13. Sepelite me inquit in sepulchro, in quo vir Dei sepultus est, & ponite ossa mea iuxta illius. Isti significantur per Sesach regem Aegypti, qui interpretatur byssus cilicij. Sub cilicio byssum induunt. i. sub veste pœnitentiæ delitiose viuunt. Vnde 3. Reg. 14 dicitur. Ascendit Sesach rex Aegypti in Hierusalem, & tulit scuta aurea quæ fecerat Salomon, pro quibus fecit ærea. Aes colorem habet auri, sed non valorem. Scuta aurea sunt charitaris opera preciosa. Scuta ærea hypocrisis opera superficialia Scuta aurea in ærea commutantur, quando operum veritas in simulatione conuertitur. Isti ergo ponunt labium, vel autem in virtute, sed non animum vel manum. vnde Matthæ. 23. Alligant alijs onera importabilia, & digito suo mouere nolunt.

Non sufficit solo nomine, & habitu cõ numerarĩ cũ bonis.

De nominum in hoc mundo expressione, & suppressione.

IN PSAL. XLVIII. SERMO. C.



ABERNACVLA eorum in progenie, & progenie: vocauerunt nomina sua in terris suis. Mundus vult suos nomen habere, & nominari in terra: Christus suis nomen reseruat in cęlo. Mundus quidem nomina sua significat multis modis. Primo nomen, quod est propriũ alijs communicando vnde impetatores omnes à cæsare dicti sunt cęsares: Cęsaribus virtus &c. Secundo nomen, quod est commune aliquibus quasi per antonomasiã appropriando ipsum vni & resti ingendo. Sicut dum dicitur poeta, intelligitur Vergilius. & per Vrbem, Roma Tertio nomina propria per nomina dignitatum abscondendo. vnde quidam erubescunt proprio nomine nominari: & faciunt se vocari archidiaconos vel magistros. Quos nescimus quomodo vocemus, magistros, an dominos an vtrũque: quod soli deo vere cõpetit. vnde dixit Io. 13. Vos vocatis me magister, & dñe, & bñ dicetis: sũ etenim, &c.

Mundani in terra noĩantur. Multis modis mundi nomina sua significant.

Contra quos dominus, Matt.23. Amant primos recubitus in cœnis, & primas cathedras in synagogis, & salutationes in foro, & vocari ab hominibus Rabbi. vos autem nolite vocari Rabbi. vnus est enim magister vester. Multi enim sunt, qui ad hoc solum studere incipiunt, vt nomen habeant magistri, & ideo intantum vilescunt omnes scientiæ. Iuxta illud Esa. 40. Adducet magistratus in luctum. i. in contemptum: quia vniuoce Magister, est nomen appellatiuum. Alij dilatant nomen suum titulos multiplices dignitatum aggregãdo. Sicut cum dicitur Archiepiscopus Remen. Apostolicæ sedis legatus titulo sanctæ Sabinæ cardinalis. Item comes Montisfortis Marchio illius loci. Comes Tholosanus. vnde Lucanus. Oĩa Cęsar erat. Hæc omnia inuenta sunt ad pompam. Tales significari possunt per dæmoniacum. à quo cum quæreretur, qđ est nomen tibi. Respondit, legio. Luc. 16. Alti nominari volunt per ædificia, cum tamen vt dicit Seneca, non debet nominari dominus à domo sed domus à domino. Isti rectè significantur per gigantes. de quibus Gen. 11. Venite faciamus nobis ciuitatem & turrem, & cælebremus nomẽ nostrum antequàm diuidamur. Alij per strenuitatem nominari volunt Baruch. 3. Ibi fuerunt gigãtes nominati illi, qui ab initio fuerunt statura magna scientes bellum. Dominus autem non reputat illos, qui hic quærunt sita nomina dilatare. Vnde cum loqueretur de diuite nominatissimo, non est dignatus eum nominare dicens, Luc 6. Homo quidam induebatur: & cętera. cum tamen nominauit Lazarum. hinc est, quòd suos non vult in hoc mundo nominari, sicut neque seipsum. Vnde Matth. 11. Cum illuminasset duos cæcos: dixit illis: videte ne quis sciat: illi autem exeuntes diffamare per totam terram illam: Exemplo suo nos docens. Maxime autem in eis quæ bona sunt, quales sunt gratiæ, non vult sibi quemquam nomen ascribere sed totum deo. Ideo dixit Apost. 1. ad Corin. 1. Vnusquisq; vestrum dixit, ego sum pauli, ego apollo ego cephæ. ego Christi: an diuisus est Christus: Nũquid Paulus crucifixus est pro vobis? Ioannes Baptista reputatus esset Christus si vellet: sed dixit non sum ego Christus & Mar. 1. Veniet fortior me post me cuius nõ sum dignus procum-

procumbens soluere corrigium calciamenti eius. Ideo meruit, vt de eo diceretur. Inter natos mulierum non sur, &c. Carnales autem, vt Symon magus vellent si possent se Deos reputari, vt Antichristus, de quo 2. ad Thessalon. 2. Qui vbi venerit discessio primum, & reuelatus fuerit homo peccati filius perditionis, qui aduersatur, & extollitur supra omne, quod dicitur, & colitur Deus, ita vt in tẽplo Dei sedeat ostendens se tanquam sit Deus.

Spirituales verò mala sua sibi attribuunt, bona siqua sunt Christo ascribunt. & hoc est, quod in lege à nomine defuncti nomen imponebat, qui semen suscitabat, non à suo, vt in deutro. & 2. Reg. 12. Ioab vt fidelis minister dixit Dauid. Vrbs aquarum capienda est, veni vt victoria ascribatur nomini tuo. Dicunt ergo. Non nobis domine non nobis, sed nomini tuo da gloriam. Et hoc est pulchre signatum Lu. 11. Vbi dicitur. Vocabãt eum nomine patris sui Zach. & Respondens mater eius dixit: nequaquam, sed vocabitur Ioannes. Et dixerunt ad illam. Quia nemo est in cog. t. qui vo. hoc nomine innuebant autem pa. &c. vsque Ioannes est nomen eius. Elizabeth est voluntas, Zacharias ratio. Elizab. & Zachar. steriles, quia voluntas, & ratio ad opus meritorium per se non sufficiunt. Ioannes opus gratiæ, quod contra naturam quasi miraculosè ab eis nascitur: hoc nomine patris, s. Zachariam vocant, qui quod est gratiæ rationi ascribunt, sed Elizabeth dicit Ioãnes est nomen eius. Quia bona voluntas non sibi, sed gratiæ totum ascribit. Illi qui contradicunt dicentes. Quia nemo &c. Significant carnales qui gratiam non cognoscũt: sed bonæ voluntati ratio cõsentit, & hoc est Zacharias postulans pugillarem scripsit dicens Io. est nomẽ eius. Et mirati sunt vniuersi. Rara enim virtus est, quòd quis cum petat gloriam suam, & se nominari non quærat.

Spirituales mala sua sibi attribuũt bona vero Christo.

Ideo autem dominus non vult suos nominari, in mundo, quia nomina mundi falsa sunt, falso dicuntur diuites, & potentes. vnde Apo. 3. dicis, quia dives sum, & locupletatus, & nullius egeo, & nescis, quia tu es miser, & miserabilis, & pauper, & nudus, & cęcus. Quæ bona dicuntur bona non reputat. vnde Esa. 3. Væh qui dicitis bonum malum, &c. Item transitoria nouit, & finem habere. Vnde

Cur dñs nẽ vult suos i mũdo nominari.

Naum.

Naum 1.dicitur.Nō seminabitur amplius in nomine tuo, perijt memoria &c. Dominus autem suis nomina reseruat in posterum. Nomina autem deleri non possunt gloriosa,quibus dicit. Gaudete, quia nomina vestra scripta sunt in cęlo,hinc est,quòd nos quasi nomen non habentes vocat transeuntes ad nomen, vt dicitur Exo.30. Hoc dabit omnis qui transit ad nomen.Nec diues addet,nec pauper imminuet. hoc nomen est, quòd sunt filij Dei. vnde Matth.5.Beati pacifici &c.Hoc verè non erit, nisi in octaua resurrectionis. In cuius rei figuram imponebatur nomen in circuncidendo in octaua die secundum legē. Nomen enim filij Dei non est nobis hic certum,cum tota die per peccatum sumus filij diaboli:sed sicut dicitur Eccl.40. Aedificatio ciuitatis confirmabit nomen &c. Pro quo rogamus,pater noster,sanctificetur nomen tuum &c.

De morte duplici mundanorum.

IN PSAL. XLVIII. SERMO. CI.

QVONIAM cum interierit non sumet omnia secum &c.Carnalis & mundanus duplici morte moritur. Omnes enim separatio ab eo quod amatur mors quædam est amāti. Vnde qui transeunt ad religionem derelinquentes patrem, & matrem, & mundanas possessiones in quibus per affectionem hærebant,mori dicuntur mundo. Vnde dicitur Canti.vltim. Fortis est, vt mors dilectio &c. Mors enim separat animam à corpore, & charitas à carnali,& mundana affectione. Cum igitur mundani hora mortis temporalis ab omni eo quod amabant separantur,s. vxore,filijs,possessionibus, hæc separatio mors est illis:vnde duplici morte moriuntur,sed hoc nō intelligūt. Vnde dictum est, non videbit interitum, ideſt non intelliget,quod sit interitus. Sancti autem qui nulla hærebant affectione mundo, sed ab eo iandudum erant separati vnica moriuntur, & facile hanc tranſeunt: sed mundani dupliciter torquentur, quia non minus cruciantur ab illa separatione quæ fit ab amatis, quam morte ipsa corporali.

Mundani duplici mortemoriuntur.

Sancti vnica morte moriūtur.

porali. Ideo de eis dicitur in epistola Iudæ post medium, Arbores autumnales, infructuosæ, bis mortuæ eradicatæ.Autumnales dicuntur, quia in autumno arbores folijs spoliantur,& quasi decaluantur.Similiter,& isti suis temporalibus bonis, quæ non sunt nisi folia. Vnde Esa.1.Cū fueritis velut quercus defluentibus folljs, & velut hortus absque aqua:& erit fortitudo vestra quasi fauilla stupæ:& opus vestrum quasi scintilla: & succendetur vtrunque simul:& non erit qui extinguat. Comparatur autem querci,quia quercus glandibus suis pascit porcos: & diuites huius mundi pascunt histriones, & bedellos, & ribaldos, & adulatores suos.Vnde Eccl. 20. Qui edunt panem illius falsæ lingnæ sunt. Infructuosæ dicuntur, quia decedunt, sine bonis operibus, quæ sola fructus censentur. Vnde Gala.5.cum Apostolus dixisser.Fructus,spiritus,gaudiū, pax,&c.dixit.Manifesta sunt opera carnis.Eradicatæ vento tentationum quibus cesserunt à stabilitate sua erutæ, & euulsæ. Radix enim hominis est anima, & sicut radix arborum figi debet in terra: & si extra terram sit arescit: ita hæc radix figenda est in cęlo, quia cœlum terra illius est:a quo euulsa per amorem terrenorum, non habens debitum nutrimentum arescit. Vnde Iob 19. Quasi arbori euulsæ spem abstulit mihi. Bis etiam mortuæ dicuntur, dicta iam ratione. Mundanus igitur per affectionem hærens his terrenis vinculo affectionis ita eis vnitur, quòd de tēporalibus suis, vt de se ipso loquitur. Vnde si domus eius combusta fuerit:clamat totus sum combustus: hanc vnionem facit affectio.Vnde Psalm.Humiliata est in.pul.a.m,conglu t.v.n.Et item, Adhæsit anima mea pauimēto. Hæc separatio mors est ei atrocissima.Vnde 1.Reg.20.dicitur.Siccine separat amara mors? Ideo dicitur. Diues cū interierit non sumet omnia secum,quia separabitur à bonis suis,quod est ei altera mors.Ideo Iob 18.dicitur. Euellatur de tabernaculo fiducia eius,& calces super eum, quasi rex interitus. Sicut rex captis hostibus non parcit, neq; corporibus, neque rebus.

Diuites huius mūdi quercī cōparant.

Radix hominis est anima.

Vel nihil auferit secum, cum tria sint, anima, corpus, possessiones,anima quasi duobus iuncta, corpori p vnionem, & rebus per affectionem ab vtrisque diuiditur, ita

quòd

quòd vnumquodque diuiditur, vel separatur ab altero, & cedunt in prædam diuersis. Anima dæmonibus, corpus vermibus, possessiones, vel parentibus, vel principibus, vel quibuscunque extraneis. Vnde. Introibunt inferiora terræ, partes vulpium erunt. Vulpes dæmones, vermes principes, vel parentes. De possessionibus dicitur Eccles. 5. Sicut egressus est nudus de vtero matris suæ, ita reuertetur, & nihil auferet secũ de labore suo. Miserabilis prorsus infirmitas. quomodo venit sic recedit. Nota de fœneratore, cui vix dedit vlnam de tela grossiori, vxor ad sepeliẽdum eum: qui clamauit: curtam incidite mihi, curtam incidite mihi: cedent eis qui non laborauerunt. Vnde Eccle. 2. Peccatori dedit Deus afflictionem, & curam superfluã, vt addat, & congreget, & tradat ei cui Deo placuerit. Et in eiusdem 6. Vir cui dedit Deus diuitias, substantiam, & honorem, & nihil deest animæ suæ ex omnibus, quæ desiderat: nec tribuit ei potestatem Deus, vt comedat ex eo, sed homo extraneus vorabit illud. Maximè istud clericis contingit, quorum mobilia, siue pecuniæ reseruatæ vix bonum finem consequuntur, vt mobilia furum.

Exẽplũ.

De testamento â Christo instituto, & fideicommissarijs eius.

IN PSAL. XLIX. SERMO. CII.

Christus in morte propriè condidit testamentum.

CONGREGARE illi sanctos eius, qui ordinant testamentum eius super sacrificia. Dominus Christus testamentum suum fecit, in quo constituit fideicommissarios: propriè autem dicendus est condidisse testamentum in morte. Verus quidem testamentum non est propriè testamentum. Quia etiam secundum leges deambulatoria est voluntas testatoris vsque ad mortem, & hoc ostendit dominus cum additiones fecit præceptis decalogi: vt legitur Matth. 5. Audistis quia dictum est antiquis. Non occides &c. Per mortem verò confirmatur, & fi immutabile. Vnde ad Hebræos 9. Vbi testamentum est necesse est, vt mors intercedat testatoris. Secundo videndum quid pertinet ad fidei commissarios. Hoc autem pertinet, q̃ debent exequi testamentum, vt testator ordinauit. Quia iuxta verbum legis, nihil adeo debetur hominibus, quàm vt vltimæ voluntatis liber sit stylus. Quia liberum, quod iterum non redit arbitrium.

Exequite stamentũ spectat ad fideicommissarios

Ordinatio autem testamenti est, vt prius sit verbum in manu, quàm in lingua. Vnde Actuum. 1. dicitur. Cœpit Iesus facere, & docere. Et Prouerb. 16. Cor sapientis erudiet linguam eius. Fauus mellis verba composita. Fauus mel habet, & cęrã. Mel pascit, cęra lucet. Verba ergo illa composita sunt, quæ ita illuminant audientem, quòd in opere reficiunt dicentem. Qui autem tantum loquitur, & nõ operatur non habet verba composita, quantumcunq; habeat ornata: non loquimur de cõpositione rhetorica, sed theologica: illa enim non curat Apostolus. Vnde 1. ad Cor. 2. Prædicatio mea non fuit in persuabilibus humanę sapientiæ verbis: sed in ostensione spiritus, & virtutis Dei. Et 2. ad Cor. 1. Nam si imperitus sum sermone, sed nõ scientia.

Ordinatio testamẽti pertinet, vt qliber à se incipiat

Sermo ergo non consonans vitæ dicitur incompositus. Vnde Prouerb. 17. Non decent stultum verba composita, neque principem labium mentiens. Doctores & prælati se principes esse agnoscant, quos non decet labium, idest verbum à vita discedẽs. Sicut enim iuxta verbum Tullij, indecens est grammatico barbare loqui, ita philosopho, siue theologo turpiter viuere. Hodie ergo doctores, qui deberent esse executores testamenti Christi, non erubescunt impugnare testamentum, vel testatorem ipsum: contra quos dicitur. Matth. 23. Supra cathedram Mosi, &c. Quæ dicunt, &c. Ad ordinationem etiam testamenti pertinet, vt quilibet à se incipiat, ne dicatur ei. Medice cura teipsum. Et Matth. 7. Hypocrita, eijce primũ trabem de oculo tuo, & tunc videbis educere festucam de oculo fratris tui. Ad ordinationem etiam testamenti pertinet, vt ęterna præmia sint in intentione non temporalia, vt Matt. 6. Nolite solliciti esse dicentes, quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quid operiemur. Hæc enim gentes inquirunt. Primum quærite regnum Dei, & iustitiam eius, & hæc omnia adijcientur vobis. Impugnant ergo testamentum,

Sermonẽ consonãs vitæ dicitur incõpositus.

Ad ordinationẽ testamẽti

Qui temporalia principaliter quæ runt impugnatre stamētū.

tum, qui principaliter quærunt temporalia. Canonici horarij, qui pulsantibus campanis, licet vocentur non veniunt, nisi ad reclamatorium denariorum, anniuersariorum, & huiusmodi. Sicut auis prædatrix, quæ non venit, nisi videat reclamatorium, & sicut quis non potest se calciare calceis strictis, nisi per antonin, vel introductoriū: ita arctus est iste ingressus ecclesiæ, ℘ non intrant, nisi mediante introductorio denariorum. Vnde quia stercora dicuntur temporalia contra tales dicit dominus Malac. 2. Dispergam super vultum vestrum stercus solennitatum vestrarum, ideſt solennitates vestras quas pro temporalibus celebratis. Item ad ordinationem pertinet, vt de labore sit exitus ad quietem, de paupertate ad diuitias. Vnde Matt. 5. Beati pauperes spiritu, &c. Dolor & labor sunt hæreditas Christi ex parte matris: gaudium & quies ex parte patris: & Christus secundum, ℘ homo prius successit in illa, q̄ in ista, de labore, & dolore transiens ad gaudium, & quietem. Vnde in canonica Petri, ideſt Scrutantes quale tempus significaret in eis spiritus ipse prænuncians, quæ in Christo sunt passiones, & posteriores gloria. Perturbant ergo, & impugnant testamentum, qui de delitijs ad delitias transire volunt. Hieronymus. Delicatus est miles, &c. Ideo dicitur. Lucæ 16. Fili recepisti bona in vita tua, &c. Et in Prou. 14. Extrema gaudij luctus occupat. Ordo est prius laborare, post mercedē accipere. Vñ Mat. 20. Voca operarios, &c.

Qui perturbēt testamētū.

Ad legatarios pertinet capere ea, quæ sibi legata sunt, & non vsurpare. Legatum est domini pax. Vnde Ioan. 14. Pacem relinquo vobis. Non legitur gloriam legasse, sed sibi retinuisse. Vnde Esa. 48. Faciam, vt non blasphemer: Gloriam meam alteri non dabo. Gloria quidem soli Christo debetur: quod significatum est in hoc, quod Iacob dixit filio suo Ioseph. Gen. 48. Do tibi partem vnam extra fratres tuos, quam tuli de manu Amorrei in gladio, & arcu meo. Hoc est etiam nomen, quod est super omne nomen quod dedit pater filio propter ignominiam, & amaritudinē passionis: ideo dicitur tulisse de manu Amorrei, qui interpretatur amaricans: gladio, & arcu, ideſt tam manifesta, q̄ occul-a potestate, quia factus est obediens

Ad legatario, quid pertineat Legatum dñi pax.

patri

patri vsq; ad mortem, &c. pp quod & Deus exal. illū, &c.

Sancti & spirituales viri dicuntur ordinare testamentum iam dictum super sacrificia. Quia prædictam ordinationem obseruare plus placet Deo omni sacrificio. Vnde 1. Reg. 15. Samuel dixit Sauli. Melior est obedictia, quàm victimæ. Testamentum Dei est vita æterna. Hanc ordinant super sacrificia, qui intuitu vitæ æternæ quascunq; tū Dei vmentis, & corporis sustinent afflictiones. Vnde. Quoniā tantum propter te mortificamur tota die. Et quæcunque agunt minus sacrificio ducunt: iuxta illud Apostoli, 2. ad Cor. 4. Id quod in præsenti est momentaneum, & leue tribulationis nostrę, supra modum in sublimi æternę gloriæ pondus operatur in nobis, Hæc ordinatio solis sanctis, & electis quib. hodie competit hoc verbum congregate, illi sanctos eius, quasi enim per totum annum dispersi sub vna celebratione congregantur. Quia sicut dicitur Eccles. 3. Tempus est spargendi lapides, & tempus colligendi. Isti sunt precioſi lapides: carbunculi, martyres: margaritæ, virgines: sapphyri, confessores: qui dispersi per annum hodie colliguntur.

Testamē nant super sacrificia, qui intuitu vitæ æternæ quascunq; tū Dei vmentis, & corporis sustinent afflictiones. Vnde. Quoniā tantum propter te mortificamur tota die. Et quæcunque agunt minus sacrificio ducunt: iuxta illud Apostoli, 2. ad Cor. 4. Id quod in præsenti est momentaneum, & leue tribulationis nostrę, supra modum in sublimi æternę gloriæ pondus operatur in nobis, Hæc ordinatio solis sanctis, & electis quib. hodie competit hoc verbum congregate, illi sanctos eius, quasi enim per totum annum dispersi sub vna celebratione congregantur. Quia sicut dicitur Eccles. 3. Tempus est spargendi lapides, & tempus colligendi. Isti sunt precioſi lapides: carbunculi, martyres: margaritæ, virgines: sapphyri, confessores: qui dispersi per annum hodie colliguntur.

Quomodo Dominus arguat peccatorem.

IN PSAL. XLIX. SERMO. CIII.

ARGVAM te, & statuam contra faciem tuam, Dominus admodum magistri primo arguit nos cum peccamus, deinde postea, quàm incorrigibiles sumus punit, & abijcit. Arguit autem tripliciter, scilicet per scripturam, per creaturam, per propriam conscientiā. Per scripturā. vnde ad Ro. 15. Omnia quæcunque scripta sunt ad nostram doctrinā scripta sunt, vt per patientiam, & conso. scripturarum spem habeamus.

Triplici- ter arguit nos dñs.

Scriptura enim est, quasi speculum ad cuius intuitum debemus mundare sordes nostras. Per hoc speculum macula quas prius non aduertebamus in nobis deprehendimus. Vnde Exo. 30. Legitur ℘ labium æneum erat in

Scriptura quasi speculum.

ingressu

ingressu tabernaculi. Claudianus. Seq; reformidat speculo damnante senectus. Qui ergo inspiciunt, & sordes suas non rergunt, similes sunt illis de quibus dicitur Iacobi primo. Estote factores verbi, & non auditores tantum: fallentes vosmetipsos. Quia si quis est auditor verbi, & non factor, hic comparatur viro considerati vultum nativitatis suæ in speculo. Considerauit enim se, & abijt, & statim oblitus est, qualis fuerit. Ideo dicit dominus, Matt. 5. Esto consentiens aduersario tuo dum es in via, ne forte tradatte iudici, &c. id est sacræ scripturæ correctioni consentias, quæ aduersatur concupiscentiæ tuæ. Nec ex hoc iustè damneris.

Creatura de tribus nos arguit.

Per creaturam, quæ de tribus arguit nos, de vana sollicitudine. vnde dicitur, Mat. 6. Respicite volatilia cęli, &c. De transgressione, quia omnes creaturæ legem suam, & ordinem seruant præter miserum hominē. vnde Iob. 38. Qui conclusit ostijs mare, quando erūpebat, quasi de vulua procedens cum ponerem nubem vestimentū eius, &c. Circundedi illud terminis meis, & posui vectem, & ostia, & dixi: hucusque venies & non procedes amplius, & hic confringes tumentes fluctus tuos.

Tres voces,

De ingratitudine, vnde est omnem creaturam audire. quasi triplici voce loquentem accipe, redde fuge. Accipe beneficium. Redde debitum, fuge supplicium. Prima vox est famulantis. Secunda ammonentis. Tertia comminantis. Vox famulantis: dicit cęlum, ego ministro tibi lucem in die, vt operis: tenebras in nocte, vt quiescas: gratas, & vtiles temporum paro tibi vicissitudines: teporem veris, feruorem ęstatis, autumni plenitudinem, hyemis algorem. Aer dicit vitalem tibi calorem præbeo: & omnegenus auium ad tuum obsequium nutrio. Aqua dicit potum tibi ministro, sordes purgo, arentia rigo, diuersitatē piscium ad esum tuum nutrio. Terra dicit ego te porto: aror, findor pro te, pane confortor te, vino lętificō.

Vox ammonentis totus mundus dicit. Seruio tibi, qui factus sum pro te, vt tu seruias ei, qui fecit me, & te. Sentis beneficium, redde debitum.

Vox comminantis. Ignis, à me combureris. Aquæ, in me submergeris, Terrę, à me absorberis. Aeris, in me vetilaberis.

tilaberis. Nota naturam Elephantis, qui gratus est liberanti, & homo non. vnde Eccles. 29. Ingratus sensu derelinquit liberantem se.

Propria conscientia nos arguit.

Per propriam conscientiam arguit: hanc habet Deus, vt procuratricem, quæ iugiter pro ipso peccanti homini contradicit, & si omnes virtutes amittat, hac luce non potest priuari. hoc significatur per nuncium, de quo Iob. 1. Ego solus euasi, vt nunciarem tibi. hic est Ioannes ille de quo Marc. 6. Herodias autem insidiabatur Ioanni, & volebat eū interficere, & non poterat. vnde Iuuenalis. Exemplo quodcunque malū committitur, ipsi displicet auctori: prima est hæc vltio, q̄ se iudice, nemo nocens absoluitur, &c. Num. 22. Peruersa est via tua mihiq; contraria dixit Angelus Balaam. hic angelus est conscientia de qua in Psalm. Fiant viæ illorum tenebræ, & lubricum, & angelus Domini persequens eos, &c. Et Prouerb. 17 Semper iurgia quærit malus, & angelus crudelis mittetur contra eum. Cum autem peccator incorrigibilis est, omnes creaturæ, & conscientia propria conuertunt se contra ipsum ad pœnas eius. De eius incorrigibilitate dicitur. Esa. 1. Super quo percutiam vos vltra addentes præuaricationem? Et Hier. 30. Plaga inimici percussi te, castigatione crudeli. Quid clamas super contritione tua, insanabilis est dolor tuus. Propter multitudinem iniquitatis tuæ, & propter dura peccata tua feci hæc tibi. De vindicta creaturarum dicitur. Sapientiæ 16. Creatura tibi factori deseruiens, exardescit in tormentum aduersus iniustos. Et ad Hebrę. 10. Terribilis est expectatio iudicij, & ignis æmulatio, quæ cōsumptura est aduersarios. De conscientia. Ezech. 8. Ponam contra te omnes abhominationes tuas, & Esa. 3. Agnitio vultus eorum respondebit eis, & cap. vltimo in fine. Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur, &c. Sic peccator contra seipsum statutus, & in se diuisus sustinet vices actoris, & rei. Ad Rom 2. Testimonium reddente illis conscientia ipsorum, inter seinuicem cogitationum accusantium, aut etiam defendentium.

Vindicta creaturarum.

IN PSAL. L. SERMO. CIIII.

Misericordia dei magna ē. & multa.

MISERERE mei Deus secundum magnam misericordiam tuam. Et secundum multitudinem miserationum tuarū, &c. Misericordia Dei est magna, & multa: vt non desperemus propter magnitudinem & multitudinē peccatorum.

Misericordia parua, mediocris, & magna.

Primo dicamus de magnitudine. Sicut dicuntur quædam peccata parua, vel minima. Quædam magna. Quædam mediocria. Sic distinguitur misericordia parua, mediocris, & magna. Magnus peccator magna indiget misericordia: vt iuxta Apostolum, ad Rom. 5. Vbi abundauit delictum, superabundaret & gratia. Misericordia ergo parua: est expectatio peccatoris, scilicet, ꝙ non statim punitur, sed ad pœnitentiam expectatur, de qua Matt. 17. Patientiam habe in me & omnia reddam tibi. Parua aūt ratione aliarum dicitur nō in se. alioquin magna nimis misericordia est expectatio Dei, nam peccantem angelum non expectauit, sed statim deiecit: sicut miratur. Esa. 14. Quomodo cecidisti Lucifer, &c. Et Hier. 11. A voce loquelæ, grandis ignis exarsit, combusta sunt fruteta eius, & Esa. 27. Repente propinabo ei. Primum quoque hominem statim expulit de paradiso, vt dicitur Gen. 3. in fine. Emisit eum dominus de paradiso. Sed quæris. vnde hoc? hæc est potestas crucis Christi, & virtus per quam misericordia occurrit potentiæ, & quasi sistit eam. vnde Esa. 27. Quis dabit mihi spinam, & vepretem? In prælio gradiar super eam: succendam eam pariter. An potius tenebo fortitudinem meam? Vnde vox videtur Christi resurgentis a mortuis. Viuo ego dicit dominus, nolo mortem peccatoris, &c. q. d. quia pro peccatoribus mori volui, volo vt mors mea sit fructuosa, & per eam sit copiosa redemptio. Hæc autem non solum sufficit ad salutem: sed iudicium damnationis accumulat, vt audiat, hæc fecisti, & tacui. vnde Apostolus ad Rom. 2. An diuitias bonitatis illius, & longanimitatem contemnis? Ignoras quoniam bonitas Dei

Dei te ad pœnitentiam adducit? tu autem secundum duritiam cordis tui thesaurizas tibi iram in die iræ, &c. Sed quis solueret duritiem istam, nisi cuius passio petras scidit? Matth. 27. Petræ scissæ sunt.

Memoria passionis dñi misericordia ei⁹ dicit.

Secunda ergo misericordia, misericordia Christi, vel memoria passionis eius dicitur, quæ fecit ne prima sit pernicioſa, & infructuosa: & hæc quidem sufficit in leuibus peccatis, à quibus non possumus abstinere. At in grauioribus, quæ ad mortem sunt (quia maius est remittere debitum, quàm expectare) non modo opus est pœnitentia, sed etiam continentia. Hæc est magna misericordia magnis necessaria peccatoribus. Verè magna, quia res difficilis, & possibilis soli Deo. de qua dicitur. Miserere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam. Magnitudo huius non solum attenditur circa electos in gratiæ collatione, sed & conseruatione. Fit etiam in supra meritum punitione. Vnde Esa. 40. Quis mensus est pugillo aquas, & cęlos palmo ponderauit? q. d. pœnas, quæ per aquam significantur, pusillo, ideſt parua mensura mensurauit: electos autem palmo, ideſt extensa, & ampliſſima remuneratione coronat.

Multitudo miseri cordiæ in quo attendatur.

Multitudo misericordiæ attenditur in frequenti culpæ remissione. Multum enim prouocatur Deus per peccati iterationem. Vnde Hier. 3. Quod vilis facta es nimis iterans vias tuas. Et ab Aegypto confunderis, sicut confusa es ab Assur. q. d. de peccato superbiæ transis ad peccatum luxuriæ. Vnde quærenti, Petro Domine, quoties peccabit in me frater meus, & dimittam ei: Vsque septies? Dixit Iesus. Non dico tibi vsque septies, sed vsque septuagiesseptues. Matth. 18. Et Ioan. 11. Eamus in Iudęam iterū. Et Lucæ 22. Ibat Iesus secundum consuetudinem in montem oliuarum. Hanc misericordiam significat propitiatorium. De quo Exo. 25. Facies propitiatorium de auro mundissimo: duos cubitos, & dimidium tenebit longitudo eius, & cubitum ac semissem latitudo. Hoc arca tegebatur, quia ecclesia sola Dei propitiatione protegitur, & cōseruatur. Est autem de auro mundissimo, quoniā Deus tam sapienter propitiatur, ꝙ nunquam in sua propitiatione fallitur, quia non nisi pœnitenti. Vnde non est stultè

Propitiationū misericordiā significat

confidendum de misericordia, quia præsumptio est. Vnde Eccl 5. Ne dicas magna est Dei miseratio, multitudinis peccatorum miserabitur: misericordia enim, & ira cito ab illo proximant, & in peccatores respicit ira illius. Et paulo ante. Ne dixeris peccaui: & quid mihi accidit triste? Altissimus enim patiens est creditore. Longius autem describitur propitiatorium, quàm fuerit latum: quia multos expectat longitudo, & diuturnitas patientiæ Dei, ad quos se non extendit latitudo misericordiæ Dei. Hebr. 6. Terra enim sæpe desuper venientem bibens hymbrem, & germinans herbam opportunam illis à quibus colitur, accipit benedictionem à Deo: proferens autem spinas, ac tribulos reproba est, & maledictio proxima. Hinc est, quòd expectatur ficus, vt faciat fructum, aliter præcidi præcipitur. Matth. 21. & Mar. 11.

De quatuor spiritus immundi, & totidem Spiritus sancti in nobis effectibus.

IN PSAL. L. SERMO. CV.

Diabolus quatuor in anima operatur.

COR mundum crea in me Deus, &c. Diabolus malus hospes quatuor operatur in anima. Immunditiam per luxuriam. Curuitatem per cupiditatē. Debilitatē p pusillanimitatē, & animi lenitatē. Inordinationē per prauā, & puersam intētionē.

Primoim munditiā

Immunditiam per luxuriā: vnde dicitur missus fuisse in porcos Luc. 6. per quos luxuria designatur. Porcus est animal immundo luto delectatur. Vnde 2. Pet. 2. Canis reuersus ad suum vomitū, & sus lota in volutabro luti. hic est spiritus immundus, de quo Mat. 12. Cum immundus spiritus exierit ab homine, &c. Et Marc. 1. Erat in synaga homo in spiritu immundo. Curuitatem per cupiditatem, cupiditas enim non est, nisi inclinatio affectus ad terrena. Sicut amor æternorum erectio est affectus ad æterna: & hoc significatum est per mulierem curuam de qua Luc. 13. Ecce mulier, quæ habebat spiritum infirmitatis annis decem & octo, & erat inclinata, nec omnino poterat sursum respicere, & Esa. 51. Qui dixerunt animæ tuæ incurua-

Secundo curuitatē.

incuruare, vt transeamus, & Matth. 4. Hæc omnia tibi dabo si procidens adoraueris me. Et in Psalm. Miser factus sum, & curuatus sum vsque in finem.

Tertio de bilitatē.

Debilitatem per pusillanimitatem. Quidam autem cū possint resistere tentationi statim cedunt ex defectu cordis, de quibus Iudith. 4. Quinque dies expectate, quibus transactis si non venerit adiutorium faciemus, quæ dicta sunt. Alij animi leuitate statim cedūt, & se reddunt de quibus Esa. 64. Cecidimus quasi folium vniuersi & iniquitates nostræ, quasi ventus abstulerunt nos, & Naum. 3. Omnes munitiones tuæ sicut ficus cum glossis suis, si cōcussę fuerint cadent in os comedentis. Inordinationem per voluntatē peruersam. Inordinatum est qñ diligitur, quod nō est diligendū, & è conuerso. Qñ quod est primum sit vltimum, vt quando temporalia præponuntur æternis. vnde in Psal. pro nihilo habuerunt terram desiderabilem. Et iterum Non proposuerunt Deum ante conspectum suū Tales habent Deum à tergo. vnde Hier. 32. Verterunt ad me dorsum, & nō faciem cum docerē eos diluculo & Eze. 8. Dorsa habentes contra templum domini. Nota de pauonis cauda. Contra hæc Spūs sanctus operatur munditiā, quod notatur ibi, cor mundū. crea. in m. d. Rectitudinem. vñ dicit spūm rectū inno. Fortitudinē, qđ notat ibi. Spūm sanctū t. n. au. a. m. Ordinationē qđ notat ibi, & spū principali cōfir. me. Munditiā: nā ipse verè est mūdus, de quo Sap. 8. Mundus subtilis & ibi. Attingit vbiq; pp sui mūditiā, penetrat. n. intima cordis, & rimatur, nihil putredinis relinquens: quasi tyriaca pctī venenū expellit Rectitudinē. vñ Act. 9. Dr Ananiæ, vt iret ad Paulū in vico, qui dr rectus in domo Iudę. Paulus in domo Iudę est quicūq; illuminat confessione. Vicus qui dr rectus, est affectus per solā charitatē Dei rectificatus. vñ Cant. 6. Recti diligunt te. Ad talem mittitur Ananias, qui interpretatur donum Dei, quia hi digni sunt dono Spiritus sancti illustrari. Fortitudinem confert. vnde dicitur Cant. vltimo. Fortis est, vt mors dilectio, sicut enim mors separat animam à carne: ita charitas animam à carnali affectione, & consuetudine quantumcunque sit radicata. Ventus est vehemens euertens arbores male radicatas. In spiritu vehe-

Quarto inordinatiōnem.

Quatuor operatur Spiritus sanctus.

menti conteres naues Thar. hic animam transplantat in horto domini, ita quod non potest auelli. vnde ad Rom. 8. Certus sum quia neque mors, neque vita, neque angeli, neque principatus, neque virtutes, neque instantia, neq; futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundū, neque creatura alia poterit nos separare à charitate Dei, quæ est, in Christo Iesu domino nostro.

Ordinationem. vnde Cant. 2. Ordinauit in me charitatem, vt quod primo, & principaliter est diligēdum, primo & principaliter diligatur, & quod postremo, posterius, æterna enim principaliter diligenda sunt, & temporalia secundario, & non nisi ad illa, & propter illa ideo dicitur. Cant. 4. Vulnerasti cor meum sponsa in vno oculorum t.

Similc. Ballistarius enim cum vult aliquid rectè percutere, quasi duos oculos coniungit, & contrahit in vnum: sic & nos quasi duos oculos in vnum coniungimus dum ita temporalia habemus, & vsum eorum ad æterna, quæ principaliter intendimus, referimus. vnde Matth. 6. Primum quærite regnum Dei, &c. Quia quærenti principaliter æterna dominus plerunque facit temporalia abundare: quod significatur. 3. Reg. 17. Mulier dicebat non habeo nisi pugillum farinæ, & lechytum olei, &c. Cui Heliseus. fac mihi primum de ipsa farina subcineritium panem paruulū, tibi & filio tuo facies postea, & sic fecit: vnde ita abundauit, & non defecit farina, nec lechytus olei.

De quattuor peccatis ex cupiditate ortis.

IN PSAL. LI. SERMO. CVI.

QVID gloriaris in malitia, qui potens es in iniquitate? Tota die iniustitiam cogitauit lingua tua, sicut nouacula acuta fecisti dolum. Quatuor hic peccata possunt distingui, quæ pertinent ad cupiditatem: Calumnia quæ per malitiam potest intelligi, vnde. Quid gloriaris in malitia. Iniquum iudicium, quod per iniquitatem. vnde. Qui potens es in iniquitate. Violentia quæ per iniustitiam. vnde tota die iniustitiam co. lin. t. Dolus qui suo nomine

Quatuor pcta pertinent ad cupiditatem.

nomine designatur, & multiplex est. Vnde sicut no. acuta fecisti dolum. Principes & eorum balliui & prepositi multum peccant per prædictatria. Calumnia est quando inueniunt occasiones culuas, & non causas, vt causas: vt quando præpositi dicunt. Fregisti stratam regis, cum non ita sit. Sic legitur in apologo Esopi, lupum agno imposuisse, & turbauerat ei aquam, & inuasit eum. Exemplum eius habemus, 3. Reg. 21. Vbi Iezabel, vt haberet vineam Naboth, fecit ei crimen imponi, & scilicet maledixerat Deo, & Regi, & falsos testes adduxit, & occisus est, & habuit vineam. Sed huius rei magnam vindictam timere possunt, qui hoc faciunt, vnde dicitur ibidem: In loco hoc in quo linxerunt canes sanguinem Naboth, lingent sanguinem tuum. Item 4. Reg. 5. Rex Israel scidit vestimenta sua, & ait: nunquid Deus sum, vt possim occidere & viuificare. Animaduertite, & videte quot occasiones quærat aduersum me. Per violentiam. vnde Habacuch. 1. factum est iudicium, & contradictio potentior, & Eccles. 13. Venatio leonum onager in eremo, &c. Abac. 1. Quare non respicis super iniqua agentes & taces conculcante impio iustiorem se? & facies hominis, quasi piscis maris, & quasi reptile non habens principem. Et Sap. 2. Opprimamus pauperem iustum, non parcamus viduæ, &c. Si fortitudo nostra lex iustitiæ. Maximè hæc violentia contingit quando aliqui de paupertate vocantur ad huiusmodi officia. Sunt enim sicut pulices macri, qui acrius mordent. vnde Prouer. 28. Vir pauper calumnians pauperes, similis est imbri venienti in quo paratur fames. Hos plerunque instituunt principes, vt magis emungant, sicut aues fiunt famelicæ ad melius prædandum. vnde dicitur Habach. 1. Equites eius de longe venient. volabunt quasi aquila festinans ad comedendum, omnes ad prædam venient, facies eorum ventus vrens. Et attende cum omnia emunxerunt vtuntur eis quasi spongijs, & hoc non cogitant miseri, & ipsi sunt spongiæ principum. Vnde Prou. 29. Qui calumniatur pauperem, vt augeat diuitias suas, dabit ipse ditioti, & egebit.

Calūnia quid sit.

Violētia.

Per iniquum iudicium, Habac. 1. Propter hæc lacerata est lex, & non peruenit vsque ad finem iudicium, vt quan

Iudicium iniquum.

do deferunt iniquis appellationibus pro seruitio: quia impius prævalet aduersis iustum. Vnde Eccl. 20. Exenia, & dona excęcant oculos iudicũ, & quasi mutus in ore auertit correptiones eorum. Genus est ranunculi, quod os canis obmutescere facit. Esa. 56. Canes muti. &c. Et Oseę. 5. Effraim fructus iudicio, quoniam cępit abire post sordes. Et in epistolæ Iudæ principio. Vęh illis qui in vijs Caym abierunt, & errore Balaam mercede effusi sunt, & principes in muneribus iudicabunt, & sacerdotes in mercede docebunt, & prophetæ eorum in pecunia diuinabunt.

Dolus. Per dolum. hoc genere graue peccãt mercatores in falsis vlnis, in falsis mensuris, & in modo vtendi eis, & alijs modis. Vix enim est pura negotiatio in qua non se dolus admisceat. Vnde Ose. 11. Effraim circundedit me in negotiatione, & in dolore domus Israel. Et eiusdẽ 11. Chanaan in manu eius statera dolosa calumniam dilexit. Intantũ odiosus est dolus, ꝙ si dat causam contractui secundum leges non valet, sed interdum rescinditur. Nouaculæ acutæ comparatur. Nouacula non acuta est violentia: sed nouacula acuta, ita suauiter cędit pilos, ꝙ nõ sentitur, ita & dolus, tam suauiter subtrahit temporalia, ꝙ non percipitur: vnde vocatur decipula. Hierem. 5. Sicut decipula plena auibus, sic domus eorum plena dolo.

De oliua ad hominem in tribus comparata.

IN PSAL. LI. SERMO. CVII.

EGo autem sicut oliua fructifera in domo Dei. Tria hic consideranda occurrunt. Primo, ꝙ homo de oliua versus est in oleastrum per peccatum. Secundo, qũo oleaster redijt in oliuã per Christũ. Tertio, qũo quilibet Christianus cõparat oliuæ.

Homo cõparatur oliuæ. Est ergo vox hoĩs: ego sicut oliua. Primo siquidem fuit sicut oliua pp virtutũ virorem & pinguedinẽ gratiarum. Hier. 11. Oliuam speciosam, fructiferã vocauit dñs nomẽ tuũ. Speciosam quanrũ ad naturalia: fructiferã quantum ad gratuita. Ad vocẽ loquelæ grandis ignis exarsit in ea, & combusta sunt fruteta eius. Loquela grandis desideriũ præ-

præsumptuosum quo appetijt similis esse Deo. Ignis exarsit per concupiscentiam. Vnde dr̃ Gen. 3, Aperti sunt oculi eorũ, i. riui concupiscentiarũ. Tunc oliua versa est in oleastrum, & vinea in labruscam. Sicut conqueritur per Esa. 4. Expectaui vt faceret vuas & fecit labruscas. Gen. 3. Maledicta terra, &c. spinas & tribulos germi tibi. Secũdo oleaster redijt in oliuam, vel oliua inserta est oleastro, quãdo Christus factus est homo, & qñ gratia insita libero arbitrio. Vnde Oseę. 13. Erit quasi oliua gloria eius, &c. Tempus gratiæ tempus est insertionis. De quo dicitur. Venerit insitio, &c. Ideo comparat se oliuæ. Eccl. 24. Ego quasi oliua speciosa in campis. Campi sunt peccatores, qui discurrunt per campos licentiæ, in quibus est speciosa misericordia redemptoris, sicut dr̃ Eccl. 35. Speciosa est misericordia in tpe tribulationis, quasi nubes pluuiæ in tẽpore siccitatis. Verè speciosa. Oleum. n. illuminat, & Christus nos illuminauit fidei doctrina, & pauit carne propria. Oleum aquæ supernatat, & misericordia in ipso superexaltauit iudicium. Sed cũ ingrati simus tantis beneficijs verè de nobis dici põt illud Habac. 3. Mentietur opus oliuæ, &c. Oliua signum est pacis, & Christus pacem attulit: quod significatum est in eo, quod dicitur Gen. 8. Columba attulit ad arcam ramum oliuæ. Quia Spiritus sanctus per Christum pacem dedit ecclesiæ, quæ oliuæ comparatur. Quilibet. n. Christianus, quia à Christo dr̃ Christianus, oliua est. Vnde Cant. 1. Oleum effusum nomen tuũ. In cuius rei mysterium inungimur in ingressu, in egressu, & in medio. In ingressu, in sacramento baptismi: & hoc significatum est Gen. 8. Quando columba attulit ramum oliuæ ad arcam. Baptismus diluuium, ramus oliuæ spiritualẽ designat vnctionem, quam affert columba, idest Spiritus sanctus. In egressu vngimur. In Canonica Iacobi in fine. Infirmatur quis ex vobis aduocet presbyteros, & orent super eum, & inuocent nomen dñi, vngentes eũ. In huius rei figuram, sicut legitur. 3. Reg. 6. fecit Salomon in ingressu oraculi ostiola duo de ligno oliuarum, propter iam dictam duplicem vnctionem. Inungimur etiam in medio, vt omnes in confirmatione præter alias vnctiones, quæ fiunt in sacris ordinibus speciales. In baptismo

Oleaster redijt in oliuã qñ Chr̃s factus ẽ hõ

Oliua signũ pacis

Quilibet Christianus oliua

Ramꝰ oliuæ spiritualẽ desi gnat vnctionem.

baptismo inungimur, vt reges, in quo significamur esse filij summi regis. Vnde in baptismo Chri audita est vox. Hic est filius meus dilectus. Matth. 3. Et ipsa columba apparuit super eum, ostendens, q̃ sit etiam in nobis spiritualiter. In confirmatione inungimur vt pugiles, quia datur spiritus sanctus ad robur & ad pugnam. Vncti enim citò elabuntur è manibus comprehendentium. Ideo dicitur, Psal. 104. Nolite tangere Christum meum. In ingressu, vt sacerdotes nos ipsos Deo immolantes. Vnde dicere debemus illud Psal. 115. Dirupisti domine vincula mea, tibi sacrificabo hostiam laudis. Abundantior autem fit vnctio in ministris signatis per vasa tabernaculi, quæ omnia vngebantur, quia alijs debent vnctione præcellere spiritali, quibus magis timendum est. Quia cum oleum sit pabulum ignis: videant quo ferant oleum suum, quia si in gloriam, magis ardebũt igne charitatis. Quia lampades eius lampades ignis. Cant. vltimo. Si in gehennam, magis ardebunt in pœna. Vnde Oseę. 12. Effraim fœdus cum Assyrijs inijt, oleum in Aegyptum ferebat.

De quadruplici corruptione vitæ humanæ.

PSAL. LII. SERMO. CVIII.

Corrũpit vita p cõuictum.

CORRVPTI sunt, & abhominabiles facti sunt in iniquitatibus, &c. Supra de corruptione studiorum correpti sunt, vt Psal. 14. Abominabiles facti sunt in studijs suis. Hic de corruptione vitæ. Corrumpitur autem vita per conuictum, per exemplum, per cõsuetudinem, per admixtionem. Per conuictum inter pessimos, 1. ad Cor. 15. Corrumpunt bonos mores colloquia praua. & Eccles. 13. Qui tetigerit picem inquinabitur ab ea, &c. Et c. 7. Discede ab iniquo, & deficient mala abs te, & Iuuenalis. Grex totus cadit vnius porrigine morbi. Et Ouid. Vuaq; conspecta liuorem ducit ab vua. & Idem. Immedicabile vulnus. Ense recidendum est ne pars syncera trahatur. Ideo dens putridus est tollendus ne alij corrumpantur. vnde de malis dicitur.

Gen. 11.

Gen. 11. Venerunt ab Oriente in campum Sannaar, quod interpretatur excussio dentium, dentes corrupti excutiuntur, vt sani conseruentur. vnde etiam interpretatur fœtor eorum, quia fœtor eorum meretur excussionem.

Per exem plum.

Item per exemplum. hoc pertinet ad prælatos ad quorum exemplum alij viuunt. ad Galat. 2. Si tu cum sis iudæus non iudaice viuas, sed gentiliter, quomodo gentes cogis iudaizare? Vnde Claudianus. Non sic inflectere mores, &c. Puer ideſt subditus suo prælato, dicit. da exemplũ Hier. 9. Abierunt post prauitatem cordis sui, & post Balaim: quod didicerunt à patribus suis, siue carnalibus, siue spiritualibus. Carnalibus, quia fœnerator exemplo suo facit filium suum fœneratorem. Ezec 19. Eduxit vnum de leunculis suis, leo factus est. Et paulo post. Tulit vnum de leunculis suis, leonem constituit eum, Qui incedebat inter leones, & factus est leo, & didicit prædam capere, & homines deuorare: didicit viduas facere: & ciuitatẽ eorũ destruere. Similiter & mater adultera tales facit filias. Ezech. 16. Ecce omnis qui dicit vulgo prouerbium in te assumet ita dicens. Sicut mater ita & filia eius. Filia matris tuæ es tu. Idem de spiritualibus patribus. Prælati significantur per angelos, qui semper cum thurribulis describuntur. Vnde Apoc. 8. Vidi septem angelos stantes in conspectu Dei, & infra. Accepit angelus thurribulum, & impleuit illud. eo q̃ debent omnes odore bonæ opinionis suæ perfundere. Sed facti sunt angeli diaboli, & thurribularij ipsius, omnes fœtore suo corrumpentes. Vnde Hie. 6. Ecce ego ad te mons pestifer, qui corrumpis vniuersam terram. Malus enim prælatus est sicut cadauer putridum in alto suspensum peius quod nocet eleuatum, q̃ si iaceret humo defossum. Mons dicitur propter dignitatis eminentiam: pestifer propter exempli fœtorem. Isti sunt reges suspensi contra solem in patibulis. Iosue 5. Claritas solis significat peccati euidentiam: feruor, fœtoris immensitatẽ. Quia feruor maiorem solet excitare fœtorem.

Malus p lato sicut cadauer putridũ.

Per consuetudinem, quod significatur per Lazarũ quatriduanum Ioan. 11. Primus enim dies significat consensum: secundus actum: tertius delectationem: quartus consuetudinem, vnde mysticè dominus difficiliorẽ ostendit

Per consuetudinẽ

dit Lazari suscitationem. Corruptio doctrinæ fit per inclusionem, siue occultationem, & admixtionē. Comparat siquidem doctrina aeri. Quia sicut sine aere non viuimus vita temporali: ita nec sine doctrina vita spirituali. vnde Mat. 4. Non in solo pane viuit homo, &c, & Ezec. 1. Spūs vitæ erat in rotis, & Petrus Io. 6 Dñe ad quē ibimus, &c. verba vitæ æternæ habes. Et sicut nihil ita nocet sicut aer corruptus: ita nihil adeo corrumpit sicut doctrina corrupta. Sicut autem aer corrumpitur per inclusionem, vt in vesica: ita doctrina: quare doctrin a non est recipienda in occulto, quia suspecta est, vt hæreticorum, qui faciunt occulta conuenticula. vnde in Psal. Congregatio taurorum in vaccis populorum, vt excludant eos, qui probati sunt argēto, ideſt catholicos doctores. 1, ad Tim. 3. Ex his sunt qui penetrant domos & captiuas docent mulierculas onerratas peccatis, & 1. ad Timoth. 4. Spiritus manifestè dicit, quia in nouissimis temporibus discedent quidam à fide, attendentes spiritibus erroris. Ideo Christus dicit Ioā. 18. Ego palàm loquutus sum mundo, & in occulto locutus nihil. Similiter aqua per inclusionem corrumpitur. Ouid. Et vitium capiunt ni moueātur aquæ. Doctrina aquę cōparatur. Hierem. 2. Dereliquerunt me fontem aquæ viuæ, & foderunt sibi cisternas dissipatas, &c.

Doctrina aeri cōparatur.

Corrumpitur etiam doctrina, vt aqua per admixtionē, quæ multiplex est. Alij miscent falsa veris. Alij iocosa serijs, alij superflua necessarijs, alij mundana diuinis. Falsa veris miscent non solum hæretici, sed quidam narrantes fabulas, vt captent fauorem, contra quos Iob 14. Nunquid Deus indiget mendacio, vt pro eo loquamini dolos? Alij iocosa serijs, vt excitent risum populi & applausum, vt clerici ridiculosa coram laicis recitantes, vt placeant. Contra quos potest dici illud quod habetur Eccl. 10. In risu faciunt panem & vinum (id est sacrę scripturę verbū.) Et pecuniæ obediunt omnia. Superflua miscent necessarijs. In quo maximè peccant doctores iuris. De quibus, Esa. 30. Pulli asinorum, qui operantur terram commixtū migma comedūt. Sapientia secularis animalis est, & ideo qui tractant eam rectè asinis comparantur, qui pascuntur carduis. Asini ergo legistæ, pullis asinorum decretistæ,

Per multiplicē admixtionē corrūpit doctrina.

istæ. isti commixtum migma comedunt, dum canonum puritatem, & simplicitatem legum superfluitate onerosa confundunt. Migma etiam dicitur uruum cum palea. ordeum vocare consueuerunt decretum, quod valet ad causas: paleam quod non valet ad causas. Dicut enim de puro canone, palea est. granum dicunt paleam, paleam granum vocant. Similes illis de quibus legitur Iud. 12. Nunquid effratæus es? Quo dicente non sum, interrogabant eum. Dic ergo Sebboleth. Qui respondit. Chebboleth, eadem litera spicam exprimere non valens, & statim apprehensum iugulabant in Iordanis transitu. Sic & isti non possunt dicere spicam, quæ fructifera est, sed potius paleam. Vnde in Iordanis transitu, qui interpretatur descensus eorum sunt iugulandi. Mundana miscent diuinis, qui à verbis mundanis recedere non possunt prę nimia consuetudine, nec habere possunt verba accommoda sacræ scripturæ, quia vt dicit Flaccus. Quo semel est imbuta recens seruabit odorem. Testa diu, &c Et libentius ad Codicem, quàm ad euangelium conuertuntur: quibus competit illud in fine. Neemiæ seu secundi Esdræ. Filij eorum ex media parte loquebantur Azoticè & nesciebant loqui Iudaicè, & loquebantur iuxta linguam populi, & populi, & obiurgaui eos & maledixi eis.

Asini legistæ, pulli asinorū decretistę

De alienis quot modis dicantur.

IN PSAL. LIII. SERMO. CIX.

QVoniam alieni insurrexerunt aduersus me, & fortes quæsierunt animam meā. Alieni dicuntur aliqui origine, condine, affectione. His tribus modis caro à spiritu est aliena. Origine, quia spiritus de cœlo caro de terra. Vnde Eccles. 12. Antequam reuertetur puluis in terram suam, vnde erat, & spiritus redeat ad Deum, qui dedit illum. Conditione, quia caro mortalis anima immortalis. Vnde Iob 4. Morientur, & non in sapientia, ideſt in anima.

Caro à spiritu aliena est origine, conditiōe, & affectiōe

Affectio-

Affectione, quia caro concupiscit aduersus spiritū, &c. & ad Rom. 7. quod nolo hoc ago. video, inquit, aliam legem, &c. Sic ergo anima dum est in carne, quasi peregrinatur, & hospes est. Quare deberet se totam caro in eius amorem infundere. Sicut mos est vnicuique suos hospites honorare. Vnde Exo. 23. Peregrino molestus non eris. Scitis enim aduenarū animas, quia & ipsi peregrini fuistis in terra Aegypti. Idem etiam habetur. Deuter. 10. Maximè autem si nouerint eos aliqua nobilitate conspicuos & seipsos ignobiles. Quid ergo cum possit aduertere spiritum filium esse & imaginem domini, & regis sui, & regē carnis suæ? Cogitet etiam ꝙ bene potest ei recompensare hoc beneficium & honorem Ditat ergo ei sicut Ioseph dixit Gen. 40. Adhuc tres dies sunt post quos recordabitur Pharao ministerij tui. & restituet te in gradum pristinū, tantum memento mei, vt facias mecum misericordiam. Tres dies status naturæ, legis, gratiæ, post quos restituetur anima in gradum dignitatis suę. Ose. 6. Post duos dies viuificabit nos, & in die tertia suscitabit nos. Tunc recordabitur anima seruitij, & honoris, quod eidem hospiti tempore huius peregrinationis corpus impenderit: & quanto magis humiliabitur caro in obsequium spiritus, tanto magis honorabitur à spiritu in loco suo. Eccles. 16. Omnis misericordia faciet locum vnicuique secundum meritum operum suorum, & secundum intellectum peregrinationis suæ. Debet etiam aduertere commoditates, quæ ipsi proueniunt à spiritu, quomodo secum affert lumen & sensum, quomodo discedente tam nobili habitatore remanet quasi domus cęca, & tenebrosa, & surda, & omni deformitate plena. Debent ergo dicere sicut discipuli dixerunt domino in fi. Luc. Mane nobiscum domine quoniam aduesperascit: quasi dicat, tu es sol nos illuminans: sed mirum est, ꝙ tam inuita dimittit spiritum recedentem & non vult honorare remanentem, quod significatum est in eo, quod Agar contempsit dominam suam. Gen. 16. Vnde conqueritur de Abraham: iniquè agis contra me, ecce dedi, &c. Iudicet dominus inter te, & me.

Comoditates spiritus.

Caro cohabitationes spiritui domestica est.

Licet autem tribus modis prædictis. caro sit aliena spiritui: tamen cohabitatione est illi domestica, & ideo magis

gis nocet & efficacius. Vnde Mich 7. Ab ea quæ dormit in sinu tuo custodi claustra oris tui, quia filius contumeliā facit patri, &c. Et inimici hominis domestici illius. Hæc est aliena de qua dicitur Prouer. 5. Quare seduceris fili ab aliena & foueris in sinu illius? Hæc aliena significatur, per Dalidam quam accepit Sanson vxorem contradicente patre, & matre. Iudic. 16. Nunquid non est mulier in filiabus fratrum tuorum, & in omni populo tuo? Dęmones non origine alieni sunt ab anima, sed quasi fratres. Vnde Iob. 40. Ecce Behemoth quem feci tecum. Non conditione quia immortales, sed sola affectione. De quibus dicitur. Prou. 5. Fili ne des alienis honorem tuum, & annos tuos crudeli. Hi sunt alieni affectione, nec possunt dignoscere affectiones, nisi per indicia carnis, quæ est quasi media inter spiritum, & ipsos. Quę si aliena est, vt dictum est, tamen est domestica cohabitatione, quod pulchrè significatum est. Iud. 14. vbi dicitur, ꝙ Philistęi primo non poterant soluere problema Samsonis, & postea soluerunt Dalida indicante. Quia dixerūt ei: blandire viro tuo, & suade ei, vt indicet tibi qd sit problema. Quæ fundebat apud Sansonem lachrymas, & quærebatur dicens. Odisti me, & non diligis, & ideo non vis mihi exponere. At ille respōdit. Patri meo, & matri meæ indicare nolui: & tibi indicare potero? Tandem cum septem diebus molesta esset ei, exposuit ei. Quæ statim indicauit ciuibus suis. Vnde Sanson exponentibus dixit. Si non arasletis in vitula mea non inuenissetis problema meum Sanson qui interpretatur sol eorum, est spiritus, qui est illuminatio omnium sensuum. problemata sunt omnes cogitationes & affectiones, qnæ diabolum latent, nisi per aliqua carnis exteriora indicia deprehendat. Vnde Eccl. 19. Ex visu cognoscitur vir: & ab occursu faciei cognoscitur sensatus. Amictus corporis, & risus dentium & incessus hominis enuciant de illo. Et beatus Gregorius. Intus est custodia, &c. prudentius titubatq; pater, &c. Seneca. Dentes tui sint sine sale, risus sine cachinno, vox sine clamore, incessus sine tumultu, qes sine desidia. Et facies aut color immutatus dilucide demōstrat, aut gaudiū aī, aut dolorē Eccl. 13. Cor hoīs immutat faciē illius, siue in bona, siue in mala.

Dt

Universidad de Deusto
Biblioteca

IN PSAL. LIIII. SERMO. CX.

Pēnę animæ.

QVIS dabit mihi pennas sicut co.& vo.& requiescam? Pennæ quibus volat anima, & leuatur à terra, sunt scientia in intellectu, & virtus in affectu. pennæ intellectus sunt pennæ aquilæ: pennæ affectus pennæ columbæ. Pennæ aquilæ, pennæ scholarium: pennæ columbæ pennæ claustralium. Pauci sunt qui dicant. Quis dabit mihi pennas sicut columbæ. Sed multi desiderant pennas aquilæ, quia affectant scientiam: pauci virtutem. quod significatur per Iacob, qui plus dilexit Rachel quàm Lyam. Lya interpretatur laboriosa, & est virtus, quia nulla nisi circa ardua virtus, & Ouidius. Est virtus placidis abstinuisse bonis, &c. studio & labore est opus conscientiam refrenare. vnde Prou. 16. dicitur. Melior est patiens viro forti, & qui dominatur animo suo, expugnatore vrbium. Rachel facie decora est scientia, quæ omnib. placet. vnde Eccl. 16. Dulce lumen & delectabile oculis videre solem, & tamē non potuit obtinere quin prius cum alia copularetur. Vnde Eccl. 1. Fili concupiscens sapientiam serua iustitiam. Scientia inflat & eleuat, & parit ruinam. vnde quia Adam adquieuit suggestioni serpentis dicentis. Eritis sicut dij scientes bonum & malum. Gen. 3. cecidit & cōfractus est, ideo dicitur Abdiæ. 1. Qui dicit in corde suo quis detrahet me in terram? Si fueris vt aquila, & inter sidera posueris nidum tuum, inde detraham te dicit dominus, quod etiā ad literam est contra astronomos, qui dicuntur besche esteille. Posuerunt in cęlum os suum, &c. Psal. & Esa. 47. Stent & saluent te augures cęli, qui contemplantur sidera & supputant menses, vt ex eis nuncient ventura tibi. Ecce facti sunt, quasi stipula: ignis combussit eos. Non liberabunt animam suam de manu flammæ. Spiritualis autem affectat sibi dari pennas columbæ, quia volat ad requiē: vnde sequitur: & volabo, & requiescam. In appetitu scientiæ non est requies, sed in virtute. Vnde Eccl. 1. Et didici dedique cor meum, vt scirem prudentiam atque doctri-

Pēnę aquilæ, & pennę columbę, quę dicuntur.

Spūalis pēnas colūbę affectat.

nam, & cognoui, ꝙ in his quoque esset labor, & afflictio spiritus eo, ꝙ in multa sapientia, multa sit indignatio. Et qui addit scientiam addit, & dolorem. Et ideo nō est quies per intellectus inquisitionem, quia etiam in minimis deficit. Eccl. 3. Vidi afflictionem, quam Deus dedit filijs hominum, vt distendantur in ea, &c. Propter quod dicitur. Prouerb. 22. Ne erigas oculos ad opes quas habere non potes, facient sibi pennas sicut aquilæ & volabunt in cœlum.

Melius & compendiosius inuenitur quod quæritur per Melius inpietatem affectus, quàm per subtilitatē intellectus. Immo uenit qd etiam in futuro non pertinet intellectus, nisi per affectū, p affectū & ipse affectus non inueniet in quo quiescat, nisi in solo qrit quā Deo, quod significatum est Gen. 8. vbi dicitur, ꝙ columba p subtiliemissa non habuit, vbi pedem figeret, & redijt ad Noe ad tatē intelarcam. Noe quies, arca in cubito consummata, ecclesia lectus. triumphans, in qua inuenitur vnum & summum bonum in quo quiescendum. vnde vnam petij, &c. Et in pace in idipsum, &c. Ideo autē dicit pennas columbę, & nō corui: quia coruus ad arcam non redijt cadaueribus illectus. In quo significātur luxuriosi, & gulosi. de quibus Sophoniæ 2. Vox cantantis in fenestra. hoc quantum ad luxuriosos, coruus in superliminari. hoc quantum ad gulosos. Vnde Zach. 12. Ponam Hierusalem superliminare crapulæ. Et est contra clericos, qui alios excedunt in crapula. Non dicit etiam pennas milui, qui circuit quærens exta, & nunq̄ quiescens, per quem rerum cupidi intelligūtur, de quibus dicitur Zachar. 5. Ecce duæ mulieres, & spiritus in alis earum & habebant alas, quasi milui. Hæ duæ mulieres sunt cupiditas acquirendi, & cupiditas retinendi. Non dicit pennas struthionis: per quam significantur hypocritę. Struthio enim pennas habet, & tamen eis se attollere non potest, & significat illos, qui pennas virtutum habere vidētur, & deorsum terrenis desiderijs deprimunt, de quib. Iob. 39. Penna struthionis similis est pennæ Herodij, & accipitris. Et nota quod dixit. Quis dabit: in quo cōfitetur à se non habere posse, qa natura nō pōt in gratiā sicut nec gressibile in volatū. Vnde Iob. 39. Nunquid ad præceptū tuum eleuabitur aquila, & in arduis ponet nidum suum?

Pēnę struthionis significant hipocritas.

quasi dicat non. Aquila est cęlestis sapientia, quam nemo à se habet. Et in eodem. Nunquid per sapientiã tuam plumescit accipiter expandens alas suas ad austrum? Accipiter est charitas. Ille enim capit pede, hęc est in affectu, qui per pedem significatur, Auster Spiritus sanctus sinum mentis per deuotionem orationis expandit, vel aperit cuius calore perflatus vir spiritualis, virtutum pennis plumescit.

De Vsura, & dolo in fraudem Vsurę.

IN PSAL. LIIII. SERMO. CXI.

Vsura qd sit dolus ī fraudem vsurarũ.

ET non defecit de plateis eius vsura, & dolus. Vsura dicitur quicquid ex spe, vel certo pacto accipitur supra sortem in mutuo. Dolus qui fit in fraudem vsurarum, vt pœnæ & venditionis ad terminum, & huiusmodi: & quicquid in contractibus fit ad deceptionem proximi, vt falsa mensura, & huiusmodi. Platea, est dilatatio affectus propter auiditatẽ lucri, quam cupiunt in diuitijs dilatari magis, ac magis. non sustinent paulatim negotiando dilatari possessiones: ideo compendium inueniunt, s. vsuram, & dolum, & si nõ rectè, &c. Vnde Prouerb. 20. Hæreditas ad quam festinatur in principio, in nouissimo benedictione carebit. Et eiusdem 28. Qui festinat ditari, non erit innocens, quia quærit comparare importunè. Hæc est platea de qua dicitur, Esa. 59. Corruit in platea veritas, & æquitas ingredi non potest. Quia mentiuntur pro lucris. Eccl. 26. Non iustificabitur caupo à peccatis labiorum. Et Habach. 2. Ipse quasi mors non implebitur, dilatauit quasi infernus animam suam.

Vsura detestabilis est ex multis causis.

Vsura ex multis causis detestabilis est. Primo quia in hoc genere peccati assimilatur homo diabolo. Quia à primo parente pro leui peccato grauissimas exegit vsuras, & intantum exercuerunt vsuræ diaboli, ꝙ homo non erat soluendo. vnde mutuabitur peccator & non soluet. Et nisi Christus occurrens attulisset precium redemptionis, occumbasset omnes diabolus. vnde dicitur. Redemptionem. Et iterum. Ex vsuris, & iniquitate redimet animas eorum. Et hoc significatũ est. 4. Reg. 4. Vbi dicit mulier Heliseo. En creditor venit, vt tollat duos filios meos, &c. ideſt Iudæos, & gẽtes. Quotidiè etiam non cessat commodare nobis sub vsura pro momentanea voluptate vitam æternam ablaturus, ideo dicitur Eccl. 20. Datus insipientis non est vtilis tibi: oculi enim illius septemplices sunt. Exigua dabit, & multa improperabit. Item in hoc hominem assimilat diabolo, quia non vult laborare: & dum quiescit in lecto multiplicatur vsura eius, sicut dixit diabolus. Sedebo in monte testamenti, &c. Et beatus Bernardus dixit. O impudens: millia millium ministrant ei, & decies centena millia assistunt ei: & tu solus sedebis? Item in labore hominum non sunt, &c. quibus dicitur. Surgite postquàm sederitis, qui manducatis panem doloris. Panis doloris est panis: quia lachrymæ pauperũ: de quo dicitur. Prou. 20. Suauis est homini panis mendacij: & postea os eius implebitur calculo. & Iob. 23. Agrum non suum demetunt, & vineam eius quem vi opprimunt vindemiant. Vsura est contra Dei sententiam, qua dictum est Adæ. In sudore vultis tui vesceris pane tuo. Vsura est contra naturam, & quasi Sodoma in contractibus. contra naturam enim est, vt granum multiplicetur in horreo, immo diminuitur. Sic etiam contra naturam est, vt pecunia multiplicetur in arca, vel vsura illius cui commodatur, sed granum in terra naturaliter multiplicatur. Terra in qua multiplicari possent hæc bona temporalia, sunt pauperes: quia omnes eleemosynæ quasi semina sunt, 2. ad Cor. 9. Qui administrat semen seminãti, & panem ad manducandũ præstabit, & multiplicabit semen vestrum & augebit semen frugum iustitiæ vestræ, vt in omnibus locupletati abundetis. Vsurario ergo sola sors reddenda est. Vnde potest illud dici ei. Amice non facio tibi iniuriam, tolle quod tuũ est, & vade. Vsura vitium est tenacissimum. Vnde vsurarius nihil sustinet reddere. Vnde similis est nassæ de qua egredi non potest piscis, qui intrauit. Vnde similis labyrintho Dędali. Vnde potest dici, vestigia nulla retrorsum. & Prou. 2. Omnes qui ingrediuntur ad illam non reuertentur.

Vsura est contra sententiã Dei, & contra naturam.

Vsura vitium tenacissimum.

tentur. Similis inferno in quo nulla est redemptio. Vnde merito comparari potest lappæ quæ immixta capillis hæret ita ꝙ vix potest tolli. Capilli sunt temporalia quibus inhærere facit tenacitas vsuræ, ita ꝙ separari non potest. Vnde Oseæ 9. Desiderabile aurum eorum vrtica hæreditabit: lappa in tabernaculis eorum. Vrtica cauterium conscientiæ. Lappa tenacitas auaritiæ. Vsura similis est constipationi: quia sicut stipatus non potest egerere stercora: sic nec iste tẽporalia male acquisita, ideo dicitur Eccl. 22. De stercore boum lapidatus est piger. Tunc enim lapidatur dum corpus eius, quasi lapis inducatur, & ibidem. In lapide luteo lapidatus est piger. Lapis luteus fit ex luto indurato, de quo luto dicitur Habach. 2. Væh qui multiplicat, non sua. Vsquequo & aggrauat contra se densum lutum. Piger rectè dicitur vsurarius, qui sine labore vult ditari. Lapidatur luteo lapide: dum per auaritiam obstinatur. Vsurarius de vsura sua capellam seu sacellum construet, & annalia forte sacrificia instituet, sed induci, aut vix, aut nunquàm potest, vt aliquid reddat. Et tamen quic quid facit nihil prodest. Vnde Eccles. 24. Immolantis ex iniquo: maculata est oblatio, &c. Vsurarius curari non potest, nisi restituatur vsura. Vnde similis est ei, qui absorbet muscam, vel mustum, quando oportet exire. Similis est crapulæ, de qua quis non curatur, nisi per vomitũ. Eccles 31. Si coactus fueris in edendo, vel bibendo multum surge de medio & vome: & refrigerabit te. & non adijcies corpori tuo infirmitatem, & Iob 20. Diuitias quas deuorabit euomet, & de ventre eius extrahet eas Deus, & Prouerb. 22. Qui calumniatur pauperem, vt augeat diuitias suas, dabit ipse ditiori & egebit. Vsurarius quod intuitu Dei, & pro se non vult restituere inuitus perdit, quia aufertur à principibus, qui vtuntur eis tanquàm ęcus. Vnde significari potest per Sedechiam: quẽ cum rex Babyloniæ exoculasset dedit ei potionem laxatiuam, & effusus est totus, quod tangitur. Habach. 2. Vbi dicitur. Vęh qui dat donũ amico suo, immitens fel suũ & inebrians, stat aspiciens nuditatẽ eius. Repletus est ignorãtia pro gloria: bibe tu quoq; & cõsopire. Non n. sunt absque vsuris ĩmunes, q ab eis accipiũt vsuras in dãnũ pauperũ.

Vsurari curari nõ põtsine restitutiõe.

De immutatione triplici.

IN PSAL. LIIII. SERMO. CXII.

NON est illis commutatio, & non timuerunt Deum, &c. Est mutatio naturalis, & est mutatio voluntaria, siue gratuita, & est mutatio miraculosa. Naturalis mutatio fit in rebus naturalibus: voluntaria in nobis, quantum ad animam per pœnitentiam. Miraculosa fiet in nobis quantum ad corpora per resurrectionem. Triplex mutatio.

Mutatio naturalis signum est, & forma, & virtus in nobis, verbi gratia. Quædam animalia se renouant, vt apparet in colubro, qui mutat spolium suum: & in ceruo: qui se renouat in cornibus, & in auibus, quæ mutant plumas suas, & ad hoc se ponunt in mutatorio: ita etiam debet in nobis fieri mutatorium nostri in pœnitentia. Vnde non sine causa tempus pœnitentiæ generalis quadragesimæ, tunc est, quando omnes arbores, omnia terræ nascentia incipiunt renouari, vt homo, qui erat mortificatus & quasi desertum per peccatum reuiuiscat, vt hortus Domini per pœnitentiam. Esa. 58. Et eris quasi hortus irriguus, & quasi fons cuius non deficient aquæ. Has enim patitur anima vicissitudines quales dicuntur. Gen. 8. Cunctis diebus terræ: sementis, & messis: frigus & æstus, æstas & hyems: nox & dies, non requiescent, & Iohel 2. Quasi irriguus coram eo, & post eum solitudo deserti, &c. Non solum autem fit mutatio temporum, sed etiam animalium. Verbi gratia. Accipiter mutat colorem oculorum, aquila rostrum, & etiam plumas, & omnes aues prædæ, ceruus cornua, coluber spolium, seu pellem. Mutatio coloris in oculis significat in pœnitente mutationem voluntatis, vel intentionis, vt quod fiebat propter inanem gloriam, Mutatio naturalis. Quadragesima quare fiat eo tẽpore Mutatio tpm, & animalũ. Mutatio coloris in oculis.

gloriam, fiat propter Deum. Intentio enim totum deprauat opus, vet commendat. Matth. 6. Lucerna corporis tui est oculus tuus. Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit: si nequã, tenebrosum. Et Eccl. 31. Memento quoniam malus est oculus nequam. Nequius oculo quid creatum est? Multum decorat, vel deformat oculus faciem hominis. Vnde simplicitas oculorum laudatur in sponsa, Cant. 4. Oculi tui columbarum. Et in eodem vulnerasti me, &c. in vno oculorum tuorum. Et ê contrario. Prohibentur offerri domino luscus, & lippus & maculam habens in oculo. Leuit. 22. Deuter. 15. Si cæcum fuerit, &c, Ideo dicitur Matth. 5. Si oculus tuus scandalizat te erue eum, &c.

Mutatio rostri.

Mutatio rostri mutationem designat locutionis. Nondum enim in mutatorio pœnitentiæ mutatus est perfectè qui verba habet scurrilia, vel impudica. Vnde Sen. A verbis turpibus abstineto quoque, vsus impudentiam nutrit, vnde claustralibus fit quasi mutatorium linguæ. Se mutatum ostendebat, qui dixit, Psalm. 16. vt non loquatur os meum opera hominum. Sed verba omnia sint ad ædificationẽ. Vnde 1. Pet. 4. Si quis loquitur quasi sermones Dei. Sic dominus mutauit linguam Apostolorum Act. 2. Loquebantur Apostoli varijs linguis magnalia Dei, &c. Omnes sensus debent mutari à loquela sua, quia suo modo loquuntur sua appetibilia. Vnde Esa. 19. In illa die erunt quinque ciuitates loquentes lingua Chananæa, ideſt commutata.

Mutatio plumarũ.

Mutatio plumarum significat mutationem exterioris conuersationis. Vnde renouabitur, vt aquilæ iuuentus tua. Vel mutationem habitus, vt cum aliquis transit ad religionẽ. vnde redditus suos retinet, donec ei dicatur. Exue veterem hominem, & indue nouum. Hæc est mutatio dexteræ excelsi: quia solus Deus hanc facit, non homo. Vnde Iob 39. Nunquid per sapientiam tuam plumescit accipiter? quasi dicat non. Tunc qui fortis erat in mundanis, fortis efficitur in spiritualibus, Immo qui non poterat ieiunare, vel frigus sustinere dum erat in mundo, potens fit ad ista in claustro. vnde Esa. 39. Qui confidunt in domino mutabunt fortitudinem: assument sibi pennas sicut aquilæ, &

læ, & non laborabunt: ambulabunt & non deficient. Mutatio cornuum significat mutationem carnalis superbiæ in sanctam, & spiritualem, per quam indignamur contra fœtorem peccatorum. vnde Hier. Fili mi addisce sanctam superbiam, &c. De stulta superbia dicitur Amos. 6. Væ qui lætamini in nihilo, & in fortitudine vestra assumitis vobis cornua. De sancta dicitur Prou. 8. Mecũ sunt opes superbiæ & iustitia, diuitiæ, & gloria. Hæ mutationes significantur per rescationem, seu reteſtationem vini, ideſt de vase in vas transfusionem. Sed reprobi permanẽtes in peccatis nunquam mutantur. Vnde dicitur Hier. 13. Numquidpotest æthiops mutare pellem suam, &c Inueterati dierum malorum in senio mores retinent iuuentutis: quibus dicitur. Nequitia est, quæ te nõ sinit esse senẽ, &c. vt de senibus accusatoribus Susannę dicitur Dan. pen. Inueterate dierum, &c. vnde Claudianus. Dilectumq; diu quamuis annosa, lupanar circuit, & mores retinet, quos perdidit ętas. Et Hier. 48. Fertilis fuit Moab ab adolescentia suã, & requieuit in fæcibus suis. Non est transfusus de vase in vas: non est immutatus sapor eius: & in transmigrationem non abijt. Idcirco permansit gustus eius in eo: & odor eius non est immutatus.

Mutatio cornuũ.

Mutatio miraculosa.

Mutatio miraculosa per corporum resurrectionẽ spe cuius contemnebant sancti corpora sua. Quia sicut dicit Iob 2. Pellem pro pelle. & 1. Corint. 15. Oportet hoc corruptibile induere incorruptionem: & mortale hoc induere immortalitatem. De vtraque titulus Psalmi: pro his qui commutabuntur.

De Diabolo quomodo fini vitæ nostræ insidietur.

PSAL. LV. SERMO. CXIII.

Propter multas cãs diabo. insidiat fini vitæ nostræ. Similia.

INhabitabunt & abscondent, ipsi calcaneum suum obseruabunt. Diabolus insidiatur fini vitæ propter multas causas. Vult autem non percipi ad modum venatoris, qui induit se veste viridi qua similis est virori foliorum. Et sicut auceps, qui latet inter frutices. Vnde plerunque

runque transfigurat se in angelum lucis & propter claritatem dicitur dęmonium meridianum. vnde ab incursu, & dęmonio meridiano. Et 2. ad Cor. 2. Vt non circunueniamur à Sathana: non enim ignoramus cogitationes eius. Diabolus etiam est sicut venator, qui laqueos abscondit, & in angusto loco ponit per quem est transitus. Laqueus diaboli omnis creatura, & peccatum quod delectatione tegitur, quæ appetitur. Vnde Iob 18. Abscondita est in terra pedica eius, scilicet decipula illius super semitam. Similiter in arcto, & articulo mortis insidiatur, sicut murilegus muri ad foramen. vnde quidam legitur dixisse moriens: iter para tutum. Prima autem causa est, quia hæc duo maximè affectant homines: bonum finem, & exequiarum honorem: exemplo Balaam, qui dixit. Num. 23. Moriatur anima mea morte iustorum, & fiant nouissima mea horum similia. Pigri ita solent sohaitter, idest optare pro voluntate, sed tamen nihil propter hoc laborant, similes diabolo, qui dixit Matth. 4. Dic vt lapides isti panes fiant. Sic multi dicunt, vtinam lapis iste esset bonus salmo. Sic & vetulæ de nepote hærede. Vnde Persius. Hunc optent generum rex, & regina: puellæ hunc rapiant, quicquid calcauerit hic, rosa fiat. Sic optant carnales bona æterna sibi prouenire. Vnde Dominus. Matth. 20. Increpuit filios Zebedei, cum mater eorum dixisset. Dic vt hi duo filij mei sedeant, &c. Et respondit, Nescitis quid petatis, & subiunxit terribile verbum. Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum? quasi dicat, oportet vos transire per calicem, & per calicem venitur ad regnum. Et quia pauci sunt, qui laborent, vt habeant bonum finem per quem perueniant ad regnum: dicitur Prouerb. 12. Vult, & non vult piger. anima autē operantium impinguabltur.

Simile.

Cā prima

Secunda.

Secunda causa est, quia nouit, quòd si peccator tunc euaserit, nihil potest timere: in tuto enim est, & hoc dicet. Benedictus Dominus, qui non dedit nos in captionem dentibus eorum. Anima enim erepta est de laq. &c. Laqueus contritus est, & nos liberati sumus, & Naum. 2. Celebra Iuda festiuitates t. i. confitens, quia non adicier vltra, vt pertranseat in te: Belial vniuersus interijt.

Tertia

Tertia, quia si tunc fuerit interceptus non poterit liberari. Vnde Eccl. 11. Vbi ceciderit lignum ibi erit, siue ad austrum, siue ad aquilonem. Et Sopho. 1. Sed & argentum eorū, & aurū non potest eos liberare in die iræ dñi. Tertia.

Quarta, quia nouit potestatem suam modicum duraturam, & ideo sæuit acrius. Sicut præpositi temporales: quæ omnia quæ possunt emungunt, vnde Statius. Non parcit populis regnum breue. Et Apoc. 12. Descendit diabolus ad nos habens iram magnam, sciens quòd modicū tempus habet. Quarta.

Quinta, quia & si in nullo alio nocere posset, saltem eo natur electos de specie mali exitus infamare, & procurat vt electi moriantur, vel intestati, vel ex insperato, quod nonnunquàm contingit etiam bonis: nec habēt plerunq; solemnitatem exęquiarum, qui tamen quantum ad Deū fęliciter consummant dies suos: Vnde Sap. 4. Iustus si morte præoccupatus fuerit in refrigerio erit. Et ibidem. Consummatus in breui expleuit tempora multa. placita enim erat Deo anima illius: propterea properauit educere eum de medio iniquitatis. Diabolus autem modis omnib. procurat. vt in hoc saltem infamet eos, quantum ad vulgi opinionē. Vnde Eccl. 11. Bona in mala conuertens insidiatur, & in electis ponit maculā. Sed quicquid machinetur, in conspectu Dei bonus est exitus iustorū. Vnde Eccl. 1 Timenti dominū bene erit in extremis, & in die defunctionis benedicetur. Preciosa est in conspectu do. m. s. eius, è conuerso. Mors peccatorum pessima. Quicquid honoris exhibeatur fęneratori in extremis. Psal. 139. Virum iniustum mala capient in interitu. Huic afferūtur circa feretrum, cruces, luminaria, & thuribula. Ex alia parte occultę parantur ei tenebræ, & cruces aliæ, s. patibulū inferni, & sulphura. Quia ignis & sulphur, &c. Debet ergo miser homo cogitare, qūo possit insidias illas declinare. Iuxta illud Prou. 6. Eruere quasi damula de manu, & quasi auis de insidijs aucupis, quæ pipe, id est canit, quando se percipit euasisse. Insidijs autem diaboli occurritur duobus modis: per confessionem, & per testamenti ordinationem. Vnde Esaia 38. Dispone domi tuæ, quia morieris, & non viues. Et Eccles. 23. Ne dederis miraculam in glo- Quinta.

Laborandū est, vt insidias diaboli in fine vitæ euadam⁹.

in gloria tua in die consummationis vitæ tuæ, & in tempore exitus tui distribue hæreditatem, de qua dicit Horatius in epistolis. Omnem crede diem tibi diluxisse supremum, & Grego. dicit. Disce quasi semper victurus: vive quasi cras moriturus. Vnde Eccl. 5. Ne tardes conuerti ad dominum, & ne differas de die in diem. Subito enim veniet ira illius, &c. Et Qui non est hodie, cras minus aptus erit, &c. Et quod præteritum est, &c. Persius. Iam cras hesternum consumpsimus, ecce aliud cras.

De confessione integre, & sine hypocrisi facienda de propriis & lachrymarum triplici virtute.

IN PSAL. LV. SERMO. CIIII.

DEvs vitam meam annunciaui tibi, posuisti lachrymas meas in conspectu tuo. Primo considerandum quare dixit, Vitam meam annunciaui tibi. Annunciaui enim dicit quasi planè, & palam nunciaui, & hoc contra quosdam qui quasi singultiendo. & masticando dicunt peccata sua & sub quodam inuolucro, vt cum quis debet dicere, ꝙ fœnerator sit, dicit, ꝙ aliquid habuit de alieno, & per quosdam circuitus loquitur de peccato suo, & hoc maxime contingit circa peccatum carnis, in cuius genera circũstantiæ maiores sunt plerunque ipsius peccati substantia. Vnde ad Ephesios 5. Quæ in occulto fiunt ab ipsis turpe est etiam dicere. Et idem Apostolus vocat passiones ignominiæ ad Rom. 1. vbi dicit, Propterea tradidit eos Deus in passiones ignominiæ. Sed oportet ꝙ in confessione malus pudor vincatur, qui claudit os. Est enim dæmonium pudor, quo ejecto loquitur mutus de quo Lucæ 11. Erat Iesus ejiciens dæmonium & illud erat mutum, & cum ejecisset dæmonium loquutus est mutus: quod significatum est in Iuda de quo legitur, ꝙ primus intrauerit mare rubrum. Mare rubrũ intrare est pudorem de peccato vincere. ideo dicit Iob 7. Non parcam ori meo: loquar in tribulatione spũs mei, Confabulabor animæ meæ. In amaritudine dicit. Multũ enim in hoc amaricatur anima, nunquid si quis in bello victus

Peccata ĩ confessione libere dicenda sunt.

victus esset libenter narraret hoc? & quid est peccare, nisi in bello tentationum succumbere. Vnde Ouidius. Quis. n. sua prælia victus commemorare velit? Maximè quidem turpe est vinci à fœmina. Vincitur à fœmina, qui vincitur à concupiscentia sua. hoc significatur Iud. 6. vbi dixit Abymelech armigero suo euagina gladium tuum & percute me, ne forte dicatur, ꝙ à fœmina interfectus sum. Multi enim occultè per hypocrisim peccant, ne eorũ incontinentia percipiatur. Isti quasi ab armigero interfici volunt ne à fœmina victi dicantur. Armiger iste est hypocrisis. Armiger arma portat, sed armis non pugnat. Sic hypocritæ virtutum armis induuntur, quarum opera non habent. Meam dicit propter quosdam, qui aliena confitentur peccata, & in hoc quasi se excusant dicentes per illum feci: cum potius dicenda sit circunstantia, quæ facit ad grauamen peccati, quàm ea, quæ facit ad eius diminutionem. ideo dicitur Eccl. 15. Ne dicas ille me implanauit idest decepit. Et Gen. 3. Mulier quam dedisti mihi, decepit me. De hac annunciatione dicitur Eccl. 16. Anima vitalis, denunciat ante faciem ipsius, & ipsa iterum euersio illorum. Anima vitalis est anima pœnitentis: qui viuit non solum vita naturali, sed etiam gratiæ, & ita duplicem habet vitam. vnde viuens confitebitur tibi. hæc denunciant ante faciem ipsius, idest Dei, & ipsa est euersio illorum, quia ipsa peccati confessio est, quasi euersio pœnitentiũ: faciens, vt quod est subtus sit supra, & è conuerso. Ratio scilicet supra sensualitatem. Vnde Oseæ. 7. Effraim factus est panis subcineritius, qui non reuersatur. Timor enim qui est in pœnitente, sicut tonitruum vina, ira cor euertit. vnde vox domini super aquas, Deus maiestatis intonuit dominus super aquas multas, idest mentes fluxas.

Qui vincitur con cupiscentia fœmina vincit.

Hippocrisis est armiger.

Secundo videndum est quare dixit. Posuisti lachrymas in conspectu t. Lachryma salsa est, & calida, & clara, salsa est, & amara: ideo conseruat à vermibus tentationum. Anima etiam pœnitentis se Deo mortificat, & immolat, & ne putrescat hac amaritudine discreta, quasi quodam sale conditur. Ideo dicitur Matt. 5. Vos estis sal terræ, &c. Et in omni sacrificio ponebatur sal, quasi dicat peccata quiescere, discretè conseruate, à peccati corruptione.

Lachryma salsa, est calida & clara.

Calida

Calida est, & ideo melius abluit. Emanat enim flante austro spiritus sancti, vnde flabit spiritus eius & fluent aquæ, & ita calidæ quandoque sunt, ꝙ ex eis excaldatur diabolus sicut in bello, & etiam tota anima excoquitur & esibils Deo efficitur. Tepida aqua nõ vrit diabolũ, immo potius fouet, & delectat. vnde Apoc. 3. Vtinam calidus esses, aut frigidus: sed qa tepidus es incipiã te euomore, &c. vnde de illo cuius lachrymæ ita calidæ non sunt, vt diabolum vrant, potest intelligi illud Gen. 46. Ruben primo genitus meus, &c. effusus es sicut aqua non crescas, alia litera, non ebullias. Clara est, & eius claritas placet Deo: ideo dicitur: posui lachrymas meas in conspectu tuo. Sicut de bono vino dicitur, ponite illud ante me, hoc hic ponite. Hinc dicitur. Esa. 38. Audiui orationem tuam, & vidi lachrymas tuas. Quædam lachrymæ sunt, quæ non ponuntur in conspectu Dei, sed Deus se auertit ab illis, scilicet quæ sunt de terrenis, quod significatur per lachrymas Esau. Gen. 27. Cum Esau eiulatu magna fleret dixit Isaac. In pinguedine terræ, & in rore cęli desuper erit benedictio tua, &c. In pinguedine terræ præmisit, quia lachrymæ pro terrenis erant: nec benedictionem qualem habuit Iacob impetrare potuit. Aquæ natura est ascendere vsque ad originem sui. Vnde pro terrenis non ascendunt, quia de immo oriuntur: quæ pro cęlestibus, ascendunt ad locum vnde oriuntur. Vnde Esa. 15. Per ascensum Luith flens ascẽdet. Luith interpretatur genæ, & Eccl. 35. Nonne lachrymæ viduæ ad maxillam descendunt, & exclamatio eius super deducentes eas? Item lachrymæ comparantur sudori, qui valdè gratus est medico, quia per ipsum æger releuatur, & terminatur morbus, maximè quando sudor vniuersalis est. Vnde Psal. Lauabo per singulas noctes lectum meum tachrymis meis stratum meũ rigabo. Hic est sudor de quo dicitur. Gen. 3. In sudore vultus tui vesceris pane tuo. Quia ante has lachrymas non est eundum ad panem eucharistiæ. Vnde Iob 7. Antequam comedam suspiro, &c. Dominus autem autem significauit sudorem debere esse vniuersalem per hoc, ꝙ sudauit toto corpore. Vnde Luc. 22. Factus est sudor eius tanquam guttæ sanguinis decurrentis in terram.

Quædam lachrymę nõ ponuntur in cõspectu Dei.

De

De fouea, quæ foditur diuersis per inuidiam,

IN PSAL. LVI. SERMO. CXV.

FODERVNT ante faciem meã foueã, inciderunt in eã. Fouea foditur illi quẽ quis vult præcipitare, & hoc proprium est inuidorum, qui inuidentes alijs gratiam, vel felicitatem, intendunt eos præcipitare, quod significatum est in fratribus Ioseph, quia inuidebãt ei, sicut dicitur Gen. 37. Videntes fratres Ioseph ꝙ à patre plus cunctis filijs amaretur oderũt eum. nec poterant ei quicq̃ pacifice loqui. Ecce, ꝙ inuidia cor mutat ad odiũ & etiã totũ exteriorẽ hoĩum. Linguam, vnde dicit non poterant ei pacifice loqui. Aures obducit, oculos auertit & reuerberat, quia non potest audire de illo cui inuidet, nec videre eum. vtrunque notatur 1. Reg. 18. Vbi dicitur ꝙ Saul non poterat audire mulieres psallentes & cantantes. Saul percussit mille, & Dauid decem millia. Et ibi sequitur, iratus ꝙ est Saul & displicuit in oculis eius ille sermo & dixit: Dauid, dederũt decem millia, Sauli autem mille. Quid ergo restat illi nisi regnum? In quo notantur magistri, qui alios dolẽt sibi in scholariũ numerositate præferri, & post sequitur, nõ ergo rectis oculis Saul iam respiciebat Dauid ab illa die & deinceps. Ecce ꝙ oculos auertit & reuerberat. Auertit vnde Prouerb. 1. Auersio paruulorum interficiet eos, & prosperitas stultorum perdet eos. Paruulos dicit inuidos, qui dolent sibi præferri alios, & se paruulos in conspectu aliorũ reputari. Hic est paruulos de quo dicitur Iob 5. Virũ stultum interficiet iracundia, & paruulũ occidit inuidia. Oculos reuerberat. vnde Ouidius. Nusquàm recta acies, &c. Infirmi enim sunt oculi inuidiæ & claritatem virtutis in alio sustinere non possunt, & fugiunt radios luminositatis sibi nõ gratæ, quasi corruscationes oculos perstringentes, & hoc est quod dicit Iob 24. Ipsi fuerunt rebelles lumini, similes heli. De quo 1. Reg. 3. Oculi heli caligauerant, nec poterat videre lucernam dei antequàm extingueretur. Similiter nec inuidi possunt lucernam intuetĩ virtutis, nisi cum extinguitur, sicut solem in occasu.

Proprietas inuidorum.

Effectus inuidiæ.

Quia

Quia vt dicit deliuore. Ouidius. Risus abest omnis, nisi quem fecere dolores, &c. Solem in rota videre non valent per quod se non probant esse pullos aquilæ, & ab aquila Christo sunt reijciendi tanquàm degeneres. vnde de Pharisæis inuidis dicitur. Sapientiæ. 1. Factus est nobis intraductionem cogitationum nostrarum, grauis est nobis ad videndum. Grauissima pœna est inuido videre exaltationem inimici sui. vnde dicitur 1. Reg. 2. Videbis æmulum tuum in templo vniuersis prosperis Israel. Deficient oculi tui, & tabescet anima tua. Hæc ergo compellunt inuidi excogitare præcipitationem. vnde & Ioseph posuerunt tandem in cisternam Gen. 37. Mittamus eum in cisternã veterem, hoc est quod dicitur hic. Foderunt ante faciem meam foueam: sed quod sequitur Dei iusto iudicio est: & inciderunt in eam. vnde quidam. Iustius inuidia nihil est, &c. Et Ouidius nec enim lex æquior vlla est, &c. & Claudianus, docuitq; suum mugire iuuencum, de Phalari. Horatius. Inuidus alterius reb. macrescit opimis. Inuidia siculi non inuenere tyranni. Tormẽtum maius. Ipsi similes sunt illis, qui gladio suo alios conantur interficere, & incauti seipsos occidunt. vnde gladius eorum intret in corda ipsorum. Ipsi similes carpentario qui intendit secare lignum, & incidit pedem suum. Eccl. 10. Qui secat ligna vulnerabitur in eis. Ipsi similes homini iacenti lapidem sursum, & reuoluitur in ipsum. Prouerb. 26. Qui fodit foueam incidet in eam, & qui voluet lapidem, reuertetur ad eũ. Ipsi similes equo vitioso, qui interficit seipsum, vel seipsum pede attingit. Similes equo qui cadit in capistro suo. Solus inuidus sibi malũ facit, sibi nocet, seipsum lædit. Ipsi significantur per Saul 1. Reg. 31. Arripuit gladium suum super eum. Per Iudam, vt Act. 1. Laqueo se suspendit, & crepuit medius. Per Achitophel 2. Reg. 17. qui seipsum suspendit. Per Zamri qui domum suam, & seipsum incendit. Potest fieri, vt conatus inuidi fratrem suum non lædat: sed non potest fieri quin seipsum lædat, quod bene significatum est 1. Reg. 18. Misit Saul lanceam putans ꝙ configere posset Dauid: quæ hæsit in pariete, & Dauid declinauit. Talis est iste, qui hic loquitur. foderunt ante faciem m. fo s. quam percepi, & declinaui. Frustra enim

Pœna ẽ in uido vide re exaltat onẽ inimici sui.

Inuidus similis c- ,te.

enim iacitur rete ante faciem pennatorum, vt Prouer. 1. Sed non potest fieri quin inuidus noceat sibi. ideo sequitur. Et inciderunt in eam, hoc signatum est Hester 4. vbi dicitur ꝙ Aman suspensus est in patibulo quod parauerat Mardocheo, nam inuidebat ei. Item hoc signatum est Dan. 3. vbi dicitur, ꝙ flamma incendit quos repperitiuxta fornacem, qui eam incendebant. Isti ergo sunt ministri regis Babylonis, qui fornacem incendunt, vnde comburuntur. Et Eccl. 1. Oritur sol, & occidit, &c.

De cognitione sui habenda, & de matris ecclesiæ sollicitudine.

IN PSAL. LXVII. SERMO. CVI.

ALienati sunt peccatores à vulua, &c. Ad resistendum tentationi vtilis est cognitio sui, & consideratio. Primo enim debet vnusquisq; spiritualiter genitus considera re generis sui claritatem propter quam debet à turpibus abstinere: & si non propter se saltem propter generis sui claritatem, ne ponat maculam in gloria sua. vnde dicitur Esa. 6. Attendite ad petram de qua excisi estis & de cauerna laci. Petra autem est Christus, cauerna laci, latus Christi, de quo sanguis, & aqua exierunt in regionem nostram. Quod etiam exponi potest de quolibet clausträli, qui debet respectum habere ad caput ordinis, & ad magistrum & institutorem, vt ad Beatum Augustinum, vel sanctum Benedictum, & huiusmodi, ne sit degener filius. Quilibet ergo nascitur liber filius Dei, hæres regni. Liber, quia natus de libera. Vnde ad Gal. 4. Hierusalem quæ sursum est, ipsa libera est mater nostra, propter peccatum autem fiunt de liberis sui: de filijs Dei, filij diaboli: de hæredibus regni, exules, & rei patibuli. Omnes degenerant qui peccant. Vnde Boetius. Omne hominum genus simili surgit ab ortu. Multo magis qui nõ sunt tantum filij secundum naturam, sed secundum gratiã. Quanta abhominatio esset filium regis intrare tabernas cum tibaldis & lupanar frequentare? Magis excedis tu, qui es filius regis summi: quia lupanar & taberna diaboli peccatum

Cognitio sui vtilis est ad resistendum tentationi.

Quod cõtinet

Respect⁹ ad caput ordinis.

Mansuetudo.

catum est. Retrahat ergo te dignitas tua. Vnde Eccles. 10. Fili in mansuetudine conserua animam tuam. Mansuetudo est quasi manus assuetudo. Mansuetus ad manū assuetus. Sicut domestica auis, quæ venit ad manum, & tu venias ad manum Christi, qui non cessat te vocare, & extendit manus in cruce. Vnde Prouer. 1. Vocaui & renuistis: extendi manus meas, & non erat, qui aspiceret. Eccl. 10. Fili in mansuetudine serua animam tuam: & da illi honorem secundum meritum suum. Peccantem in animam suam quis iustificabitur? id est dignum iustificatione dicet? & quis honorificabit exhonorantem animam suam, quasi dicat nullus. Teipsum inhonoras, & deturpas quando peccas. Vulua de qua loquitur hic, est fons baptismi, vel pœnitentia: in quibus fit regeneratio, & dici potest vulua gratiæ in qua fit spiritualis regeneratio. Sicut in vulua naturæ, naturalis. de qua dicitur Eccl. 1. Initium sapientiæ timor domini: & cum fidelibus in vulua procreatus est. Timor ergo paruulorum est, vt amor adultorum, & perfectorum. De hac vulua dicitur Luc. 2. Omne masculinum adaperiens vuluam sanctum domino secundū legem vocabitur.

Quantum ergo flagitium est diabolo immolare? Vnde in Psal. 105. Immolauerunt filios suos, & filias suas dæmonijs, & Oseæ. 9. Effraim ducet ad interfectores filios suos. Hoc faciunt sacerdotes quando subditos suos quos genuerunt in Christo, peccare compellunt exemplo. Quicunq; ergo peccat alienatus est à vulua ecclesiæ. Et quia tales grauius puniuntur. Ideo Iob dicit, cap. 10. Quare de vulua eduxisti me, &c.

Qui peccat alienatus est ab ecclesia.

Secundo.

Secundo debet inspicere matris parturientis dolorem, & laborem, quæ in conceptu de grauida. Vnde Esa. 46. Audite qui portamini in vtero meo, & qui gestamini in mea vulua: vsque ad senectam, & vsque ad canos ego portabo. Multi enim iam sunt senes, & nōdum regenerati sunt per pœnitentiam. In partu est laboriosa, ad quid enim orationes & ieiunia, & labores ecclesiæ, nisi vt Deo pariat, & partus conseruet? & Apoc. 12. Mulier amicta sole, clamat per prædicationem, & cruciatur, vt pariat, videlicet peccata proximorum.

Et in

Et in educatione est sollicita. Dolet enim quando paruuli auertunt se ab vberibus suis, id est verba Dei: sicut hodie fit. Vnde Prouer. 1. Auersio paruulorum interficiet eos, sustinet vbera sua morderi, id est doctrinæ detrahi: sustinet gremium fœdari Prou. 9. Qui arguit impium, sibi generat maculam, & tamen non proijcit illos, immo dicit, vt habetur Prouer. 9. Qui paruulus est declinet ad me. Exhibet se pro gerula. Vnde Oseę. 9. Ego nutricius Effraim: in brachijs meis portaui eos, & nescierunt quia curarem eos. Verè sollicita est que tam nobiles habet nutrices. Vnde Esa. 49. Et erunt reges nutricij tui, & reginæ nutrices tuæ. Et cap. 60. Et suges lac gentium, & mamillā regum lactaberis, &c.

Tertio debet attendere amittentis angustiam. Vnde Hierm. 31. Vox in rama, seu in excelso audita est, lamentationis, luctus & fletus Rachel, plorantis filios suos, & nolentis consolari super eis, quia non sunt. Tertio.

Quarto debet considerare filiorum paucitatem. Synagoga enim Sathanæ plures habet, quam ecclesia Dei, & prudentia carnis, quam sapientia Dei. Vnde Esa. 17. Erit sicut congregans in messe quod restiterit, & brachium eius spicas leget. Dominus non facit, nisi grappare, seu racemare, diabolus vindemiare. Ipsa enim ecclesia est sicut elephantissa, quæ non parit nisi vnicum, & ideo charissimum habet. Prudentia carnis, vel mundi, sicut porca, vel canicula, quæ plures habet. Videre est mulieres pauperes & abiectas, plures habere, vbi Regina magna vix vnum habebit. Ideo orans numerum malorum minui clamat. Ose. 9. Da eis domine: quid dabis? vuluam sine liberis, & vbera arentia.

Alienati igitur, sunt peccatores à vulua, hoc dicitur contra illos, qui post baptismum, vel pœnitentiā redeunt ad peccatum: contra quos ad Hebræos. 6. Non rursus iacientes fundamentum pœnitentiæ ab operibus mortuis, &c. Et Esa. 48. Scio quia præuaricans præuaricaberis: & transgressionem ex vtero vocaui te. Similes auiculæ, quæ q̄ cito potest, deserit nidum suum. Ose. 9. Effraim auolauit quasi auis: gloria eorum à partu auolauit. Quasi dicat gloriam amiserunt, quam habebant ex eo, q̄ erant filij Dei. Quarto.

De spinis quibus carnalis pungitur & pungit.

IN PSAL. LVII. SERMO. CXVII.

Spinæ quibus carnalis pungitur.

PRIVSQVAM intelligerent spinæ vestræ rhamnum sicut viuentes sic in ira absorbet eos. Habet carnalis spinas quibus pungit. Spinæ quibus pungitur sunt sollicitudines mundanæ & reprehensiones cauteriatæ conscientiæ.

Sollicitudines mundanæ. vnde dominus per spinas significauit diuitias, quia sollicitudines generant. Lucæ 8. Et aliud cecidit inter spinas, & simul exortæ spinæ suffocauerunt illud. Quod exponens subdit. Quod inter spinas cecidit, hi sunt qui audierunt & à sollicitudinibus, & diuitijs, & voluptatibus euntes suffocantur, & non referunt fructum. Carnalis aute diuitias non intelligit esse spinas: quia non attendit sollecitudinem, sed voluptatem, & nescit se lingere mel super spinas. Vnde Iob. 30. Qui inter huiusmodi lætabantur delicia, & esse sub sentibus computabat. Habent enim diuitiæ tres punctiones: labore pungunt dum acquiruntur, timore dum possidentur, dolore dum amittuntur. Vnde Iob 31. Loquens de iniqua acquisitione dicit: si fructus eius comedi absq; pecunia, & animã agricolarum affixi: oriatur mihi tribulus pro frumento, & ordeo spina. Spina pro ordeo nascitur quãdo de iniqua temporalium acquisitione corpus, & anima affliguntur. Amor enim temporalium ita inebriat, ꝙ spinas esse non sentit dum pungitur, simil. ter nec paralyticus. Ideo dicitur Prouerb. 26. Quomodo si spina nascatur in manu temulenti, sic parabola in ore stultorum. Temulentus si spina pũgatur, non sentit. Similiter ebrius amore temporalium, si acumine verbi Dei pungatur: non sentit. Vnde Prouerb 23. Et eris quasi dormiens in naui, & quasi sopitus gubernator amisso clauo, & dices. Verberauerunt & non dolui: traxerunt me, & non sensi. Qui si habeat spinã in manu, ea pungere nõ potest, quia inualida est. ideo dicitur, quòd talis est parabola in ore stulti, quòd licèt in se pungitiua sit, in ore eius virtutem amittit: sed in ore sapientis

Carnalis nõ pcipit diuitias esse spinas.

Diuitiæ tres punctiões habent.

pientis efficaciam habet. Vnde Eccles. vltimo. Verba sapientum sicut stimuli, & sicut claui in altum defixi: quæ per magistrorum consilia data sunt à pastore vero. Retrahunt à peccato, & ideo claui: Excitant ad bonum, & ideo stimuli. Alij autem qui circa diuitias attendunt, prædictas tres punctiones non intelligunt esse spinas. Itti significantur per exploratores: de quibus Iosue 2. Misit Iosue duos exploratores de Sethym, vt explorarent Hiericho. Sethym interpretatur spina. Illi enim præcipue mundum explorare nouerunt, qui labores mundi experti sunt, & iã à mundo exierunt. Vnde Ecclesiast. 34. Vir in multis expertus cogitabit multa. Qui autem non est expertus pauca recognoscit. Qui tentatus non est qualia scit?

Quidam nõ intelligunt diuitias esse spinas.

Habet & carnalis spinas, scilicet repræhensiones conscientiæ. conscientia enim eius quasi terra inculta. vnde dicitur Prouerb. 24. Transiui per agrum hominis pigri, & per vineam stulti viri, & ecce totum repleuerant vrticæ, & operuerant faciem eius spinæ. Esa. 34. Orientur in domibus eius spinæ, & vrticæ. Peccatũ enim in conscietia est sicut in pede spina, quæ nisi extrahatur dolorem ingerit. Extrahitur autem per confessionem. vnde Eze. 28. Non erit vltra domui Israel offendiculum amaritudinis, & spina dolorem inferens per circuitum.

Spinæ quibus carnalis pungit.

Spinam etiam habet carnalis qua pungit .s. defensionis, & excusationis peccati qua pungit confessores. Spinã impatientiæ, qua pungit prædicatores, & in se arguentes spinam defensionis. vnde dici potest animal spinosum scilicet Ericius, qui tractari non potest, & canes ipsum refugiunt. Esa. 34. Ibi foueam habet ericius. Sic & parca propter spinositatem suam non potest à lucio deuorari.

Habet spinam impatientiæ. Quia non sustinet vllam correptionem, sicut Pharisæi, quibus cum Dominus dixisset. Luc. 11. Væh vobis Pharisæi qui diligitis primas cathedras in Synagogis, &c. Respondens vnus ex legisperitis ait. Magister hæc dicens etiam nobis contumeliam facis. Hypocrisis nullo modo tãtum cognoscitur quantum per impatientiam. vnde Eccles. 43. Dum gelauerit fiet tanquàm cacumina tribuli: dum gelauerit, scilicet ventus tẽtationis. Quid enim verba aspera, verba contumeliæ, ni-

si ventus vrens cacumina tribuli? Tribuli exterius habẽt candorem sed intus senties punctionem. Sic & tales non modicum interius exasperantur, quàmuis in conuersatione, & habitu candor exterius ostendatur. Ideo dicitur Prouerb. 19. Doctrina viri per patientiam noscitur: similiter, & virtus. Tales pro vna contumelia reddens duas, & statim vindicant se. De quibus 2. Reg. 23. Præuaricatores quasi spinæ euellentur vniuersi, quæ non tolluntur manibus: & si quis tangere eos voluerit, armabitur ferro, & ligno lanceato: igneq; succenso comburentur vsque ad nihilum. Spinę directum habẽt aculeum, rhamnus recuruum. Spina rhamnum non intelligit: & quando quis aliũ pungit, quòd in ipsum reuertitur punctio non aduertit. Vnde similes sunt tapi quæ tam acriter pungit, ꝙ sua moritur punctione, dum cum aculeo intestinum in vulnere relinquit. Vnde possunt dicere sicut Lamech Gen. 4. Occidi virum in vulnus meum, & adolescentulum in liuorem meum.

De duplici fortitudine, corporis scilicet, & animæ.

IN PSAL. LVIII. SERMO. CXVIII.

Fortitudo exterior in q̃bus consideretur.

FORTITVDINEM meam ad te custodiam quia Deus susceptor meus es. Est fortitudo corporalis exterior, & est fortitudo spiritualis interior, idest animi. Fortitudo exterior consideratur in robore corporis, in amicis, in parentibus, in diuitijs, & huiusmodi. Ex his enim dicitur aliquis fortis, & potens contra alium. Vnde Prouer. 18. Substantia diuitis vrbs roboris eius, & quasi murus circunstans eum, antequàm conteratur. Sed potius est infirmitas eius: quia in eius occasione multi ruunt in peccatum, & multis est occasio ruinæ. Vnde in psal. dicitur. Fallax equus ad salutem, in abundantia virtutis suæ non saluabitur. Videre est multos qui fortitudine confisi exercent se in pugillatoria arte, & gladiatores fiũt. Sicut mulier propter pulchritudinem suam fit meretrix, & tales,

Substantia multis est occasio ruinæ.

Simile.

les quasi armis sibi à Deo concessis pugnant contra Deũ, quibus deberent pugnare pro Deo. Hæc fortitudo non est laudabilis, quia communis brutotũ, & plærunque potius nocet quàm iuuat. Vnde Eccles. 6. Ne te extollas in cogitatione animæ tuæ velut taurus: ne fortè elidatur virtus tua per stultitiam.

Fortitudo corporis nõ est laudabilis.

Similiter diuitiæ, & amicorum fiducia multos faciunt excedere. Vnde dicitur Eccles. 21. Obiurgatio, & iniuriæ adnihilabunt substantiam: & domus quæ nimis locuples est adnihilabitur superbia. Inde est, quòd multi sola sua fortitudine, & potentia confisi, nocent alijs, quia sciunt nihil illis contraire posse: ideo subditi timent commodare dominis suis, & non est bonum cum ditiori se symbolizare, quia semper sibi potiorem vult partem. Vnde dicitur Eccle. 8. Noli fœnerari fortiori te, ꝙ si fœneraueris perditum puta. Et item 13. Ditiori te ne socius fueris. Quid communicabit cacabus ad ollam? quando se collisserint cõfringetur. Societatem dicit in mercatura, vel mediatura, quia semper sibi vult meliorem partem: quod ostenditur Gen. 31. Vbi dicitur, quòd quando concesserat Laban, ꝙ Iacob haberet varios fœtus, & videbat plures esse quàm vnicolores, tunc volebat habere varios, & è conuerso. Vnde Eccle. 13. dicitur. Diues iniustè aget, & fremet, pauper autem læsus tacebit.

Fortitudo exterior potius infirmitas est quàm fortitudo: & ideo indiget pædagogo siue rectore, & custodia. Custodia autem exterioris debet esse interior animi fortitudo, idest quælibet virtus. Ex qualibet enim virtute anima fortis est contra aliquid. Hac fortitudine, exteriorem debet custodire, quia infirmitas est. Vnde Eccle. 26. In filia non aduertente se, firma custodiam: ne inuenta occasione abutatur se. Seipsa enim exterior fortitudo abutitur, quando per interiorem animi virtutem non reprimitur. Prouer. 18. Spiritus viri sustentat imbecillitatem suam. Fortitudo illa maledicta est, quæ interiorem fortitudinem eneruat, & ideo abijcienda est: quod significatur Deut. 25. vbi dicitur. Si habuerint inter se duo viri iurgiũ, & vnus contra alterum rixari cœperit: volensq; vxor alterius eruere virũ suũ de manu fortis: emiserit q; manũ, & apprehen-

Fortitudo exterior est potius infirmitas. Custodia fortitudinis exterioris q̃ sit.

henderit verenda eius, abscindes manum illius: nec flectet
ris super eam vlla misericordia. In partibus enim illis
virilitas. Tunc mulier in virilia manum mittit, quando
carnis fortitudo, quæ infirma est, virtutem animi, quæ ve
re virtus est, eneruat penitus, & vincit. Et hoc est, quòd
Dalida fortitudinem abstulit Sansoni. Iudi. 16. Ideo dicit,
Fortitudinem meam ad te custodiam. Ad te. i. propter te,
vel exemplo tui. Propter te, contingit enim quòd aliquis
de contumelia, vel iniuria sibi illata non se vindicat, quia
non potest: tamen voluntas non deest. Isti nullum est me-
ritum, quia intus retinet rancorem. Vnde dicitur Eccl. 19.
Est qui veretur præ inopia peccare: & in requie sua stimu
labitur. Quando vero potest, & non vult facere propter
Deum, tunc magnum habet meritum: cui interior fortitu-
do exteriorem ne excedat, custodit. Ideo dicitur. Qui po-
tuit transgredi, & non est transgressus. Hoc significatur
in verbo quod Laban dixit ad Iacob Gen. 31. Stulte opera
tus es, & nunc quidem valet manus mea reddere tibi ma
lum: Sed Deus patris tui heri dixit mihi. Caue ne loqua-
ris contra Iacob quicquam durius. Fortitudo quidem in-
terior exteriorem fortitudinem, per patientiam, & man-
suetudinem vincit, quæ sunt animæ fortitudo. Virtus e-
nim patientiæ, & mansuetudinis non permittit animam
vindicare se contra verba, vel illatam sibi iniuriam, sed re
primit animam. Vnde dicitur Prouer. 16. Melius est pa-
tiens viro forti, &c. Per prudentiam cor flectitur. Cor e-
nim prudens si quid lucratur non proijcit. Intelligit enim
talis quasi talentum lucratum esse in contumelia, vel iniu
ria sibi illata: quo se a suo debito posset liberare. Iã enim
debetur ipsi, & ipse debet multa Deo, & si remittit suum
debitum, Dominus ei remittit suum. Quia dixit. Dimitte
te, & dimittetur vobis. Sin autem se vindicaret: abijce-
ret talentum vnde se liberare posset. vt diceretur ei Mat-
thæ. 18. Serue nequàm, omne debitum dimisi tibi: nonne
oportuit, & te misereri conserui tui, &c. & Eccles. 28. Ho-
mo homini reseruat iram, & à Deo quærit medelã: Ideo
Eccles. 22. Ne ambules cum viro furioso, & noli esse ami
cus homini iracundo. Intelligit etiam illum esse phrene-
ticum, vel furiosum, & ideo non est in ipsum vindicandũ.

Fortitudo interior vincit exteriorem.

vnde

vnde qui in stultum, vel phreneticum vindicat, se magis
stultum demonstrat. Medicus sustinet se maledici à phre-
netico, nec se vindicat, sed blanditur ei, & placet eum. Ideo
dicitur Prouer. 26 Ne respondeas stulto iuxta stultitiam
suam ne efficiaris ei similis Et Prouer. 16. Vir insipiens
fodit malum: & in labijs eius ignis ardescit.

Per iustitiam. Iustitia enim est, reddere vnicuiq; quod Iustitia.
suum est. Cum ergo vindicta non pertineat ad ipsum, sed
ad Deum iudicem, secundum iustitiam non tenetur iudi-
care. vnde ad Ro. 12. Et Deutero. 32. Mihi vindictam, &
ego retribuam. Non vosmetipsos defendentes charissimi.
Hoc enim est vsurpare præpositurã in alieno territorio.
Item de iniuria illa citatus est coram suo iudice. vnde lite
pendente nihil immutandum. Item sic vellet se esse iudicẽ
& aduersarium simul: quod non decet vnde Mich. 7. Prin
cipes postulat, & iudex in reddendo est. & ad Rom. 14. Tu
quis es qui seruum iudicas alienum? &c. Vel ad te. i. exẽ-
plo tui. Potuisset enim se Dominus vendicasse, sed noluit,
vt nos doceret exemplo. vnde Matt. 26. An putas, quòd
non possum rogare patrẽ m. & exhibebit mihi plus quàm
12. legiones angelorum? Et ibi. Mitte gladium tuum in
locum &c. De interiori fortitudine etiam intelligendum
quod dicit fortitudinem meam, &c.

Per exercitationem meam, non enim custoditur sicut Quędã p
aurum in arca: sed potius in igne. Quædam enim sunt exercitii
quæ non custodiuntur nisi per exercitium, & motum. Fer- tantũ, &
rum enim nisi exerceatur col ligit rubiginem. Et vitiũ ca- motũ cu-
piunt ni moueantur aquæ: sicut dicit Ouidius. Et motus stodiunt.
conseruat mẽbra, & in cursu, & in cantu, & in visu, ideo dr
Gen. 24. Exijt Isaac ad meditandum seu exercitandum in
agrum. Tribulatio, & aduersitas virtutem custodiunt. vn-
de de Salomone dicit Beatus Greg. Salomonis cor sapien-
tia penitus deseruit, quam nullius tribulationis disciplina
custodiuit. Per exemplum. animamur enim exemplo, &
ad bona agenda, & ad mala patienda. vnde Prouer. 27. Fer
rum ferro exacuitur, & homo exacuit faciem amici sui:
vnde 1. Machab. 6. dicitur, quòd ostendebant elephantis
sanguinis vuæ, &c.

De cane comparato peccatori, & prædicatori.

IN PSAL. LVIII. SERMO. CXIX.

Canis, proprietates.

CONVERTENTVR ad vesperam, & famem patientur, vt canes. Canis pioprietates habet bonas, & malas. Secundum malas significat peccatorem. Peccator igitur comparatur cani propter natiuitatem. Canis enim nascitur oculis incompletis, & non videns. Sic & nos nascimur in tenebris originalis peccati, & significati sumus per cæcum natum de quo Ioan. 9. Ille illuminatus est de sputo facto de luto, & nos per fidem Christi hominis. Sputum est diuinitas, lutũ humanitas, & lotus est ad natatoria Syloes, & nos aqua baptismi.

Peccator cani comparat per malas proprietates.

Propter impudentiam: non enim erubescit mingere, vel egerere in conspectu cuiuscunque. Sic nec peccator turpitudinem suã facere in conspectu Dei. Boetius. Magna nobis est indita necessitas probitatis, cum cuncta agamus ante oculos iudicis cuncta cernentis. Et Eccl. 42. Nõ cognouit, quoniã oculi domini multo lucidiores sunt super solem, circunspicientes omnes vias hominum, & profundum abyssi, & corda hominum intuentes. Item nõ reueretur canis sacrum locum & mingit contra parietem etiam templi, ꝙ crus eleuat mingendo. Agnoscere debet anima se esse templum Dei, vnde 1. ad Cor. 3. Templũ Dei sanctum est, quod estis vos. Polluit ergo templum Dei, qui peccat, 1. ad Cor. 3. Si quis violauerit templum Dei, hisperdet illum Deus. Vrina renibus emanat. Quid est contra parietes templi mingere, nisi intellectum turpi cogitatione, & affectum immunda voluptate luxuriæ fœdare? Sunt enim quasi duo parietes templi hæ duæ vires animi intellectus, & affectus, hæc est virtus de qua dicitur Esa. 35. Nunquid ad dominum tuum, & ad te misit me dominus Deus, vt loquerer omnia verba ista, & non potius ad viros, qui sedent in muro, vt comedant stercora sua, & bibant vrinam pedum suorum vobiscum. Quosdã enim diabolus, ita retinet arte obsessos, vt compellantur prana consuetudine stercora sua comedere, id est immunditiam

Qui peccat templũ Dei pollut.

ditiam peccatorum, quæ per pœnitentiam egesserant iterare, & vrinam bibere, idest peccato luxuriæ delectari, quod significatur per vrinam: non solum, quia de renibus est, sed etiam vrit quos prius delectauit. vnde Esa. 7. In illa die sibilabit dominus muscæ, quæ est in extremo Aegypti, & api quæ est in terra Assur, & venient, & requiescent omnes in torrentibus vallium, &c. Vel stercora ad cupiditatem temporalium, vrina ad luxuriam referatur. Crus sicut canis leuat, qui per infamiam, libidinem suam denudat, vnde Esa. 47. Denudata turpitudinem tuã discooperi humerum tuum, releua crus, trausi flumina.

Propter immunditiam suam. Redit enim ad vomitum, quod facit, qui redit ad dimissum peccatũ, vnde 1. Pet. 2. Canis reuersus ad vomitum, &c. Et Prou. 26. Sicut canis, qui redit ad vomitum suum: sic imprudens, qui iterat stultitiam suam. Canis posteriora lingit. Sic peccator, qui in voluptate præterita delectatur, vnde inimici eius terram lingent. Et Amalechitæ dicuntur lingentes sanguinem, scilicet peccati: sicut lecatores lingunt hastile, seu vetu. Canis olfacit, & masticat aliena stercora. Quid est aliena stercora obfacere misi aliena peccata ad detrahendum explorare. Canis ergo est immundus detractor, & sicut scarabeus, qui semper rostrum suum immergit in stercore. Horum pars est porta stercoris de qua dicitur. Esdræ 9. Melchias filius Rachab ædificauit portam stercoris. Melchias interpretatur chorus domino. & significat detractores, qui chorum dominis suis faciunt dum eis assistunt. Rechab mollis pater, rectè dicitur detractor filius Rechab, quia mollities & remissio ducum facit detractores. Quia si deesset auditor, deesset & detractor. Et in psalmo opprobrium non ac. ad proximum suum. Detractor os suum portam stercoris ædificat, dum aliorum immunditias quibus detrahit, in ore versat.

Canis est immũd⁹ detractor.

Canis, non discernit genus suum in coitu, sicut nec equus omnis, & ideo significat incestuosos, & non recipiur in obligationem, nec fit commutatio pro eo. Vnde dicitur in lege, scilicet. Deutero. 22. Non offeres mercedẽ prostibuli, nec precium canis in domo domini Dei tui propter improbitatem, latrat enim, & mordet, sic & detracto-

tractor. Vnde ad Phil. 3 Videte canes, videre concisionē. Propter impatientiam, Quia lapidem proiectum, vel baculum mordet. Sed cum quid inuenerit durum dimittit, in quo apparent quidam deteriores cane, qui durum verbum obiectum non cessant reuoluere, & quanto durius, tanto amplius iterum, & iterum non desinunt ruminare. De hac impatientia dicitur, Prouer. 26. Sicut qui arripit auribus canem: sic qui transit impatiens Propter adulationem. Blanditur enim cauda, Sic & quidam applaudunt & blandiuntur; qui significari possunt per canē. De quo Tob. 11. Præcucurrit canis, & quasi nuncius aduenies blandimento caudæ suæ caudebat. Et Luc 16. Canes lingebant vlcera Lazari. Vlcera lingere est peccatum demulcere. Per gulositatem. Nare enim suspenditur, & sequitur quocunque trahas morsellum, & stans seruit. Sic quidā serui sunt gulæ, qui olfaciunt coquinas. Vnde Iuue. Admoto qui temperat omnia fumo, & sequuntur curias propter cibis. De quibus Horatius. Seruiet æternum, qui parvo nescit vti.

Canis secundū bonas proprietates prædicatorē significat.

Secundum, quòd habet bonas proprietates, prædicatorem significat. Latratum habet in ore. In dentibus morsum. In lingua medicinam, In cauda applausum. Sic prælatus & prædicator in ore debet habere latratum ad arcendos dæmones, qui sunt lupi. Contrā quos dicitur. Esa. 56. Speculatores eius cęci omnes, canes muti non valentes latrare. Vnde Beati Bernardi mater somniauit, quòd in vtero haberet canem dum esset prægnans.

In dentibus morsum, ideſt reprehensionem. Vnde. Hierem. 15. Visitabo super eo quatuor species. Gladium ad occisionem, canes ad lacerandum, volucres, & bestias terræ ad deuorandum & dissipandum, scilicet spiritualiter.

In lingua medicinam. Vnde Prou. 12. Lingua sapientis sanitas est. Et Prou. 4. Sapientia sanitas est orbis terrarū. Et Luc 16. Canes lingebant vicera. Lazari. Et in Psal. Lingua canum tu. ex im. ab ipso.

In cauda habet applausum, quia prædicator post reprehensionem, & commiration-m, blandis debet promissionibus consolari. Vnde Tob. 11. Canis præcucurrit, &c. Paulus ad Gal. 4. Timeo, ni forte sine causa laborauerim in vo-

in vobis. Et statim post. Obsecro vos, nihil me læsistis.

Canis facit circuitum anteq̄ cubet. Nec prius prælatus debet recumbere, vel quiescere q̄ circuitum suum peregerit. De quo dicitur Matt. 4. Circuibat Iesus totā Galilæā, docens in synagoga eorum. Vnde Eliezer Gen. 24 cū esset appositus panis in conspectu eius, ait. Non comedā donec loquar sermones meos. De ordine prædicatorum potest dici. Conuertentur ad vesperam: quia modo est vespera mundi, & famem patientur, vt canes, famem, si conuertendi aliquos: & circuibunt ciuitate, i. mundū prędicādo.

De duplici vitio domini, & mundi.

IN PSAL. LIX. SERMO. CXX.

OStendisti domino populo tuo dura. potasti nos vino compunctionis. Mundus habet vinum suū, & dns suum. Vinum mundi est vinum carnalis delectationis, quod propinatur aureo calice Babylonis. Vnde mundus nō ostendit populo suo dura, sed suauia in principio: in fine latenter subijciens dura. Dns aūt è conuerso. Io. 2. Omnis homo primū bonum vinū ponit, & cū inebriati fuerint id quod deterius est, &c. Omnis homo, i. oīs carnalis. Vino aūt cōparatur delectatio carnalis, qa cito transit delectatio sicut gustus vini in summitate palati. vñ Ioel. 1. Expergescimini ebrij, & flete, & vlulate oēs, qui bibitis vinū in dulcedine, q̄m peribit ab ore vestro. In dulcedine dicit, i. ad delectationē nō ad substētationē naturæ. Quia decipit colore, odore, sapore. De colore. Prou. 22. Ne intuearis vinū q̄n flaueſcit, cū splenduerit color eius in vtro. Ingreditur blande, sed in nouissimo mordebit, vt coluber, &c. 3. Esd. 3. Viri q̄ prævalet vinum oībus hominib. qui bibunt illud: sedueit mentē, &c Et Habac. 2. Sicut vinū potantē decipit, sic erit superbus vir & nō decorabitur q.d. dehonestabit. Vinum. n. inebriat. Ebrius aūt deponit oēm pudorē, nudat se ebrius, & nō erubescit. Sic est de peccatore inebriato pctī delectatione, qđ signatū est Gen. 9. Noe nudatus iacuit in tabernaculo suo, &c. Et Gen. 3. Dē

Delectatio carnalis vino comparatur.

post-

postq̃ comederunt primi parentes de fructu ligni vetiti, viderunt se nudos. Ebrietas omnem curam facit deponere, nec curare de debitis suis. Sic & peccator induratus, & inebriatus consuetudine peccati, nõ curat nec cogitat, quomodo reddat rationem. Et hoc significatur 3. Esdræ 3. Vbi dicitur, quòd serui, & liberi, pauperis, & diuitis, & omnẽ mentem conuertit in saturitatem, & iocunditatem, & nõ meminit omnẽ tristitiam, & debitum. Et Prouerb. 18. Impius cum in profundo venerit peccatorum contemnit. Et eiusdem 13. In itinere contemptorum vorago.

Effectus ebrietatis

Ebrietas titubantem facit. Sic & talis titubat quasi instabilis contra omnem tentationem. vnde Esa. 19. Dominus miscuit in medio spiritum vertiginis, & errare fecit Aegyptum in opere suo: sicut errat ebrius, & vomens Iud. 24. Concutientur fundamenta terræ. Confractione confringetur terra: contritione conteretur terra. Commotione commouebitur terra, agitatione agitabitur terra, sicut ebrius .i. mens terrenorum.

Item insensibilem & stupidum reddit. Sic & talis non sentit dum pungitur verbo prædicationis quasi stimulo. vnde Prouer. 23. Et eris sicut dormiẽs in medio mari, &c. Et dices tradu xerunt me, & non sensi. Et eiusdem 26. Quomodo si spina nascatur in manu temulenti, &c.

Taberna diaboli quodlibet peccatum. Caupones diaboli.

Haberet etiam diabolus tabernas suas, & caupones suos. Taberna est quodlibet peccatum: in qua taberna ludit peccator cum diabolo quasi tribus decijs siue aleis, aut taxillis: qui sunt concupiscentia oculorum, concu. car. superbia vitæ. Quando quis peccat aliquo istorum, diabolus ei assidet, & collocat vnum decium, & his decijs spoliauit totũ mundum. Caupones diaboli sunt spiritus, qui præsunt vitijs, vel peccatis, vt spiritus fornicationis, inuidiæ, & alij, vel quicunque ministri diaboli ad peccati contractus, vt lenæ vetulæ, & huiusmodi, de quibus Iohel 3. Posuerunt puerum in prostibulo, & puellam vendiderunt pro vino, vt biberent: ad literam. vel puerum dicit animum innocentem, & purum: & puellam animam immaculatam, & incorruptam. Isti etiam sunt præcones in taberna diaboli qui commiscent vinum, quod non est laudabile, & ita decipiunt. vnde Esa. 1. Vinum tuum mixtum est aqua alia tran-

translatio, caupones tui miscuerunt aquam vino. Aqua vino miscetur, quia nulla voluptas pura est. Iuxta illud Horatij, Sperne voluptatem, nocet empta dolore voluptas. Vnde nulla voluptas secura est. Sollicitum enim sem per aliquid lætis interuenit. Semper alicuius tribulationis amaritudo immiscetur, & tandem tota amara sentitur. Vnde Prouerb. 14. Risus dolore miscebitur Et extrema gau. l, oc. Fel draconum vinum eorum.

Vinũ Dei mini.

Dominus similiter vinum habet: vinum scilicet compunctionis & hoc est pœnitentium, vinum iocunditatis, & hoc est perfectorum contemplatiuorum. Non potest, quis simul habere vinum diaboli, & vinum Dei. Immo vinum Domini non saperet ei, qui quasi febricitans infirmum habet palatum. vnde non poteris bibere calicem Domini, & calicem dæmoniorum. Vinum illud .s. Domini primo pungitiuum est: postea dulce sentitur. Ideo dicit Cant. 5 Bibi vinum meum cum lacte meo. Primo dicit vinum, postea lac. Ideo dicitur: ostendisti populo tuo dura. Non est vinum effeitie .i. confectum mixtione deceptoria: non est vinum fucatum, & confectum, quale tabernarij diaboli faciunt. Sed vinum est medicinale, omnia purgans. Hoc vinum venditur in officina confessionis, quæ est cœllarium domini primum. Ideo dicitur, Gen. 49. De Iuda. Lauabit in vino stolam suam, & in sanguine vuæ pallium suum. Vua est anima torculari crucis pœnitentiæ compressa. Sanguis vuæ cruciatus animæ, vt pudor de peccato, timor & dolor: & hæc mundant palatum Iudæ, ideſt confitentis affectum.

Vinũ Dei in officina confessionis vẽditur.

Effectus vini Dei.

Hoc vinum inebriat, & nudat, hoc est exuere facit veterem hominem: quod significatũ est per hoc, quòd Christus ponendus in cruce, suis vestibus spoliatus est: & per Noe, qui se nudauit ebrius Gen. 9. Nonne ebrij erant, qui se omnibus spoliabant, & ad pedes apostolorum ponebãt vt Act. 2. Substantias vendebant, &c. Facit deponere omnem pudorem. Sicut apparet in Magdalena, de qua dicit, quòd non erubuit conuiuãtes, sed palam coram omnibus proiecit se ad pedes domini Luc. 7. Huius vini præcones sunt prædicatores, & ideo primi de eo debent bibere: & huius vini. sicut vulgariter dicitur, hospites assecurare, ideſt secu-

Præcones

ros reddere, aliter viderentur impotionare .i. intoxicare illos quibus venderent: ideo, dominus prior bibit de calice passionis. Marc. 10. Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum? &c. Videtur Dominum non amare qui de calice eius non vult bibere, & ecce omnes currunt ad tabernam, & ad calicem diaboli: nec video rationem nisi sicut vulgariter dicitur, quòd illum vinum plus appetiē, quod carius venditur. Dominus enim tantum facit mercatum, quòd potest illud Psalm 5. dici: pro nihilo saluos facies illos. Nihil enim reputandum quicquid hic patitur comparatione æternæ beatitudinis. Quia. Ro. 8. Non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis &c. Et Esa. 55. Venite emite absque argento, & absque vlla commutatione vinum, & lac. De hoc vino plena dolia faciunt, quicunque veram agunt pœnitentiam. Qui se ligant circulis claustralis disciplinæ, quasi frumenta. vnde religio dicitur à religando. Ideo dicitur Eccles. 1. Timor domini scientiæ religiositas Religiositas custodiet cor. Quasi circulus vinum.

Vinū iocūditatis.

Vinum iocunditatis, vinum est contemplatiuorum, totum dulce, nihil habens pungitiuū, de quo dicitur Cât. 7. Guttur tuum sicut vinum optimum dignum dilecto meo ad potandum: labijsq; & dentibus illius ad ruminandum. De hoc dicitur Eccle. 31. Vinum in iocunditatem creatum est ab initio, non in ebrietatem. Hoc est vinum de quo dicitur Hester. 1. Vinum quoque, vt magnificentia regia dignum erat abundans, & præcipuum ponebatur. Nec erat qui nolentes cogeret ad bibendum. Coacta enim Deo nō placent seruitia, immo dicitur, volūtarie sacrificabo &c. In me sunt Deus vo.t. Tamē inuitati possunt. Vnde Deus Cant. 1. Comedite amici, & bibite, & inebriamini charissimi. Hoc vinum inebriat. Vnde dicitur. Musto madere deputant, &c. Et Actuum 2 Non sicut vos æstimatis, hi ebrij sunt. Hoc est quo dicitur Zacha. 9. Quid bonū eius est, & quid pulchrum eius nisi frumentum electorum, & vinum germinans virgines? Aliud vinum .s. Babylonis corrumpit mentes, & tollit castitatem mentis. Sed istud mentem renouat, purificat, & incorruptionē cōseruat, dū à sensibus retrahit, per quos animæ sinceritas corrūpitur.

De

De gaudio æterno, & quo labore acquirendum sit.

IN PSAL. LIX. SERMO. CXXI.

LÆTABOR & partibor Sichimam, & conuallem tabernaculorum metibor. Primum debemus gaudium æternum, pro quo laborandum est hic nobis, ante oculos mentis præponere, quod notatur ibi, Lętabor. Secundo laborem aggredi, vt sciamus inter laborem, & laborem distinguere: quod notatur ibi, partibor Sichimā. Et tertio, cuiusmodi laborem sustinere possimus pensare, quod notatur ibi, & conuallem taber. me.

De primo dicitur Gen. 49 Ysachar asinus fortis vidit requiem, ꝙ esset bona, & terram, ꝙ esset optima, & supposuit humeros suos ad portandum, & factus est tributis seruiens. Ysachar merces interpretatur, & significat illū, qui seruit intuitu mercedis æternæ, & propter eam fit asinus fortis ad portanda onera, s. pœnitentiæ, & tribulationis, & infirmitatis. Vidit enim terram, ꝙ esset optima: terram scilicet viuentium, & requiem, ꝙ esset bona, & suppo.hu.ad por.& fa.est tribu.seruiens. Prædictis, s. bobis impositis propter peccatum primorum parentum, de quo .s. tributo dicitur Thren. 1. Princeps prouinciarum facta est sub tributo. Prouincię sunt quinque sensus, quibus anima prius principabatur, sed post facta est sub tributo peccati, & qui modo seruierit dicetur in futuro quod habetur, Esa. 14. Quomodo cessauit exactor, quieuit tributū.

Currentibus proponitur brauium

Currentibus similiter solet præponi corollarium, siue brauium, vt inuitentur ad cursum. Vnde Apostolus 1. Corint. 9. Omnes quidem currunt, sed non omnes apprehendunt brauium. Sic curratis, vt comprehendatis. Omnis, qui in agone certat, ab omnibus se abstinet. & illi quidem vt temporalem coronā accipiant, nos aūt vt incorruptā.

Progredientibus similiter solet fieri mons gaudij, vt inde videtes locum ad quem tendunt, recreentur. Spes ergo quem præmium intuetur, est mōs gaudij: ideo dr Sap. 10. Iustum deduxit dominus per vias rectas, & ostendit illi regnum Dei. Et Prouerb. 17. Gemma gratissima expectatio

tio præstolantis. Et ad Heb. 10. Rapinam bonorum vestrorum cum gaudio suscepistis, cognoscentes vos habere meliorem & manentem substantiam.

Partiri Sichimã est distingue re interlaborẽ, & laborem.

Secundo debemus partiri Sichimam, & inter laborem & laborem distinguere. Labor enim qui est tantum pœnę affligit, & non purgat. Qui autem pœnitentiæ non solùm affligit, sed & purgat, & est sicut flagellum excutiens paleas, & torcular exprimens acina. Vnde dicitur illis, qui non intelligunt in Psalm. Destruxisti eum ab emundatione, & à tribulatione. Vnde deberent emundari. Labor igitur purgans bonus est. Vnde Sap. 10. Honestauit illum in laboribus, & compleuit labores illius. Quia huiusmodi labor finẽ habet, quia naturalis est, & eius finis est quies. Sed labor mundi & peccati innaturalis, & ideo finem nõ habet, & infinitus est. Quia sicut dicit Seneca, Nullus terminus falso, & error immensus est. Et Eccl. 10. Labor stultorum affliget eos, &c. quasi dicat non purgabit.

Crux multiplex.

Est enim labor, siue crux multiplex. Crux latronis, crux Simonis, crux pistoris. Crux latronis est crux mundanorum, qui pro temporalibus laborant & cruciantur. De qua dicitur. 1. Pet. 4. Nemo vestrum patiatur, quasi homicida, aut fur, aut alienorum appetitor. Si autẽ vt Christianus non erubescat, & si pro Deo laboret. Crux Simonis claustralium, qui oues claustralis disciplinæ portant in angaria. De qua Matth. 24. Inuenerunt hominem Cyreneum nomine Simonem. Hunc angariauerunt vt tolleret crucem Iesu.

Interpretatio somnij pistoris à Ioseph.

Crux pistoris quorundam claustralium, vel doctorum: de qua Gen. 40. pistor dixit Ioseph. Vidi somnium, q̃ habebam tria canistra super caput meum, & in canistro, quod erat excelsius, me portare omnes cibos, qui fiunt arte pistoria, aues q; comedere ex eo. Respondit Ioseph. Tria canistra tres dies sunt, post quos amputabit Pharao caput tuum, & suspendet te in cruce, & volucres lacerabunt carnes tuas. Pistor iste significat doctores omnes, maximè sacræ scripturæ, qui arte pistoria faciũt cibos regios. Ipsi enim panifices domini sunt, sed super caput portant, & non in manibus: quia non faciunt quod dicunt: sed de his gloriam quærunt, & hoc est portare super caput, id est ad ostentationem. Sicut & de Pharisęis legitur, q̃ portabant in fronte

in fronte phylateria, in quibus erant præcepta legis scripta, vt apparerent. Horum autem labor quo nocte dieq; vexantur, crux eorum est, quæ est eis quasi cibolus seu cę pe crucians oculos: sed aduersarijs spectantibus solatiũ, dum eorum laboribus dęmones delectantur, expectãtes, vt de cruce temporali pertrahant eos ad æternam. Crux autem Christi est, veram pœnitentiam agere, sicut Christus voluntarie passus est. Esa. 53. Oblatus est, quia ipse voluit. Partitur Sichimam .i. laborem quantum ad se qui peccatis singulis propriam reddit satisfactionem, scilicet minoribus minorem, maioribus maiorem. Vnde Psal. Lauabo per singulas noctes, lectum meum, &c. Iob 31. Si leuaui super pupillum manum meam, etiam cum viderem me in porta superiorem. Humerus meus cadat à iunctura, cadit quando labor fraudatur, & succiditur a meritorum efficacia. Partitur Sichimam quantum ad Christũ, qui circa passionem Christi diuersitatem pœnarum attendit, vt inde compungatur. Vnde Deute. 1. Detracta pelle hostiæ artus in frustra conscindent. Partitur Sichimam quantum ad proximum, qui aliorum onera sibi per compassionem assumit: & hic miro modo onus suum, quod solus portare non potest releuat, dum quot compatitur tot sibi sui oneris portatores acquirit. Onus enim sub quo quis solus succumberet facile portatur, si plures solum digitum apponant. Inde est, quòd facilius portantur onera in claustris: non enim vnusquisque portat onus suum, sed tota multitudo comportationis illius: quod facit charitas quæ est fortis, vt dicitur Ribaldus: cui nullus similis est portator, quia etiam gratis portat omnia. Ideo dicitur ad Gala. 6. in principio. Alter alterius onera portate.

Partiri Sichimam quãtũ ad Christũ.

Militãtiũ tabernacula.

Tertio an eius laborem portare possimus, debemus pensare. Iuxta illud Horatij in arte. Sumite materiam vestris qui scribitis æquam Viribus, & versate diu quid ferre recusent, quid valeant humeri. Ideo dicitur hic, conual. taber. men. Conuallis significat humilitatem interiorem, & exteriorem, quæ in pœnitentia exigitur. Tabernacula quæ militantium sunt, claustra significant, in quibus in labore pœnitentiæ domino militamus. Conualle igitur tabernaculorum meditatur, qui conditiones diuersorum

Australium considerat. De quibus dicitur Nume. 24. Quòd pulchra sunt tabernacula tua Iacob, tentoria tua Israel.

Tabernacula Iacob videntur omnium claustralium. Tentoria Israel videntur castra ordinis prædicatorum. Ipsi enim sunt Israel, quia semper in contemplatione. Sunt valles nemorosæ, & irrigui horti iuxta fluenta. Iuxta fluenta scilicet sacræ scripturæ. Et Nume. 23. dicitur. Quis dinumerare possit puluerem Israel, & nosse numerum stirpis Israel? Puluerem dicit propter temporalia, quibus alij impleantur.

Cur Dauid se dicat inquilinum, & protegi sub velamento alarum Dei, &c.

IN PSAL. LX. SERMO. CXXII.

INHABITABO in tabernaculo tuo in secula protegar, vel inquilinus ero, in velamento alarum tuarum. Primo considerandum quare se dicat inquilinum. Secundo quare sub velamento alarum Dei protegendum. Tertio quare qui protegitur à mundo, non protegitur à Deo. Inquilinus est qui ad horam mansionarius est in regione aliena. Inquilinum se reputare debet omnis spiritualis in mundo. Vnde. Incola ego sum in terra. Inquilinus inhabitat regionem alienam, vel propter studium, vel negotiationem, & huiusmodi. Et non curat ibi ædificare, quia scit se inde transiturum. Ad Hebr. 11. Qui omnes confitentes, quia peregrini sunt, & hospites super terram. Qui enim hoc dicunt, significant se patriam inquirere meliorem, idest appetunt cœlestem: ideo non confunditur Deus vocari Deus eorum. Parauit enim illis ciuitatem. ideo dicitur Ephe. 2. Iam non estis hospites, & aduenæ, sed estis ciues sanctorum, & domestici Dei, superædificati super fundamentum Apostolorũ, & prophetarũ, &c. Superædificati dicitur, quia Apostoli prius tanquàm architecti Domini domos sibi, & suis in cœlis ædificauerunt; & nos sumus superædificati .i. nos post eos.

Inquilin' quis dicatur.

Vnde

Vnde significari tales possunt Exodi. 1. vbi dicitur. Quia timuerunt obstetrices Domini, ædificauit illis domos. Mẽtitæ sunt Pharaoni, vt saluarent pueros Hebræorum. Illæ obstetrices fuerunt Phua, & Sephora. Phua rubens, Sephora auis. Phua ergo martyres, vel pœnitentes. Sephora omnes contemplatiuos, & spirituales pẽnis virtutum volantes significant. Hi sunt obstetrices, qui iuuant Ecclesiã parientem, & mentiuntur Pharaoni, qui vult perdere masculos, vt saluent eos. Pharao est mundus, cum quo pactum habet quicunque peccat, vel qui ea quæ mundi sunt, facere proponit. Vnde Sapientiæ 1. Impij manibus, & verbis accersierunt illam, .i. mortem: & sponsiones posuerũt ad illam. Et Esa. 28. Percussimus fœdus cum morte, & cum inferno pactum fecimus. Sed quid facies? In malis promissis rescinde fidem, in turpi voto muta decretum. Videntur quidam promittere mundo, qui hic domos ædificant, multiplicant possessiones, quasi diu morari debeant: sed mundo mentiuntur, quando relictis omnibus ad religionem transeunt. Quia non est religio iurisiurandi obseruãda in turpibus, sicut fecit Herodes Marc. 6. Quid enim est mundanis se immiscere, nisi Ioannem decollare .i. gratiã extinguere? Istis ergo Dominus ædificat domos, qui Pharaoni mẽtiuntur. Videamus ergo si inquilini sint in mundo, qui non cessant ædificare, & se hic multiplicare: immo se ciues mundi reputant. Amos 5. Domos quadro lapide ædificabitis, & non habitabis in eis. Vineas amatissimas plantabitis, & vinum earum non bibetis. Inquilinus non turbatur, immo gaudet quando dimittit terram in qua erat inquilinus, vt eat ad patriam. Sic nec vir spiritualis tristari debet de morte, vel quando mundo moritur per religionem: quia scit se ad patriam vocari: immo dicat. Heu mihi quia incolatus m. prolongatus est. Et hoc est, q̃ ipsi Laban socero suo dixit Iacob Gen. 30. Tu nosti quomodo seruierim tibi, &c. Iustum est, vt abeam, & prouideam domui meæ. Transiens enim ad religionẽ tunc primo incipit prouidere sibi, & domui suæ Et Nota, q̃ mundus nititur eos retinere. Et hoc est, quod Laban ibidem dixit Iacob. Quid tibi dabo? At ille respondit, nihil volo: & tamen illa vice retinuit eum: tandem, quia inuenit eum mendacem

Phua pœnitentes, Sephora autẽ contemplatiuos significat.

Quicũq; peccat pactum habet cum Pharaone .i. cũ mũdo.

Mentiuntur mũdo qui ad religionem transeũt.

eem fugit, ab eo nesciente, sicut dicitur Gen. 31. Sed & pater vester circumuenit me, & mutauit mercedem meã, x. vicibus, & ibi noluit confiteri socero suo, quòd fugeret.

De° illos protegit, q̃ se hic reputant inq̃linis.

Secundo videndum quare dixit: sub velamento alarũ tuarum. Illos enim qui sehic reputant inquilinos protegit Deus: non eos, qui confidunt in mundo, qui habent protectionem suam. vnde dicitur Esa. 21. Custos quid de nocte & ait custos. Venit mane, & nox q.d. non custodio de die, sed de nocte, & ideo quia venit mane prosperitatis mundanæ non custodio.

Alæ Dei, quæ sint.

Alas suas habent Deus, diabolus, & mundns. Alæ Dei sunt misericordia, & veritas, quibus volauit ad nos, Quia vniuersæ viæ domini misericordia, & veritas. vnde Malach. 1. Orietur vobis timentibus nomen m. sol iusti. & sap. in pennis eius. i. in misericordia, & veritate. In misericordia tollit culpam. In veritate ignorãtiam. Et in Psal Scapulis suis obũbrabit tibi, & sub pen. eius sperabis. Qđ apparuit in cruce. vnde scapulis dicit, quia factus est principatus eius super humerũ eius. Hæ sunt alæ gallinæ, de quibus Luc. 10. Hierusale, Hier. quoti. vol. congre. si. i. sicut gal. congre. pul. sub alis. Ne miluus. s. diabolus reperet eos. Sub his alis protegimur per spem, & timorem. Spes est sub ala misericordiæ, timor sub ala veritatis. Cuicunque altera deficit, is miluo exponitur, quia vel desperat, vel præsumit. Qui autem sperat, & timet tutus est, & hoc est quod Bouz dixit Ruth. 2. Reddattibi dominus pro opere tuo ad quem venisti, & sub cuius cõfugisti alas. Quia eos qui de mundo sperant, vel timent, non protegit Deus.

Alæ mundi.

Alæ mundi sunt potentia & opulentia, quibus minores opprimuntur. Hæ sunt alæ, quæ faciunt magnum sonitũ. De quo dicitur Esaiæ 18. Væh terræ cymbalo alarũ, quæ est trans flumen Aethiopiæ. Et Sapien. 5. Sicut auis, quæ transuolat in aere: cuius nullum inuenitur argumentum itineris illius, sed tantum sonitus alarum, verberans leue ventum. Istis alæ veloces sunt ad prædandum. vnde Habach. 1. Volabunt quasi aquila festinans ad comedendum. Et Hier. 2. Quid niteris, &c. In alis tuis inuentus est sanguis pauperum.

Alæ

Alæ diaboli sunt illæ, de quibus dicitur Dan. 7. Ecce alia quasi pardus & alas habebat quasi auis, quatuor super se, & quatuor capita erant in belua, & potestas data est ei. Pardus significat hyppocrisim. Hyppocritæ enim veritatem in actione, & habitu ostendunt, vel prætendũt, & quod peruersum est diligunt. vnde Zacha. 11. Contracta est anima mea in eis. Siquidem & anima eorum variant in me, & Esaiæ 29. Populus iste ore suo, & labijs suis glorificat me, cor autem eius longe est à me, &c. Alas quatuor. Prima est Simulationis. Secunda dissimulationis. Tertia ostentationis. Quarta excusationis. Simulatio est de occultis bonis. Dissimulatio de occultis malis. Ostentatio de bonis manifestis. Excusatio de malis manifestis. Ostentatio, & simulatio sunt alæ à dextris: & his volant dum se super se tollunt, & ostentant, & dilatant. vnde Matth. 23. Dilatant phylacteria sua, & magnificant fimbrias suas. Dissimulatio, & excusatio à sinistris, & his alis volant dum fœditatem suam occultant. vnde ad Ephes. 5. Quæ in occulto fiunt ab ipsis turpe est etiam dicere. Quid verò est quatuor capita habere, nisi nihil simpliciter agere? Primum caput est affectio libertatis. Secundum dignitatis. Tertium auctoritatis. Quartum potestatis. Primum vt sub esse refugiat. Secundum, vt de gradu in gradum ad maiora conscendat. Tertium, vt magni consilij appareat. Quartum vt super alios imperare valeat. Et data est ei potestas, quia maiores obseruantias custodiunt, quàm æmulatores iustitiæ, pro gloria æterna, & ideo stultus labor. vnde significantur per Sychem filium Emor: de quo Gen. 34. Qui circuncidit masculos suos propter Dinam, id est vanam gloriam. Quid enim est propter Dinam masculos circuncidere, nisi prauana gloria per continentiam se reprimere? Sed hoc stultum est. vnde Sychem interpretatur labor. Emos asinus, quia stultus est labor talium.

Alæ diaboli.

Quatuor capita beluæ.

De triplici vita, naturæ, gratiæ, & gloriæ, & de diebus illi adiectis,

IN PSAL. LX. SERMO. CXXIII.

Triplex vita.

DIES super dies regis adijcis, &c. Hoc ad literam impletum legitur in Ezechia rege. Esa. 38. De diebus naturæ. vnde cum triplex sit vita: naturæ, gratiæ, & gloriæ: Dominus addit vitam gratiæ super vitam naturæ, & vitam gloriæ super vitam gratiæ. Ideo dicitur, 2. ad Cor. 4. Tum his qui intus renouantur de die in diem. Et hoc significatur per numerum dierum, qui additi sunt regi, s. 15. anni. vnde dicitur. Notum fac mihi domine finem meum, & numerum annorum meorum, vt sciam quid desit mihi. Quot sunt dies qui desunt diebus naturæ dies gratiæ, dies gloriæ, & hi designantur per 15. Septenarius enim ad gratiam. Octonarius pertinet ad gloriam. vnde dicitur Eccl. 6. Da partes septima, nec non & octo. Ideo dicitur. Esa. 38. Audiui orationem tuam, & vidi lachrymas tuas, ecce ego adijciam super dies tuos 15. annos. Sic ergo procedit vita iusti. Vnde Prouerb. 4. Iustorum semita quasi lux splendes, & crescit vsque in perfectum diem. Sola gloria perfectus est dies, postquam nihil additur, de qua Psalmo. Melior est dies vna in atrijs tuis super millia. vnde Eccles. 23. Quare dies diem superat, & lux lucem, & annus annum, & solem sol.

Dies septenarius ad gratiã octonarij ad gloriam pertinet.

Secundo considerandum, quod signum accipit huius profectus. Illud quod datum est regi: eorum annorum, qui dati sunt, hoc inquit erit tibi signum, ecce ego faciam reuerti vmbram linearum per quas descenderant in horologio Acham, in sole retrorsum. Et reuersus est sol decem lineis per gradus quos descenderat. Dies habet duodecim horas. vnde Ioan. 11. Nonne. 12. Horæ sunt diei? Ad has designandas in horologio dicto, lineæ duodecim significabantur.

Vniuersitas creaturarum, quasi vnus dies est habens duodecim horas, quasi duodecim gradus creaturarum. Quælibet enim creatura aliam lucem habet secundũ magis

gis, & minus, & illum diem naturalem facit sol inuisibilis, effundens de lumine suo supra quamcunq; creaturã. Cum ergo tria sint, intelligere, sentire, esse: creatura rationalis implet decem gradus. Nouem enim gradus faciunt angeli, eo ꝙ nouem sunt ordines angelorum: Homo decimum gradum habet. Gradum vndecimum facit creatura sensibilis: duodecimũ insensibilis. In his ostenditur hoĩs status, defectus, profectus. Status in suo gradu esse. Defectus infra gradũ suum descendere. Profectus supra gradũ suum descendere. Dñs autem ostendit homini non esse descendendũ, sed standũ, & proficiendũ. Descendit. n. per nouem ordines angelorũ, vsq; ad decimum, qñ humanã naturam assumpsit, sed infra nõ descẽdit, neq; decreuit. Vñ Psal. Minuisti i eum paulo minus ab angelis. Et ad Hob. 2. Nusq̃. n. angelos, sed semen Abrahę apprehendit. Et ꝓ hoc ostendit, ꝙ homo non debet vlterius descendere. Ideo dr̃ Eccl. 11. Confide in Deo, & mane in loco tuo. Defectus est qñ infra gradũ suũ descendit, qñ partẽ illã quã habet cũ brutis cõem, sequitur, & in bestiã trãsformatur: sicut scriptũ est de Nabuchodonosore Dan. 5. Ab hoĩbus eijciẽt te, & cum bestijs, & feris erit habitatio tua. Et in Psal. Homo cum in honore esset non intell. &c. Et Cant. 1. Si ignoras te, &c. egredere, & abi post vestigia gregũ tuorum. Ignorans. n. anima suã nobilitatem, non est egregia, i. extra gregem. Grex. n. brutorum est. Egreditur de nobilitate sua p mores brutales, & etiã inferior fit brutis, & hoc est abire post gregẽ. similis facta, non solũ brutis, quæ sentiũt, Sed & lapidibus, qui tñ sunt, per prauæ consuetudinis obstinationẽ lapideã, & insensibilem, & hic est vltimus defectus, quo descendit ad vltimum gradũ insensibilium. Et videns misericordia Dei, miserum hoĩem infra se tñ descendisse, & per se regredi nõ posse, ad gradum hoĩs Christus descendit, vt ad eundẽ secum eum reduceret, & dimisit. 99. oues in deserto, vt quæreret ouem perditam, & reduxit supra humeros. Lucę 15. Reducit ergo de duodecimo gradu & vndecimo dum illos, qui erant insensibiles, vt lapides, & brutales sicut pecudes, reuocat ad statum hominis. Vnde dr̃ Matt. 3. Potens ẽst dñs de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ. Et Iob 28. Lapis solutus calore in æs conuer-

Deeẽ gradus creaturarum.

titur. Et Eye. 11. & 36. Auferam à vobis cor lapideum, & dabo vobis cor carneum, id est sensibile. De duodecimo ergo redit ad vndecimum, qñ de obstinatione lapideæ redit ad pietatem affectionis. Et de vndecimo ad decimum, quando de brutalitate redit ad arbitrium rationis.

Triplex perfectio in hoīe.

Tertio cōsiderandum qūo proficit. Sicut autē Christus per eosdem ordines ad cęlum ascendit, sic spūalis dum in se ordines illos virtutū æmulatione transformat. Triplex exigitur perfectio in homine: operationis, locutionis, cordis. Circa opera tria occurrunt, vt Primo impleat mandata. Secundo consilia. Tertio, quæ nec sunt mādata, nec consilia, sed supereminentia. Minus est implere mandata, q̄ consilia. Angeli minora nunciant, Archāgeli maiora. Qui ergo mandata implet, angelis conformatur: & hi sunt de quibus dr̄ Mat. 18. Angeli eorum semper vident faciē patris, qui in cęlis est, &c. Maiora sunt consilia, quæ pertinent ad perfectos. Qui ea implent, ad gradum angelorū ascendunt. Vnde perfectis adimplentibus consilia, sicut Dan. vlt. legitur apparuisse non solū angelus, sed archangelus Michael. Vt Dan. 10. Ecce Michael vnus de principibus venit in adiutorium meum. Angeli ergo sunt adimplendo mandata. Archangeli adimpleudo consilia.

Opa quæ dici possunt miracula.

Tertius ordo sunt virtutes, harum est facere miracula. has in se sancti representabāt, qui miraculis corruscabāt: sed hæc nō proponunt nobis ad imitandū, sed ad mirādū. Sunt alia, quę miracula dici possunt, opera, s. supereminentia, quæ qui assequunt, verē virtutes imitatur, v.g. præceptū est, non furtū facies. Consiliū. Qui habet duas tunicas, det vnā non habenti. Miraculū fuit, qđ B. Martinus fecit, qñ chlamydē suā scidit, & egeno dedit, quia etiā cōsilium excessit. Miraculū fecit, Dauid, qñ aquā desideratam dño libauit 1. Paral. 11. Et mulier Sareptana, quæ fecit panem subcineritiū prius prophetæ, q̄ sibi, & filijs 1. Reg. 17. Præceptū est non mœchaberis, & illud. fugite fornicationem, consiliū in virginitate permanete. vnde Pau. 1. Corinth. 7.

De virginibus dñi præceptū non habeo, consiliū autē do. Miraculū qđ nostri tpis virgo nasum sibi ne nuberet abscidit. Perfectio cordis tribus alijs ordinibus comparatur, qui sunt potestates, principatus, dominationes. Potestatis

statis est malignos spiritus coercere, cui respondet cordis perfectio, s. noxias affectiones, quæ nos vexant, vt maligni spūs, reprimere: vt sunt affectiones inuidiæ. & hmōi. vnde dr̄ de Saule 1. Reg. 16. Quod dum eum spūs malignus exagitabat, Dauid cythara spūm malignū tēperabat.

Principatus est bonis spiritibus facienda disponere, vt alijs omissis hoc faciant, & hæc est secunda perfectio: in bonis affectionibus discernere, & præferre ceteris meliores, vel quæ magis expediunt. vnde ad Rom. 14. Alius iudicat inter diem, & diem. Et 1. Cor. 6. Omnia mihi licent sed non omnia expediunt. Dominationes sunt, quæ pro voluntate sua, & nutu suo spiritibus, sibi obedientibus præeminent & de eis & per eos agunt quod volunt, & hęc est tertia perfectio cordis suo animo dominantis, vt libere quisq; perfectus quod vehementer, & laudabiliter cupit, quotiens necessitas exegerit, deserat, vel omittat, & tunc sicut dicit apostolum 1. ad Cor. 14. Spiritus prophetarum prophetis subiectus est. Spiritus enim sanaticorum eis subiecti non sunt. Similiter nec spiritus peruersorum ideo dicitur anima mea in manibus meis semper, idest in potestate mea. Perfectio locutionis est, vt sit discretus quantum ad seipsum, vtilis siue ædificans ad proximum: deuotus ad Deū. Et his tribus aptantur tertiæ Hierarchię, qui sunt Throni, Cherubim, Seraphim. Throni sunt per quos diuina iudicia exercentur, sermo ergo debet esse discretus, & bene examinatus. vnde Psal. Disponet ser. suos in iudicio Eccl. 22. Labia imprudentium stulta narrabūt: verba prudentum statera ponderabuntur. In ore fatuorū cor eorum & in corde sapientum os illorum. ecce Throni: Vtilis debet esse, quia pertinet ad plenitudinem scientiæ, vt scilicet nouerit loquens conditiones, & status eorū quibus fit sermo, & seruare tempus & locum. Aliter claustralibus. Aliter mundanis. Ideo dicitur Prouerb. 20. Rx ore fatui reprobabitur parabola, &c. Ecce Cherubim, id est plenitudo scientiæ. Deuotus debet esse quantum ad Deum, vt incendatur ad amorem Dei, ecce Seraphin quod interpretatur ardens. vnde Ecclesiast. 48. Et verbum ipsius quasi facula ardens. Hi tres profectus notantur Esa. 38. Memento quæso quomodo ambulauerim coram

Perfectio locutionis.

te in veritate, quantum ad tertium, & corde perfecto, quantum ad secundum: & quod bonum est inoculis tuis fecerim quantum ad primum. Felix est, qui hæc dicere potest.

De causis ob quas anima debeat esse subiecta Deo.

PSAL. LXI. SERMO. CXXII.

NONNE Deo subiecta erit anima mea: ab ipso enim salutare meum. quasi dicat ita: Et potissimam assignat rationem, quare Deo debeat esse subiecta anima eius, cum multæ sint. Prima quia in ipsa creatione nobis omnia subiecit. Vnde Gen. 1. Crescite, & multiplicamini, & replete terram, & subijcite eam, & dominamini piscibus maris, & volatilibus cœli, & vniuersis animantibus, quæ mouentur super terram. Et in Psal. omnia subiecit sęb pedibus eius, &c. Secunda quia seipsum subiecit pro nobis. vnde ad Phil. 2. Exinanuit semetipsum formam serui accipiens. Hoc ipso, quòd factus est creatura subiecit se proprie. Quia sicut dicitur ad Rom. 8. Vanitati subiecta est omnis creatura Et vt nullam erubescceret superbia nostra subiectionem, etiam minori subiecit se: vnde Matth. 3. Ioannes prohibebat eum dicens: ego à te debeo baptizari, & tu venis ad me? Respondens Iesus. dixit ei. Sine modo, sic enim decet nos implere omnem iustitiam. Et Ioannis 13. Domine tu mihi lauas pedes? &c. Erubescat ergo insolentia nostra, qui etiam maioribus nostris subijci nolumus.

Prima cā quare anima nostra subiecta debet esse Deo.

Tertia, qua etiam iure belli ei subijci debemus: Nos enim sumus præda eius, quam eripuit diabolo victo, vt dicitur Esa. 9. Iugum oneris eius, & virgam humeri eius, & sceptrum exactoris eius superasti sicut in die Madian. Vnde Gedeon percussit Madianitas sicut somniauerat, scilicet panem ordeaceum subcineritium, de cœlo descendere super castra Madian, & subuertere. Iud. 7. Christus est Gedeon, quia circuiens in vtero, & de vtero beatæ Virginis. vnde dicitur Matth. 1. Iuramenta est habens in vtero de Spiritu sancto. Ipse est panis subcineritius de ordeo, ideo

ideo subcineritius, non cineritius, quia infirmitatem nostram quantum ad pœnam, & non quantum ad culpam est indutus. De ordeo, quia panis est rudium, & simpliciū, qui prius erat solummodo angelorum de frumento. hic subuertit castra Madian .i. Dæmonum sibi contradicentium. Quia Madian interpretatur contradictio Luc. 2. Ecce hic positus est in ruinam, & resurrectionem multorū, & in signum cui contradicetur. Similes ergo debemus esse elephanti, (qui sicut dicitur in libro de natura animalium) ei qui liberauerat eum à flagellante à quo captus erat, fuit obediens, & subiectus. Sed nobis potest obijci, quod dicitur Eccle. 29. Ingratus sensu derelinquit liberātem se. Natura enim cerui, si fuerit victus à, cerno seruat ei obedientiam. Iuxta illud 2. pet. 2. A quo quis superatus est, eius & seruus est.

Natura cerui.

Anima dicit, vt de tota anima intelligatur. Non enim sufficit subijci quantum ad voluntatem, & quantum ad renunciationem propriæ voluntatis, nisi etiam quantum ad rationem, & quantum ad renunciationem proprij sensus subijciatur. De propria voluntate dicitur Eccle. 8. Post concupiscentias tuas non eas. De proprio sensu. Prouc. 3. Fili ne innitaris prudentiæ tuæ. Ideo Dominus dixit Ioannis 13. Vocatis me magister, &c. Magister est rationis, Dominus voluntatis. ideo iterat, veruntamen Deo subiecta erit anima mea.

Subiecti esse debemus Deo in se, & in suis.

Deo etiam debemus esse subiecti in se, & in suis: in quo peccant multi respectum habentes ad personas, quæ præsunt non ad illum cuius vitæ præsunt. Non enim illi fit iniuria sed Domino. vnde Lucæ 10. Dixit. Qui vos spernit me spernit, &c. Et hoc est quod Moyses dixit filijs Leui. Num. 16. Idcirco ad se fecit accedere te, & fratres tuos, vt vos etiam sacerdotium vendicetis, & omnis globus vester stiet contra Dominum. Et ad Rom. 13. Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. Omnis enim potestas, à Domino est. Nam qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit: qui autem resistunt, ipsi sibi damnationem acquirunt. Superbia sola primum exemptiones inuenit. Primus fuit, qui se eximere tentauit diabolus: de quo Iob 39. Qui dimisit onagrum liberum, & vincula eius, quis ru-

Sola superbia exemptiones inuenit.

pit

pit? Onager asinus siluester. creatus enim est perfectæ sapientiæ creatura: vt dicitur Ezech. 28. In signaculum similitudinis, plenus sapientia, perfectus decore. Stultitia fuit ab eo naturaliter aliena: & ideo asinus siluester. Onager enim non potest domesticari. Similiter nec diabolus. Vnde Hiere. 2. A seculo confregisti iugum, rupisti vincula: dixisti, non seruiam. Onager etiam proijcit post se stercus ad canes, qui sequuntur eum: & ita illudit eis, & detinet, & ipse fugit. Canes diabolum insequentes sunt prædicatores, quibus proijcit stercora temporalium, quibus detinentur, & insequi cessant. Sequitur Iob 39. Circunspicit montes pascuæ, virentia quæq; perquirit. Montes pascuæ sunt prælati. Montes, quia dignitate eminentes: pascuæ, quia debent subditos pascere. Hos maximè tentat decipere. Ideo dicitur. Circunspicit montes, &c. virentia quæque perquirit, idest omnes virore virtutum, & donorum vernantes: qui sunt prata Domini: & hos vult conculcare. Vnde Sapien. 2. Non sit pratum, quod nõ pertranseat luxuria nostra. De hoc dicit: Quis dimisit onagrum liberum, idest diabolum in sua reputatione? ideo derectus est: vt dicitur Esa. 14. Quomodo cecidisti Lucifer? &c.

Adã fuit secũdus q voluit exire mi.

Secundus qui eximi voluit fuit Adam, qui credidit dicenti. Gene. 3. Eritis sicut dij. & ideo factus est pullus onagri .i. diaboli. Vnde Iob 10. Vir vanus erigitur in superbiam, & quasi pullum onagri se natum putat, ideo perpetua seruitute damnatus est: ita quòd eius inferiora ei debitam obœdientiam denegant, quia suo superiori debitam obœdientiam denegauit.

Superbi exemptionem quærunt.

Tertio exemptionem quærunt omnes superbi, imitatores primorum parentum, & diaboli. De quibus Ioan. 8. Vos ex patre diabolo estis. Maximè autem ista præsumptio inuasit claustrales, quorum totus status debet esse obœdientia, & subiectio: & hi magis quærunt exemptiones: vt Episcopos à quibus se eximunt, imitentur in mitra, & cornibus. Cõtra quos dicit Amos 6. Vęh qui lætamini in nihilo, & fortitudine vestra assumitis vobis cornua. In nihilo dicit, quia ipsa signa, q̃ gestant vana sunt. Vnde quidã. Quid faciunt cornua in monacho? Et respõdit alius: id quod gen tulia in vitulo. Sed si bene cõsiderarent, ad eos non

non pertinent nisi cornua Crucis, arietis hærentis in veribus. Vnde fit mentio Gen. 22. Qui spinis fuit coronatus, cuius imitatores debent esse. De quibus Abacuc 3. Cornua in manibus eius.

De cordis humani effusione bona, & mala. Et de eiusdem post effusionem malam collectione.

IN PSAL. LXI. SERMO. CXXV.

Exterior homo est quasi vas figuli.

EFFVNDITE coram illo corda vestra. Primo cor humanũ male effunditur. Secũdo effusum debet colligi. Tertio collectum bene effundi. Exterior homo est quasi vas figuli .s. testa, vel olla, cõtinẽs interiorem quasi aquã mũdam, vel phiala vnguentũ. Vnde 2. ad Corin. 4. Habemus thesaurũ istum in vasis fictilib. Qñ ergo vas est integrũ, & clausum, nihil male effunditur: sed qñ incepit aperiri, per rimas effunditur. Vnde Eccles. 21. Cor fatui quasi vas confractum, oẽm sapientiã non tenebit. Et sicut de sacco pertuso oĩa cadunt. Vnde Aggæi 1. Qui cõgregauit mercedes misit eas in sacculũ pertusum. Foramina huius vasis sunt oẽs sensus: & nõ sufficit vnũ foramẽ obstruere, & custodire, sed oportet oĩa. Quid m. prodest, si per vnũ foramen rotũ effundi potest? Ideo Eccl. 25. Ne des aquæ tuæ exitũ, vel modicũ. Hæc sunt foramina aspidis, & de quib. Esa. 11. Super foramina aspidis, qui ablactatus fuerit mittet manũ suã. Hæ sunt portæ cõcupiscentiarũ, de quibus Nau. 2. Portæ fluuiorũ apertæ sunt, & tẽplũ ad solũ dirutũ est .i. aĩa, quæ est tẽplum Dei, ad terrena per amorẽ inclinata est: & miles captiuus ductus est .s. irascibilis, q̃ debebat irasci vitijs per zelum sanctũ. Et ancillæ eius minabantur gementes vt columbæ, murmurantes cordibus suis. Ancillæ minantur quando affectiones, & sensus qui deberent obedire rationi captiuantur. Gemunt, vt columbæ, quando tentationi non possunt resistere: sicut nec columba accipitri. In cordibus suis murmurant, quos stimuli, vel vermes conscientiæ cruciant, vel remordent. Fit autem hæc effusio per cupiditatem: vnde cupidus ara-

Foramina vasis.

Effusio fit per cupiditatẽ.

nea

neæ comparantur, quæ se totam enucerat, vt muscam capiat 59. Oliua aspidis ruperunt, telas aranearum texuerunt. Et in Psalm. Dies mei sicut aranea meditabuntur. Filo quod texit à tigno pendet, dum possessionibus terrenis amore inhæret. De hac effusione dicitur Thren. 2. Effusum est in terram iecur meum. Quia iecore amamus. & Eccle. 10. Nihil iniquius quàm amare pecuniam: & in terram proiecit intima sua. Et in epistola Iudæ in medio. Væh illis, qui in viam Caim abierunt: qui interpretatur possessio, & errore Balaam mercede effusi sunt.

2 Per gastrimargiam. vnde Eccles. 37. Noli auidus esse in omni epulatione, & non te effundas super omnem escam. In multis enim escis erit infirmitas: & auiditas appropinquabit vsque ad choleram. Propter crapulam perierunt plurimi, qui autem abstinens est adijciet vitam.

3 Per luxuriam. Vnde Gen. 49. Ruben, &c. effusus es sicut aqua: ascendisti cubile patris tui, maculasti stratū eius.

4 Per lasciuiam, & petulantiam. Vnde Hiere. 50. Effusi estis sicut vituli super herbā: & mugistis, vt tauri, qui mugiunt ad iuuencas.

5 Per prodigalitatem. vnde Claudianus: quæque profusa Traxit auaritia luxu peiore refundit: & Bernardus. Prodiga mens conflat opes, & auita ligurit. Quem bonus illexit detinuitque sapor. Sic effusus est filius prodigus, de quo Lucæ 15. Dissipauit substantiam suam viuendo luxuriosè.

6 Per superbiam, vt illi, qui se iactant. Vnde Prouer. 27. Qui se iactat, & dilatat, iurgia concitat. Et 25. Cum eo qui dilatat labia sua ne commiscearis. Et Matthæi 23. Dilatant phylacteria sua, & magnificāt fimbrias suas. Et Eccles. 26. Sapiens in verbis amabilem se facit: stultorum autem gratiæ effundentur.

7 Per inuidiam, totas medullas suas effundit inuidus ita, quòd attenuatus, & macilentus sit. Vnde Prouerb. 12. Putredo ossium .i. virtutum, inuidia, & de Iuda inuido dicitur Actuum 2. Hic possedit agrum de mercede iniquitatis & suspensus crepuit medius, & effusa sunt viscera eius.

8 Per iram. Videtur enim totus homo in iram ipsam exire quando inflammantur oculi, & prominent, & spumatis

Vnde

Vnde significatur per dæmoniacum. Mar. 9. Quem, vbicunque spiritus immundus apprehenderit, illidit: & spumat, & stridet dentibus. & Prouerb. 15. Os fatuorum ebullit stultitiam. Et nos debemus proijcere super bullam aquam frigidam, idest verbum dulce super verbositatem, & contentionem. Vnde Prouerb. 17. Qui dimittit aquam caput est iurgiorum. & 25. Sicut verba patens absque murorum ambitu: sic qui non potest in loquendo cohibere spiritum suum.

Quidam igitur sunt quorum anima est columbare, quā infinita habet foramina, quia vndique effluunt, & se diffundunt. Sunt etiam sicut qui patitur dysenteriam, significati per mulierem, quæ fluxum habebat sanguinis. Mat. 9. Significati per Sedechiam: quia eis dat diabolus potionē laxatiuam. Abachuc 2. Væh qui potum dat amico suo miscens fel suum: & inebrians, vt aspiciat nuditatem eius. Aīa quorundā est columbare.

Secundo oportet, quod est effusum colligi. Vnde Eccles. 30. Contine, & congrega cor tuum in sanctitate.

Tertio collectum bene effundi. Est autem effusio bona per confessionem, quæ medicinalis est prædictarum effusionum. & quasi potio animæ, de qua potest intelligi illud Psalm. 61. Effundite coràm illo corda vestra. Et Threnorum 2. Effunde sicut aquam cor tuum. Non sicut oleū cuius odor remanet, non sicut vinum, cuius sapor remanet: non sicut lac, cuius color remanet: sed ita, quòd nullum remaneat peccati vestigium. Odor inanem non debet, leccator qui cibum Domini sui tangere non audet, sal tem odorem, & fumum sibi attrahit: & tandem prouocatur ad saporandum. vnde Esa. 28. Quod cum aspexerit videns statim, vt manu tenuerit, deuorabit illud. De peccato suo tenet odorem, qui ad ipsum incitatur, per ipsius imaginationem: Saporem, qui circa ipsum morosam habet delectationem. Vnde Hiere. 48. Permansit gustus in eo, & odor eius non est immutatus: & loquitur de Moab in persona non vere, & perfecte pœnitentis. Colorem retinet, qui in exteriori conuersatione gestus consuetos non cohibet. Ideo dixit Apostolus 1. Thess. 5. Ab omni specie mala abstinete vos. Et Eccl. 19. Ex visu cognoscitur vir: & ab occursu faciei sensatus, amictus corporis, & risus Effusio bona per confessionem.

dentium,

dentium, & ingressus hominis enunciauit de illo. Facies enim, & color immutatus dilucide demonstrant aut gaudium animi, aut mœrorem.

Effusio p oratione.

Est etiam effusio per orationem. De qua Psalm. 141. Effundo in conspectu eius orationem meam. Et hæc est quasi effusio phialæ. De qua dicitur Eccles. 50. Effudit in fundamento altaris odorem diuinum excelso principi.

Est etiam effusio, per pietatem, & misericordiam, & eleemosynam: de qua Esa. 58. Cum effunderes esurienti animam tuam, & animam afflictam repleueris: orietur in tenebris lux tua, & tenebræ eunt sicut meridies.

De Cruce Domini, comparata terræ desertæ inuiæ, & inaquosæ, &c.

IN PSAL. LXII. SERMO. CXXVI.

IN terra deserta inuia, & inaquosa: sic in sancto apparui tibi, vt viderem virtutem tuam, & gloriam tuam. Hoc postest legi de Cruce, circa quam primo considerãdum quare comparetur terræ desertæ, inuiæ, & inaquosæ. Secundo quomodo Christus terram desertam fecit secundam. de inuia peruiam. de inaquosa aquosam, & irriguam. Tertio quomodo competit ei quod sequitur. sic in sancto, &c.

Christus terræ desertę, & solicitudini compara tus.

Terra deserta solitudo, & vere Christus fuit tunc quasi in solitudine desertus à suis. Vnde etiam ad patrem clamauit: Deus meus Deus meus, vt quid me dereliquisti? Matt. 27. Solus etiam fuit quantum ad opus nostræ liberationis, ad quod latrones non pertinebant. vnde dixit in Psalm. Singulariter sum ego donec tran. & Esa. 62. Torcular calcaui solus. Terra deserta sterilis est, & Christus in Cruce sterilitatem inuenit, & cibi, & potus. Cibi quia non nisi vnicum latronem incorporauit: in quo significati sunt omnes saluandi. de quo dicitur Luc. 23. Amen dico tibi quia hodie mecum eris in paradiso. & hoc signatũ est 3. Reg. 17. vbi dicitur Heliæ, quòd absconderet se in torrente

torrente charith, & biberet de illo, & ibi corui pascerent eum. Helias in torrente charith est Christus in Cruce. de quo dicitur, De torrente in via bibit. Charith enim interpretatur concisio, vel diuisio, vel cognitio: & hoc bene Christo construit. Quia in passione caro Iesu Christi conscissa fuit, & confossa. Vnde in Psal. Conscidisti saccum meum, &c. & foderunt manus meas &c. Ibi est facta diuisio discipulorum ab ipso. Vnde. Percusso pastore d.o.g. vel quia diuiserunt vestimenta eius. De hoc Ioan. 19. Acceperunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem, &c. Fuit etiam ibi cognitio. ibi enim cognouit matrem à qua habebat carnis infirmitatem. cum dixit. Mulier ecce filius tuus, Ioan. 19. Prius videbatur nõ cognouisse in his, quæ ad potestatem pertinebant diuinã. s. in miraculis faciendis. Vnde cum diceret, Vinum non habent. Respondit. Quid mihi, & tibi mulier Ioan. 2. quasi dicat, hoc à te non habeo quod faciam, vt habeant.

Corui qui pascebant Heliam in torrente charith significant latronem quem Christus sibi incorporauit in Cruce, peccatorum fuligine denigratum. Et corui dicitur pluraliter, quia significant omnes saluandos.

Per terrã maledictã crux significat

Terra deserta, quia sterilis est maledicta. Vnde Gen. 4. Maledicta terra in opere tuo. Merito ergo crux per terrã maledictam significatur. De quo ad Galat. 4. Maledictus omnis qui pendet in ligno. Christus pro nobis maledictionem suscepit, scilicet pœnæ. Terra deserta est spinis, & sentibus plena, & horrida: Sic Crux in qua Christus spinis coronatus, & spinarum aculeis cruentatus est. Vnde Matthæi 27. Plectentes coronam de spinis imposuerũt super caput eius. & Gene. 27. Aries cornibus hærebat in vepribus. Hic est caro Christi. Et Oseæ 1. Sepiam viam tuã spinis. Via nostra Christus, qui spinis est coronatus. Ita enim fecerunt sicut qui viam obstruere volunt, & eã spinis sepiunt.

Ideo etiam dicitur inuia. terra enim spinis obsita fit inuia. Et omnes olim Crucem quasi inuiam abhorrebant. Est etiam terra deserta, quæ plena draconibus, bestijs, & latronibus inhabitabitur. Sic, & crux latronum, & malefi-corum, & peccatorũ locus erat. Vnde per Iob dicit 30.

Frater fui struthionum, & socius draconũ. Dracones erant Iudæi venenosi, & subdoli, quorum frater erat secundum carnem. Struthiones sunt scribæ, & pharisæi hypocritæ, & ficti, cum quibus conuersatus est. vnde Esa. 53. dicitur: & cum sceleratus reputatus est. Terram etiam inaquosam inuenit crucem. vnde dixit Ioan. 19. Sitio.

Christus terrã desertam fecit fœcundam.

Secundo, videndum est quomodo Christus de terra deserta fecit fœcundam. vnde de Cruce dicitur. Nulla sylua talem profert fronde, flore, germine &c. ideo significatur per palmam, de qua Cant. 7. Ascendam in palmam, & apprehendam fructum eius. Ipsa vitis de qua portatus est botrus. Nu. 13. Abscinderunt palmitem cum vua quã portabant duo viri. Botrus quem prior portans non videbat sed posterior sequens, est Christus pendens in ligno Crucis: sed hunc Botrum prior populus, scilicet Iudæi non attenderunt. Sed posterior, ideſt gentes cognouerunt.

De terra inuia viã fecit.

De terra inuia fecit viam, quia sola Crux via est ad cœlum, vel pœnitentiæ tabula, & prima scala peccatorum: de qua Gene. 28. Vidit Iacob scalam stantem super terram, & cacumen eius tangens cœlum, & Dominus innixus scalæ. Stat super terram: quia omnem calcat terrenitatem: tangit cœlos, quia inter ipsum, & cœlum nihil medium. Ideo dicitur Matthæi 3. Pœnitentiam agite: appropinquat enim regnum cœlorum. de hoc Amos 9. Qui ædificauit ascensionem suam in cœlo, & fasciculum suum super terram fundauit. Per crucem enim suam, nobis ædificauit in cœlo ascensionem: fas. suum super terram fundauit, quando onera nostra .i. peccatorum nostrorum portauit: ideo quia via est ad cœlum, non sine causa Crux ponitur in signum viæ. Vnde Esa. 35. Et erit ibi semita, & via sancta vocabitur: non transibit per eam pollutus. Et hæc erit nobis via directa, ita vt stulti non errent per eam, & illi qui à mundo stulti reputantur, & errare dicuntur, quia per eam sibi compendium inuenerunt. Locum desertum, & horrendum, locum ferarum, & latronum: fecit locum desiderabilem, & voluptuosum: ô quàm desiderabilis erat hic Andreæ, qui dicebat: salue Crux, &c. Ideo dicitur Esaiæ 35. In cubilibus in quibus habitabant prius dracones orietur viror calami, & iunci. & cap.

cap. 51. Ponam desertum eius in delicias.

Terrã inaquosam fecit irriguam.

Item terram inaquosam fecit irriguam: ad quod significandum fluxerunt aquæ de latere eius. Per ipsam enim redundant nobis fluenta gratiarum. Vnde Esaiæ 35. Scissæ sunt in deserto aquæ, & torrentes in solitudine, & quę erat arida in stagnum, & sitiens in fontes aquarum.

Tertio quomodo competit ei, quod sequitur. Sic in sancto apparui tibi, vt viderem virtutem tuam, & gloriam tuam. Crux sancta est siue sanctus locus. Vere sancta Crux, cuius virtute omnia sacramenta sanctificantur, & phantasmata fugantur. De qua Exodi. 4. Tolle calciamẽta de pedibus. Locus enim in quo stas terra sancta est. Quia vidit visionem magnam, quòd rubus arderet, & nõ combureretur, ideſt luceret, & non consumeretur. Crux est terra sancta in qua qui stat, ideſt perseueret, calciamenta, ideſt opera mortua deponit, & videre meretur visionẽ magnam. Quid enim est rubum ardere, & non comburi, nisi sanctos Dei pati tribulationes, & non succumbere tribulationibus? Vnde Apostolus 1. Corinth. 4. Maledicimur, & benedicimus, persecutionem patimur, & sustinemus, blasphemamur, & obsecramus.

Crux est terra sancta.

Apparui tibi. Non enim ante quis sit apparuerat nisi in tentatione. Vnde Geneſis 22. Nunc cognoui quòd timeas Dominum, & Prouerb. 19. Doctrina viri per patientiam noscitur. Et Gregorius. pœna interrogat quantum quis veraciter amat.

Vt viderem virtutis & gloriæ. ideo rectè significatur per sicomorũ quam ascendit Zacchæus, vt videret Iesum. Lucæ 19. Si pusillus es videre Iesum nõ potes: ascẽde sicomorum .i. in crucem, & in pœnitentiã, & videbis Iesum. vnde Stephanus Act. 7 Video cœlos apertos, & Iesum stantem à dextris virtutis Dei, &c.

De Diabolo qũo studeat esse simia Dñi: pẽsertim in plãtura.

Diabolus studet Dominũ imitari, vt simia.

IN PSAL. LXIII. SERMO. CXXVII.

PROTEXISTI me à conuentu malignantium: à multitudine operantium iniquitatẽ. Diabolus in omnibus studet esse simia Domini.

ni. Vnde volens existimari Deus, dixit Esa. 14. In cœlum conscendam: super astra Dei exaltabo solium meum: sedebo in monte testamenti, in lateribus aquilonis, &c. Et de Antichristo habetur 2 Thessa. 2. Homo peccati, & filius perditionis, qui aduersatur, & extollitur supra omne quod dicitur Deus, aut quod colitur: ita vt in templo Dei sedeat, ostendens se tanquàm sit Deus. Hinc est, ꝙ cum dominus sit summus abbas. Vnde Matth. 23. Vnus est pater vester, qui est in cœlis. & Ioan. 8. Vnum patrem habemus Deum. Et ideo Matth. 6. Tanquam ad patrem nostrum, & abbatem, docuit nos dicere, vt filios & monachos suos: pater noster qui es in cœlis, &c. Et cum etiam sint temporales, seu seculares abbates sub ipso domino, qui præsunt conuentibus spiritualium hominum, excogitauit diabolus se facere abbatem, & colligere multos ad conuentum suum, & statuere eis regulam, & ordinem suum. Et hoc propter duas causas, quarum prima est, vt in hoc imitaretur Deum, cuius studet esse æmulator in ijs, quæ sunt potestatis, & dominationis: & non in ijs, quæ sunt subiectionis, & humilitatis. Vnde vix credere potuit filium Dei esse hominem. Quia iuxta illud verbum Aug. Superba mens humilia de alijs sentire non potest. Et exemplum Christi non potuit eum ducere ad hoc, vt humiliaretur. Iuxta Illud Iob. 39. Nũquid volet rhinoceros seruire tibi: aut morabitur ad præsepe tuum? Secunda causa est, vt illos qui collecti sunt in aduentu dñi in ecclesiam fidelium, reuocaret ad conuentum suũ. Cui simile legitur 3. Reg. 12. Hieroboam excogitato consilio fecit duos vitulos aureos, & dixit ad duos: Nolite vltra ascendere in Hierusalem. Ecce dij tui Israel, qui te eduxerunt de terra Aegypti. Et ibat populus ad adorandum vitulum vsque in dan. Conuentus itaq; malignantium congregatio est malorum. Ex quibus alij sunt tanq̃ albi. Nigri sunt qui manifestare peccata sua non erubescunt: qui sunt velut æthiopes diaboli, ardore, s. concupiscentiarum sic infecti, & denigrati. De quibus Ps. coram ipso procident æthiopes. Et alibi. Tu cõfregisti capita draconis: dedisti eum escam populis æthiopum. De quibus Naum. 2. Facies omnium sicut nigredo ollæ. Et Thren. 4.

Duabus causis diabol⁹ quærit colligere multos.

Secunda.

Conuentus malignantiũ.

Denigrata est facies eorum supra carbones, & non sunt cogniti in plateis.

Tanquàm albi monachi diaboli sunt hypocritæ. De quibus dñs Matt. 13. Vęh vobis scribæ, & pharisæi hypocritæ: q̃ similes estis sepulchris dealbatis, &c. Et Iohel. 1. Posuit vineam meam in desertum, & ficum meam decorticauit. Nudans spoliauit eam, & proiecit: albi facti sunt rami eius. Cortex est humilitas. Ficus dulcedo virtutũ, & bonæ conscientiæ: quæ tegenda est humilitate. Sed ficum decorticat, qui opera bona agit vt appareant: ideo dicit: albi facti sunt rami eius.

Tanquàm canonicos regulares habentes simul indumẽtum partim album & partim nigrum, habet diabolus omnes duplices, & bilingues, i. aliud in corde, aliud in ore gerentes: omnes qui aliquos apertè laudant, quibus occultè detrahunt: qui sunt picæ diaboli. De quibus Eccles. 5. Peccator probatur in duplici lingua. Et Zach. 11. Contractus est anima mea in eis: siquidem & anima eorũ variat in me. Hi trahunt quadrigã diaboli, de qua Zach. 6. Et ecce quatuor quadrigæ egredientes de medio duorũ montiũ, & mõtes, montes ærei. In quadriga prima, equi rufi: in quadriga secunda equi nigri: in quadriga tertia, equi albi: & in quadriga quarta, equi varij & fortes. In qua erant equi nigri egrediebat in terrã aquilonis: & albi egressi sunt post eos, & varij egressi sũt ad terrã austri, &c. Isti sunt monachi diaboli, qa ipsum hñt pro abbate: in ei⁹ manu professionẽ fecerũt, se ei subijciẽtes. De quib. Io. 6. Vos ex patre diabolo estis (Abbas. n. interpretat pr̃.) Ipsi renũciauerũt proprio sensui, & ꝓprię volũtati, & regunt sensu diaboli, & ad voluntatẽ eius. Sensus diaboli sũt prudentia mũdi, voluptas carnis, honorũ cõcupiscẽtia, de qb⁹ dicit. ad suã voluntatẽ: sicut abbas monacho suo impar, & mittit de officina ad officinã: reuocatin claustrum, qñ vult, & ita tales monachi aguntur ad imperium diaboli, & suggestionẽ, de officina cupiditatis ad officinã gulæ, de officina gulæ, ad officinam luxuriæ, & sunt velut pila diaboli: de qua Es. 22. Quasi pilã mittet te in terrã latã, & spatiosam. Ibi morieris, & ibi erit currus gloriæ tuæ. Imò etiã proprietati oĩ renũciauerũt: qa sicut ipsi sunt diaboli: & mẽ-

Monachi diaboli.

Sẽsus diaboli.

bra eius, ita oīs possessio eorū, quę cōsumit in vsus eiº ad seruitium eius, immo sunt possessio, & nihil possident, significati per Caym, qui interpretatus possessio: miserunt enim diabolum in possessionem sui ipsorum, quasi clauibus traditis: quia claues cordium eorum habet diabolus, dum pro voluntate sua aperit corda ipsorum, ad malum, & claudit ad bonum. Si dicitur verbum detractionis, vel adulationis, vel scurrilitatis, habent aures apertas ad audiendum: si dicitur verbum Dei, aures claudunt ne audiant.

Ordo, & regula monasterij diaboli,

Ordo, & regula huius monasterij seu filiorum diaboli, est ordinem, & regulam non seruare: sicut in notarijs falsis ordo est iudiciarius ordinem iudicij non deriuare. Quis enim seruetur illic ordo, nisi vt quæ superiora sunt, fiant inferiora: terra supra cœlum: sensualitas supra rationem? Vnde Sapien. 4. Fascinatio nugacitatis obscurat bona: & inconstantia concupiscentiæ transuerit sensum sine malitia. Quis ordo ibi, vbi quæ posteriora sunt, priora fiunt? Vbi temporalia præponūtur, æternis. Vnde poeta. O ciues ciues: quærenda pecunia primum est, Virtus post nummos &c. Cum tamen scriptum sit. Matt. 6. Primum quærite regnum Dei, & iustitiam eius &c Ideo dicitur Iob 10. Vbi nullus ordo, sed sempitenus horror &c. Omnes autem mali, & irregulares sunt illic regulares: & quanto magis irregulares, tanto magis regulares. Sicut Achan, qui furatus erat regulam auream. Iosuæ 7. Regula aurea est regula recta: sed plumbea tortuosa est, & non vera regula: sicut falsus nummus, non est verus.

In phano diaboli sunt seruientes, psallentes, & astantes seu assantes, omnes quibus est lingua dolosa, aut vitia linguæ, vt sunt mendacium, detractio, adulatio. Vnde Esa. 13 Respondebunt ibi vlulæ in ædibus eorum: & Syrenæ in delubris voluptatis. Vlulæ turpiter cantantes sunt detractores: obiurgatores. Syrenæ (vt Boetius dicit) vsq; in exitiū dulces, sunt mendaces adulatores, & assentatores.

Lectiões recitãtes in hoc cõuentu.

Lectiones recitant in hoc conuentu: odium, ira, stultitia. Lectiones, scilicet contumeliam, opprobrium, iniurias, Responsa cantat impatientia: responsa dico conuiciantium. Sed nescio quo pacto vsu nouo, plura sunt

responsa quàm lectiones: quia pro vna contumelia, duæ illic dicuntur: pro vnica iniuria multæ inferuntur. Vnde Prouerb. 26. Sicut carbones ad prunas, & ligna ad ignē: sic homo iracundus suscitat rixas. Et Prouer. 26. Vir insipiens fodit malum: & in labijs eius ignis ardescit.

Omnes quidem discordantes, & discordiarum seminatores expelluntur de templo Domini: sed recipiuntur in hoc phanum diaboli. Et sicut in festo stultorum, qui plus discordat, melius consonat: & sicut pro magno artificio habetur facere versum totum falsum, sic & hic: maximeque probantur septem illa quæ odit Dominus, vt dicitur Prouer. 6. Sex odit Dominus, & septimum detestatur anima eius. Oculos sublimes, linguam mendacem, manus effundentes sanguinem. cor machinans cogitationes pessimas, pedes veloces ad currendum in malum, proferentem mendacia, testem falsum, & eum qui seminat inter fratres discordias.

Prior tenebris conuẽtus.

In hoc conuentu post Abbatem secundus est prior: hic est priuatus amor, qui præest conuentui omnium malorū operum, & cogitationi, & affectioni. Tolle priuatū amorem, amorem, scilicet sui, & cessabunt omnia mala. Sed hic excludit Deum, & proximum. Vnde Ioan. 1. Et sui eum non receperunt. Et 2. Timoth. 3. Erunt homines seipsos amantes, cupidi, elati, superbi, &c.

Supprior

Supprior est pudor malus. Hic tenet hominem in peccato, sicut supprior monachum in clausto ne exeat: quia pudor obsistit ne confiteatur peccatum. Vnde Eccles. 21. Qui perdit animam suam præ confusione.

Tertius prior est timor malus, quo timetur pœnitentiæ labor, & qui confessioni obsistit. Vnde formidolosi remittuntur de bello.

Quartus prior est vana spes, per quam differt pœnitētiam, dum cogitat, quòd aliàs pœnitebit: & ita peccat in spe. Contra quod dicitur Eccle. 5. Ne tardes conuerti ad Dominum: & ne differas de die in diem: subito enim veniet ira illius, &c.

Officinæ cõuentus diaboli.

Habet, & hic conuentus officinas suas, & qui præsunt officinis. Habet refectorium, granarium, coquinam, cellarium, dormitorium, capitulum, & infirmariam. Refe-

ctorio præest inuidia: granario auaritia: coquinę gulat cellario ebrietas: dormitorio murmuratio, & tnquietudo animorum: capitulo dissensio: & infirmariæ desperatio: practica, vt placet.

De parvulis domini, & diaboli per inuidiam.

IN PSAL. LXIII. SERMO. CXXVIII.

Paruulus dñi quis dicatur.

SAGITTAE paruulorū factæ sunt plagæ eorum, &c. Paruulos suos habet dominus, & paruulos suos diabolus. Paruulus domini dicitur quis per veram humilitatē. vnde Mat. 18. Aduocans Iesus paruulum statuit eum in medio discipulorum, & dixit. Nisi cōuersi fueritis, & efficiamini sicut paruulus, iste non introibitis in regnū cęlorū. Conuersi, s. à magnitudine qua magni estis in oculis vestris: ad paruitatem humilitatis Christi. In figura etiam hnius rei non elegit dominus maximum de filijs Isai, sed minimum. sicut dicitur 1. Reg. 16. Dixit dominus ad Samuelem, Ne respicias vultum eius, neq; altitudinem staturæ eius, qñ abieci eum: nec iuxta intuitum hominis ego iudico. Homo enim videt ea quæ patent: dñs autē intuetur cor. Vnde qui vident aliquem magnum, & pulchrum, dicunt dignum hunc episcopatu. Sicut spectes Priami digna est imperio. Et vetulæ cōmendant Dogobertum ex statura eius pensantes eum. Et nota quod sequitur, dixit pr̄ ad Samuelem. Adhuc reliquus est paruulus, qui pascit oues, & ait dñs. Surge, & vnge eum: ipse enim est. Hinc etiam dicitur Mar. 9. Si quis vult primus esse erit oīum nouissimus, & minister, & accipiens puerum statuit eum in medio eorū, quem cum complexus esset, ait illis, &c. Hoc ꝙ complexus eū est ostēdit quantū humilitatē diligat, & amplexet.

Quis dicatur paruulus.

Paruulus etiam dicitur quis quantum ad malitiam licet adultus sit virtute. Vnde dicitur 1. ad Curinth. 14. Nolite fieri paruuli sensibus: sed malitia paruuli estote. Et 1. Reg. 13. Filius vnius anni erat Saul cum regnare cœpisset, ideſt humilis & innocens.

Paruulus etiam dicitur quis propter imperfectionem.

vnde

vnde 1. ad Cor. 13. Cum essem paruulus loquebar, vt paruulus: sapiebam, vt par, &c. Et in eadem 3. Tanquam paruulus in Christo lac vobis dedi potum non escam.

Paruulus diaboli.

Paruulus diaboli est quis per falsam simulationem, vt hypocrita: de quo Eccl. 20. Est qui nequiter se humiliat, & interiora eius plena sunt dolo.

Est etiā paruulus sensu, siue discretione. vnde Eccl. 13. Noli esse humilis, ideſt parvulus in sapientia tua, ne humiliatus in stultitiam seducaris. Quia nimia humilitas parit contēptum. Et 1. ad Cor. 14. Nolite fieri paruuli sensibus, &c. Est etiam paruulus per inuidiā. Inuidia contrahit inuidum, & aufert debitā virtutum mensurā, & facit manum diabolo: tollit charitatem, quæ est animæ quantitas secundum latitudinē. Charitas enim dilatat affectū ad communicandum oīa bona. Sed inuidia cōicari non permittit. Vnde Sap. 7. Quam sine fictione didici, & sine inuidia communico. Nec solum in se tollit hanc dilatationem, sed in alijs odit. Sicut dicitur de operarijs Matt 20. Accipientes, s. denarium, vt reliqui, murmurabant aduersum patrem fam. & illc. An oculus tuus est nequam, quia ego bonus sum. Tollit etiam humilitatem, quæ est animę altitudo. Nullus enim inuidus homo est, qui nō sit superbus. Vnde sicut paruulus homo erubescit ire iuxta maiorē se, & ponit se si potest in loco inferiori: ita inuidus non potest sustinere alium esse maiorem se, & sibi comparari & præponi dolet. Vnde Apostolus hæc cōiungit ad Gal. 5. Non efficiamini inanis gloriæ cupidi inuicē prouocātes, inuicem inuidentes. Et Matt. 20. Hi nouissimi vna hora fecerunt, & pares illos nobis fecisti. In alio etiam humilitatem odit, & ipsam humiliationem diligit: sed humilitatem, virtutem & continentiam, vel quodlibet bonum odit, & ipsam humilitatem vt deprauet, superbiam vult reputari, vt 1. Reg. 17. de Heliab, qui cū esset maior sup Dauid, inuidebat ei de hoc, ꝙ rumores quærebat de Philisteo: & ꝙ de hoc audiebat loquentes. Vnde dicitur ibi, ꝙ cum audisset Heliab frater eius maior, loquente eo cum alijs, iratus est cōtra Dauid, & dixit Quare venisti, & deliquisti illas pauculas oues in deserto? ego noui superbiam tuam, & nequitiam cordis tui, quia vt videres

Omnis inuidus est etiam superbus.

prælium

prælium descendisti. In quo significatur, quòd plerunq; minores vocantur ad dignitatem maiorem, & quasi à pau cis ouibus assumuntur ad pugnandum cum Philistæo .i. cum diabolo Quia vbi maior est cura, ibi maior est pugna, & illi qui maiores se reputant, inuident.

Effectus inuidiæ.

Tollit etiam spiritualem inuidia longitudinem, quæ est perseuerantia. Dolet enim inuidus quando videt aliquem perseuerare in bono. sicut dolet de amore. vnde Inuidus alterius rebus macrescit opimis, &c. & Gene. 37. Videntes Ioseph fratres sui inuidebant ei, & cogitauerunt illum occidere, dicentes. Ecce somniator noster venit: venite occidamus eum, &c. Et quanto magis videt in bono perseuerare, vel honorē, tanto magis torquetur de perseuerantia. Vnde Glo. ad Gala. Quanto ille cui inuidetur successu meliore profecerit: tanto inuidus in maius incendium liuoris exardescit. & ideo si potest cursum boni propositi impedit, & reuocare intendit. Et propter hoc fascino comparatur, quod impedit crementum, & profectum agnorum. Vergilius in Buco. Nescio quis teneros oculus mihi fascinat agnos. Et ad Gal. 3. O insensati Galatæ, quis vos fascinauit veritati non obedire? Sic stulti facti estis, vt cum spiritu cœperitis nunc carne consumemini. Et eodem 5. Currebatis bene. Quis vos impediuit &c. In his tribus spiritualis animæ quantitas consistit, quam non dat natura sed gratia: de qua potest intelligi illud Matth. 6. Quis vestrum cogitans potest adijcere ad staturam suam cubitum vnum? quasi dicat nullus. Non enim est modus adijciendi ad huiusmodi magnitudinem nisi per Crucem Christi In qua inueniemus longitudinem, latitudinem, altitudinem, & profundum. Ad Ephe. 3. vt possitis comprehendere, quæ sit longitudo, latitudo, sublimitas, & profundum. Ex hac etiam creuit Christus. vnde Christus factus est pro nobis obediens pa. & propter quod & Deus exaltauit illum, &c. Vnde Zacchæus statura pusillus ascendit in Sycomorum. vt videret Iesum, & vidit transeuntem. Luc. 19. Et tu si pusillus es statura gratiæ, ascende sycomorum, idest crucem pœnitentiæ, & augebitur tibi gratia, & mereberis videre Iesum.

De

De his igitur paruulis, qui paruuli sunt per inuidiam, & paruuli sensu, potest intelligi verbum istud. Sagittæ paruu. factæ sunt pla. eorum .i. ipsorum paruulorum. Paruuli enim isti .i. inuidi, & sagittas habent & lāceas. Sagittas quando occulte detrahunt: lanceas, vel gladios, quando manifeste nocere intendunt. De vtrisque dicitur Prouer. 26. Sicut noxius est qui mittit lanceas, & sagittas in mortem: ita vir qui fraudulenter nocet amico suo, & cum deprehensus fuerit dicit ludens feci. vnde rēcte inuidus significari potest per Ismaelē, & per Esau. Per Ismaelem, nam ipse vir sagittarius. per Esau: quia ipse vir gladiatorius: de Isma. dicitur Gen. 16. Hic erit ferus homo: manus eius contra omnes, & manus omnium contra eū. Vere manus inuidiæ contra omnes, scilicet virtutes: quia in suo subiecto destruit omnes, & in alio omnes odit, & persequitur: & nullum persequitur vitium, sed omne diligit. Est inuenire vitium, quod alij vitio oppositum est, vt auaritia prodigalitati. Sed inuidia nulli se opponit, sed omne vitium diligit, & omnem virtutem odit: ergo pessimum est vitiorum. Ismael etiam persequitur Isaac. vnde dicitur ad Gala. 4. Qui secundum carnem erat persequitur eum qui secundum spiritum. Isaac interpretatur risus. Quid est Ismaelem persequi Isaac nisi inuidiam per sequi risum, & gaudium? Vnde Ouidius. Risus abest illi nisi quem fecere dolores. Secundum hoc ergo, quòd detrahit est Ismael sagittarius. Et secundum, quòd manifeste persequitur est Esau persequens Iacob, & est quasi gladio pugnans: cui dicitur Gen. 27. Viues in gladio, & fratri tuo seruies. Inuidus fratri suo rectè dicitur seruire, dū eum persequendo, & corrodendo nō cessat exercere. Hęc est lancea, de qua dicitur 1. Reg. 19. Factus est spiritus Domini malus in Saul. Porrò Dauid psallebat cithara visusque est Saul Dauid configere cum pariete, & declinauit Dauid: lancea autem casu vulnere perlata est in parietem. Quid est Dauid cithara psallere nisi doctores, & prædicatores mortificationem vitiorum prædicare? Et quid est Saulem lancea velle Dauid configere, nisi inuidos eos manifeste persequi, & detrahere. Sed incassum hoc faciunt, quia sibi potius nocent, quàm alij obsunt vnde sa-

Inuidi sagittas, & lāceas habent.

Inuidia pessimū, est vitiorum.

git

git peruu. &c. reos inuoluunt. & hoc est gladius eorum intret in corda ipsorum.

De domo, & templo Dei triplici.

PSAL. LXIIII. SERMO. CXXIX.

Domus, & tẽplum Domini tripliciter.

REPLEBIMVR in bonis domus tuæ, sanctum est templum tuum mirabile in æquitate. Domus, & templum Domini dicitur tripliciter: cœlum, Beata virgo, æterna beatitudo. De prima domo siue templo recepimus bona naturæ: de secunda bona gratiæ: de tertia, bona gloriæ. Vnde de quolibet aut qualibet dici potest. Replebimur in bonis domus tuæ.

Prima domus cęlũ

Cœlum quasi quædam domus est vel officina siue cellarium Dei. de quo nobis naturales effundit bonitates: vitalem calorem quo diuersæ rerum species procreantur & propagantur. & potest dici domus naturæ. Et quantum ad hanc effusionem non est distinctio. Vnde dicitur Matt. 5. Qui solem suum facit oriri super bonos, & malos. Cœlum est larga manus. de qua dicitur in Psalm. Aperies tu manum tuam, & imples omne animal benedictione. & Esa. 6. Vidi Dominum sedentem super solium excelsum, & eleuatum: & plena erat domus maiestate eius, & ea quæ sub ipso erant: replebant templum. Quælibet etiam creatura quantumcunque parua, aliquod tenet vestigium diuinæ maiestatis, & bonitatis. Vnde Eccle. 1. Vidit, & denunciauit, & mensus est, & effudit eam super omnia opera sua. Ipsum est templum mirabile in æquitate.

Secunda dom' Dei est vterus B. Virginis.

Secundo excogitauit Dominus facere sibi domum, de qua spirituales nobis effunderet bonitates, dona gratiæ, vnguenta virtutum, medicamenta membrorum: quæ nobis est propinquior, & magis ad manum, quàm ipsum cęlum, siue quàm ipsa domus, de qua nobis effluunt bona naturæ: quia plus indigebamus bonis gratiæ, quàm bonis naturæ. Ista domus est veterus beatissimæ virginis. Ipsa est cęlum de quo pluit nobis Dñs pluuiam tẽporaneã, qua noster fœcundetur effectus: & lucẽ gratissimã qua ille lumi-

minet intellectus, Dñm nr̃m Iesum Chr̃m. Et sicut tpe messis, & vindemiarũ vasa p̃paramus in q̃bus vtilitatem fructuũ frumenti, & vini recondamus: ita fecit Dñs veniẽte tpe plenitudinis: hanc tanq̃ vas oĩum bonorũ elegit & p̃parauit. vnde nõ sine mysterio natiuitas eius celebrat in mẽse Septẽbri: qđ est tẽp⁹ plenitudinis: & mẽsis ẽt ille fm legẽ totus erat solennis, qa de ipsa oẽm plenitudinem accepturi eramus, Dñm nr̃m Iesum Chr̃m. Qui est pietas, misericordia, & veritas, & quicquid boni nominari põt. Ipse est sapiẽtia, de qua dr̃ Sap. 7. Venerũt mihi pariter oĩa bona cũ illa, & inumerabilis honestas p man⁹ illius. Et Ro. 8. Si p nobis tradidit illũ: qũo nõ etiã cũ illo, oĩa nobis donauit? s. oẽ gaudiũ. Ipse est .n. Isaac, risus nr̃ p quẽ cessauit ira Dei sup nos. & quasi in natiuitate ei⁹ nobis risum fecit ore ꝓprio qđ est filius suus. de quo in Proue. 16. In hilaritate vultus regis vita, & clemẽtia ei⁹, quasi imber serotinus. Ideo dictũ est Luc. 2. Euangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo: quia natus est vobis hodie Saluator. Et Prou. 19. Sicut fremitus leonis, ita & regis ira: & sicut reos super herbam, ita, & hilaritas seu risus eius. De quo risu, scilicet Isaac dicitur Gene. 24. Exijt Isaac ad meditandum in agrum. Ad hoc enim exijt in mũdum, vt meditaretur & cogitaret de salute nostra.

Vterus B. V. est nobis horreum frumenti, & cellarium vini.

Beatæ igitur vterus virginis nobis est horreũ frumẽti, & cellariũ vini. Horreũ fru. Vñ Cã. 8. Vẽter tuus sicut acervus tritici, vallatus lilijs. Triticũ est Chr̃s, qui in magnũ fructificauit aceruũ. Vallatus lilijs duplicis castitatis: qa fœcũditas illa nõ abstulit virginitatẽ. Ipsa est cellarium. Vnde ibidẽ Vmbilicus tuus sicut creator tornatilis, nunq̃ digens poculis. Creator tornatilis artificio Spũs sc̃i tornatus nõ alicuius manu artificis. Vñ Luc. 1. Spũs sanctus superueniet in te. &c. & Cãt. 7. Iunctura fęminũ tuorũ sicut monilia, q̃ fabricata sunt manu artificis. Hæc iunctura fuit fœcunda virgo, & virginis fęcunditas. Vnde quidam Ab æterno vas prouisum, vas insigne, vas præsciſum munus sapientiæ. Vas de quo dicitur Eccleſiast. 43. Vas castrorum in excelsis, in firmamento cœli resplendens gloria. & hoc ibi dicitur de luna, quæ est vas vniuersale ab oĩb⁹ dispositiones planetis recipiens: qui dicuntur castra. &

Ideo

Ideo vas castrorum. Similiter, & beata Virgo vas est vniuersale. quicquid alij particulariter boni habent perfecte continens: castitatem, humilitatem, & alia huiusmodi. Vnde in Prouerb. 30. Multæ filiæ congregauerunt diuitias, tu vero supergressa es vniuersas. De ipsa vere dicit, Replebimur in bo. &c. Sanctum tem. t. s. ipsa. Mirabile in æquitate. Vere mirabile. In ipsa enim facta est mirabilior in infinitum adæquatio, quàm fiat in natura. Immo supra naturam facta est, quia contrariorum tres mirabiles coniunctiones, & adæquationes fiunt. Deus, & homo. mater, & virgo, & fides, & cor humanum. Vltima autem causa est duarum. Vnde dicitur Luc. 1. Et beata, quæ credidisti, quoniam perficientur in te. &c. Hæc est varietas reginæ: de qua Psalm. Astitit regina, &c. circundata varietate.

Tertia domus Dei æterna beatitudo

Tertia domus est æterna beatitudo, quæ est domus gloriæ: de qua, & hoc intelligitur. Replebimur &c. Vnde Inebriabuntur &c. & illud. Adimplebimur lætitia cum vultu tuo. Ipsa est templum sanctum. & mirabiliter in æquitate. i. in adæquatione. In qua fit mirabilis adæquatio meriti ad præmium: cum meritum non possit adæquari ad præmium. quia semper remunerat Dominus supermeritum. Hæc est adæquatio: de qua dicitur Zacha. 4. Exæquabit gratiam gratiæ eius. Ipsa gloria dicitur gratia. iuxta verbum Apostoli ad Rom. 6. Stipendia peccati mors. Gratia autem Dei vita æterna.

Sicut ars imitatur naturam, ita, & gratia in tribus.

Illud autem considerandum est, quòd sicut ars imitatur naturam: ita, & gratia Vnde, Ad æquationem, quam facit natura imitatur, & gratia quæ fit in tribus. In contrarium confractione. In vnius ad alterum compensatione. In membrorum congrua compensatione. In contrariorum confractione. Confringit enim contrarias qualitates: & sic adæquat quoddam medium ex illis. Cœlum enim nullam admittit contrarietatem: & ideo nec vitalis calor qui est à cœlo: & propter hoc oportet fieri adæquationem in mixto, vt sit aptum recipere vitalem calorem, & formæ perfectionem.

1.

2. In vnius ad alterum compensatione: quia quod natura subtrahit in vno, ponit in alio, vt patet in vespertilione, qui ideo parum videt, & vespere volat, quia natura crystallinum humorem quem subtrarit oculis: in alis posuit. vnde vespertilio continuat animalia gressibilia, & volatilia quasi medium inter illa.

In membrorũ formatione: quia semper natura formal, & aptat membra pro comparatione vitæ animalis. vnde auibus quæ natant, pedes dedit pelliculis destinctos, vt essent quasi remiges ad natandum, & cygno collum prolixius ad immergendum in aquam, & piscandum. Harũ autem adæquationum naturalium imitatrix est gratia sed longe tamen fecit mirabiliorem.

In rei generatione confringuntur contrariæ qualitates: & sic recipitur calor vitalis, & vita corporalis: in creatione noui hominis sensualitatis, & rationis repugnantia confringitur, & sic vita spiritualis recipitur. Vnde dicitur in Psalm. Qui habitare facit vnius moris in domo, & tunc animalia pacata sunt in arca. hoc est quod dicitur Iob 5. Bestiæ terræ erunt pacificæ tibi, & scies quapacem habeat taber. t.

Secunda adæquatio.

Secunda adæquatio fit per vnius ad alterum compensationem: quantum enim homo sibi subtrahit de ijs, quæ pertinent ad carnem, tantum adijcitur ei de ijs, quæ pertinent ad spiritum, & è conuerso. Et cum sibi subtrahit mũdanas consolationes, abundantius meretur recipere spirituales. Vnde Iob 22. Dabit pro terra silicem: & pro silice torrentes aureos.

Tertia adequatio.

Tertio fit adæquatio in conuenienti membrorum formatione secundum comparationem vitæ animalis: talem facit, & gratia dum format, & aptat secundum comparationem officij sui doctoris scientiam prædicatori, conferens eloquentiam. Iob. 38. Quis dedit vehementissimo imbri cursum, & viam sonantis tonitrui, vt plueret super terram absque homine in deserto, vbi nullus mortaliũ commoratur? & Esa. 32. Cor stultorum intelliget scientiã: & lingua balborum velociter loquetur, & planè. Et 50. Dedit mihi Dominus linguam eruditam, vt sciam sustentare eum, qui lapsus est verbo. Vnde multis ex ordine accepto accessit gratia. Similiter, & ex ipsa cathedra. Natura etiam plures mamillas, & plus lactis dedit animali, quod

Animal plures habens fœtus, habet etiam plures mamillas.

quòd plures habeat fœtus naturaliter, vt porcæ, quàm elephanti illæ. Similiter secundum multitudinem plerunque facit Dominus abundare doctrinam. Prouidit etiam natura, vt mulieri cum accedit ad partum sanguis menstruus, conuertatur in lac innutrimentum paruuli: sic ei qui aggreditur officium prædicandi, vel docendi, gratia vbera spiritualia fecit abundare lacte doctrinæ. Vnde Hier. 31. Ante medium. Inebriabo animas sacerdotum pinguedine: & populus meus bonis adimplebitur. & hoc est Replebimur in bonis domus tuæ.

De pinguedine duplici, exteriori, & interiori.

IN PSAL. LXIIII. SERMO. CXXX.

Pinguedo exterior quę sit.

PINGVESCENT speciosa deserti, &c. Duplex est pinguedo: exterior, & interior. Exterior pinguedo dicitur, non solùm carnis sed & abundantia temporalium: & hæc scilicet corporalis comparatur ex multo nutrimento, & multo somno, & otio siue quiete: & pauco, vel nullo labore. Vnde dicitur in libro de natura animalium, quòd multa animalia crassa sunt in ventre, maximè quæ pauci sunt motus. Hinc est, quòd ibidem dicitur, quòd Ren dexter minus habet sepum sinistro, quia in dextera parte plus est vitæ, & plus motus. Item ibi dicitur, quòd porci præcipuè impinguantur in quiete, & deliciantur. Quia sexta pars cibi trāsit in pilos, & sanguinem. Quidam sunt quasi porci diabo li multa deuorātes, & ventri soli seruientes. de quibus dicitur 1. ad Cor. 6. Esca ventri, & venter escis, &c. Multum dormientes. de quibus dicitur Prouerb. 6. Vsquequo piger dormies? quando consurges è somno tuo? Ocia quærentes Eze. 16. Hæc fuit iniquitas sodomæ sororis tuæ superbia, saturitas panis, & abundantia, & ocium. Parum vel nihil in bonis operibus laborantes. vnde 2. Thessa. 3. iu si. Denunciamus vobis si quis non vult operari, nō manducet: hi sunt pingues terræ.

Pinguedo exterior contraria est interiori.

Hæc pinguedo contraria est interiori pinguedini de qua

qua dicemus. Quia plerunque suffocat spiritum, & hebetat intellectum. Suffocat spiritum: sicut enim crucibolus ex nimio sepo extinguitur: Ita plerunque ex pinguedine carnis, & abundantia temporalium vita spiritus suffocatur. vnde illud Psalm. Ego dixi in abundantia mea, non mo. in æter. Sicut vinum ex fortitudine sua pinguescit siue crassescit, & corrumpitur. Vnde dicitur Hier. 48. Fertilis fuit Moab ab adolescentia sua, & requieuit in fæcibus suis.

Effectus pinguedinis exterioris.

Hebetat intellectum. vnde dicitur. Pinguis venter crassum generat sensum. Pinguedo est pabulum ignis, luxuriæ nutrimentum, & postmodum ad gehennæ pabulum vnde se impinguare, & temporalia multiplicare nihil aliud est, quàm ad ignem luxuriæ, & pœnam gehennæ pabulam quærere. vnde Hiere. 7. Filij colligunt ligna, & patres succendunt ignem, & mulieres conspergunt adipem. Ligna sunt occasiones peccandi, quas filij patribus præstant. Et dicuntur mulieres conspergere adipem, propter nimiam vestium, & ornamentorum sumptuositatem.

Pinguedo excitat petulantiam. Vnde Psalm. Prodijt quasi ex adipe iniquitas eorum. Et Iob 15. Cucurrit aduersus eum erecto collo: & pingui ceruice armatus est. Operuit faciem eius crassitudo &c. Et illud Psalm. Impinguatus, incrassatus, dilatatus, recalcitrauit. Hierem. quinto. Saturaui eos, & mœchati sunt: & in domo meretricis luxuriabantur. Finis autem pinguium hic est: quòd tandem diabolus mactat eos, vt porcos, & de ipsis fit magnum festum, & conuiuium in inferno. Vnde Zach. vndecimo. Pasce pecora occisionis, quæ qui possederant, occidebant, & non dolebant, &c. Et Ezechie. vigesimoquarto. Pone ollam æneam, & mitte in eam aquam: & pinguissimum pecus assume: congere frustra eius in eam. Olla ænea est pœna æterna in qua bullire: est conscientia mala feruere. Vnde Iob 41. Feruescere facit quasi ollam profundum mare, idest cor peccatoris amarum. Scindi per frustra, est affligi secundum diuersa peccata. Hi significantur per regem Agag. de quo 1. Reg. decimoquinto. Oblatus est Agag pinguissimus tre-

Finis pinguium.

mens,& in frustra conscidit eum Samuel. Et Iud. 3. Erat autem eglon crassus nimis.& post. Infixit ficam in ventrem eius tam valide, vt capulus sequeretur ferrum in vulnere.

Pinguedo interior

Interior pinguedo est pinguedo spiritus qua pinguescunt speciosa deserti: non pingues terræ. de quibus dicitur. Manducauerunt,& adorauerunt omnes pingues terræ. Hi habent benedictionem Esau: de qua Genesis 27. In pinguedine terræ, & in rore cœli desuper erit benedictio tua. Spiritualis autem benedictionem Iacob. de qua ibidem: Det tibi Deus de rore cœli, & de pinguedine terræ. Desertum est claustrum, huius speciosa: sancta claustralium corda,quæ spirituali reficiuntur pinguedine, licèt plerunque tenuentur in carne. Vnde Eccles 31. Vigilia honestatis tabescicet carnes. Nam quod cibus educat extra interior sibi sumit homo &c. Non tamen spiritua-

Simile

lis hæc pinguedo interiorem impedit. Sicut legitur Danie. 1. Tenta nos obsecro decē diebus,& da nobis legumina ad vescendum,& aquam ad bibendum: & contemplare vultus nostros,& vultus puerorum, qui vescuntur cibo regio:& sicut videris sic facias nobis seruis tuis. Post decem dies apparuerunt vultus eorum meliores, & corpulentiores præ omnibus pueris. Eodem modo contingit de multis claustralibus, quorum pulchritudinem,& corpulentiam miramur. Sicut autem pinguedo corporalis acquiritur multo nutrimento, somno multo, modico corporali labore, sic & hæc moderato, & competenti. Sicut terræ nascentia rore,& pluuijs irrigata pullulant, & virescunt. ita rore gratiæ inuisibilis, & doctrinæ pluuia spiritualia corda proficiunt. Vnde hodie verè potest dici illud Iohe. 2. Nolite timere animalia regionis, quia germinauerunt speciosa deserti. Qui sunt animalia deserti nisi simplices populi? Qui sunt speciosa deserti nisi prædicatorum ordo? Sicut ergo speciosa deserti cadunt ad animalium nutrimentum: ita eorum doctrina, & vita ad pascendum Dei populum. Nolite ergo timere &c. Vinea & ficus dederunt virtutem suam. Et filiæ Sion exultate, & lætamini in Dōmino Deo vestro,quia dedit vobis doctorem iustitiæ. Hæc pinguedo ex multo somno spirituali acqui-

Speciosa deserti sunt prædicatorū ordo.

Somnus Spūalis est contēplatio.

acquiritur. Quid enim est somnus spiritualis nisi contemplatio? de quo Iob. 4. Quando solet sopor occupare homines pauor tenuit me. Quia hoc somno volebat spōsus pinguescere sponsam: dicit Canticorum 2. Adiuro vos filiæ Hierusalem per capreas ceruosque camporum, ne suscitetis neque euigi. fa. di. donec ipsa velit. Ex modico etiam labore valet actiua. Actiuæ enim labor multum detrahit spirituali pinguedini. Vnde dicitur Ecclesiast. 11. Fili ne in multis sint actus tui. Vnde contingit multos qui dum erant claustrales, & contemplatiui, spirituali abundantes pinguedine,quando transeunt ad actiuam, vocati ad episcopatum, fieri tenues, & macilentos, vsque adeo, vt mirari possimus. Quod significatur. Gene. 41. Videbam inquit septem boues pulchras nimis, quas sequebantur septem deformes, & macilentæ, quæ eas deuorabant. Per vaccas pingues dulcedo, vel pinguedo charitatis exprimitur. Quid autem est post pingues macilentes videre, nisi pinguedinem Spiritus sancti, scilicet charitatem, quæ prius abundabat, decrescere? Vnde Esa. 10. Mittam in pinguibus eius tenuitatem. Sic, & multi in principio conuersionis pingues, fiunt postea macilenti. cōtra quos dicitur ad Galatas 3. Sic stulti estis, vt cum spiritu cœperitis carne consummemini? Et hoc est quod dicitur:& occidit pingues eorum,& electos eorum impediuit. Electos eorum dicit de illis, qui ad episcopatus, apicem assumuntur. Idcō dicit oliua cum eligitur, vt regnaret super ligna syluarum. Iudic. 9. Nunquid possum deserere pinguedinem meam, qua dij vtuntur,& homines: & venire, vt inter ligna promouoear? Sic ergo si modicum nutrimentū: si paucus somnus sit, est contemplatio: si nimius labor, actiuæ vitæ operatio quam sequitur macies: mediocris tamen labor non nocet. Vnde Prouerb. 13. Vult, & non vult piger: anima autem operantis impinguabitur. Quia merito operum crescit charitas. Eccles. 7. Ne desis ploran tibus in consolatione, & cum lugentibus ambula. & ne te pigeat visitare infirmum. Ex his enim in dilectione firmaberis.

Vsus autem pinguedinis ad tria valet, scilicet ad nutrimentum ignis, & luminis, & ad condemnatum sapo.

sis. Hinc est, quòd de Helia quia spirituali pinguedine in unctus erat dicitur. Eccle. 48. Surrexit Helias quasi ignis & verbum illius quasi faculæ ardebat. quas solebant facere de lignis pinguedinem picis habentibus. & de Nathan dicitur Eccles. 48. Surrexit Nathan prophera in die-
2 bus Dauid, & quasi adeps separatus à carne, sic Dauid à filijs Israel. Scilicet totus in pinguedine spiritus, in se nihil habens carnale ad nutrimentum luminis, ad quod significandum oleum ponebatur ad pascendum lucernas. Exod. 27. Afferant oleum de arboribus oliuarum purissimũ: & ardeat lucerna in tabernaculo testimonij. Et Matt. 25. Excluduntur fatuæ virgines non habentes oleũ secũ.

3 Ad condimentum saporis. Vnde olera non valent, & huiusmodi, quia arida sunt, nisi condiantur pinguedine. Vnde Deuter. 33. Butyrum de armento, & lacde ouibus, adipe agnorum, & arietum filiorum Basan. Et hoc adipe olera spiritualis fraternitatis condiuntur, sine quo nihil prosunt: quia sola est vera vnctio. De qua Prouerb. 15. Melius est vocari ad olera cum charitate, quàm ad vitulum saginatum cum iurgio. Virulus saginatus est carnalis petulantia. Iurgium, contradictio conscientiæ. quia dum foris delectantur, interius cruciantur. Nam sicut car-
Simile. nalis pinguedo etiam in animali corporalem excitat petulantiam: Sic & pinguedo spiritualis spiritualem plausum, & lætitiam, qua mens tripudiat, & exultat: sine qua nulla opera tunc placent. Sicut nec cibus nisi cum hilaritate datus. Vnde Ouidius. Super omnia vultus &c. ad Roma 12. Qui tribuit in simplicitate, Qui præest in sollicitudine. Qui miseretur in hilaritate. Item in Prouerb. 17.

Animus gaudens, ætatem floridam facit. spiritus tristis exsiccat ossa, idest spiritus inuidiæ virtutis. Vnde Prouerb. 14. Putredo ossium inuidia. Ideo sequitur. Exultatione colles accingentur. Colles sunt proficientes, & montes perfecti, vt supra: sicut adipe, & pinguedine, &c.

De tribus remedijs, quæ Dominus adhibet, significatis per mare, quod aufertur, siccatur, diuiditur.

IN PSAL. LXV. SERMO. CXXXI.

QVI conuertit mare in aridam, in flumine pertransibunt pede: ibi lętabimur in ipso. Nota, quòd mare. aufertur, diuiditur, siccatur. In hoc tria significantur re- Tria remedia Domini.
media, quæ Dominus adhibet suis. Mare est tribulationis amaritudo. Dominus Neophitis quorum infirmitatem no
uit. aufert mare: qñ aufert ab eis tribulationes, & parcit tanq̃ infirmis. Vnde illud. Tu vincis in martyribus: parcendo confessoribus. Ideo tales significantur rectè per filios Israel nuper egressos de Ægypto, quibus Dominus abstulit mare. Zach. 10. Percutiet Dominus in mari fluctus, & confundentur omnia profunda fluminis. & Exo. 14. dicitur. Abstulit Dominus aquas maris, & ingressi sunt filij Israel. eratq; mare eis à dextra, & à læua quasi murus. Videre mare à dextra, & læua est videre bonos, & malos affligi. quod quibusdam sufficit, qui afflictiones sustinere non sufficerent: sed ex aliena tribulatione timẽt & ita fit eis murus, sicut est de catulo, qui verberatur coram leone, vt leo domesticetur. Similiter istis nuper egressis de peccato subtraxit pondus tribulationis, ne succumbant, sicut muro adhuc humido, & nondum siccato ligna non debent imponi. Vnde legitur 4. Reg. 4. Puer missus est ad messores, & percussus calore clamauit caput meũ doleo. Puer mittitur ad messores, quando infirmo onus imponitur supra vires: & talis clamat, caput meum doleo, caput meum doleo: quia plerunque ratio deficit, & voluntas langueſcit: vnde regreditur ad matrem, idest ad priorem vitæ consuetudinem. Propter eandem considerationem: non sunt tales eligendi ad prælationem, in qua & si honor delectat, tamen onus terret. Non honor est sed onus. vnde dicit Apostolus 1. Timoth. 3. Oportet Episcopum irreprehensibilem esse, non neophitum, &c. Primo aufert mare tribulationes.

Secũdo diuidit mare: afflictionum.

Quibusdam mare diuiditur: illis, s. quibus non simul, sed per partes afflictiones immittuntur: quia si simul irruerent opprimerent eorum patientiam. vnde Iob fuit per partes afflictus, primo per damna rerum, postea per mortem filiorum. vnde Sap 12. Hos qui exerrant partibus corripis, idest per partes.

Tertio sic cat mare cando virtutem oĩa sustinẽdi.

Quibusdam mare siccat, quibus dat virtutem omnia sustinendi: qui possunt dicere cum Psalmista. Aruit tanquàm testa virtus mea. Hinc est, ꝙ dominus coram se nõ legitur mare abstulisse dum transiret illud, vel diuisisse: Sed super mare ambulauit, vt dicitur Matth. 14. Videntes eum ambulantem super mare turbati sunt. Super ipsum etiam Petrum ambulare fecit, vt ibidem dicitur. In quo significatur, ꝙ suos calcare fecit mare, idest tribulationũ amaritudinem: sed populo veteris testamenti, qui erat infirmus, oportuit mare auferri, vel diuidi.

Quis dicatur habere mare siccum.

Mare siccum habet, qui in afflictione sua in nullo sibi compatitur: sicut Christus, sibi compatientibus dicebat. Luc. penult. Nolite flere super me: sed flete super vos, &c. Pro his dicitur. Qui conuertit mare in aridam.

In flumine pertransibunt pede. Hic notatur diuisio Iordanis. Oportet enim Iordanem diuidi sicut, & mare. Iosuæ 3. Steterunt aquæ descendentes in vno loco, ad instar montis, intumentes apparebant procul ab vrbe, quæ autẽ inferiores erant in mare solitudinis, quod nunc vocatur mare mortuum, descendebant. Iordanis est opulentia, & prosperitas secularis. Filij Israel in Iordane submersi essent, nisi diuisus fuisset. Et adhuc multi submerguntur quibus non diuiditur. In diuisione Iordanis aquæ superiores steterunt: inferiores in mare mortuum descenderunt. Aqua inferior terrena consolatio. Aqua superior cœlestis. vtranque considerare, est Iordanem diuidere, illam stare considerat, qui stabilem esse cęlestem consolationẽ, & ęternam vitam cogitat. Et Nota quòd ibi dicitur, quòd aquæ superiores à longe videbantur. Has aquas à longe videt, qui se esse longe à Deo dolet. Hier. 31. Longe apparuit dominus mihi. Hi dicunt, Heu mihi quia incolatus meus prolongatus est. Et ad Heb. 11. Iuxta fidem defuncti omnes non acceperunt promissiones, sed à longe eas aspicientes.

Aqua inferior est terrena cõsolatio superior vero cœlestis.

Aquas inferiores videt in mare fluere, qui considerat gaudia mundi in æternam dominationẽ transire. Prou 14. Extrema gaudij luctus occupat. Illi ergo, qui attendunt, q̃ longè sint à gaudio cęlesti, & finc gaudij temporalis, Iordanem diuidunt: hi diuitijs temporalibus gaudere non possunt. ideo dicitur. In flumine pertransibunt pede. Quid est in flumine pertransire pede, nisi de diuitijs tẽporalibus non superbire, quod magnũ est: quia diuitũ vermis superbia. Qui intrauerũt equites aquã submersi sunt. vnde equum, & ascensorem proiecit in mare. Zach. 9. Dispergam quadrigam ex Ephraim & equum Hierusalem. Quia superbi in diuitijs pereunt, sed & mare & Iordanẽ filij Israel pede pertransierunt incolumes & securi: ideo rectè dicit. Lętabimur in ipso, s. in dño: non in diuitijs sicut Hester, quæ ait 14 c. Tu scis dñe, quia nunq̃ lætata est ancilla tua, ex quo ad impiorũ hoc translata sum, nisi in te Deus Israel. Et nota ꝙ in transitu Iordanis sacerdotes primi intinxerunt pedes in aquam, & nouissimi transierunt, sicut dicitur Iosuę 3. Ingressi scis Iordanẽ & pedibus in aquam tinctis steterunt aquæ populo transeũte: quia viri ecclesiastici sunt, qui primi tẽporalia concupiscunt, & quasi in aqua Iordanis pedem affectus intingũt: Nouissimi Iordanem transeunt: quia magis hærent temporalibus & nouissimi eis renunciant & ea dimittunt. vn de Amos 6. Væh qui opulenti estis in Sion, i. diuites in ecclesia, & post sequitur. Vindemiauerunt primitias gentiũ ingressi sunt sibi, i. opuma habent beneficia & nõ propter Deum, vel vsum pauperũ: sed ad suas delitias & ad proprium cõmodum beneficia sunt ingressi, & hoc est quod dicitur: Ingressi sunt sibi 2. Timoth. 3. In nouissimis diebus instabunt tempora periculosa & erunt homines seipsos amantes, cupidi, elati, &c. Sed primi quidem deberent pedem, idest affectum intingere in Christi sanguine, i. Passionis imitatione. Iuxta illud: vt intingatur pes tuus in san. Primi in oleo, idest in operibus misericordię sicut dicitur Deut. vltimo. Benedictus in filijs Aser sit placens fratribus suis, tingat in oleo pedem suum. prius dñs sanguinem fudit ad inunctionem: postea oleum misit.

Quid sit ī flumine p trãsire pede.

De vasorum, ideſt mentium ſpiritualium ædificatione, & probatione, & de domino eorum fabro.

IN PSAL. LXV. SERMO. CXXXII.

Mētes ſpiritualium vaſa ſunt domini.

QVONIAM probaſti nos Deus, igne nos examinaſti, ſicut examinatur argentum. Vaſa domini ſunt mentes ſpiritualium. Iſta vaſa Chriſtus ædificat ſibi. Nam ipſe eſt faber, & filius fabri, ſicut dicitur Matt. 13. vnde habuit ſapientiā. Nonne hic eſt fabri filius? nonne mater eius dicitur Maria. Et Marc. 9. Vnde huic hæc omnia? Nonne hic eſt faber filius Mariæ, frater Iacobi, &c. Faber eſt, ſed qui fabricatus eſt auroram & ſolem. Anima eſt aurora in principio conuerſionis, Sol in ſtatu perfectionis. Statuarius eſt, de quo Zach. 11. Proieci illos ad ſtatuarium. Sub ſe habet fabros, ſ.

Fabri dñi exterius operātes.

exterius & interius operantes. Fabri exterius operantes ſunt omnes prædicatores, & doctores, qui ſignificantur per Beſeleel, qui fabricauit vaſa tabernaculi. De quo Exo. 31. Ecce vocaui ex nomine Beſeleel, & impleui eum ſpiritu Dei ſapientia, & intellectu, & ſcientia in omni opere ad excogitandum quicquid fabre fieri poteſt, & interpretatur vmbraculum diuinum, quia præſtant refrigerium contra æſtus vitiorum per verborum folia diuinorum: dediq; ei ſocium Ooliab, qui interpretatur pater. Nam & ipſi patres nobis ſunt Vnde 1. ad Corinth. 4. In Chriſto per euangelium ego vos genui. Fabri etiam exterius operantes ſunt perſecutores, qui perſecutionum malleis formant vaſa iſta. Vnde Eſa. 54 Ego creaui fabrū ſufflantem in igne prunas, & proferentem vas in opus ſuum.

Fabri dñi interius operantes

Fabri interius operantes ſunt diuerſæ virtutes. Obedientia verbi interius fabricat, materiā emollit, & aptat. Vnde ad Rom. 10. verba ponit Eſ. Et quis credidit auditui noſtro: ergo fides ex auditu, &c. ſine qua nō prodeſt labor exterius operantis. Prou. 25. Inauris aurea, & margarita fulgens, qui arguit ſapientiam, & aurem obedientem charitas extendit, & dilatat, vt ſit capax. Anguſtum eſt enim vas quod charitas non dilatauerit, & capere Deum non poteſt,

poteſt qui tantus eſt. Ideo dicitur Dilata os tuum, & implebo illud. Ideo dicitur. Latum mandatū tu. ni. Et Eſ 60. Tunc videbis (per fidem) & afflues, & dilatabitur cor tuum: per charitatem.

Caſtitas ſiue continentia mentis, & confeſſio, ſiue pœnitentia, & timor cor mundant & purificant. De pœnitentia dicitur Eſaiæ 1. Lauamini, & mundi eſtote. Alia tranſlatio. Mundamini qui fertis vaſa domini. De continentia dicitur 2. ad Thim. 2. Si quis mundauerit ſe ab illis erit vas in honorem ſanctificatum. Et 1. Theſ. 4. Vnuſquiſque veſtrum vas ſuū poſſideat in ſanctificatione. De timore. Eccl. 1. Timor dñi expellit peccatū. Et ibidem. Qui timēt Deum præparabunt corda ſua, & ſanctificabunt animas.

Humilitas & paupertas ſpiritus impletur. Sola enim humilitas, & paupertas videtur impleri, quia ſemper ſe vacuam reputat, & mendicat. Vnde legitur. 4. Reg. 4. q̄ vaſa pauperis viduæ impleuit Heliſeus, quia dixerat, nō habeo niſi modicum olei. Eſurientes impleuit bonis, & diuites dimiſit inanes.

Sed attende, q̄ licet vas capax ſit & mundum, nihil tñ in eo ponitur, niſi ſit integrum: quia dicitur Eccl. 21. Cor fatui quaſi vas confractum: omnem ſapientiam non tenebit. Vas fractum eſt cor hominis impatientis. Quia per iram & contentionem omnia effundit, ſicut olla bulliens ſe continere non poteſt. Vnde Prouerb. 15. Os fatuorum ebullit ſtultitiam.

Cor hoīs impatientis eſt vas fractum.

Probatio vaſorum dñi ſolipatientiæ attribuitur.

Sola ergo virtus patientiæ eſt, quæ probat hæc vaſa. Ipſa eſt magiſtra virtutum, & ſcientiarum, & omnes virtutes quaſi diſcipulas ſuas examinatur, & multos reprobat, qui religioſi creduntur. Vnde dicitur Prou. 19. Doctrina viri per patientiam dignoſcitur. Ideo poſt omnes ponitur, Matthæi 5. Beati pauperes, &c. Beati qui perſecutionem patiuntur, ranq̄ probatorium omnium præcedentium, & tanquàm murus, & antemurale in caſtro, ad ſuſtinendū omnes ictus. Ideo propter patientiam dñi dicitur Eſa. 27. Vrbs fortitudinis noſtræ Sion, ponetur in ea ſaluator murus, & antemurale. Patientia ſola implet officia aliarum virtutum: quia & vaſa fabricat & mundat, & probat, & imp.et, & ſeruat, & ideo cōparatur igni. In igne.n. liqueſcit

scit metallum ad figuram vasorum: quòd liquescit habet ab igne: quòd figuratur habet à malleo, vel formacula, vel loculo. Ignis est patientia, quia sicut ignis metalla, sic ipsa corda liquescere facit, vt facile ducantur in omnem figuram. Formula, vel loculus in quo recipitur figura est Christus, & beata virgo maxima, & omnes sancti. Hinc dicitur Eccle. 2. In humilitate tua patientiam habe: quoniam in igne probatur aurum, & argentum: homines verò receptibiles in camino humiliationis. Receptibiles dicit ad modum metalli liquefacti, quod receptibile est cuiuslibet figuræ: sicut Paulus, qui dicit 1. Corin. 9. Omnium me seruum feci, vt plures lucrifacerem Christo, omnibus omnia factus sum. Mala forma est mundus, ga forma veteris hominis. Vnde ad Rom. 12. Nolite conformari huic seculo. Bona forma Christus, & Beata virgo: qui significantur per terram argillosam de qua solent fieri formæ, siue molæ: vnde 3. Reg. 7. Omnia vasa, quæ fecit Hiram Regi Salomoni fudit ea in regione campestri Iordanis in terra argillosa, inter Sochot, & Sarthan. Hiram interpretatur inuigilans plasmationi .s. prædicator, huius studium est docere nos conformari Christo, & Beatæ virginis humilitati, & puritati. Et hoc est vasa fundere in terra argillosa. Vere Christus, & Beata virgo terra argillosa, terra enim argillosa lilium seruat in colore suo & odore, & Christus quidem sic est natus de Beata Virgine, quòd ei virginitatis suæ, & candorem, & odorem seruauit, dum fuit ita mater, quòd virgo, & ipsa caro Christi lilium fuit. vnde Cant. 2. Ego flos campi, & lilium conuallium. Patientia etiam comparatur igni, quia ignis purgat sordes, & scoriam consumit, quod facit etiam patientia. vnde Prouerb. 25. Auser rubiginem de argento, & egredietur vas purissimum.

Formavasorum Christus & B. Virgo.

Christus, & B. Virgo terra argillosa dicuntur.

Patientia rubiginē tollit.

Patientia lima est quæ tollit rubiginem. Comparatur etiam igni quia probat, vt ignis vasa figuli. vnde Eccles. 27. Vasa figuli probat fornax, & homines iustos tentatio tribulationis: & ideo sola meretur impleri. Vasis enim non probatis stultum est bonum liquorem infundere. vnde quasi videtur allegare, vt sibi aliquid infundatur, qui scit se probatum. vt hic. Quoniam probasti nos Deus &c

Vnde

Vnde sapienti æ 4. Deus tentauit illos, & inuenit illos dignos se &c. Et in ca. Io. 2. Beatus vir qui suffert tentationem. Si male effundis gratiam, quomodo dabit tibi gloriam; Eccle. 20. Gratiæ futurorum effundentur.

Patientia omnia seruat. vnde Prouerb. 19. Qui impatiens est, sustinebit damnum. Quasi custos est, & thesauraria mentis. vnde Lu. 21. In patientia vestra. Et Prouerbiorum 19. Qui possessor est mentis diligit animam suã. Quasi dicat. Quoniam probasti nos igne, ideo secure potes gratiam tuam nobis infundere.

Patientia omnia seruat.

De duplici miseria nostra, & misericordia Dei aduersus eam.

IN PSAL. LXVI. SERMO. CXXXIII.

DEVS misereatur no. & be. no. illu. vul. super nos, & misereatur nostri. Duplex est miseria .s. culpæ, & pœnæ: contra quam duplex misericordia siue benedictio fuit necessaria, scilicet gratiæ, & gloriæ. Venit ergo Christus ad tollendam vtranque miseriam, & conferendam vtramque benedictionē. Sed primo abstulit miseriam culpæ: in futuro tollet miseriam pœnæ, sed non interimet. Hoc ostendit in modo suæ natiuitatis. Omnes quidem ante Christum viri nati aut concepti sunt in originali culpa, & in dolore matris ex sententia qua dictum est Gene. 4. In dolore paries: quia cum culpa, ideo in pœna, & hoc est iugum hæreditarium, de quo dicitur Eccle. 40. Iugum graue super filios Adam: Christus autem solus, & primus natus de Beata virgine sine culpa, sine matris pœna. quia sine cõcupiscentia: Et quia sine culpa, ideo sine pœna. ideo dicit de primo .s. culpa. Esa. 7. Ecce virgo concipiet, & pari. De Secundo .s. pœna Esa. 56. Antequàm parturiret peperit, quis audiuit vnquàm talia .i. antequàm laboriose niteretur ad partum. In ipso ortu suo ostendit, quòd venerat ablaturus non solum culpam, sed etiam pœnam. Primo itaque abstulit culpam. Secundo .s. in futuro tollet pœnam,

Miseria duplex, culpæ, & pœnæ.

Venit Dominus ad tollẽdam vtrãq; miseriam.

Dominꝰ tollit hoc mundo nõ tollit pœnã sed eã ad nñi exercitium dimittit.

nam, sed interim non tollit pœnam: pœnam enim dimisit ad exercitium, & eruditionem nostri. vnde de 7. gentib⁹ dicitur. Iudicum. 3. Hæ sunt gentes quas dereliquit Dominus, vt erudiret Hierusalem. Septem gentes fames, & sitis, frigus & calor. infirmitas, & labor: & mors. De quibus Iob 7. In sex tribulationibus liberauit te, & in septima non tanget te malum. Illi qui in præsenti patiuntur famem, & sitim, & huiusmodi: in futuro ab his liberabuntur. Illi autem qui hic abundant, in futuro indigebunt. vnde Esa. 59. Ecce serui mei comedent, & vos esurietis. Ecce serui. m. bi. & v. si serui mei lætabuntur, & v. consumemini: & serui mei laudabunt, & vos præ dolore cordis & præ contritione spiritus vlulabitis. Et hæc est mutatio de qua Abraham respondit diuiti epuloni Lucæ 16. Fili recepisti bo. in vi. t. & la. si. m. Nunc autem hic consolatur: tu verò cruciaris. Ideo viri spirituales confugiunt ad famem, & sitim, & huiusmodi: vt in futuro liberentur. Similes eis, qui se reddunt hostibus salua vita. Diuites autem huius mundi sunt, sicut illi qui vi capiuntur, & quantum possunt se defendunt sed frustra, qui tandem vi capiuntur. Sicut dicitur Aba. 1. Super omnem munitionem ridebit, comportabit aggerem, & capiet eam. Christus autem ostendit in seipso, quòd interim esset toleranda pœnæ infirmitas: quia in seipso tolerauit eam, licèt esset sine culpa, quòd si ipse qui sine culpa est pertulit pœnæ infirmitatem, quomodo nos qui sumus in culpa non toleremus pœnam? Qui ergo contendit in diuitijs esse, & non habere pœnam: is maior vult esse filio Dei: cum Christus ipse dicat. Non est discipulus super magistrum. Sufficit discipulo si sit sicut magister suus. Erubescat seruus si videat Dominum laborantem, & ipse sedeat. Iam similis diabolo: qui dixit Esai. vigesimoquarto. Sedebo in monte testam. Ideo Apostolus voluit semper laborare vnde 2. ad Thes. in fi. Neque gratis panem manducaui ab aliquo, sed in labore, & fatigatione nocte, & die operans. Ideo autem prius abstulit culpā quàm pœnam, quia radicem morbi voluit inuadere primū, vt peritus medicus. Radix. n. & causa morbi. s. pœnalitatis fuit culpa. vnde dicitur Sap. 1. Deus mortē non fecit, &c. Iniustitia, mortis

Septē pœnalitates huius mū di.

est acquisitio impij &c. Mirū est, q̄ febricitauit Christus, nō tamen habuit materiā, vel causam febris. vnde Esa. 3. Non est dolus inuentus in ore eius, & dominus conterit eū in infirmitate: Scdo quare distulit tollere pœnā vt sup. Quia culpa intulerat pœnam, voluit Dominus p̄ pœnā tollere culpam.

Tertio mirabili & excogitato artificio de ipso morbo fecit medicinā. Considerans. n. q̄ culpa intulerat pœnam, excogitauit per pœnam tollere culpam. Et hoc significatū est 1. Machab. 3. vbi dr: Iudas abstulit gladium Apollonij occisi ab eo & erat pugnans eo omnib. diebus vitę suæ. Apollonius interpretatur mirabilis, & significat culpam, quæ miro modo suo gladio interficitur. Gladius culpæ est pœna, cum ergo culpa per pœnam tollitur, Apollonius gladio suo occiditur. Et rectè dicitur erat pugnans eo omnibus diebus vitæ suæ. Si enim gladius Apollonij. i. mortis est pœna, quid est eo omnibus dieb. vitæ suæ Iudam pugnare, nisi ipsum in tota vita labori, & pœnalitati subiacere? Redditum est culpæ, quod fecit: intulit pœnam, & pœna destruxit eam. Iuxta verbum Hiere. 50. Vltionem accipite de ea: sicut facit facite ei. Ita mirabiliter contingit, q̄ pœna, tollit culpam: & ita per medium pœnā tolleret pœna, & ita pœna a seipsam. Et hoc est qđ significatur in morte Saulis 1. Reg. in fine, vbi dicitur, quòd irruit super gladium suum, & interfecit se.

voluit Dominus p̄ pœnā tollere culpam.

Quarto quia pœna fuerat futura medicina culpæ. Ipse medicus ne quis abhorreret, aut exhorreret huiusmodi medicinam, primo bibit eam, gustans pœnam & mortē. Matt. 20. Potestis bibere calicem quē ego bibiturus sum? q. d. non potestis donec prior bibam. Multi enim animati sunt ad passionem exemplo Christi, milites sui. Quia sicut dicitur Prouer. 27. Ferrum ferro exacuitur, & homo exacuit faciem amici sui. Hæc est pœna medicinalis, de qua dicitur Eccles. 38. Altissimus creauit de terra medicinam, & vir prudens non abhorrebit illam.

Dñs primo bibit pœnā tanquam culpæ medicinam.

Quasi inimicum reputat dominum, qui non vult bibere de calice eius. Quia huiusmodi calix est quem nullus bibit nisi volens. Quia non placent Deo nisi voluntaria obsequia. De hoc poculo dicitur Hester. 1. Vinum, vt magnificentia regia dignum erat, abundans, & præpuum ponebatur: nec erat qui nolentes cogeret ad

biben-

bibendum: sed sic rex statuerat, vt sumeret vnusquisque, quod vellet.

In formā animi Domini nostri Iesu Christi reformandi eramus quantum ad animam per gratiam. In formam corporis eius reformanda sunt corpora per gloriam: ideo necesse fuit differri corporum nostrorum reformationē. Totum quidem assumpsit hominem, vt totum sanaret. Et mira dispēsatione spiritum assumpsit sanum, & corpus infirmum: animam non reformandam, & corpus reformandum. Vnde Esa. 54. Vidimus eum, & non erat ei aspectus. In formā igitur animæ potuit reformare animas nostras. Sed nōdum in formam corporis decuit nostra corpora reformari, cum corpus eius nondum esset reformatum. Vnde ad Phil. 3. Qui reformabit corpus humilitatis nostræ cōfiguratum corpori claritati suæ. Corpus humilitatis dicit, quia iuxta verbum beati Bernardi: Qui hic superbiūt & reformant corpora sua, præuenientes meliorem reformationem, nō reformabuntur. Ideo ad humilitatem inuitamur Eccles. 7. Humilia valde spiritum tuum, quia vindicta carnis impij ignis, & vermis.

Sic ergo lege. Deus misereatur nostri, tollēdo culpam: & benedicat nobis cōferendo gratiam: illuminet vultum super nos, dando gloriam. Et quia nos ad imaginem reformauit, ad suam similitudinem, vel imaginem reformabit. Iob 38. Restituetur, vt lutum signaculum, & stabit sicut vestimentum. Et misereatur nostri auferendo nobis pœnam.

De miserabilibus, vt pote viduis, & orphanis, & in eos peccantibus iudicibus, & aduocatis.

IN PSAL. LXVII. SERMO. CXXXIII.

VRBABVNTVR à facie patris orphanorum, & iudicis viduarum. Per hos designantur mirabiles personæ, quas ecclesia debet protegere: & quas Christus proteget contra illos, qui conturbauerint eas. Vnde Iob 19. dicitur.

tur. Oculus videns testimonium reddebat mihi, eo quòd liberassem pauperem vociferantem, & pupillum cui non erat adiutor. Benedictio perituri super me veniebat, & cor viduæ consolatus sum. Et in Psal. Tibi derelictus est pauper or. tu. e. ad. Propter has miserabiles personas defendendas maximè addiscenda essent iura, non propter lucrum: quibus subtrahendo patrocinium suum non minus peccant, q̄ pauperibus subtrahendo temporale beneficium. Non enim tantum est eleemosyna temporalis, sed etiam spiritualis, s. in verbo, consilio, patrocinio. Eccl. 18. Nonne ardorem refrigerabit ros? Sic & verbum melius, q̄ datum. Sed in hoc peccant, q̄ simulant se non posse, cum statim si daretur pecunia parati essent. Quod tangitur Prou. 24. Erue eos qui ducuntur ad mortem, & qui trahuntur ad interitum liberare non cesses. Si dixeris, vires non suppetunt, qui inspector est cordis ipse intelligit. & seruatorem animæ tuæ nihil fallit: raddetq; homini iuxta opera sua. Hoc est quod dicit apostolus Gal. 6. Nolite errare, Deus non irridetur.

Miserabiles personę defendę sunt non propter lucrū. Eleemosina spiritualis.

Duo sunt genera hominum, qui circa hoc præcipuè delinquunt, s. iudices corrupti, & aduocati cupidi. vnde q̄ turbant orphanos, & viduas, turbabuntur à facie pa. or. & iu. vi. Quibus in iudicio terribilis apparebit, s. aduocatis, & iudicibus. Vnde Psalm. 11. Propter miseriam inopum & gemitum pauperum nunc exurgam dicit do. Iudicis corrupti sunt acceptores personarum, & munerum. Personarum, vnde dicitur Iacob. 2. Si intraueritin conuentum vestrum vir aureum habens anulum in veste candida: & pauper in sordido habitu, & intenderitis in eum, qui indutus est veste præclara, & si dixeris ei tu sede hic bene: pauperi autem tu sta illic: nonne estis iudices cogitationum iniquarum? & Prou. 28. Qui cognoscit in iudicio faciem non bene facit: iste, & pro bucella panis deleri veritatem. Sunt etiam acceptores munerum. vnde Eccles. 20. Exenia & dona excęcauit oculos iudicū, & quasi mutos in ore auertit correctiones eorum. Iniustum non debet dare pro pecunia. quia nullo modo. Iustum etiam non debet vendere, quia debet ei iustum iudicium: ergo in nullo casu debet accipere munera. Iob. 15. Ignis deuorabit

Duo gña psonarū delinquẽtiū circa patrocinium pau perum.

Aduocatorum defectus.

rabit tabernacula eorum, qui libenter accipiunt munera. Aduocati linguas suas venales exponunt, sicut carnes in macello venduntur. Quia sicut ibi plus offerenti dantur, ita non considerant causæ iustitiam, sed maioris salarij quantitatem. Ideo dicitur salarium non à sale sapientiæ, sed à salo vel salsugine. Quia sicut salsa prouocant sitim, ita semper sitit vt ipsi lucrum, de quibus intelligitur illud Sopho. 2. Filij Amon siccitas spinarum, & acerui salis, & desertum vsque inæternum. Et sitient refrigerium, vt diues Lucæ. 16. Sap. 11. Dignum est autem tales turbari, quia duo turbant, scilicet veritatem, & pacem, veritatē turbant per inficiationem. Quia quando fit interrogatio de facto, vel de veritate, vix dimittunt clientem suum respondere: sed ipsi respondere volunt, vel docere veritatē inficiati Esa. 59. Vt loqueremur calumniam & transgressionē. Concepimus & locuti sumus de corde verba mendacij, & conuersum est retrorsū iudicium, & iustitia longè stetit, quia corruit in plateis veritas, & æquitas ingredi non potuit. Propter ambiguam responsionem, vt quasi phitonico spiritu loqui videantur, vt est illud. Credimus æaciden Romanos vincere posse. Sed audiant quod dicitur Sapien. 1. Sermo obscurus in vacuum non ibit: os autem quod mētitur, occidit animam. Ideo dicitur Eccl. 32. Si bis interrogatus fueris, habeat caput responsum tuum, quasi dicat certum sic. Item per prauam legum interpretationem: sicut enim hæretici sacram scripturam, ita ipsi mundanam legem inuertunt: & hoc est, intendetur arcum suum, idest intorserunt sensum legis, similes Phariſæis de quibus Matth. 15. Quicunque dixerit patri, vel matri munus quodcunque est ex mē, tibi proderit, & non honorificant patrem suum, aut matrem suam: & irritum fecistis mandatum Dei propter traditiones vestras.

Per testium subornationem quales fuerunt senes quos Dauid deprehendit: sicut legitur Dan. 13. Dixerunt presbyteri, cum deambularemus, &c. Vidimus eos pariter commisceri: alter dixit sub prino: alter sub vino arbore. vnde inolescuit interrogatio testium, de loco, & alijs circumstantijs. Et pacem turbant per dilatorias exceptiones, per appellationes, per emergentes quæstiones, & iudicium, quod

quod accelerandum esset, differunt vt magis lucrentur. Ideo dicitur Hier. 22. Iudicate mane iudicium, & eruite oppressum de manu calūniæ: ne forte egrediatur vt ignis indignatio mea, & succendatur & non sit, qui extinguat propter malitiam studiorum, & adinuentionum. Mane dicit quasi dicat non differatie & manifestum faciatis.

Aduocati perturbātes veritatē & pacē.

Sic ergo turbant veritatem, & pacem, & per hæc turbant propriam conscientiam, turbando enim veritatem, turbant Deum, turbando pacem, deum & proximum. Et per hoc ipsi turbantur. Prouerb. 15. Conturbat domum suam qui sectatur auaritiam. Ecclesiast. 28. Lingua tertia multos commouit, & dispersit illos de gente in gentem. Ideo conturbandi sunt à Deo. Significati per Achan qui interpretatur turbatio, quia turbauit populum Dei, quando furatus lingulam (seu regulam) auream de anathemate Hierico, vt habetur Ios. 6. & 7. Lingula aurea est mundana sapientia, quæ quia modica est non dicitur lingua sed lingula. Anathema Hiericho, est legis secularis interdicta lectio. Sed de hoc anathemate furantur quando quæ non audent legere, non cessant scripturas, & disputationibus multiplicare. Ideo Achan dictum est, Iosue 7 Ex turbet te Deus, quia turbasti nos. Et ita erit: quia turbabuntur à pa. or. & iu. vid. A facie iuxta illud Psalm. 20. Pones eos vt clibanum ignis in tempore vultus tui, id est vultu ostatis tuæ: dominus in ira sua conturbabit eos.

De pluuia voluntaria, quæ sit & qualiter acquirenda, & habenda.

IN PSAL. LXVIII. SERMO. CXXXV.

DEVVIAM voluntariā segregabis Deus hæreditati tuæ, & infirmata est: tu vero perfecisti eam. Primo considerandum est quid sit hæc pluuia voluntaria. Secundo quomodo & per quem acquirenda, & segreganda. Tertio quid ea habita, sit agendum. Legitur 2. Reg. 23. Dauid dixisse: O si quis daret mihi parū aquæ de cisterna quæ est in Bethleē iuxta portā?

Irruperunt ergo tres fortes castra philistinorum, & hauserunt aquam de cisterna, & attulerunt ad Dauid, at ille noluit bibere: sed libauit eam domino, dicens: propitius sit mihi dominus ne faciam hoc vt sanguinem hominū istorum, & animarum bibam. Cisterna prædicta continebat aquam pluuialem de cœlo, & hæc est pluuia voluntaria de qua dicitur hic. Pluuiam voluntariam: & hęc significat gratiam Dei, per quam anima spiritualiter viuit: & ideo per pluuiam: quia sicut pluuia de cęlo non est aqua de terra nascens, vt fontium: sic & gratia de cęlo. Pluuiæ aqua vitalis est. vnde plus impiguantur, & proficiunt pisces maris ex pluuia quàm ex alia aqua, & plantis plus proficit irrigatio pluuiæ, quàm aqua fluminis, vel alia: de qua Iob 38. Quis est pater pluuiæ, &c. Voluntaria dicitur: quia gratis datur, & quia desiderabilis est animæ: sicut pluuia terræ aridæ, & sitienti. vnde Anima mea sicut terra sine aqua tibi. Sicut enim sine pluuia plantæ, herbæ, segetes, non crescunt: ita nec in nobis bona spiritualia sine gratia Iohelis 1. Bestia agri quasi area, sitiens imbrem: suspexit ad te. Bestia agri sunt homines animales qui fęno verbi Dei à spiritualibus nutriri nō possunt: nisi Dominus beneficio pluuiæ suæ, ideſt gratiæ faciat abundare. Hoc dicitur segregati à Deo hæreditati suæ, ideſt electis. Bona enim temporalia communia sunt bonis, & malis: quæ significantur per solem, de quo dicitur Matth. 5. Qui postea solem suum facit oriri super bonos & malos, & pluit super iustos, & iniustos: sed bona spiritualium gratiarum segregantur electis. Maximè autem gratia contemplationis. Hæc est pluuia, quæ paucorum est, & ideo dicitur separari.

Pluuia voluntaria gratiam significat.

Cur dicat voluntaria.

Per quos autem haberi possit ibi describitur, scilicet per tres fortes qui sunt Abisai, Bananias, Asael. Abisai interpretatur pater sacrificij: & significat feruorem pęnitentiæ. De quo Psalm. Sacrificium Deo spiritus contribu. Bananias cęmentator, vel ædificator, & significat fructū obędientiæ. Postquàm enim pęnitentia destruxit noxia, obędientia sequens ædificare vtilia: & hi cordo dicitur Hierem. 1. Vt euellas, & destruas, & disperdas, & ædifices, & plantes. Asael, factura Dei: significat syncerę deuotionis affectum. Hoc est enim opus Domini specialissimum. In anima est pinguedo gratiæ quæ à solo Deo est: & tota Dei. Vnde Leui. 3. Omnis adeps erit Domino, & quód à Deo sit habes Zacha. 12. Effundam super Dauid, & super Hierusalem, ideſt super actiuos, & contemplatiuos, spiritum gratiæ, & precum. Hi tres castra Philistiorum irrumpunt, quia his tribus castra dæmonum, & vitiorum resistere non possunt. Hi tres hauriunt aquā: quia impetrant cœlestis sapientiæ gratiam. Si quis enim habet feruorem sapientiæ, per quem vitat, & detestatur peccat: & fructum obedientiæ quo ædificat bona, & seruat mandata: & spiritum deuotionis quo in oratione instat: non potest non exaudiri, & impetrat Iaco. 1. Si quis vestrum indiget sapientia postulet à Deo, qui dat omnib. affluenter, & non improperat, & dabitur ei: postulet autem in fide nihil hæsitans.

Per quos possit habere gratia.

Et nota, quòd dicit aquam iuxta portam. Quid est aqua iuxta portam, nisi gratia contemplationis, quæ intus ducit ad vitam? Et ideo iuxta portā. Hæc enim ab inuisibilibus suis transit ad inuisibilia Dei. Quia sua quasi sunt via & porta ad illa: porta inquam proxima. Vnde dicitur Gene. 18. Apparuit Dominus Abrahæ sedenti in ostio tabernaculi sui, in ipso feruore diei. Ostium illud est syndęresis, quæ inuisibilia contemplatur: feruor diei, deuotionis affectus: Asael scilicet. De duobus alijs dicitur, quòd fecerant magnifica, sed de isto non narratur. Vacat enim soli Deo deuotio, & non est in actione. Non ergo quæras quid fecerit iste Asael: quia ipse potest dicere illud Esa. 23. Secretum meum mihi, secretum meum mihi. Hoc est quod dicitur 2. Reg. 2. quòd velocissimus fuit cursor, quasi vnus de capreis Deuotio enim velox est. Vnde citius ad Deum peruenit oratio, quàm volatus: & acute facit intelligere, sicut hinnulus acutum habet visum. De his dicitur Prouer. 5. Cerua charissima & hinnulus gratissimus. Vberes eius inebrient te omni tempore. Dulcedo, scilicet affectus, & acutus intellectus. In hinnulo duo cō mendantur, scilicet velox cursus, & acutus visus. Similiter deuotionis affectus quasi cursor leuis, & nuncius expeditus cito peragit negotium nostrum. Vnde dicitur

Aqua iuxta portā, est gratia cōtemplationis.

Deuotionis affectus expetitus.

Eccles. 26. Oratio humilitatis se penetrabit nubes, & donec propinquet non consolabitur: & non discedet, donec altissimus aspiciat. De hac velocitate dicitur Prouerb. 22. Vidisti hominem velocem in operibus suis, coram regibus stabit: Deuotionis affectus acuit intellectum sicut gustus confortat visum. Vnde dicitur 1. Regum 14. Gustauit Ionathas mel quod erat super faciem agri, & illuminati sunt oculi eius.

Rectè autem iũguntur velox cursus, & acutus visus: quia pernicioſa potest esse cursus pernicitas si defuerit visus perspicacitas. Facile enim nisi clare viderit, incurrit periculum qui cito currit: ideo dicitur Prouer. 4. Palpebræ tuæ præcedunt gressus tuos. Ideo quia est acuti visus, & velocis cursus semper fugere debet. Dum enim fugit, perire non potest, & timere non debet: tutius enim est fugere q̃ insequi. Multi nãq; sunt acuti visus, & velocis cursus, qui fortes nõ sunt. Legitur in 2. Reg. 2. quòd cum Asael insequeretur Abner, & nollet desistere, Abner auersa hasta percussit eum in inguine. Per Abner significantur carnalia vitia, quæ melius euitantur fugiendo q̃ conluctando. Vnde multorum continentia perijt, qui credentes, & stulte præsumentes viriliter resistere, se periculo exponebant colloquendo cum mulierib. vel cõuersando: & hi significantur per Asael, quem Abner dum ipsum insequeretur confodit in inguine. Quid est confodi in inguine, nisi per incontinentiam peccare? Noli ergo inse qui colloquendo, & conuersando. Quia sicut dicitur Eccles. 9. Colloquiũ eius quasi ignis exardescit. Fuge, & tutus eris declinando. Vnde 1. Corinth. 2. Fugite fornicationem, Quia dum fugitur, fugatur. Isti ergo sunt qui aquã Dauid de cisterna Bethleem afferunt, idest gratiam spiritualem acquirunt: sed Dauid non vult bibere: idest vir spiritualis sibi asscribere. Quid enim est Domino libare, nisi ad ipsum referre? Per hoc autem, quòd dicit propitius &c. Nunquid san &c. notatur quanto labore, & periculo acquiratur gratia spiritualis. Vnde Eccle. 34. Aliquo tiens vsque ad mortem horum causa periclitatus sum, & liberatus sum gratia Dei.

Infirmata est, & tu perfeciſti eam. Gratia quidem cõtemplationis quasi infirmatur, primo cum ad actiuam descenditur, sed postea perficitur, & confortatur: ideo dicit, tu verò perfeciſti eam. Vnde Eccle. 7. Ne desis plorantibus in consolatione, & cum lugentibus ambula: ex his enim in dilectione firmaberis.

De cleris duobus, & dormientibus inter eos, &c.

IN PSAL. LXVII. SERMO. CXXXVI.

SI dormiatis inter medios cleros, pennæ columbæ deargentatæ, & posteriora dorsi eius in pallore auri. Hic videndum est: qui sint duo cleri. Qui sint qui dormiant inter medios cleros. Quid sint pennæ deargentatæ. Quid posteriora in pallore auri.

Duo brachia sponsi gratia, & gloriæ

Duo cleri significant duo brachia sponsi, inter quæ delectatur sponsa dormire. Hæc duo brachia sunt gratia in præsenti, & gloria in futuro .i. vita æterna. De his dicitur Cant. 8. Læua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. Et Prouer. 3. In sinistra eius diuitiæ, & gloria. In dextra longitudo dierum. Diuitiæ, scilicet virtutum. De quibus Prouerb. 8. Mecum sunt diuitiæ, & gloria, opes supernæ (aliàs superbæ) & iustitia. Gloria cõscientiæ, de qua 2. Corint. Gloria nostra hæc est testimonium conscientiæ nostræ. Et in Psal. Omnis gloria eius filiæ regis abintus. Hæc est vera gloria, quæ est à spiritu veritatis: vana est quæ ab hominibus quæritur. De quibus dicitur. Vani filij hominum &c. Insipiens reputaretur qui merces suas congregaret in saccum pertusum: in vas perforatum, & fictile. Et quod vas est fictitius, quàm os humanũ? Ideo dicitur Aggæi 1. Et qui merces cõgregauit, immisit eas in sacculũ ptusũ. Ad Gal. 6. Opus suũ probet vnusq̃sq;, & sic in semetipso gloriã habebit & nõ in altero.

Vera gloria est à spiritu veritatis.

Inter duos cleros humilitas caput inclinat. Mansuetudo puluinar supponit, & dormit. Dormiunt, qui in præsenti Christo quantum ad spiritum reformantur: in futuro quantum ad corpus reformandi. De prima reformatione dicitur Matth. 1. Discite à me, quia mitis sum, & humi-

Duæ reformationes.

humilis corde. Corde dicit, quia est humilitas cognitionis, & humilitas affectionis. Prima cognoscimus, quòd nihil sumus: & hanc discimus à propria infirmitate. Vnde Miche. 6. Humiliatio tua in medio tui. Et hæc perfectũ facit. Vnde Thren. 3. Ego vir videns paupertatẽ m. Quia virtus in infirmitate perficitur 2. ad Corinth. 12. Secunda calcamus gloriam mundi: & hanc à Christo discimus per exemplum. De quo Philip. 2. Exinaniuit se. formam serui accipiens. Ideo dixit: Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde. Et in Psalm. In veritate tua humiliasti me. Solus enim Christus est qui dare potest humilitatem affectionis.

Somnus igitur iste est quies conscientiæ, & pax: quo somno non permittitur dormire anima quàmdiu diabolus inhabitat eam: qui est Barabbas latro seditiosus: eo verò ejecto per pœnitentiam pax est. Vnde Prouer. 26. Cum defecerint ligna extinguitur ignis: & susurrone subtracto iurgia quiescunt. Semper est inquietus, & ideo nullum vult quiescere: nunquàm dormit, & alios non permittit dormire. Vnde Osee. 7. Tota nocte non dormiuit coquẽs eos. Eijciendus est ergo foras, quod non fit nisi per iudicium animæ. Vnde Ioan. 12. Iam iudicium est mundi: & princeps huius mundi eijcietur foras. Primo eijciendus est ab anima per iudicium pœnitentiæ. Videtur enim diabolo pœnitentia flagellum, quod multum timet, & fugit. Hæc est flagellatio, de qua Ioan. 2. Facto flagello de funiculis, eiecit, vendentes, & ementes de templo. Templũ est anima: funiculi sunt peccata. Quia vnusquisque funiculis peccatorum suorum constringitur. De funiculis flagellum efficitur, quando pro modo peccatorum peccator pœnitentia affligitur. Vendentes, & ementes sunt diaboli, cum quibus peccatores contrahunt. Vnde ad Roma. 7. Ego carnalis venudatus sum sub peccato. Hoc est iudiciũ de quo dicitur 1. Petri. 4. Iam tempus est vt iudicium incipiat à domo Dei. Qui non resurgit in hoc iudicio, in alio non resurget, scilicet ad vitam. Ideo in Psalm. Non resurgunt impij in iudicio. Et Apocal. 20. Beatus qui partem habet in resurrectione prima. Talis securus expectat secundum iudicium, quia in primo reformatur secundum

Diabolus eijciẽdus est ab anima per pœnitentiã. Pœnitẽtia flagellũ est diaboli.

animam, in secundo reformabitur secundum corpus. Vnde ad Philip. 3. Saluatorem expectamus Dominum Iesum Christum, qui reformabit corpus hu. n. Bene dicit corpus humilitatis, quia non reformabitur nisi corpus quod hic propter Deum humiliatur.

Pennæ columbæ sunt opera spiritualis animæ. Argentum est humanitas Christi, sicut aurum deitas. Vnde Filius Dei homo comparatur electro, quod conflatur ex auro, & argento: quia vtranque habet naturam, diuinam, scilicet, & humanam. Vnde Eze. 2. De medio eius quasi species electri. De vtroque dicitur Iob 28. Habet argentum venarum suarum principia, & auro locus est in quo conflatur. Quis locus est huic auro nisi sinus, & occulta substantia patris? Vnde Psalm. Ex vtero ante luciferum genui te. Et Iohe. 38. De cuius vtero egressa est glacies. Quis locus est argento nisi vterus virginis? Hoc est argentum, de quo dicitur Prouer 25. Auferrubiginem de argento. De hoc argento rubigo est sublata, quando igne Spiritus sancti purgata est caro Beatæ virginis: & Christi caro nata sine peccato. Tunc egressum est vas purissimum: Christus, scilicet vas omnium gratiarum.

Pennæ columbæ hoc argento deargentantur quando opera nostra secundum conuersationẽ Christi informantur. Sic se deargentabat Paulus dicens ad Gala. 6. Stigmata Domini Iesu in corpore meo porto. Paupertas penna est qua volatur in regnum Dei. vnde Matth. 5. Beati pauperes spiritu &c. Mansuetudo penna qua volatur ad hæreditatẽ terræ: ibidẽ, & ita de alijs. Sed hoc quando deargentatæ sunt. Sunt. n. quidam qui ita pauperes esse volunt, quòd nihil eis desit, non sic Christus, de quo Matt. 8. Vulpes foueas habent, & volucres cœli nidos, filius autẽ hominis non habet vbi caput suum reclinet. Et 2. ad Cor. 8. Propter vos egenus factus est cum diues esset, vt illius inopia vel diuites essetis. Tales sunt qui indigent, vt alij non indigeant

non est credendus verè pœniterè vnde Iob 19. Si quando ridebam ad eos, nõ credebant mihi, non sic Christus, qui nunquàm legitur risisse, de fletu ipsius Ioannis 11. Et lachrymatus est Iesus. Et Lucæ 19. Videns Iesus ciuitatem fleuit super eam.

Sunt qui esuriunt, & sitiunt iustitiam contra aliorum peccata zelantes, sed nõ contra propria, cõtra quos Prouer. 11. Statera dolosa &c. Non sic Christus. Qui sine peccato pro peccatis nostris à se ipso satisfactionem exegit. vnde Psalm. Quæ non rapui tunc exol.

Sunt misericordes qui scandalizantur, quòd non datur pauperibus abundanter: dummodo ipsi in nullo grauentur: de alieno corio largam corrigiam facientes. Non sic Christus, qui post omnia etiam seipsum impendit. Vnde Ioh. 15. Maiorem hac dilectionem nemo habet quàm vt animam suam ponat quis pro amicis suis. Et Lu. 23. etiam pro inimicis orauit dicens: Pater dimitte illis, &c. vnde Esaiæ 53. Et ipse peccata multorum tulit, & pro transgressoribus rogauit. Tales erant illi de quibus dicitur 2. ad Corint. 8. Semetipsos primum dederũt Deo, deinde nobis per voluntatem Dei. & 12. ego libentissime &c. & superimpendar &c.

Sunt mundi corde, vt videtur, alijs peccata sua confitentes. Sed ea quæ ipsi dicunt ab alijs audire non possunt, & dicunt fy. de quibus Esaiæ 45. Qui dicunt recede à me, non appropinques mihi, quia immundus es. Isti fumus erunt in fu.m. Sed non sic Christus, qui peccatum non fecit Esa. 53. Et impositа ab alijs patienter sustinuit, & peccatoribus mansuetus fuit. Sicut de Magd. dicitur Luc. 7. V d. Phar. &c. Si esset hic Propheta sciret vtique &c. Et Magdalenã excusans & laudãs: Vides hanc mulierẽ. &c.

Sunt pacifici, solliciti vt alios concilient, & ipsi quiequàm contra eos sit dictum vel factum non sedantur. Contra quos dicitur Mich. 3. Qui pacem prædicant, & mordent dentibus suis. & Prouerb. 18. Spiritum ad irascendum facilem quis poterit sustinere? Non sic Christus. Qui verus pacificus, pro alijs mori sustinuit Esa. 54. Disciplina pacis nostræ super eum, & liuore eius sanari sumus.

Horum

Horum pennæ non sunt deargentatæ. & ideo nec posteriora eorum sunt in pallore, vel virore auri. Posteriora dicit comparatione priorum, priora quidem fuerunt, vt Christo reformaremur secundum spiritum, posteriora vt in eodem reformaremur secundum corpus, quod fit in virore auri, ides in gloria immortali, & immarcescibili. Virot perpetuitatem: aurũ significat gloriam. vnde 1. Petri. 1. prænuncians eas quæ in Christo sunt passiones & posteriores glorias. Si pennæ sunt deargentatæ: & posteriora erunt in virore auri. Quia si in cõuersatione conformamur Christo, conformabimur & in gloria vnde 2. ad Corinth. 4. Semper mortificationem Iesu Christi in corpore nostro circunferentes, vt & vita Iesu manifestetur in corporibus nostris. Semper enim nos qui viuimus in mortem tradimur propter Iesum, vt & vita Iesu manifestetur in carne nostra mortali.

De duplici animæ per peccatum confusione & eiusdem ab ea per Dominum conuersione.

IN PSAL. LXVII. SERMO. CXXXVII.

DIXIT Dominus ex basan conuertam: conuertam in profundum maris. Primo considerãdum quomodo anima per peccandi consuetudinem duplicem incurrit confusionem. Secundo, quàm potentes, & quàm mirabiliter Dominus ab illa duplici confusione eam conuertit.

Duplex illa confusio est desperationis, & auersionis. Ideo quia basan interpretatur confusio, dicitur ex basan conuertam. Prima confusio est desperationis quantum ad Deum qualem habuit Caym dicens Genesis 4. Maior est iniquitas mea quàm vt veniam merear. & Prouerb. 18. Impius cum venerit in profundum peccatorum contemnit. Et hæc confusio significatur Exod. 15. ibi. Subuertit Dominus rotas Pharaonis ferebaturque in profundum. Anima quidem primo fit domus Pharaonis, ideſt diaboli cum eam iniquitas occupat de qua domo dicit Matt 12. Reuertar in domum meã. Secundo lectus eius, Confusio desperationis.

quan-

quando in eo quieſcit, & latitat. vnde Iob 39. In vmbra dormit in ſecreto calami. Thronus quando gloriando in ea regnat. Vnde dicitur ad Rom. 9. Non regnet peccatum in veſtro mortali corpore. Et in Pſalm. Quid gloriaris in malitia, & Prou. 2. Qui gloriantur cùm male fecerint, & exultant in rebus peſſimis, Currus dum alienam pietatē, vel bonitatem prauis ſuaſionibus, vel detractionibus, vel alijs quibuſcunque modis impugnat. Et hi currus falcati, de quibus Ioſue 11. Equos eorum ſubneruabis, & currus combures, & 17. Cum ſubuerteris Chananeum, quem dicis ferreos currus habere, &c. Falx recurua eſt: currus ergo falcati ſunt corda carnalium, qui ad ſe incuruantur per amorem ſui ipſorum, & per proprium ſenſum. vnde 2 ad Tim. 3. Nouiſſimis temporibus erunt homines ſeipſos amantes.

Confuſio auerſionis.

Secunda confuſio eſt auerſionis quantum ad proximū, quando fugit ſocietatem bonorum per quos cōuerti poſſet, ideo dicitur Eccl. 6. Si videris ſenſatum, euigila ad illū & gradus oſtij illius exterat pes tuus. Boni videntur eſſe ei hoſtes, quia contrarij ſunt ei. vnde Sap. 3. Grauis eſt nobis ad videndum, quoniam diſſimilis eſt nobis vita illius. vnde Recte mali ſignificantur per Aegyptios, qui dixerunt Exo. 14. Fugiamus Iſraelem: dominus enim pugnat pro eis contra nos.

Rotæ currus diaboli ſunt quatuor.

Et nota, q̄ rotæ currus Pharaonis, ideſt diaboli, ſunt quatuor, ſ. dolor gaudium ſpes, timor. Anima bene diſpoſita trahit quo vult iſtas quatuor Rotas, quando dominatur affectionibus ſuis, & regit eam: ſed malè diſpoſita, & peruerſa ſequitur affectiones ſuas, contra quod dicitur Eccl. 18. poſt concupiſcentias tuas ne eas: & à voluntate tua auertere. Tunc quadriga antecedit boues, & mala ſubuerſio animæ imminet, quando iam ſequitur quod deberet præcedere. vnde Iob. 31. Si ſecutus eſt oculus m. cor, m, & manibus m. adhæſit macula Sic ergo confuſio, quæ eſt deſperationis, qua anima malè ſubuertitur, notatur ibi. Subuertit dominus rotas, id eſt ſubuerti permiſit. Illa quæ eſt auerſionis: ibi, fugiamus Iſraelem, &c.

Secundo cōſiderandum, quàm potenter, & mirabiliter dominus peccatorem à prædicta confuſione conuertit propter

propter quod dicitur bis, conuertam conuertā. Hoc autē ſignificatur Exod. 14. Iamq̄; aduenerat vigilia matutina, & dominus reſpiciens ſuper caſtra Aegyptiorum, ſubuertit rotas curruum: ferebanturq̄; in profundum maris. Et hoc eſt quod dicitur hic, Conuertam in profun. ma. Hæc ſubuerſio vtilis eſt. De qua Prou. 12. Verte impios & non erunt. Currus vertitur dupliciter. Primo, quando quod erat anterius fit poſterius, & è conuerſo. Secundo, quando quod erat ſurſum fit deorſum, & è conuerſo. verbi gratia. Amor & lætitia ſunt priores in carnalibus, quia temporalia amant, & de his lætantur: timor & dolor, vel triſtitia poſteriores. Quia hoc gaudium ſequitur dolor, & hunc amorem timor. Sicut dicitur Prou. 13. Extrema gaudij luctus occupat. E contrario efficitur per pœnitentiam, vt timore, & dolore anima affligatur in præſenti, amore, & gaudio delectetur in futuro. Vnde ad Heb. 12. Omnis diſciplina in præſenti quidem non videtur eſſe gaudij, ſed mœroris: poſtea autem fructum pacatiſſimum exercitatis per eam reddet iuſtitiæ. Et Mat. 5. Beati qui lugent, &c. Vel ſubuerſio iſta fit quando ſpiritus prius ſub carne ſupponitur, & poſtea ordinatur, vt carni dominetur, & quod deorſum erat fit ſurſum. Vnde in Pſal. Vniuerſum ſtratū eius verſaſti infirmitate eius. Et Ioan. 5. dicitur Surge, tolle grabatum tuum, vt qui in carne, & carnis operibus quieſcebat, ea portet per pœnitentiam. Hæc autem ſubuerſio ſalutaris fit in vigilia matutina, ideſt in ortu gratiæ. Vnde Iob 7. Viſitas eum diluculo. Et in Pſalm. In matutinis interficiebam omnes per. ter. Ideo dicitur. Cant. 1. Equitatui meo in curribus Pharaonis aſſimilaui te amica mea. 1. q. d. Equitatus meus tunc vicit, & ſubuertit currus Pharaonis corporaliter: ita & nunc caſtra vitiorum ſpiritualiter. Et his certè magnificentior eſt triumphus. Longè enim glorioſius eſt diabolum proſternere quàm Pharaonē, Aereas poteſtates debellare, quàm currus Pharaonis ſubuertere Ibi Aegyptij ſubruuntur in fluctibus. Hic carnalia, & ſecularia deſideria in fletibus, Illi fluctus maximi, iſti fletus amari. Hoc eſt quod dicitur, Dixit dominus ex Baſan, ideſt ex confuſione conuertam conuertam: quia duplex eſt (vt dictum eſt) conuerſio: vel conuertā quantū

Cōuerſio duplex.

ad

ad affectionem: vel conuertam quantum ad interiorem hominem, conuertam quantum ad exteriorem.

De fide, spe, & charitate ducibus nostris,

PSAL. LXVII. SERMO. CXXXVIII.

PRINCIPES Iuda duces eorum: principes Zabulon & principes Neptalim. Primo considerandum est quo modo tres principales virtutes duces nostrę sunt. Secundo quid cum nos duxerint agunt. Iudas est fides, vel confessio fidei. Zabulon spes: vnde interpretatur habitaculum fortitudinis. Neptalim charitas. Interpretatur enim dilatatio, vel conuersio. Principes ergo Iuda sunt affectiones animæ, quæ sunt in nobis secundum fidem. Principes Zabulon, quæ sunt in nobis secundum spem. Principes Neptalim, quæ secundum charitatem. Duces dicuntur eorum, idest spiritualium virorum.

Principes diuersas significãt affectiões animæ.

Fides ducit, quia lumen fidei rectam viam ostendit, & quo tendendum sit. Hæc est stella magorum, i. sapientum quæ videtur in Oriẽte: quia fides est prima gratia de qua dicitur Matt. 2. Vidimus stellam eius in Oriente, & venador. eum. Spes dicit, quia odore æternorum nos trahit, vt dicamus Cant. 1. Trahe me post te: curremus in odorem tuum. Charitas ducit & etiam perducit, ideo sine ea non peruenitur: ideo dicitur 1. ad Corint. 11. Omnes quidem currunt, sed non omnes accipiunt brauium: sic currite, vt comprehendatis, scilicet in charitate. Quæ fiunt extra charitatem inutilia sunt, & quasi cursus extra viam, & labor sine fructu. vnde Eccles. 10. Labor stultorum affliget eos, qui nesciunt in vrbem pergere. Fides ergo quasi lucernã portans nos illuminat, & ideo præcedere debet, sicut qui lucernam portat: hæc significari potest per Ioannem præcursorem domini. Quia sicut Ioanes Christum præcessit in carne: ita fides præcedit in mente. Est ergo fides, quasi Ioannes præcursor domini in animam venientis. vnde Paraui lucernam Christo. m. Et hæc dicitur Iudas: quia corde creditur ad iustitiam, ore confessio fit ad salu.

Fides præcedere debet quasi lucernam portans.

Spes

Spes in via gradientes cõfortat ne deficiant & est quasi viaticum, & refectio in via, & facundus comes, qui nobiscum colloquitur de promissione bonorum æternorũ: ideo priusquam dictum est. Sap. 10. Iustum deduxit dominus per viam rec. i. per fidem, sequitur, & ostendit illi reg. Dei, s. per spem, quæ prægustat, & est quasi mons gaudij nostræ peregrinationis, ideo quia confortat, significatur per Zabulon, qui interpretatur habitaculum fortitudinis.

Spes confortat.

Charitas quia latissima est, portam cęli, quæ angusta est ad ingrediendum dilatat. Non enim potest ingredi locum angustum, quæ tam lata est, quod complectitur totum mundum, scilicet bonos & malos. Bonis congaudet: malis condolet, nihil excludit: ideo charitati se totum cœlum aperit, & ei dicitur quod habes in Zach. 11. Aperi libane por. Nihil charitatis ingressum potest impedire, qa illi quibus benefica extitit, parant ei viam. Vnde Prouerbiorum 18. Donum hominis dilatat viam eius, & ante principes spacium ei facit. Ante omnes principes est charitas, ante omnes virtutes. Vnde 1. ad Cor. 13. Maior autẽ horum est charitas: ideo significatur per Neptalim, qui interpretatur dilatatio. De qua dilatatione dicitur Es. 60. Tunc videbis & afflues, & mirabitur & dilatabit cor tuũ.

Charitas portã cęli dilatat.

Secundo considerandum quid agunt cum nos duxerint. Scriptum est. Exod. 23. Non apparebis in conspectu Dei tui vacuus. Ideo offerunt, hi sunt duces de quibus legitur Num. 7. Obtulerunt duces in dedicatione altaris in die qua vnctum, est oblationem suam ante altare. Altare est anima: hoc altare dedicatur quando anima Deo sanctificatur. Inungitur, quando gratia Dei perfunditur. Duces offerunt quando singulæ dictæ virtutes opera sua ad Deum referunt. Legitur autem eorum oblatio. Acetabulum, phiala, mortariolum. Acetabulum offert fides, phialam spes, mortariolum charitas. Acetabulum timor gehennæ quem parit fides ex consideratione suppliciorum æternorum. De hoc aceto dicitur Ruth. 2. Intinge buccellam tuam in aceto. Bucella est delectatio temporalis: quæ quia modica, & transitoria est, bucella dicitur. Item bucella est breuis formicatio, de qua dicitur. Prouerbiorum 6. Precium scorti vix vnius est panis.

Quid agant fides spes & charitas.

Mulier

Mulier autem animam viri caput. Bucella etiam est rei transitoriæ cupiditas, vel acceptio muneris. vnde Prouer. 28. Qui cognoscit in iudicio faciem non bene facit ille, & pro bucella panis deserit veritatem. Hæc bucella aceto intingitur quando quis cogitat, quòd pro momentanea delectatione æternis supplicijs punietur. Acetum medicinale est contra æstum nimium, & timor gehennæ contra carnalis delectationis incendium. Acetum pungitius est, sic & timor. vnde confige timore tuo carnes meas.

Spes offert phialam. Quia spes est vas bonorum odoramentorum, & spiritualium consolationum: de quibus dicitur Apoca. 5. Habentes singuli Phialas aureas plenas odoramentorum. Et Eccle. 50. Effudit in fundamento altaris odorem diuinum excelso principi.

Charitas offert mortariolum. In mortariolo species conteruntur multis contusionibus, & ideo debet esse fortis, ad Corinth. 13. Charitas patiens &c. Et can. vlt. Fortis est vt mors dilectio. Quanto magis species conteruntur magis redolent. Sic & virtutes tanto plus habent redolentiæ, & virtutis quanto habent plus in aduersitate tribulationis, vt de synapi, dicitur, de qua Mat. 14. Simile est regnum c. grano synapis &c. In mortariolo diuersi sapores concurrunt in vnum. Sic per charitatem omnia vniuntur in sapore cum charitatis sapiunt dulcedine. vbi enim timor est cum charitate, cum timor acetosus sit, suum saporem non retinet, sed cõfunditur cum sapore charitatis qui dulcis est, ita & de patientia, & de alijs virtutibus. vnde ad Phili. 2. dicitur. Idem sapiatis, eandem charitatem habentes, vnanimes idipsum sentientes.

Simile.

Simile.

De naufragio spirituali, & eius remedijs: & de prælatis.

IN PSAL. LXVIII. SERMO. CXXXIX.

SALVVM me fac Deus: quoniam intrauerũt aquæ vsque ad animam meam. Primo considerandum qualiter spirituale incurritur naufragium. Secundo qualiter concurrendum sit naufragio multipliciter, scilicet nauis exoneratione, euacuatione, & anchoræ iectione. Tertio quomodo spiritualiter potest intelligi de prælatis.

Naufragium corporale cõparari spirituali.

Corporale seu temporale naufragium fit per receptionẽ aquæ, & spiritus, idest aeris exclusionem. Aquæ. n. densitas spiritus subtilitatem excludit. Aqua est carnalis concupiscentia: spiritus gratia. sicut enim corporaliter aeris continua attractione viuimus, ita spiritualiter gratiæ Dei continua attractione. vnde Psalm. os meum aperui, & attraxi spiritum. Et sicut aqua concludit aerem, ita carnalis coucupiscentia Spiritum sanctum siue gratiam. vnde dicitur Sap 1. Et corripietur à superueniente iniquitate. Quia simul esse non possunt. vnde Aposto. 2. Cor. 6. Quæ societas lucis ad tenebras? Ideo dicitur Ephe. 4. Nolite contristare Spiritum sanctum. Pereclitans ergo anima fidelis clamat sal. me fac Deus quoniã intrauc. aquæ scilicet concupiscentiarum, ad animam meam. Sic Petrus clamabat Matt. 8. Salua nos Domine, perimus.

Quõ occurrendũ sit naufragio animę.

Sequitur quomodo occurrendum est naufragio, si nauis confracta est, adhęrebis tabulæ. Pœnitentia est secunda tabula post naufragium, de qua dicitur in Psalm. Apprehendite disciplinam, &c. Et Hebræ. 12. Teneamus spei nostrę confessionem indeclinabilem. Si nauis nondũ est fracta, paupertas spiritus, & charitas nauem exonerent à temporalibus. istis paupertas spiritus renunciat: & ea charitas abijcit, quia vt dicit Seneca. Nemo cum sarcinis enatat, & Crates Thebanus. Ite pessum pessimæ diuitiæ, ipse vos mergam ne vos ipse mergar à vobis. Sufficiat periclitanti si saluat animam suam: de spolijs non curet. Vnde Hierem. 21. Qui egressus fuerit viuet, & erit ei anima sua quasi spolium. Et Ionæ 1. Tulerunt vasa, quæ erant in naui, & miserunt in mare, vt alleuiaretur nauis. Et 1. Macha. 4. dicitur. Non coucupisces spolia, quia bellum contra vos est. ad Hebræ, 12. Deponentes omne põdus, & circunstans peccatum per patientiam curramus propositum nobis certamen.

Confiteri peccata.

Confessio, & timor Dei nauem aqua recepta euacuet, & foramen obstruat ne intret. Quid enim est confiteri peccata, nisi aquam concupiscentiæ eijcere? Vnde Thr. 3. Effunde sicut aquam cor tuum. Timor ad hoc iuuat. cere.

aquã cupiscentiarũ eijcere.

Vnde

Vnde Eccl. 1. Timor dñi expellit peccatum. Timor etiam obstruit foramina sensuum. Vnde Eccl. 1. Timor domini scientiæ religiositas (à religando enim dicitur) religiositas custodiet cor.

Spes. Spes anchoram iacit, ne nauis cordis ventis tentationis fluctuet huc & illuc. Spes figit eam in intuitu vitæ æternæ. Ad Hebr. 6. Firmissimum solatium habeamus, qui confugimus ad tenendam spem propositam, quam sicut anchoram habemus animæ tutam ac firmam, & incedentem vsque ad interiora velaminis.

Fides. Fides ostendit portum vitæ, ad quem suspiremus. Ideo dicitur Sap. 10. Et ostendit illi regnum Dei.

Donum scientiæ monstrat ceraunia cupiditatis, quibus nauis illidi, & scyllam ac charabdim luxuriæ quibus navis cordis absorberi potest: ideo sequitur, & dedit illi scientiam sanctorum. Non permittit scientia appropinquare ad ceraunia & cautes, sed prudenter euitat: ideo quæ illiduntur ceraunijs & cautibus, pereunt: quod significatur 3. Reg. vlt. vbi dicitur. Rex Ioſaphat fecit classes in mari, quæ nauigarent in Ophyr propter aurum. Et confractæ sunt iuxta Asyongab. Ophyr interpretatur herbosum. Aurum diuitiæ transitoriæ. Qui quærunt eas pereunt iuxta Asyongab, quod interpretatur colles sublimes, quia per superbiam eliguntur: vel faciens me ceteres, quia diuitiæ sine aliorum dolore & depauperatione aliorum non perueniunt. Sicut nauem circumfluit aqua, ita spiritum carnis concupiscentia. Vnde spiritus noster significatur per Dauid: aqua cõcupiscentiarum per Micol, quia interpretatur omnis aqua. Hæc est filia Saulis, quia eam in nobis diabolus generauit. Micol Dauid matrimonio sociatur, quando caro spiritui regenda subijcitur: quia scriptum est 1. ad Cor. 11. Caput mulieris vir. Pro Micol sibi copulanda dat Dauid ducentorum virorũ præputia. Per ducentorum virorum præputia perfecta mentis, & corporis continentia designatur Micol, vt vxorem non habet, nisi qui vtroque modo continet.

Prælati sũt anima corporis domini.

Tertio cõsiderandum quomodo potest intelligi de prælatis. Ipsi enim sunt anima corporis domini, quod viuificare spiritualiter debent. Ipsi cor domini: sicut prudentes huius

huius mundi dicuntur cor diaboli in corpore eius mistico. Vt Exod. 9. In hac vice immittam omnes plagas super cor tuum & super seruos tuos. De illo quem diligimus dicimus, cor meum est. Vnde Thadeus interpretatur circumcisum. Quando peccant prælati, quasi dominus percutitur in corde. Peccatum prælati est lancea militis, qui in opposita parte cordis Christum percussit. Sicut dicitur Ioã 19. Vnus militum lancea latus eius aperuit.

Prælati peccatũ

Quando peccat prælatus, vel errat, vel est insufficiens, tunc aquæ concupiscentiarum perueniunt ad cor & ad animam domini, & ecclesia timere potest de naufragio, & tunc clamat. Saluum me fac, &c. non ita timet si aquæ pedem attingant, id est animum minorem, vel ventrem, id est animum infirmum. Sed cor intrant, vel caput operiunt: nam caput prælatus: ideo dicitur Thren. 2. Inundauerunt aquæ super caput meum, & dixi, perij: ideo clamat saluum me fac, &c. Sic clamare potest ecclesia, quæ bonum amittit prælatum, vel malum sustinet.

De Zelotis, seu Zelotopi in domino conditionibus.

IN PSAL. LXVIII. SERMO. CXL.

ZELVS domus tuæ comedit me, &c. Dominus tanto nos diligit affectu, quod se zelotem vocat propter proprietates zelotis. Primo, quia se zelotis omnia verba sponsæ suæ, & risus, & nostri nouitus, & respectus consueuit notare. Sic & Christus animinatæ, maximè clausstralis: quæ specialius sponsa eius. Vn- Prima. de circunspecti esse debemus ne quid videat in nobis notabile. Quia per signa deprehenditur cordis malitia. Vnde Eccl. 26. Fornicatio mulieris in extollentia oculorũ, & in palpebris illius cognoscetur. Ideo dicitur Eccl. 9. Noli circunspicere in vicis ciuitatis, & in plateis illius ne obtaueris. Plus autem nobis est cauendum ab ipso Deo. Sponsa enim potest nutus suos, & risus & hmõi abscondere à viro suo. Sed nihil abscondere possumus à Deo. Vnde Eccl. 16. Ne dicas à Deo abscondar, & in summo quis me videt? &c. Imò sicut aliqs audit verba exteriora rita nras De?

cogitationes, nec vnum præterit eum. Vnde Matth. 10. Omnes capilli vestri numerati sunt. Et Sapient. 1. In cogitationibus imperij inrerrogatio erit, sermonum enim illius ad Deum correptionem iniquitatis illius, quoniam auris cœli audit omnia.

Secunda causa, quia zelotes scit, quòd sponsa sua licentius peccat in absentia sua: ideo quando contingit eum recedere, apponit ei custodes, vt quod viderint, & perceperint de sponsa, nuncient ei. Sic & Christus recedens, adhoc prælatos reliquit, vt nos obseruent: & hi significantur per Eunuchos qui custodiebant reginã Hester. 2. Tradantur sub manu Egei Eunuchi qui est custos, & præpositus puellarum regiarum. Egeius interpretatur celebris. Eunuchus dicitur castratus. Per hunc significantur viri probatæ, & manifestæ continentiæ, qui debent fieri custodes animarum. Incesti enim non possunt esse custodes animatum: nec hortator viduitatis qui coniugia frequentauit. Multæ quidem sunt, quæ dum præsens est sponsus bene se habent, & castè. Sicut de seruis legitur qui seduli sunt dum videntur à Domino. Vnde ad Ephe. 6. Serui obedite dominis vestris carnalibus non ad oculum seruientes, vt hominibus placeatis. Similiter, & discipuli præsente magistro, quod notat Apostolus ad Gala. 4. Cum dicit bonum æmulamini in bono: & non tantum cum præsens sum. Sicut autem seruus absente Domino negligens est: & discipulus absente magistro insolens, ita sponsa absente sponso. Vnde Prouerb. 7. Mulier extranea dicit vnicuique, vani inebriemur vberibus: fruamur cupitis amplexibus. non enim est vir in domo sua: abijt via longissima: sacculum pecuniæ secum tulit: in die plenæ lunæ reuersurus. Sic & cum Dominus noster Iesus Christus esset nobis in carne visibilis, & præsens, magis verebamur nõ attendentes, quòd præsens sit vbique secundũ quod Deus. ideo dicitur abijt vir eius via longissima, scilicet in ascensione. Sacculum pecuniæ tulit: idest deitatis naturam humanitate abscondit. In die plenæ lunæ reuersurus, s. in die resurrectionis omniũ, quãdo erit ecclesia cõsummata.

Eunuchi continentes dicuntur.

Simile.

Tertio zelotes recedens exploratores reliquit: sic & Christus. vnde Esa. 21. Vade & pone speculatorem, & quodcunque viderit annunciet.

Quarto zelotes se simulat quandoque recedere: & ipse ibidem remanet explorator. Similiter, & Christus quantumque recedat à nobis, tamen secundum quòd Deus remanet, & omnia videt, & explorat. Vnde quasi exploratorem describit eum sponsa. Cant. 2. vbi dicit. En ipse stat post parietem nostrum respiciens per fenestras, &c.

Quinto zelotes qñq; mutat habitũ, vt secretius, & cautius exploret. Similiter & Christus nobiscũ quotidie præsens est sub forma sacramenti. Vnde Esa. 59. Opertus est Dñs quasi pallio zeli. Bis mutauit habitum suũ Christus. In incarnatione, & in sacramenti traditione. In sacramẽti verò traditione maximè apparuit, & apparet eius charitas, & zelus: quia non suffecit ei vt se faceret omnium seruum. Immo iumentum sicut dicit per Psalmographum, vt iumentum factus sum apud te: nisi etiam se daret cibũ. Bernard. Bonus minister, qui carnem suam in cibum, sanguinem in potum, animam ministrauit in precium. Vnde sic potest exponi. Zelus domus tuæ comedit me. i. propter zelum domus tuæ me feci esibilem: me dedi in cibum, & ne parce sumeres cibum illum formidans, ne tibi deficeret: sum tibi cibus indeficiens. Ideo dicitur Io. 6. Caro mea verè est cibus. Et Osee. 10. dicitur. Ero eis quasi exaltans iugum super maxillam eorum. declinans ad eos, vt vescerentur. Iugum maxillarum impedit edere. & hoc spiritualiter Dominus sustulit. & in tantum humiliauit se, vt se daret in cibum. & hoc est quod dicitur. Declinaui ad eos, vt vescerentur.

5 Christus habitum suum bis mutauit.

Sexto Zeloti suspecti sunt omnes, quæ sponsæ suæ munera offerunt. Sic & mundus, & diabolus Christo suspecti sunt. quia nos quasi donis & muneribus, suis illecebris alliciunt. vnde anima his donis collecta dicit Osee. 1. Vadam post amatores meos, qui dant panes meos mihi lanam, & linum, ideſt necessaria. Sed Abraham nihil voluit accipere à rege Sodomorum: cum enim ille diceret: da mihi animas, cætera tolle tibi. Gen. 14. Respondit Abraham. Leuo manum meam ad Dominum meum possessorem cœli, & terræ, quòd à filo subtegiminis vsque ad corrigiam calligæ non accipiam de omnibus quæ tua

6

sunt ne dicas ego ditaui Abraham, Exceptis ijs, quæ comederunt iuuenes: & partibus virorum &c. Daniel regi Babylonis respondit. Sicut legitur Danie. 5. Munera tua tibi sint ò Rex.

Septimo. Septimo, Zelotes tanto amplius offenditur, quanto cũ viliori, & turpiori p'sona vxor sua deprehẽditur. Sed quis turpior diabolo? tales sunt multæ, quæ plus diligunt adulterum turpem, quàm sponsum etiam pulchrum, hoc est, quod conqueritur Dominus per Esa. 57. Iuxta me discooperuisti te, & suscepisti adulterum, dilatasti cubile tuũ, & pepigisti cum eis fœdus, dilexisti stratum eorum manu aperta: & ornasti te regio vnguento, & multiplicasti pigmenta. Misisti legatos tuos procul, & humiliata es vsq; ad inferos. In multitudine viæ tuæ laborasti: nec dixisti, quiescam.

Octauo. Octauo, Zelotes vindicat in vtroque, scilicet & in sponsa, & in adultero. vnde in Prouerb. 6. Zelus, & furor viri non parcet in die vindictæ: nec acquiescet cuiusquam precibus, nec recipiet pro redemptione dona plurima.

Nono. Nono, Zelotes coram amatoribus punit sponsam in maiorem ipsius confusionem, in altum amputando crines, crines præcidendo, & huiusmodi. Vnde Osee. 5. Reuelabo stultitiam eius in oculis amatorum eius, & vir nõ eruet eam de manu mea.

Decimo. Decimo per ipsum adulterũ quandoq; faciteã puniri, qđ notatur Eze. 23. vbi dr̃ animæ peccatrici: sub forma mulieris adulteræ: Nasum tuũ, & aures tuas præcident.

De luxuria comparata luto.

PSAL. LXVIII. SERMO. CXLI.

Peccatũ luxuriæ luto comparatur. Primo.

ERIPE me de luto, vt non intingar, &c. Peccatum luxuriæ luto comparatur propter tria, scilicet immunditiam, tenacitatem. fœtorem. Propter immunditiam. Hinc est, quòd per lutum luxuria. per lateream cupiditas. per paleam inanis gloria designatur. De luto, & palea simul dicitur Exod. 1. Oderant filios Israel Aegyptij, & affligebant illudentes eis, & inuidentes. atq; ad amaritudinem prouocabant. Vitam eorum operibus duris luti, & lateris, ideſt luxuriæ, & cupiditatis. De palea dicitur Exod. 5. Dispersus est populus per vniuersam terram Aegypti ad quærendas paleas, Palea quę vento tollitur, inanis est gloria. granum bonum est. Granum cum palea, opus de genere bonorum cum vana gloria. Granũ cum palea in ipsum granarium non reponitur: & opus de genere bonorum cum inani gloria vitam æternam nõ meretur Palea ergo non habet horreum seu granarium, sed ignem æternum. Vnde Luc 3. dicitur. Congregabit triticum in horreum suum, paleas autem combaret igni inextinguibili. Lutum verò dicitur luxuria. vnde & porci. Qui voluptantur in luto luxurioſi sunt, de quibus 2. Petri. 2. Canis reuersus ad vomitum, & suslota in voluta bro luti. Per canem libido incestuosa designatur. Canis enim in hoc non discernit genus. Compertum est autem, quòd canes per incestum geniti degeneres sunt & inutiles, & plerunque in rabiem conuerti solent. Porcus quod cunque genus fornicationis significat. Hinc est quòd Porcus dęmon à quo Dominus quæsiuit quod tibi nomen? Sicut dicitur Luc. 8. Respondit legio. & Dominus ei concessit intrare in porcos. Quia spiritu fornicationis inhabitat luxurioſos, & legio vocatur propter fornicationis genera quæ multiplicia distinguuntur: cum soluta, cum coniugata, cum consanguinea, cum religiosa, & ita de alijs. Canis libidinẽ incestuosã designat. Porcus significat. generis fornicationis.

Idem etiam luxurioſi significantur per ranas quæ lutum limosum & paludes inhabitant. de quibus habetur Exod 8. vbi dicitur. Dixit dominus ad Moysen: Dic ad Aaron. Extende manum tuam super flumen, & super riuos, & super paludes, & educ ranas super terram, Sub figura Moysi, & Aaron hoc dicitur cuilibet prælato, Extende manum tuam .i. correptionem super flumen, ideſt maiores: super riuos, & paludes, ideſt minores, & educ ranas, ideſt de domibus sacerdotum concubinas. Ranæ luxurioſos importãt

Et nota, quòd ranæ tempore luxuriæ suæ coaxant, & cantãt. Similiter, & natura auium est tẽpore luxuriæ suæ garritum exercere, vt philomenæ, quæ ita afficitur, quòd tota tunc deficit. Equus etiã hinnit dum coitum appetit.

Homo autem à natura habet, ꝙ in silentio coeat, nec habet determinatum tempus ad hunc appetitum. Vnde cum homo carnalis de sua immunditia gatrire incipit: per hoc ipsum in naturam bruti transit. Vnde contra tales Hier. ſ. dicitur. Vnusquisque ad vxorem proximi sui hinniebat. Propter eandem causam crocodillus luxuriam significare potest: cuius habitatio est in flumine Nili cœnoso, & lutoso, cuius natura est nunquàm in hominem insilire, nisi intret limites regionis eius. Facit enim quasi circuitũ in quo iacet & habitat. Similiter luxuria non inficit, nisi sibi appropinquantes: ideo bene dictum est Gen. 19. Noli respicere post tergum tuum, nec stes in omni loco circa regionem. Post tergu mrespicit, qui per recordationem delectationis in aliquo peccato habitæ luxuriæ, vel præteritæ delectatur. Stat circa regionem, qui cum mulieribus confabulatur, vel eis prædicat in talamo. Vel se tangi ab eis permittit in secreto. Contra tales dicitur Eccl. 9. Cũ muliere saltatrice ne assiduus sis, nec audias illam: ne forte pecces in efficacia illius. Et ibidem. Auerte faciem tuã à muliere compta, & ne circunspicias speciem alienam, propter speciem mulieris multi perierunt, & ex hoc concupiscentia quasi ignis exardescet. Regiones ergo luxuriæ sunt circunstantiæ, ſ. Visus, & alloquium, contractus, basiatio, factum. Ideo dicit apostolus 1. Cor. 6. Fugite fornicationem. Lutum ergo luxuria est. vnde dicitur Es. 40. & adducet magistratus quasi lutum. Quasi lutum magistratus adducuntur, quando illi qui debet alios docere, cupiditatis, & luxuriæ sordibus inquinantur. nam & cupiditas lutum dicitur. vnde Hãbac. 2. Væh qui multiplicat non sua vsquequo aggrauat contra se densum lutum?

Crocodillus.

Regiones luxuriæ sunt circũstantiæ.

Secundo comparatur luto propter tenacitatem. Vix. n. euadere potest, qui luxuriæ consuetudine ligatus est. vnde Eccl. 7. Inueni amatiorem morte mulierem, quæ laqueus venatorum est: sagena cor eius, & vincula sunt manus eius: qui placet Deo effugiet eam, & qui peccator est capietur ab illa. Maximè autem contingere dicitur de luxuria innaturali, quod significatum est Gen. 14. vbi dicitur. Vallis siluestris est luxuria contra naturam. Vallis dicitur, quia humiliat & deijcit excellentiam humanæ dignitatis: siluestris quia prorsus aliena est à natura. Multos habet puteos bituminis, quia illud peccatum tenax est, & viscosum, & idcirco comparatur bitumini, & est quasi morbus recidiuus. Quia bitumen, sicut dicitur, nisi menstruo mulieris non soluitur. Inde est, ꝙ huius vitij naturalis luxuria quibusdam innaturale est vitium, de quo declinare volentibus reputatur medicina, & tunc rectè dæmon dicitur eijcere dæmonem Iuxta illud Luc. 11. Si Sathan Sathanam expellit in se ipso diuisus est.

Luxuria comparat luto propter tenacitatem.

Tertio comparatur luxuria luto propter fœtorem, vt saltem homo propter fœtorem à peccato luxuriæ reuocaretur. Vnde contra non reuertentes dicitur. Amos 3. Ascendere feci putredinem castrorum vestrorum in nares vestras, & non redistis ad me: dicit dominus. Castra sunt ipsorum corpora, qui in carnali opere veneri militant. Vnde Ouidius. Militat omnis amans: & habet sua castra cupido. Hæc castra fœtent, quia luxuriæ exitus tristis est, & fœtidus. Per nares discretio designatur. Fœtor in nares ascendit, dum peccatum luxuriæ discernitur, nec tamen deseritur, & ideo grauius peccatur. Vnde quia natura abhorret vitium, vt sui corruptelam, ingeniata est ideſt ingeniose excogitauit, & effecit, vt per eandem viã exiret semen & vrina, quæ solida est, vt inde contraheret fœtorem. non enim transeunt per diuersas vias. Sicut cibus & vox. Cibus enim per œsophagum intromittitur. vox autem per epiglottum emittitur. Matrix etiam posita est inter locũ superfluitatis siccæ, quasi inter duas lacunas. vel potius si licèt dicere latrinas: vt ex hac consideratione suæ vtilitatis homo magis humilietur. Iuxta illud quod dicitur Mich. 6. Humiliatio tua in medio tui.

Tertio, propter fœtorem.

Christus quomodo in membris suis crucifigatur, & quain corpoee vero passus est mystica patiatur.

IN PSAL. LXVIII. SERMO. CXLII.

QVONIAM quẽ tu percussisti persecuti sunt: & super dolorem vulnerum meorum addiderunt. Primo considerandum quomodo Christus in suis dicitur crucifigi, & de hoc con-

queritur. Secundo quomodo quæ sunt in corpore Christi vero, corpori mystico conueniunt per singula. Corpus Christi, quod pependit in cruce, sacramentum est corporis mysti ci ecclesiæ, quia signum & causa vnitatis illius. Illud habuit suam crucem: similiter & hoc. Vnde dicitur addere passioni Christi, qui hoc corpus affligit, & quasi addit passionem passioni, & crucem cruci: & quod fit illi, Christus sibi reputat fieri. Vnde ad Heb. 6. Rursus crucifigentes sibimetipsis filium Dei, & ostentui habentes. Et ad Galat. 3. O insensati Galathæ, quis vos fascinauit non obedire veritati: ante quorum oculos Iesus proscriptus est, & in vobis crucifixus, ideſt vobis videntibus exhæreda-tus. Dum vos ipsi subtrahitis, & à crucifixoribus Christi peccati quantitate non differetis, ideo dominus Petro dixit. Vado Romam iterum crucifigi, & Matt. 10. Qui vos spernit me spernit, & 25. Quod vni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis.

Sicut corpus Chri suã habuit crucẽ ita, & corpus mistic ecclesiæ.

Christi pedes clauis confixi sunt in cruce. Similiter pedes corporis mystici quasi clauis diuersis quotidiè contumelijs, & iniurijs configuntur, Pes est pars corporis inferior, ideo per pedes significantur pauperes in ecclesia. Hos pedes clauis configunt, qui diuersis exactionibus pauperes opprimunt. Vnde Prouer. 14. Qui calumniatur egentem exprobrat factori suo. Pedes Christi sunt hospites, & peregrini longis itineribus attriti, & duris laboribus fatigati. Hos molestare, vel pefraudare, nihil aliud est, quàm pedes Christi clauis configere. Isti igitur pedes, scilicet pauperes sunt laudandi, tergendi, & vnguento vnguendi. Laudandi: vnde Gen. 18. Domine si inueni gratiã in oculis tuis ne transeas seruum tuum, sed afferam paxillam aquæ, & lauentur pedes vestri, & requiescit sub arbore. Et Luc. 7. Lachrymis cepit rigare pedes eius, & vnguento vngebat, & osculabatur pedes eius. Aqua lauat, qui communibus beneficijs iuuat. Lachrymis rigat, qui etiam acquisita cum labore, & dolore erogat. Capillis tergit, qui vt eroget, de ipsis sibi necessarijs subtrahit. Osculũ imprimit, qui cũ hilaritate tribuit. Vngit qui deuotionẽ, & honorem impendit. Vnde Deuter 10. Et vos amate peregrinos, quia & ipsi aduenæ, & Christus collegit nos, &

Pedes Xpi qui dicantur.

Pedes xpi lauande sunt.

ciues

eius suos fecit. iuxta illud quod dicitur ad Eph. 2. Iam nõ estis hospites & aduenæ: sed estis ciues sanctorum, & domestici Dei.

Pedes sustẽtant corpus, pedes ergo Christi sunt quibus sustentatur ecclesia, & proficit. Vnde Iob 39. Oculus fui cæco, & pes claudo. Non sunt configendi sed calciandi pedes isti, ne lædantur, & offendantur. Calciandi autem sunt calciamentis, de quibus dicitur. Cant. 7. Quod pulchra es in calciamentis filia principis.

Manus domini sunt fortes in ecclesia, & fortia operantes. Vnde Prou. 31. Manum suam misit ad fortia. & Prou. 10. Egestatem operata est manus remissa. Manus autem fortium diuitias parat, Qui verò talibus detrahunt, & qđ bona fit intentione, interpretantur praua, & inuertunt vocantes Papalardos, & comestores crucifixi, & huiusmodi: manus domini configunt. Illi etiam qui bonos obseruant, vt aliquid inueniant, quod reprehendere possint, & eorum facta malitiosè, scrutantur, manus domini confodere dicuntur. Contra quos est, quod dr Prou. 24. Ne insidieris, & ne quæras impietatem in domo iusti, neque vastes requiẽ eius. Et Gen. 31. dicitur q Laban scrutatus est tabernacula Rachelis, quærens idola sua. Laban mundanus qui quærit idola Rachetis, dum explorat facta viri contemplatiui, non vt imitetur, sed potius, vt reprehẽdat si quid inueniat: vel si non inuenit, inuertat. In hoc diabolo similatur: qui sicut dicitur Eccl. 11. Bona in mala conuertens insidiatur, & in electis imponit maculam. Et hoc est, Foderunt manus meas, & pedes meos. Caput Christi sunt sacerdotes, vel prælati quibus debentur decimę. Hoc caput quasi spinis coronatur: qñ decimę debitę, auferunt. Et rectè hoc feciſſe dñr milites, vt dr Matt. 27. Et milites plectentes spineã coronã imposuerunt capiti eius. Et Mala. 3. Si configet homo Deũ, quia vos configitis me, & dixistis. In quo cõfigimus te. In decimis, & primitijs me vos fraudatis. Et in penuria vos maledicti estis à me, vos configitis gẽs tota. Inferte oẽm decimã in horreũ meũ. Hoc est caput, de quo dr Cant. 5. Caput eius aurum optimum. Quia sacerdotes, & prælati nõ debent præminere prudentia mũdi, sed sapientia Dei, & cęlesti: vt potius sit eius cura

Manꝰ dñi quæ sint.

Caput Chri sunt sacerdotes, vel prælati.

de ani-

de animabus, quàm de asinabus. Vnde caput Christi spinis coronatur, quando illi qui vacare debent spiritualibus sollicitudine temporaliu m occupantur, & punguntur.

Oculi Chri sũt doctores.

Oculi sunt doctores, qui caute, & subtiliter videre debent: & boni consiliarij speculatores ecclesiæ: & boni iudices, qui vera à falsis nouerunt discernere. Archidiaconi qui excessus perlustrant, & circueundo inquirunt, vt corrigant. Sed sicut Christi oculi velati sunt, vt dicitur Lucæ 27. Velauerunt faciem eius, & percutiebant eum dicentes: quis est qui te percussit: ita oculi prælatorum velantur, quãdo ne officium sibi commissum legitimè exequãtur, cupiditate impediuntur. Quia munera oculos excæcant, &c. quod significatum est Gen. 20. vbi dicitur, quòd Abimelech dixit Sarræ: ecce dedi fratri tuo mille argenteos, hoc erit in velamen oculorum tuorum. Velati oculi in latrone signum est mortis, sic illis æternæ damnationis signum est velamen cupiditatis: sicut signatum est in libro Hester. 4. cap. vbi dicitur de Aman damnato. Nondum verbum de ore regis exierat, & statim operuerunt faciem eius.

Corpus Chri colligia sancta.

Corpus Christi sancta sunt collegia, quæ vnum sunt corpus: & sicut corpus Christi verum nudatum est vestimentis: ita ipsa nudantur proprijs. Quia nihil retinent proprietatis. Quibus bene competit illud quod dicitur in Act. Apostolorum 4. Multitudinis credentium erat cor vnum, & anima vna, & erant illis communia.

Corpus Christi fuit flagellatum. vnde Esa. 53. Disciplina pacis nostræ super eum. Claustrales etiam sunt sub disciplina. Ideo dicitur in Psalmo. Et fui flagellatus tota die &c. Corpus Christi totum manauit sanguine, sicut legitur Lucæ 20. & factus est sudor eius tanquàm guttæ sanguinis decurrentis in terram: & ipsi sunt in labore continuo, vt possint dicere cum Apostolo. Stigmata Domini nostri Iesu Christi porto in corpore meo: ad Gala. in fine. Sequitur. Et super dolorem vulnerum meorum addiderunt. bene dicit addiderunt: quia cum verũ corpus Christi crucifixum sit, vt liberaretur corpus mysticum, ideſt Ecclesia: Ecclesiam affligere nihil aliud est nisi vulnera super dolorem vulnerum addere. Iuxta illud quod dicitur

citur Iob 16. Concidit me vulnere super vulnus: irruit in me, quasi gigas.

De ciuitatibus Aegypti, & Iudæ, & de eã ædificantibus.

IN PSAL. LXVIII. SERMO. CXLIII.

EDIFICANTVR ciuitates Iudæ. Primo considerandum, quæ sint ciuitates Ægypti, & qui eas ædificent. Secundo quæ ciuitates Iudæ, & qui ædificent eas. Ciuitates Aegypti sunt præter cæteras tres. Piton, Rameſſe, Heliopolis. Et hæ dicuntur tabernaculorum Exo. 1. vbi dicitur, Et ædificauerunt ciuitates tabernaculorum. Tabernacula sunt corpora nostra, sicut dicitur ad Hebr. 13. Habemus altare de quo edere nõ habent potestatem. qui tabernaculo deseruiunt, ideſt qui corporis curam agunt. Tres igitur dictæ ciuitates sunt, diuitiæ, delitiæ, & honores, quia 1. Ioan. 2. Omne quod in mundo est, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & superbia vitæ &c.

Ciuitates Aegypti.

Taberna cula sunt corpora nostra.

Aedificatores harum ciuitatum.

Aedificatores harum ciuitatum sunt prudentia mundi, prudentia carnis, sapientia diaboli. Prudentia mundi ædificat Phiton. Interpretatur enim Phiton oris defectio, vel os abyssi. Vnde dicitur Eccles. 23. Insatiabilis est oculus cupidi in partem iniquitatis. non satiabitur donec consumet iniustitiam, arefaciens animam suam. Ipsa enim temporalia sunt, quasi ramalia arida. ac cupiditatis nutrimenta. ad idem dicitur Eccles. 5. Auarus non implebitur pecunia, & qui amat diuitias, fructum non capiet ex eis.

Phiton oris defectio.

Ramaſſe luxurię significat.

Prudentia carnis ædificat Rameſſe, & significat luxuriam. Interpretatur enim commotio tineæ, vel malitiæ detinens. & rectè dicitur commotio tineæ. Tinea enim nascitur de vestimento, & consumit illud. Similiter luxuria de ipsa carne: & ipsam consumit, & commaculat. Vnde Apostolus 1. ad Corinth. 6. Omne peccatum quodcunque fecerit homo extra corpus est: qui autem fornicatus

Simile.

in corpus suum peccat. Similiter ipsum corpus consumit, & tabescere facit. Vnde multi facti sunt deiecti per enervationem luxuriæ. Vnde legitur 2. Reg. 13. Factum, vt Amon filius Dauid adamaret sororem Absalon speciosissimam vocabulo Thamar, ita vt deperiret illâ valde, & propter amorem eius ægrotaret. Nascitur enim de amplitudine possessionum, & eam consumit. Vnde Prouer. 29. Qui nutrit scortum, perdet substantiam. Et vulgariter dicitur. Qui fœminæ credit, pauper erit. Talis potest dicere. Infixus sum in limo profundi, & non est substantia, idest possessio. Iuuenalis. Prodiga non sentit pereuntem fœmina censum. Adidem facit quod habetur Gene. 14. Tulerunt omnẽ substantiam Sodomorum, & vniuersa quæ ad cibum pertinent, & abierunt. Rex enim Sodomorum tenet figuram luxuriæ. Interpretatur etiam Rameſſe malitia detineus. quia hoc peccatum fortiter tenet eos quos apprehendit. Vnde Eccl. iast. 7. Inueni amariorem morte mulierem, quæ laqueus venatorum est, & sagina cor eius: vincula sunt manus illius.

Heliopolim significat inanẽ gloriã

Sapientia diaboli ædificat Heliopolim. idest ciuitatem solis. & hoc significat inanem gloriam. Sol enim lucet super glorioſos, & famoſos: & superbi maximè appetunt magnificari, & ab hominibus laudari, & videri: & nominis claritatem. Vnde Iob. 31. Si vidi solem cum fulgeret, & lunam incedentem clare, & lætatum est in abscondito cor meum: & osculatus sum manũ meam ore meo. Videt solem fulgentem, & lætatur qui de luce vanæ gloriæ delectatur & 4. Regum 14. Dicitur quòd Iosias abstulit equos quos dederant reges Iudæ soli, & currus solis combussit igni. Iosias interpretatur in quo est sacrificium, scilicet Spiritus contribulati. talis destruxit equos & currum solis, ideſt quatuor affectiones animæ quæ trahunt currum vanitatis.

Ciuitates Iudæ.

Ciuitates Iudæ sunt istis contrariæ: quæ sunt paupertas, munditia, & humilitas. Quas verus Iudas, scilicet Christus illis destructis ædificauit per prædicationem, & exemplum. Pauper enim, & mundus, & humilis, diuitias, immunditiam, & vanam gloriam contempsit. vnde dicitur Esa. 19. Ascendet Dominus super nubem leuem, ideſt

ideſt carnem assumet de virgine mundam: & ingredietur Aegyptum, ideſt mundum: & mouebuntur simulacra ægypti. Ista simulacra sunt prædicta vitia. Videamus ergo qui ædificent, & quomodo, & qui præpositi operum. Quilibet qui est verè confitens, & ita verus Iudas, ædificat istas tres ciuitates. Confessio enim ædificat prædictas tres virtutes. Præpositi operum sunt prædicatores, & confessores, de quibus Esdræ 3 dicitur. Constituerunt leuitas vt vrgerent opus Domini, & iterum. Filij Iuda quasi vir vnus vt instaret super eos qui faciebant opus. Virtutes etiam diuersæ concurrunt ad hanc ciuitatis ædificationẽ, nam dolor affert copiam lachrymarum quasi aquarum. Humilitas affert terram, arenam seu sabulum & calcem: terram dum se cogitat mortalem & habet memoriã mortis. Sabulum dum putat se quantum ad bona, penitus steri lem. Calcem dum in se considerat semper viuere incendiorum formitem. vnde ad Rom. 7. Scio, quòd non habitat in me bonum. Timor ligat constringendo Charitas fer uor cœmentum segregãdo. De aqua dicta, & alijs dicitur Naum. 3. Aquam propter obsidionem hauri tibi: extrue munitiones tuas. Intra in lutum, & calca. Hanc ædificationem impedire nituntur carnales, & terrenæ affectiones. Vnde 2. Esdræ 6. seu Neem. 6. Sanaballath voluit Neemiam reuocare ab ædificatione, & non potuit. Ille enim respondit nuncijs eius, Opus grande ergo facio: & non possum descendere, ne forte negligatur cum descendero. In quo docemur, quòd sic debemus respondere diabolo tentati. Hæ tres ciuitates significantur per ciuitates refugij. de quibus dicitur Numeri. 35. Dicernite quæ vrbes erunt fugitiuorum. Et dicuntur refugij: quia post peccatum non habet homo quid agat nisi quòd ad pœnitentiam confugiat. Vnde & tres illarum dicuntur esse trans Iordanem quia pœnitentia secunda est tabula post naufragium, ideſt post baptismi transgressionem. & dicuntur tres: & nihilominus sunt sex. Quia duplex est paupertas, interior, & exterior. Duplex munditia. duplex humilitas. hæ sunt ciuitates ad quas vocat Dominus. Vnde Hier. 31. Virgo Israel reuertere ad ciuitates tuas.

Edificato. res harũ Ciuitatũ.

Præpositi operum.

Virtutes cõcurren tes ad ędi ficationẽ.

Paupras, munditia & humili tas duplices sunt.

Quomodo Deus adiutor, liberatorque hominis sit. & non moretur,

IN PSAL. LXIX. SERMO. CXLIIII.

ADIVTOR meus, & liberator meus es tu, domine ne moreris. Videndum primo quo dominus adiutor: secundo quomodo liberator: tertio quomodo non moretur.

Dñs adiutor est homini ad tria

Adiutor est homini ad tria: ad esse, ad conseruari in esse, & ad bene esse, ideſt beatificari. Ad esse, quia omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Ipse enim est creator omnium tam inuisibilium, quàm visibilium: fons, & origo omnium creaturarum: ipse enim dixit, & facta sunt, mandauit, & creata sunt: & si ab omnibus quæreretur quisnam fecerit, dicerent: Dominus fecit nos, non ipsi nos. Sine hoc factore nihil factū est de nouo, ideſt creatum: & sine hoc adiutore nihil fit per causas secundas: concurrit enim eius virtus ad omne opus: & tamē sine eo factum est nihil, ideſt peccatum.

Ad esse.

Ad cōseruari.

Ad conseruari, quia sicut res nulla potest procreari, aut produci à se: ita nec consistere, aut conseruari per se, ad permanentiam enim in esse, opus est omnibus Deo adiutore, & conseruatore. Et quia peccatum, vt dixi, est nihil: ideo Adam propter peccatum meruit non solum gloria priuari, sed etiam annihilari: nisi misericordia fuisset illi ad conseruationem adiutrix. Vnde Psalm. Ad nihilum redactus sum & nesciui. Et Hierem. 10. Corripe me domine, veruntamen in iudicio, & non in feruore tuo, ne forte ad nihilum redigas me.

Ad bene esse

Tertio adiutor est ad bene esse, ideſt ad salutem, & beatitudinem æternam cōsequendam, sine qua nemini bene est, & quam nemo sine Deo assequi potest: vnde & beata virgo, quamuis peccatum non haberet: Et exultauit (inquit) spiritus meus, in Deo salutari meo. Nec enim (vt inquit Petrus Act. 4.) aliud nomen est sub cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri. Et ita appropriate saluare cōuenit filio, vnde, nomen eius Iesus, ideſt Saluator: ipse enim populum suum fecit à peccatis eorum. Creare autem attribuitur patri. Vnde in symbolo. Credo in Deum Patrem creatorem cœli, & terræ. Cōseruare, Spiritui sancto. Spiritus enim Domini repleuit orbem terrarum, & replendo conseruat: Vnde Psalm. Et spiritu principali confirma me.

Saluare conuenit filio.

Crearepatri,

Conseruare Spūi sācto.

Secundo est Dominus liberator: ideoque à tribus, à culpa, à pœna, & indigentia. A culpa, ne redigamur in nihilum, & frustra acceperimus esse: à pœna, ne adijciamur tormentis præsertim æternis, & ad pœnam conseruemur ab indigentia, ne desit nobis beatitudo, quæ est status omnium bonorum aggregatione perfectus. Liberator inquàm est à culpa, & quidem solus: vnde Matth. 9. Cum dixit paralytico: Confide fili, remittuntur tibi peccata tua: quidam de scribis dixerunt intra se: Hic blasphemat. q.d. solius Dei est dimittere peccata: quomodo ergo hic remittit ea? Et cum vidisset Iesus cogitationes eorum dixit: Vt quid cogitatis mala in cordibus vestris? Quid est facilius dicere, dimittuntur tibi peccata tua, an dicere surge, & ambula? q.d. Cuius est dicendo surge, & ambula. dare sanitatem corporis: eius est dicendo remittuntur tibi peccata tua: remittere, & dimittere ea: vnde subdit. Vt autē sciatis, quòd filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata, tunc ait paralytico Surge &c. & surrexit, & abijt in domum suam. Hoc autem prædictum erat ab angelo Matt. 1. Vocabis nomen eius Iesum. Ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum. Vnde Psal. Et copiosa apud eum redemptio. Et ipse redimet Israel ex omnibus iniquitatibus eius.

Dñs à tribus est liberator

Primo à culpa..

Secundo liberat à pena, sed eos quos prius liberauerit à culpa: nisi quòd copiosior est eius redemptio, quàm punitio: quia punit citra condignum, & præmiat vltra condignum: quia misericordia superexaltat iudicium. Iaco. 2. Et licèt videatur quos liberauit à culpa etiam à pœna liberasse: Vnde deprehensæ in adulterio non aliam pœnitentiam iniunxit, quàm vade, & noli amplius peccare: post Et latroni se in cruce confitenti dixit, Hodie mecum eris in paradiso: tamen quia nullum malum remanet impunitum, tutius est post remissam culpam sponte susci pere pœnitentiam: Vnde Magdalena, Beatus Petrus & beatus Paulus

Secundo à pœna.

Tuti⁹ est re- missā cul pam susci pere pœni tentiam.

lus post remissa peccata leguntur aerem egisse pœnitentiam. Eiusdem autem est ex toto dimittere pœnam, cuius est dimittere sulpam.

Tertio ab omni indigentia.

Tertio est liberator ab omni indigentia: dum sui qui est omne bonum, copiam facit, & fruitionem, ac claram visionem facit: quod fit dumtaxat in cœlo. Quia licet in transfiguratione bonum erat Petro esse, non tamen omne bonum, quia non perpetuum, neque enim illud in hac mortali vita capere ex integro potuisset. Ideo rectius ille: satiabor cum apparuerit gloria tua. Neque verò alio animam nostram satiant, quàm seipso: tam capacem enim eam fecit, vt satiata non sit donec Deo fruatur.

Solicitudo dñi ad cõferenda beneficia.

Tertio principaliter Deus non moratur ad sex prædicta. Non enim moratur dum confert esse: quia in instanti fit creatio: non moratur in conseruando: quia non cessat, & non moratur in beatificando: quia proprior est salus nostra, quàm cum credidimus: dominus enim propè est. Propè autem est ad liberandum à culpa: quia Apoc. 3. dicit, Ecce ego sto ad ostium & pulso. Si quis audierit vocem meam, & aperuerit mihi ianuam, intrabo ad illum, & non cœnabo cum illo & ipse mecum. Per cœnam autẽ intelligitur suprema beatitudo, quam nouissimam consequimur, & post quam nihil aliud desideramus. Eam autẽ cõfert dumtaxat illis, quibus culpam remisit & pœnam: quia nihil iniquitatum intrabit in illam: neque exeunt debitores ergastulum, seu purgatorium, donec nouissimũ persoluerint quadrantem: vt ergo ad liberandos nos à culpa, & à pena properet, dicitur in hoc Psalm. Deus in adiutorium meum intende, domine ad adiuuandum me festina: quod se facturum pollicitus est. Habac. 2. Veniẽs veniet, & non tardabit. Et quia iam venit, & nõ redemit, non tardabit nos liberare ab omni indigentia: quia Apocal. 21. Absterget Deus omnem lachrymam ab oculis eorum, scilicet beatorum, & mors vltra non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit vltra. Immo erunt illa, quæ nec oculus vidit, nec auris audiuit. &c. Vnde Apoc. vlt. Et omne maledictum non erit amplius, sed sedes Dei, & agni in illa erunt. Et serui eius videbunt faciem eius. Et vt sciamus non moraturum: dicit dominus ibidem.

Cœna suprema beatitudi importat

ibidem. Ecce venio velociter. Et hoc est quod hic pfatur adiu. m. & lib. m. domine ne oreris.

Quomodo Deus factus est nobis protector.

IN PSAL. LXX. SERMO. CXLV.

ESTO mihi in Deum protectorem: & in locũ munitum, vt saluum me facias.

Deus ante peccatũ Adæ creator, post peccatum autem factus est vltor.

Deus ab initio fuit nobis creator, & post peccatum Adæ, factus est Deus vltor: ideo timebat Adam di. Gen. 3. Audiui vocem tuã domine, & timui. Et cum audisset vocem domini, abscondit se. In incarnatione filij Dei protector. Verbum est ergo desiderantium, vt qui erat Deus vltor: fieret Deus propitius & protector. Est protectio, quæ fit per vmbram contra calorem, & est protectio, quæ fit per brachium, vel aliud interpositũ, vt clypeum contra pugnantem. Secundum primum modum protexit nos Christus factus nobis arbor vitæ, cuius folia fuerunt in vmbram, & fructus in cibum. Primo. n. Christus prædicauit, & verbis suis quasi folijs contra concupiscentiarum æstus nos protexit. Postea seipsum nobis in cibum dedit. Vtrunque notatur. Cant. 2 Sub vmbra illius quem desideraueram sedi, & fructus eius dulcis gutturi meo. Sed vmbra illius, hoc quantùm ad prædicationẽ: fructus eius, &c. quantum ad corporis eius communionem. De hac vmbra dicitur Thren. 4. Spiritus oris nostri Christus dominus captus est in peccatis nostris: cui diximus: in vmbra tua viuemus in gentibus. Gentes sunt motus sensualitatis nos incendentes. Inter has gentes viuimus sub vmbra Christi: dum contra æstus concupiscentiarum virtute verborum eius protegimur. Vnde cõparat se planto, quæ est arbor vmbrosa, & crescit iuxta aquas, & hæc est magna delectatio: fessis vmbra contra æstum: vnda fontis contra sitim, vtrunq; Christus est contra æstum, & contra sitim concupiscentiarũ. Vnde dicitur Eccl. 24. Quasi platanus exaltatus sum iuxta aquas in plateis. Et fonti se cõparat. Ioan. 4. Qui biberit de aqua quam ego dabo ei, fiet in eo aquæ salientes in vitam æternam.

Dñs platano, & fonti comparatur.

Secundo modo protexit nos Christus tempore passionis. Pater quidem iratus percutiebat mundum pœnalitate, & infirmitate: & non desistebat percutere & flagellare. Misertus Christus seipsum interposuit inter nos, & patrem, & nos protegens ictum animaduersionis accepit, sicut assolet fieri, cum quis ne percutiatur amicus, interponit brachium suum, & recipit ictum: sic & nos interponere consueuimus brachium ne oculus lædatur. ideo fortan sic orabat, qui dixit. Custodi nos domine, vt pupillam oculi. Nos reputauit pupillam oculi sui, cum ait Zach. 2. Qui vos tetigerit, tangit pupillam ocu. m. Hinc dicitur Esa. 54. Ipse vulneratus est propter iniquitates nostras. Ipse filius factus est nobis in scutum susscipiens ictus, vt nos protegeret, & ideo multis locis perforatus est. Vnde, Foderunt, inquit Psalm 21. manus meas, & pedes meos, &c. De hoc scuto dicitur. Scuto circundabit te veritas eius. Et item. Scuto bonæ voluntatis tuæ coronasti nos. Et in locum munitum. Ad locum munitum solent concurrere, vt locus sit altus & sit inaccessibilis, & horridus. Ideo vt Christus ostenderetur suis locus munitum posuisti refugium tuum. Et iterum. In petra exaltauit me. Locus horridus fuit sicut solet esse spinosus. Nam spinarum aculeis fuit obsitus, & hirsutus Vnde Esa. 54. Ascendet quasi virgultum coram eo, & quasi radix de terra sitienti. Et post. Non est ei species neque decor. Vidimus eum &c. Item Esa. 21. Ad me cla. ex Seir custos quasi de nocte. Seir, hispidus interpretatur. Hispidus erat Christus in Cruce. Inaccessibilis fuit secundum naturam diuinitatis, quæ tangi, quæ pati non potuit, & fuit ac si aliquis me volens percutere: percuteret tunicam meam. Vnde, Concidisti faciem meum. Ita fuit de Christo sicut de cauto militie, qui habet iniuste prælium & semper incedit armatus, sed ita ut lorica eius non appareat: sed latet sub tunica. Vnde cum hostis cum putat gladio transfodere, subtus inuenit resistentiam loricæ. Quasi tunica fuit humanitatis caro infirma. Lorica impenetrabilis diuinitatis potestas: per quã quodamodo elusus est ictus diaboli. Sic & nos debemus exterius appareat infirmi: Intus autem fortes 2 ad Corint. 6. Vt seductores, & veraces: quasi morientes & ecce viuimus.

Simile.

mus. vt castigati, & non mortificati: quasi tristes, semper autem gaudentes: sicut egentes, multos autem locupletantes: tanquàm nihil habentes, & omnia possidentes. De hoc loco munito dicitur 1. Regum 14. Ascendit Ionathas ad stationem Philistinorum per eminentem petram ex vtraque parte: quasi in modum dentium scopuli hinc inde prærupti. Nomen viri Boses & alteri nomen Sen. Iónathas est Christus, statio Philistinorum, exercitum significat dæmonum, contra quos Christus debellandos ascendit Crucem. Per dentes scopuli significatur horror crucis, quam Christus ascendit. Boses interpretatur absciscus, aut in ipso floruit. Seu super vulnus. Et bene competit Sen quantum ad hoc, quòd Christus fuit in cruce vulneratus, & viuus, & est mortuus, ita fuit vulnus super vulnus. Va de Iob. 9. Concedit me vulnere super vulnus, significat, quòd mors Christi fuit nobis medicina, & vulnerum nostrorum emplastrum, quod ponitur super vulnus. Boses, quod interpretatur in ipso floruit, pertinet ad titulum crucis. Iesus Nazarenus &c. Nazaret enim interpretatur flos, & ideo super crucem huiusmodi titulus. Fructus enim ex flore speratur. Sic in passione fructus remunerationis æternæ: de quo titulo dicitur Esa. 19 In die illa erit altare in terra Aegypti, & titulus iuxta t. eius. Vel in locũ refugij: quia propter duo confugimus ad locum, vel propter munitionem, vel propter immunitatem, scilicet loci securitatem. Propter munitionem: quod notatur ibi. In locum munitum. vnde tempore hostilitatis omnia in castris munitis reconduntur in ipsa terra. Propter immunitatem, scilicet loci securitatem. vnde reus sanguinis non capitur in Ecclesia, neque latro in cœmiterio, vel loco immuni. Christus locus est omni virtute munitus, & sicut dictum est potestate deitatis inaccessibilis. vnde Nu. 35. Robustum quidem est habitaculum tuum, sed si in petra posueris nidum tuum, idest in Christo petra. Esto ergo sicut rahan, aut miluus, aut aquila nidificans in rupibus inaccessis: cuius pulli non videntur: sic & tua opera sint abscondita. Christus est locus omni sanctitate Sanctus, Sanctus Sanctorum: templum Domini sanctum est, confuge ad ipsum, quia diabolus nõ audebit insequi te. Confuge

Titul⁹ crucis Chri.

Propter duo ad locum refugij confugimus.

Imitari debemus aquilam, aut miluũ

fuge ad sepulchrum eius, cõfuge ad crucem, quę sola sufficit ad dæmones effugandos. Vnde canitur. Et ecce signum crucis.

De ætatibus Christi spiritualiter in nobis completis.

PSAL. LXX. SERMO. CXLVII.

Ætates septem.

ET vsque in senectã, & senium Deus ne derelinquas me. Christus spiritualiter nascitur in nobis, & ætates 7. suas habet. Infantiam, pueritiam &c. Has ætates nõ omnes impleuit secundum temporalem suã naturam, quia de senectute eius nõ legitur, sed omnes implet in nobis secundum spiritualem: de quo potest spiritualiter intelligi quod dicitur Lucæ secundo. Iesus proficiebat sapientia, ætate, & gratia apud Deum, & homines.

Timor Dñi spiritualiter facit in nobis infantiam.

Infantia anno tertio terminat, & tunc Christus infans in præsepio à pastoribus visitatur. Hanc infantiam facit in nobis spiritualiter timor Domini. & est quasi prima ętas. quia sicut dicitur Ecclesiast. 1. Initium sapientiæ timor Dñi. Sicut enim perfecta ætas, & perfecta senectus, sapientia: vt dicetur infra, ita infantia dicitur timor. Vnde Eccles. 2. Serua timorem Dñi, & in illo veterasce. Secundum timorem igitur Christus infans est in corde nostro. Huic dono aptatur paupertas spiritus, quod significatur in temporali paupertate Christi. Vnde Luc. 2. Et hoc vobis signũ. Inuenietis infantẽ pãnis Inuolutum, & positũ in præsepio. Pastores doctores sunt, & spirituales patres. Christus infans dicitur à pastoribus in præsepio visitari. Quia virtus noui hoïs infirma, & tenera adhuc debet spiritualium, & perfectorũ solatio confortari. ad Ro. 15. Debemus nos firmiores imbecillitatem infirmorũ sustinere. In præsepio hoc dicitur fieri. præsepe enim habebat pro cunabulis. In præsepio cibus animalium est. significans doctrinam simplicium. In præsepio animalia pascuntur. In cunabulis infans lacte nutritur. In præsepio ergo Christum

tũ visitare, nihil aliud est quàm rudes, & simplices simpliciori doctrina erudire. Vnde 1. ad Corinth. quarto Lac tanquã paruulis in Christo vobis dedi potum non escam. Hæc infantia terminatur in anno tertio. Timere enim debemus a tribus: à malo opere, locutione, & etiam cogitatione, vel voluntate. Vnde Iob 7. Verebar omnia opera mea, &c. Tales non timent Herodem qui scilicet iam trimuli, idest trium annorum sunt. Quia non occidit nisi a bimatu, & infra. vnde Matth. 7. Mittes oc. omnes pu. a bi. & infra. Quia si quis timet à malo opere, vt infantes anniculi, aut à malo opere, & mala locutione, vt bimuli, & tamen intus praua polluitur voluntate, spiritu aliter interficitur ab Herode. Vnde ad Ephe. quarto. Deponite veterem hominem qui corrumpitur secundum desideria erroris. Qui autem abstinet a dictis tribus euadit Herodem. Et hi sunt tres menses. Exod. 1. Videns infantem elegantem, abscondit tribus mensibus.

Infantia anno tertio terminatur.

Dentium plantatio anno septimo terminatur, tunc Christus in sinu matris à Magis adoratur, & muneribus honoratur, vt legitur Matth. 2. Obtulerunt ei munera, aurum, thus, & myrrham: hanc facit in nobis pietas donum: cui respondet mansuetudo virtus. Pietas quandoq; dicitur Matth. 5. Beati pauperes spiritu. Glos. qui pie quærit honorare sancta, non reprehendit, non resistit. Intellectus ergo quo spiritualis cibus attritur, est dẽtes animę. Vnde edentuli qui intellectum nõ habent. Quasi vero dentes illis plantantur quibus intellectus datur, vnde quia merito peccatorũ obtunditur intellectus, dicitur. Thre. 3. Fregit ad numerum dentes meos. Ad numerum, scilicet peccatorum. de hoc Cant. 7 Guttur tuum sicut vinum optimum, dignum dilecto meo ad potandũ: labijsq; & dentibus illius ad ruminandũ. Et quia pietas meretur intellectus illuminationem, & præparat nos ad intelligendum: rectè eam dicimus dentium plantatiuam: cui bene mansuetudo aptatur. vnde Iacobi primo. Suscipite in mansuetudine insitum verbum. A regibus adoratur. Anima enim intelligens se ante gratiam infirmam, & edentulam ad intelligendum: in se gratiam ve-

Dẽtes animę sũt intellectꝰ

ueratur, & quasi munera Christo offeruntur, dum omnia gratiæ ascribuntur. Quia sicut dicitur ad Ephes. 3. Super illum locum: vt det vobis in interiori homine habitare Christum per fidem in cordibus vestris. Glos. Fides in vobis, Christus, est in vobis. Fides tua de Christo: Christus est in corde tuo. Sic & de alijs virtutibus.

Magi dominũ adorãtes qui sint.

Est ergo adorandus, & à tribus Magis, idest tribus Regibus honorandus muneribus. Qui sunt rationalis, concupiscibilis, irascibilis. Quæ in se Christum adorant, dum se humiliantes in se gratiam Dei venerantur. Muneribus donant, dum nihil sibi sed totum gratiæ ascribunt. Rationalis offert aurum, dum gratiæ ascribit suam scientiam, concupiscibilis thus dum gratiæ ascribit suam deuotionem, & pie atem. Irascibilis myrrham: dum gratiæ ascribit suam humilitatem, & timorem. Vel pietas dicitur compassionis affectus, & hæc est dentium plantatiua, non ad mordendum, sed ad increpandum. Pietas dum omnium mala & infirmitates, & pœnas sua reputat quasi sibi ea incorporat: illis pascitur, & nutritur. Dentium etiã est formare verba: ex pietate enim compassionis est, q̃ aliquis secundum capacitatem audientium frangit verba sua. Sicut nutrix, & mater facit paruulo suo. Vnde Augustinus. Pius est, qui temperat scientiam fratris causa, quasi nutrit, fouet paruulos. Hic pietas fregit verbum, quod in principio erat verbum, vt fieret nobis intelligibile, & factum est verbum infans, quod significatum est 2. Reg. 4. vbi dicitur q̃ mulier Theuua mutauit figurã verbi. Hæc mulier est pietas, de qua Eccl. 36. Vbi non est mulier ingemescit egens. Hæc ætas anno septimo clauditur. Quia hæc pietas quantum ad infirmitates, & incommoda, quæ sunt animæ, & corporis perfectè attenditur: tria ad animam, quatuor ad corpus referuntur. In hac ætate Christus à Regibus adoratur: ideo à Regibus, vt ostendatur, quia pietas virtus est regalis. & diuina. Decet enim Deũ, & reges: cœlestis virtus est, & diuina. Vnde Deus in nomine tuo saluum me fac, & in virtute iudicio me iudica. Locus Dei est pietas: de quo egredietur dominus de loco sancto suo. Quasi de loco suo egrediatur, quando punire cogitur. Ideo dicitur. Sola Deos æquos æquat clementia nobis

Ad dentes spectat et formare verba.

bis. Regalis est. Pietas enim laudatur in regibus. Est piger ad pœnas princeps, ad præmia velox.

Pueritia iuxta annum xij. terminatur, vel xv. & tunc Pueritia incipit vsum habere discretionis. Eccl. 15. Reliquit illum dãdi scientiæ in manu consilij sui. Apposuit tibi aquam, & ignem, ad tuã apta. quod volueris porrige manum. Ante hominem bonum, & malum. Litera, scilicet Pythagorica: de qua est opusculum Virgilianum. Littera Pythagoræ discrimine secta bicorni, humanæ vitæ speciem præferre videtur. De Christi pueritia legitur. Luc, 2. Dum factus esset Iesus annorum xij. &c. Inuenerũt illum in medio doctorum audientem illos, & interrogantem.

Rectè ergo aptatur hæc ætas dono scientiæ, per quod nouus homo comparat sibi in statu gratiæ, quod quis habet tunc in statu naturæ, scilicet vsum discretionis spiritualis, de quo Sapien. 10. Et dedit illi scientiam sanctorũ. Huic aptatur luctus. Quia quanto maior cognitio propriæ infirmitatis, tanto maior est causa luctus. Eccles. 1. Quid addit sciẽtiam, addit & dolorem. Hæc ætas ann. xij. terminatur: duodenarius constat ex tribus, & quatuor in se ductis, tria ad animam quatuor ad corpus. Tria in quatuor ducuntur, quando qualiter ex animæ infirmitate corpus infirmatum, & corruptum est, consideratur. Quatuor in tria ducuntur, quando quantum ex corporali contagio anima afficitur, rursus attenditur. Per donum scientiæ vtrunque cõsideramus, & pro vtroque lugemus. Hi sunt duo fratres se mutuo interficientes. Hier. 36. Fortis impegit ad fortem, & ambo pariter ceciderunt.

Adolescentia xxv. vel etiam xxx. anno terminatur. De adolescentia Christi nihil legitur: de qua posset intelligi illud Prou. 30. Tria sunt mihi difficilia, & quartum quod penitus ignoro. Viam aquilæ in cęlo: viam colubri super terram: viam nauis in mari, & viam viri in adolescentia sua. Viam aquilæ in cęlo nouimus per Christi ascensionẽ. Viam nauis in mari nouimus: quia via nauis in mari est passio Christi. Hanc nouimus post 33. annum, viam colubri super petram nouimus, quia Christi nouimus resurrectionem vnde significat Christi mortalitatẽ. vnde Exo. 7. dicitur. Virga in colubrum versa: id est Christus factus mor-

mortalis. Colubri ergo via fuit sup petrā, qñ Christus p̄uenit ad immortalitatis soliditatem, q̄ etiā coluber exuit spolium suum significat Christi resurrectionē, vel resurrectionis nouitatem. De adolescentia nihil legitur, ideo dicitur, quartum penitus ignoro.

Adolescētia donū fortitudinis.

Hæc adolescentia aptatur dono fortitudinis, & rectè. Tunc .n. incipit corporalis fortitudo. Et quia in ætate illa incipit incalescere sexus, & tentationē insurgere libidinis, & iræ, & concupiscentiæ: necessaria est spiritualis fortitudo ad resistendū. De qua dr̄ Hebr. 11. Fortes facti sunt in bello. Et Proue. 20. Exultatio iuuenū fortitudo eorum. Et dignitas senū canities. Huic aptatur, esuries, & sitis iustitiæ per q̄ spiritualis cibus esuritur, & auide recipitur, & anima roboratur. Vnde Matth. 5. Beati qui esuriūt, & sitiūt iustitiā. Ideo dixit Abrahā regi Sodomorū. Gene. 14. Non accipiā ex oībus, quæ sunt, exceptis his quæ comederunt iuuenes. Rex Sodomorū sapientia secularis, & sapiētia philosophorū: de qua nihil accipiendum nisi quod ad mores facit, & est spirituale pabulum animæ, quo roboretur contra peccata. De hac adolescentia dicitur Psalm. 118. In quo corrigit adolescentior viam suam.

Iuuentus donū con silij.

Iuuentus, vel virilis ætas à 31. ad 40. annum terminatur. In illa ætate passus est Christus, & in ea ætate vicit diabolū. Hæc iuuentus aptatur dono consilij. & ætas illa maximè eget consilio. Vñ 3. Reg. 12. dicitur de Roboam. Locutus est secundum consilium iuuenum. Pater meus cecidit vos flagellis: ego autem cędā vos scorpionibus. Et quòd Christus est passus in illa ætate, nobis ostēdit id qđ est consilij, vt .s. non timeamus mortem temporalem, & transitoriā: ne consequamur æternum iugum. hoc est consiliū iustorum: de quo Psalm. Non resurgent impij in iudicio, neq; peccatores in consilio iustorum. Cōsilium impiorum est hic prosperari, & gaudere. de quib. Deut. 32. Gens absq; consilio est. Vtinam saperēt, & intelligerent, ac nouissima prouiderent. Huic aptatur virtus misericordia. quę sano consilio commutat pro æternis tēporalia. Eccle. 15. Omnis anima faciet locū vnicuiq; secūdū meritum operū illius &c. & offensam remittet temporalem, vt remittatur ei externæ pœnæ obligatio. Eccles. 28. Relinque

linque proximo tuo nocenti t. & tunc depręcati tibi peccata soluentur

Senectus

Senectus anno 70. terminatur. Ad hanc non peruenit Christus: verum nos spiritualiter peruenire debemus ad illam, vt sit in nobis spiritualis senectus. Hæc senectus in Christo dicatur mors eius, & descensus ad inferos: sicut exponit Hieronymus ibi. Ne proijcias nos in tēpore senectutis. quia tunc maximè apparuit in Christo vetustas naturæ Adæ. & in figura de Iacob dicitur Gen 44. Si tulerit istum .s. Beniamin, & aliquid ei in via contigerit, deducetis canos meos cum dolore ad inferos. Iste Beniamin significat populū electorum pro quo descendit ad inferos Christus cum dolore mortis. In nobis facit hoc donū intellectus: & rectè, quia senū est intelligere. Sap. 4. & 8. Bene autem comparatur morti. Quia sicut in morte deficiunt oēs sensus, ita cū peruenitur ad intellectualē cognitionem, deficiunt vires sensuū: & quasi quędam mors est ipsorū sensuum. Hinc dicitur hic. Ne proijcias nos in tpe senectutis cū defecerit virtus mea .s. quantum ad sensum Dani. 10. Dñe in visione tua dissolutæ sunt cōpages meę, & in me nihil remansit viriū. hæc anno 70. terminatur. Decem ad actiuā vitam, & mandatorum obseruationem spectant, & 60. ad contemplationem, & sapientiam. Vnde Eccle. 1. Fili concupiscens sapientiam serua iustitiam.

Licet christus ad senectutem nō puenerit ad eam tñ nos spiritualiter peruenire debemus.

Senium non habuit Christus, sed in nobis spiritualiter debet habere. Loco senij ponit eius ascēsio, & resurrectio.

Sapientia facit ī nobis senīū.

Senīū in nobis facit sapiētia, q̄ prius est q̄ etiā intellectus. Hæc est gratia contēplationis, & hæc est Abisac, de qua 3. Reg. 1. Rex Dauid senuerat, & quæsierūt ei adolescentulā speciosam nimis, quæ dormiebat cū rege & calefaciebat eū. & hæc quādo deficit in nobis calor concupiscentiæ fouet nos, & generat in nobis spiritualem calorē. Hæc est q̄dā resurrectio animæ qua surgit supra se. Vnde Thre. 3. Leuauit se supra se. & quædam est ascensio in cœlū, quando .s. rapitur ad diuinorū contemplationem, qđ significatur p̄ ascensum Heliæ in cœlū: qui tunc dimisit Palliū. 4. Reg. 2. Sic aīa ascendēs in cęlū .i. contēplationē cœlestium, & ęternorum dimittit pallium i. velamen cognitionis: quia puriori visione illustratur.

De

De triplici negociatione.

IN PSAL. LXX. SERMO. CXLVII.

Negotiatio triplex

Negotiatio laicorum periculosa.

QVONIAM non cognoui negotiationem, vel alia litera, literaturam: introibo in potentias Domini. Triplex est negotiatio: secularium seu laicorum, & clericorum: & negotiatio cõmunis omnium mercatorum. Prima vix agitur sine peccato. Primo quia mentitur de precio. vnde Eccle. 26. Difficile exuitur negotians à negligentia: & non iustificabitur caupo à peccato labiorum, scilicet à mendacio. Secundo quia execratur, & peierat pro lucro acquirendo. Eccles. 13. Vir iurans multum replebitur iniquitate, & non discedet de domo illius plaga, quia cito substantia sic acquisita deperibit. vnde. Non habet euentus sordida præda bonos. Micheæ 1. Omnes mercedes eius comburentur igni, & omnia idola eius ponam in perditionem, quia de mercedibus meretricis congregata sunt, & vsque ad mercedem meretricis reuertentur. Tertio quia blasphemat pro damno. Vnde Eccl. 27. Propter inopiam deliquerunt multi: & qui quærit locupletari auertit oculos suos q.d. non habet Deum præ oculis: non est Deus in conspectu eius. Linguam suam facit Macheram carnificis. Cui potest dici illud Persij: dic qua mercede, deorum emeris auriculas. Quarto supplantat dolo, vt falsa mensura, falsa vlna: & alijs multis modis quos tales excogitant, vnde Oseę 11. Circundedit me Effraim negotiatione, & dolo. Et in Psalm. Et non defecit de plateis eius vsura, & dolus & 1. Thessal. 4. Ne quis supergrediatur neque circũueniat in negotio fratrem suum.

Negotiatio clericorum periculosa.

Negotiatio clericorum fit circa beneficia ecclesiastica in emptionibus, & commutationibus, in mutua beneficiorum compensatione: tu dabis nepoti meo, & ego tuo. do, vt des mihi. In seruitijs temporalibus quæ pro spirituali impenduntur prælatis. Periculosa est hæc commutatio, quia non attenditur in commutatione nisi principaliter commoditas pinguedinis beneficij. Hi significantur. 3. Reg. 10. vbi dicitur, quòd negotiatores regis emebant equos

equos de choa. & statuto precio perducebant. Choa interpretatur congregatio, vel Ecclesia. Qui sunt negotiatores de choa emẽtes, nisi negotiatores in Ecclesia? Difficile est inter ementis vendentisque commercium non interuenire peccatum. Qui equos emunt .i. quib. præeminent dignitates. Vnde Eccl. 10. Vidi seruos in equis, & c dixerat etiam. Et est aliud malum à facie prin. egrediens. maximè qñ vacant sedes, & ponuntur ibi viles personæ, & tũc serui sunt in equis, & hoc est, positum esse stultũ in dignitate sublimi, & diuites sedere deorsum. Hi sunt nummulary, de quib. dr Ioa 2. Ejecit vendentes, & emẽtes de templo, & mensas nummulariorũ subuertit. Hi vendunt colũbas .i. beneficia gratuita. Est videre aliquẽ qui non semel, sed ter, vel quater cõmutat Ecclesiam, vel beneficiũ suum, vt possit dici illud Naum. 3. Plures fecisti negotiationes tuas, quàm sint stellæ cœli.

Negotiatio cõmunis bona.

Negotiatio cõis oĩum est quã habemus in cõparatiõe bonorũ æternorũ, q̃ nobis cõmendatur Luc. 19. Negotiamini dum venio. & hæc bona est, dummodo nõ simus regratiers .i. tædiũ de pacto, aut pœnitentiam habentes. Vñ primũ vitiũ est, cp ita prodigi sumus in ijs, q̃ pertinẽt ad tẽporale voluptatẽ nostrã, cp nec murmuramus dicentes, nimis constat: Sed pecuniã proijcimus: cũ in æternis bonis dicamus, nimis carum esse mercatũ: quis poterit iunare, abstinere, & huiusmodi facere. vñ Proue. 20. Multũ est, malũ est: dicit oĩs emptor, & cũ resserit tunc gloriabitur, & dicet q.d. adeo præcioſum est, quòd omnis labor noster nihil est respectu illius. Aurum, & multitudo gemmarum, & vas prætioſum.

Secundũ est cp similes sumus ei qui nõ reputat seu æstimat vinũ nisi care emptum. Qui censet melius qđ carius. Quia ergo expositũ est, p leui precio regnũ cœlorũ, vili penditur. vñ Augu. Regno cęlorũ nihil vilius cũ emitur: nihil carius cũ possidet. Nihil æstimat cõductio domus, q̃ denario conducitur, quãto magis est incomparabilis vita ęterna merito tpalis? Vñ Psal. 55. Pro nihilo saluos facies illos. Et Psal. 105. Pro nihilo habuerũt terrã desiderabilẽ. Illa regio melior quãtũ ad victũ reputat vbi leuior esset moneta 2. ad Corint. 4. Id quod in præsenti est momẽ-

taneum

taneum,& leue tribulationis nostræ,supra modũ in sublimitate ęternũ glorię põd⁹ operat' in nobis. Vere leuis moneta. vñ Esa.55. Qui nõ habetis argẽtũ properate: emite absq; argento,& absq; vlla conmutatione vinum, & lac.

Baptism⁹ arra est.

Tertio,ꝙ ita sum⁹ regretiers .i.pacti pęnitẽtes,ꝙ cũ arrã dedimus,volum⁹ pœnitere Arra.n.est baptism⁹, in quo pepigimus. Confessio, vocũ ꝓfessio,contractus quẽ habemus cũ Deo,vt possit dici.Iuxta verbũ Hiere.32. Accepi librũ possessionis signatũ,& stipulationes,& rata,& signa forinsecus,liber iste est fidelib. cõtinens articulos fidei, vel claustralib.liber regulæ:stipulationes abrenunciationes Sathanæ:dicit .n qsq; abrenũcio. Signa intrinsecus, characteres ordinis:extrinsecus, habitus, & tonsura, & huiusmodi. Prudẽtes negotiatores inuentionẽ reputãt bonũ mercatũ,periculo se exponũt,ne illud dimittant. Vnde Mat.14. Simile est regnũ cœlo.ho.ne.&c.Petrus non fuit regratier,qui dixit.Ecce nos relinquimus oĩa,&c.Non dicit sicut illi qui dicũt. Quis ostendit nobis bona? Mala.3. Vanus est,qui seruit Deo: & quod emolumentum quia custodimus præcepta ciꝰ?

Alia litera habet:non cognoui literaturam:qui se reputant literatos,& inde superbiunt.Ad Ro.1. Dicentes se esse sapiẽtes,stulti facti sunt,& 12.Nolite esse prudentes apud vosmetipsos,& nõ alta sapientes, sed humilib.consentientes 1. ad Corinth.8. Scientia inflat. charitas ædificat. Si quis existimat se scire aliquid,nondũ nouit qũo cum oporteat scire.Tales sunt similes tabulis scriptis, quib.litteræ nullũ pondus adijciunt, sic nec eis sciẽtia aliquod pondus adijcit grauitatis.Vnde portant literas Vriæ .i. mortis suæ.De quo 2. Reg. 11. Ponite Vriã ex aduerso belli vbi fortissimum est prælium,& derelinquite eum, vt percussus intereat &c.Vria interpretat' lux mea Deus:& tales sciẽtiã sibi attribuũt non Deo. Isti non intrãt in potẽtias Dñi. Quia prudentes,& literatos Dñs nõ vocauit. vt Nathanẽ Ioan.1.Priusq̃ Philippus te vocaret,cum esses sub ficu noui te.Ficus est prudẽtia mũdi,de cuius folijs sibi perizomata fecerũt primi parẽtes:similiter faciunt patres nostri spirituales Episcopi, & Prælati: per prudentes,& verbosos consiliarios sua pudibunda tegere conantur. Vocauit autem

Illiterati similes sunt tabulis scriptis.

Superbi litteras Vriæ portant.

autem Dñs simplices. Vñ 2.ad Corinth.1. Videte vocationem vestram fratres:quæ stulta sunt mundi elegit Deus, vt confundat sapientes.

Literatura etiam potest intelligi scientia secularis, vel seculares literæ, vt leges, & consilia,quas bonũ quidẽ est scire:sed non vt vxorem cognoscere. Vt vxor enim cognoscitur, dum proles, & fructus tpalium in ea quæritꝰ. Ideo dicit. Qm̃ nõ cognoui .i. non habui,vt vxorem: sed sicut ancillã.Quia tales scientias pertransire licet, sed nõ declinare ad eas:sicut ad sponsam: quod signanter ostendi tur Mat.1.vbi dicitur, quòd Magi declinatũt ad Herodẽ sed non ibi steterũt,immo cito discesserunt:tñ interim nõ viderũt stellã .i. gratiam,vel spiritualem intelligentiam. Ideo dicitur Iudi.1.Qui percusserit Cariatsepher,dabo ei Axam filiam meã. Cariatsepher intepretatur ciuitas literarum, vel potius literæ ciuitatum:per quas .s. reguntur ciuitates. Axa est diuinæ legis intelligentia, quæ datur ei qui per contemptum percutit scientiam secularem.

Literatura scientiã secula rẽ significat.

De pluuia,& grandinis descensu,& duplici Domini aduẽtu.

IN PSAL. LXXI. SERMO. CXLVIII.

DESCENDET sicut pluuia in vellus: & sicut stillicidia stillantia per terram. Per pluuiã,& grandinẽ significantur duo aduentus. Aliter enim pluuia,aliter grando descendit. Grando enim impetu cadit ad sterilitatẽ: pluuia stillando suauiter ad fęcunditatẽ. In secundo ergo aduẽtu descendet Dñs, vt grando. Vnde Sap. 5. A petrosa ira plenæ mittentur grandines. Et in Psal.dr̃ Grãdo,& carbones ignis.Itẽ.Ignis,grãdo,nix,glacies,&c. Et Exodi.9 In terra Aegypti grando, & ignis cõmixti pariter ferebant. De hac grandine dr̃ Eccles.32. Ante grandinẽ præibit coruscatio. Gloria .n. huius mundi non nisi breuis coruscatio est, quam sequitur grando damnationis æternæ.

Pluuia aliter descendit q̃ grando.

In primo aduentu descendit Dñs non solum sicut pluuia,sed sicut pluuia in vellus,& sicut stillic.&c. In primo aduentu venit se indutur⁹: & ideo quia omne genus

In primo aduentu descendit Dñs sicut pluuia in vellus.

nus vestis fit ex lana, & lino, ideo ipse descendisse dicitur sicut pluuia in vellus: vt de vellere sibi exteriorem vestē assumeret: & sicut stillicidia stillantia super terram: vt terra irrigata linum, vnde vestis ipsi fieret, interius, germinaret. Ideo dicitur Prouer. 31. de Sapientia. Quæsiuit lanam, & linum, & operata est consilio manum suarum. Ad vellus igitur venit in pluuia non in igne.

In secūdo aduētu venit dns in igne.

In secundo aduentu Venit in igne, quasi ad consumendum stuppam, ideſt carnales, qui significantur per stuppam: quia est purgameutum limi. De quibus Ecclesia. 21. Stuppa collecta synagoga peccatum, & consummatio illorum flamma ignis. Per lanam significatur vestis exterior: per linum vestis interior. Vestis exterior humanitas, & humanitatis humilitas: vestis interior, virginitas. Necesse autem fuit, vt Christus lana carnis humanæ vestiendus, ipsam lanam mundaret, & ideo sicut pluuia in vellus descendit, Ouidius. Quas geritis vestes sordida lana fuit. Dicitur enim in lib. de natu. animalium: ꝙ vellus ouis descerptæ a lupo contrahit corruptionem, ita ꝙ vestis facta de lana illius velleris scaturit in vermib⁹: sic caro nostra quam diabolus in primis parentibus, quasi lupus discerpserat, in vermes prauorum motuum, & concupiscentiarum scaturire nō cessat, ideo merito Christus vollens sibi facere vestem de illa: descendit sicut pluuia in vellus, vt eam mundaret. Natura nostra est ouis lacerata, quæ clamat Psalm. 218. in fine. Erraui sicut ouis, quæ perijt, require seruum tuum domine. Hæc est quam reliquit in deserto xcix. venit Christus quærere: vt habet Luc. 15.

Vestis exterior, & interior, q̄ sint,

Humilitas lanæ cōparat.

Lana etiam est humana humilitas. Lanæ comparatur humilitas, Primo, quia lana in modico se constringit, & in veritate nihil perit de eius quantitate: sic est de humilitate. Vnde Qui se humiliat exal Secundo, quia lana quantumcunque tondetur, semper de carne renascitur: similiter humilitas, semper enim de carne nostra est. vnde humiliemur. vnde Mich. 6. humiliatio tua in medio tui. Tertio, quia lana bibula est, similiter & humilitas est bibula, & capax omnium gratiarum. vnde Beata virgo, quia humilior cęteris, præ cœteris, virtutum, & omnium gratiarum fuit capax. vnde Prouer. 31. Multæ filiæ congregauerunt

uerunt diuitias, tu verò supergressa ea vniuersas. Quarto, lana cito capit aquam, & facilè redit si comprimitur: ita Beata Virgo, gratiam quā hausit, si comprimatur modica, & humili oratione, facilè refundit. Vnde Iud. 7. Surgens de nocte Gedeon compresso vellere concam rore compleuit.

Per linū virginitas designat.

Linum virginitatis, quia linum multo labore perducitur ad candorem, & multa carnis facienda est attritio, ad conseruandam castitatem. vnde de lineis iubentur fieri fęmoralia, quæ significant castitatem, sicut de sacerdotalibus vestibus dicitur. Exod. 28 Facies & fœmoralia, seu fœminalia linea, vt operiant carnē turpitudinis tuæ. Et Ezech. 9. Vir vnus in medio eorum vestitus erat lineis, & attramentarium scriptoris ad renes eius. Christus ergo de virgine linum, & lanam accepit: quia humilis de humili, virgo de virgine processit. Et rectè dicitur descendisse, sicut still. super terram, non sicut grando. Accessus enim viri ad mulierem, quasi grando est, quia nō sine dāno fęcundat, dum tollit virginitatis integritatem, dando fœcunditatem. vnde legitur Exod. 9. Quod in plaga grandinis linum erat læsum, eo ꝙ esset virens, linum virens lędditur, dum integritas virginitatis tollitur. Ingressus autem filij Dei ad virginem nō grando, sed pluuia fuit, quia ita illam fœcundauit, ꝙ virginitatem non abstulit. vnde Eccl. 24. Quasi libanus non incisus vaporaui habitationē meam. Libanus incisus est castitas coniugalis. Libanus non incisus munditia virginalis.

Christꝰ de virgine linū, & lanā accepit.

De tribus Magis, seu Regibus, & regnis moraliter.

IN PSAL. LXXI. SERMO. CXLIX.

REges Tharsis, & insulæ munera offerent, &c. Hi sunt tres Reges de quibus. Matth. 2. Ecce Magi veniunt ab Oriente, di. Ubi est, &c. Vnusquisque vir spiritualis est in se quasi tres Reges: quia tribus regnis præsidet gubernandis. Debet enim regere cor, linguam, & manum. vnde in Psalm. Innocens. ma. & mundo re cor, &c.

Vnusq; tria regere debent.

cor, &c. Nec iurauit, &c Latum est regnum manus, latius regnum linguæ, latissimum regnum cordis. Magnũ est enim mundum esse à peccato oporis, maius à peccato locutionis, maximum à peccato cogitationis, & voluntatis. De primo dicitur 1. Ioan. 1. Si dixerimus quia peccatum non habemus: nosmetipsos seducimus, & veritas in nobis non est. Et Iacob. 3. In multis offendimus omnes. Et Iob 9. Si lotus fuero. q. aquis niuis, & fulserint velut mundissimæ manus meæ, tamen sordibus intinges me. Et Esa. 64. Immundum omnes nos.

De secundo dicitur Iacob. 5. Si quis in verbo non offenderit hic perfectus est vir. & Iaco. 1. Si quis religiosum se putat non refrenãs linguam suam, sed seducens cor suũ, huius vana est religio. & in eadem. 3. Omnis natura bestiarum, & volucrum, & serpentum, & cæterorum domatur, & domita subijcitur à natura humana: linguam autẽ nullus hominum domare potest.

De tertio dicitur Prouerb. 20. Quis potest dicere, mundum est cor meum, purus sum à peccato? Et apostolus. 1. ad Corin. 3. Nihil mihi conscius sum, non tamen in hoc iustificatus sum.

Ad gubernandũ regnũ tria sũt necessaria. Consiliũ.

Ad vnũnquodque regnum huiusmodi gubernandum tria sunt necessaria: consilium, iudicium, & iustitia. Nullus enim potest commodè regere, nisi habeat, & peritos consiliarios, & iustos iudices, & districtos iustitiarios, sine iustitiæ executores. Consilium necessarium est, quia & facta, & verba, & cogitatus de consilio debent procedere. Facta. vnde Prou. 4 Palpebræ tuæ præcedant gressus tuos. Et 24. Cum dispositione initur bellum, vel itur in bellum, & erit salus vbi multa consilia, & 13. Qui agunt omnia cum consilio, reguntur sapientia. Verba, vnde Eccles. 21. Labia imprudentium stulta narrabunt: verba autem prudentium statera ponderãbuntur. In ore fatuorum cor eorum, & in corde sapientum os illorum. Cogitatus. vnde Prouer. 8. Ego sapientia in consilijs habito, &c. & de reprobis dicitur. Deuter. 32. Gens absque consilio est, & sine prudentia. Noster ergo interior homo omnia debet agere quasi cũ tractatu. vnde Esa. 16. Iai consilium, coge concilium.

Iudicium

Iudicium est necessarium, quia omnia facta, & verba, & cogitatus debent dijudicari, & examinari. vnde Gen. 49. Dan. iudicabit po ſ.t. Et Eccles. 10. Iudex sapiens iudicabit populum suum, principatus sensati stabilis erit, secundum iudicium populi, sic & ministri eius, & qualis rector ciuitatis, tales inhabitantes in ea. Iuditium.

Iustitia, vt si factum, vel verbum, vel cogitatus damnatione digna fuerint, damnentur Matth. 5. Si oculus tuus scandalizat te erue eum, & proijcie abs te. Expedit enim, vt pereat vnum membrorum tuorum, quàm totũ corpus eat in gehennam ignis, & si dextera t. &c. Iustitia.

Reges isti dicuntur tharsis. Thaſis p bonorũ æternorũ cõtẽplationẽ. Interpretat. n. exploratio gaudij, vel tẽpora lis, vel æterni. Explorãda sunt bona tpalia, vt videatur q̃ infirma sint, & vana. Iuxta illud qđ habet Gen. 42. ad explorãda infirmiora terræ venistis, & hi significantur per exploratores hierico, q mittuntur de Sethim. Sicut dr̃ Iosue 2. Misit Iosue exploratores de Sethim, qui explorarẽt hiericho. Nullus enim à Deo verè explorat miseriam mundanam, sicut qui expertus inde exiuit. Bona tpa lia explorãda sunt

Exploranda sunt bona æterna, q̃ ineffabilia sint, & taliũ exploratores significant Nu. 13. Iosue dicit exploratoribus. Confortamini, & estote robusti: & afferte nobis de fructibus terræ illius, & Paulo post sequitur. Excederunt palmitem cum vua sua, & de malis granatis, & de ficis terræ illius tulerunt. Illi enim de fructibus terræ cœlestis portãt, qui in hac vita cõstitui dulcedinẽ prægustãt, quia ex paruis sentiũt magna, ex ꝓximis remota, ex paucis multa. Sed qa ad hãc explorationẽ nõ pueniẽt sine labore, in quo necessaria est patientia: ꝓpter hoc sequitur. Bona æterna cõsidã da.

Reges insulæ, quia insula omnis impulsus fluctuũ à se excludit. Sũt ergo reges insulæ p patientiã, quæ rectè sequitur: qa contẽptus bonorũ temporalium, & desiderium æternorũ, quæ sperantur, patientiam firmant. Vnde ad Hebr. 10. Rapinam bonorũ vestrorum cum gaudio suscipistis, cognoscentes vos habere meliorem substãtiam, & manentem. Et in Gene. 49. Ysachar asinus fortis, vidit requiem, quòd esset bona, & terram, quòd esset optima, & supposuit humerum ad portandum, &c. Reges insulæ.

Debent etiam reges esse Arabes per humilitatem, ne quis de patientia sua extollatur, & se inaniter iactet: sicut multi faciunt, sed iuxta illud Luc. 17. Cum feceritis omnia, quæ præcepta sunt vobis, dicite, serui inutiles sumus: quod debuimus facere, fecimus. &c. & nos dicamus similiter nihil nobis ascribendo. Nonne Deo subiecta erit a. m. &c.

Reges Sabba.

Debent reges esse Sabba. Quia interpretatur incensio, vel conuersio, & hoc per charitatem, quę affectum incendit, & omnia opera nostra, tanquàm ad finem principalé conuertit, aliter non prosunt, 1. ad Cor. 10. Siue manducatis, siue bibitis, siue aliud agitis, omnia in gloriam Dei facite.

Thesauri occulti, q sint.

De his regibus dicitur. Apertis thesauris, &c. Occulti thesauri sunt vires interiores animæ, scilicet rationalis, concupiscibilis, irascibilis. De quibus Eccl. 1. Omnem domum implebit à generationibus illius, & receptacula à thesauris illius. Et 1. Machab. 1. Et accepit thesauros domus domini, & abijt in terram suam. Isti thesauri aperiendi sunt soli Iesu, & non propter ipsum solum, vt ei offerantur, non propter nuncios Regis Babylonis, vt ei ostendantur. Vnde Esa. 38. Ostendit eis cellam aromatum & odoramentorum, & argenti, & auri sui: & non fuit verbum quod non ostenderit eis, ideſt res digna verbo. Sic multi vnde se credunt laudari ostendunt. Qui sunt illi nunci j nisi adulatores, angeli diaboli, a quibus dum laudamur nos eis ostendimus. Quia, Laudatas ostendit auis iunonia pennas, ideſt pauo, qui dicitur in tutela Iunonis, quia pennæ quasi archus cœlestis hoc est irridis, quæ fingitur Iunonis pedissequa, habent colores. Et Prouerb. 27. Quomodo probatur in conflatorio argentum, & in fornace aurum: sic probatur homo ore laudantium. In rationali recta consilia, & hæc sunt aurum sapientiæ. In concupiscibilis sancta desideria, & thus super thus. In irascibili sancta ira, & indignationes contra peccata, & hæc pertinent ad myrrham per quam à corpore vermes arcentur: vel cuius amaritudine vermes arcentur, ideſt omnia peccata mortificantur, & tentationes reprimuntur. Auro igitur thus & myrrha domino offeruntur, dum peregratiarum

tiarum actionē prædicta ei adscribuntur, & hoc est, quod hic dicitur, Reges Tharsis & insu &c.

De respectu Christi ad nos, & nostro ad Christum per contritionem, & confessionem.

IN PSAL. LXXII. SERMO. C L.

OVIA non est respectus morti eorum, & firmentum in plaga eorum.

Est quædam auicula nomine calendarius, quæ si auertit oculos ab infirmo signum est mortis eius. Si cōuertit se ad illum, signum est vitæ. Sic Christo auertente morimur in peccatis. Vnde Psal. 103. Auertente te faciem turbabuntur, & conuerso Cōuersio ad nos & per misericordiam respiciente viuificamur. Vnde dñiad nos Psal. 48. Deus tu cōuersus viuificabis nos. Et Mat. 26. causat vi- Respexit dñs Petrum, & recordatus Petrus fleuit amare. tā, auersio

Et firmamentum in plaga eorum, & hoc fit quando nō autē mor- solum est vulnus, sed vulnus, & liuor, & plaga tumens, tem. Sicut dicitur Esa. 1. vbi sequitur. Non est circunligata me dicamine neque fota oleo. Vulnus est dum intus vulneratur conscientia. Liuor dum foris decoloratur vita. Plaga tumens dum additur impudentia. Hoc est quod dicitur. Apoc. 16. Angelus effudit phialam iræ in terram, & factum est vulnus sęuum & pessimum in homines habentes characterem bestiæ. Vulnus sæuum, hoc est quod dicitur hic, vulnus. Vulnus sæuissimum, vel pessimū. quod Peccatum dicitur plaga tumens. Vulnus in anima dici potest peccatum, quod accusamus, non tamen deseruimus. De quo dicitur Ecclesiast. 34. Qui ieiunat in peccatis suis, & iterum eadem facit, quid proficit humiliando se? Liuor in anima peccatum quod per hypocrisim tegimus. De quo Apocal. 3. Nomen habes, quòd viuas, & mortuus es. Tumor est in anima quādo peccatum per contumaciam defendimus. De quo Iob. 41. Corpus eius sicut scuta fusilia squamis sese præmentia. Et Esa. 34. Ibi foueam habuit ericius.

dī vulnus in anima.

Tumor in anima.

Et nota quòd tribus modis peccati contritio aperitur,

& tribus modis obducitur, & tribus modis inflatur. Aperitur in modum vulneris, obducitur in modum liuoris; inflatur in modum plagæ tumentis. Tribus modis aperitur, ideſt ſibiipſi, proximo, & Deo. Sibi per cognitionem. vnde 3. Reg. 8. Si quis cognouerit plagam ſui cordis. Proximo, per exemplum. Hierem. 2. Inſuper & malitias tuas docuiſti vias tuas, & in alis tuis inuentus eſt ſanguis animarum pauperum. Eſa 3. Peccatum ſuum ſicut Sodoma prædicauerunt, nec abſconderunt. Et Ezech. 24. Sanguis eius in medio eius. Super limpidiſſimam petram effudit eum, &c.

Contritio peccati trib. modis aperiter.

Aperitur Deo per confeſſionem, quantum enim in nobis illud eſt, Deo abſcondimus quod corã per confeſſionẽ damnare nolumus. vnde, Reuela domino viam t. &c.

Trib. modis abſcõditur.

Tribus etiam modis peccati contritio abſconditur, & ad liuoris ſimilitudinem quadam occultationis pelle obducitur, nobis, Deo, proximo. Nobis per errorem, & mentis cæcitatem. vnde. Delicta quis intelligi? Si enim homo videret peccatum ſuum, abhorreret ſeipſum. vnde Eſa. j. Agnitio vultus eorum reſpondebit eis, & Ezec. 36. Diſplicebunt vobis iniquitates veſtræ, & peccata veſtra ſcelera 5. Et in Pſalm. Arguam te, & ſtatuam contra faciem tuã. Proximo per hypocriſis ſimilitudinem. vnde Matth. 7. Venient ad vos in veſtitu ouium. Et Gen. 31. Rachel abſcondit idola patris ſui ſubter ſtramenta cameli: quæ eſt pœnitentia ſimulata. Et hoc in bono, vel in malo exponi poteſt, hic in malo, & Zach. 14. Nec operientur pallio faceno, vt mentiantur. Abſconditur Deo, per taciturnitatem. vnde Oſeæ. 13 Colligata eſt iniquitas Efraim: abſconditum peccatum eius.

Peccati macula tumeſcit, & inflat.

Similiter peccati macula tribus tumeſcit, & inflatur. In ſeipſo per malitiam. vnde in Pſalm. 72. Prodijt, quaſi ex adipe iniquitas eorum quantum ad proximum per impudentiam. vnde Ezec. 16. Feciſti tibi proſtibulum in compitis platearum: ad omne caput viæ ædificaſti ſignum proſtitutionis tuæ. Intumeſcit contra Deum per contumaciam. de quo Iob. 15 Concurrit aduerſus Deum extento collo. & pingui ceruice armatus eſt.

Et inquit Iſ. in pſa. eorum. Eſt firmamẽtum, ſed nõ eſt, in firmamentum q. d. firma eſt, & inſanabilis. vnde Hier. 30. Inſanabilis fractura tua: peſſima plaga tua. Et cap. 46. Aſcende in Galaad, & tolle Reſinam virgo filia Aegypti: fruſtra multiplicaſti medicamina: ſanitas non erit tibi Fruſtra medicamina multiplicat, qui iterum & iterum conſtetur, & tamen à peccato non ceſſat. vnde Seneca. Nihil æquè impedit ſanitatem. vt remediorum crebra mutatio. Non venit vulnus ad cicatricem in quo medicamenta tentantur. Ideo de conſilio dicit. Aſcendit in Galaad, quod interpretatur acervus teſtimonij. Ad Galaad aſcendit, qui exempla ſanctorum attendit: qui ita perfectè ſemel peccata relinquit, & ad eadem vlterius non redit: vt Magda. & Paulus. Vel non eſt firmamentum in pla. e. & colligatio, qualem fecit Samaritanus vulnerato, qui incidit in latrones. Lud. 10. Vnde Hier. 30. Ad alligandam curationem vtilitas non eſt tibi. Plaga enim inimici percuſſi te, caſtigatione crudeli. & in Pſalm. Qui fa. contri. cer, & alli. contri. eorum.

Quia peccato non ceſſat fruſtra medicamina multiplicat.

De diebus vacuis, & plenis, & eis triplicibus.

PSAL. LXXII. SERMO. CLI.

IDeo cõuertentur populus meus hic & dies pleni inuenient in eis. Anteq̃ conuertantur de culpa ad gratiã, de errore ad veritatẽ, & talibus ad æterna. Vacui ſunt dies: ſed poſtq̃ cõuertunt, incipiũt impleri. Sunt aũt dies naturæ, dies gratiæ, dies gloriæ. Natura habet impleri per gratiã, gratia per gloriã. Dies igit naturæ vacui ſunt, niſi per gratiã impleantur. Mali ergo dies naturæ vacui ſunt, dies gratiæ non ex totu pleni: ad plenitudinẽ accedentes. Dies gloriæ verè pleni. Dies naturæ vacui ſunt.

Dies vacui & dies pleni, qui ſint. Dies naturæ, gratię, & gloriæ.

Nihil agentibus, vel negligentibus,
Mala agentibus, ſeu peccantibus.
Temporalia quærentibus. *Bona non agentibus,*

Nihil agentibus, vel negligentibus. Sicut enim, locus dicitur vacuus in quo nihil inuenitur: & tempus in quo nihil agitur, & quod per negligentiam amittitur. vnde

Seneca dicit. Quibusdam tempora eripiuntur: quibusdam effluunt. Quia ergo negligenti vacui sunt dies, dicitur Eccles. 7. De negligentia purga te cum paucis. Cum paucis dicitur, quia multi sunt, qui implent horrea, sed pauci, qui dies impleant: quod mirum est: eies enim non nisi semel impleri possunt propter lubricitatem suam. vnde Seneca. In huius rei fugacis atque lubricæ possessionem nos misit natura, ex qua nos expellit quicunque vult. Quia viro sicut dicit quidam: Fors auferre potest prædia, nemo diem: ideo dicit Seneca: Igitur mi Lucili omnes horas amplectere: tempus tantum nostrum est. Horrea, hodie si non implentur, alias implere poteris: diem nisi hodie, nunquàm Prouerb. 24. Sapientia ædificabitur domus, & prudentia roborabitur. In doctrina replebuntur cellaria, vniuersa substantia preciosa, & pulcherrima. Aedificabitur dicit. Nam per ædificationem tollitur otiositas.

Dies vacuus est in quo agit peccatum.

Secundo vacuus est dies in quo peccatum agitur, qui à peccatum nihil est Ioan. 1. Sine ipso factum est nihil, & ideo dicitur Eccles. 4. Conserua tempus, & declina à malo, idest peccato, & Prouer. 3. Ne des alienis honorem tuum & annos tuos crudeli. Ne forte impleantur exteranei. vribus tuus, & labores tui sint in domo aliena.

Dies vacui in quibus terrena appetuntur.

Tertio vacui sunt dies in quibus terrena quæruntur, vel apperuntur. Sicut locus vacuus dicitur in quo tantum aer est, quia nihil ibi est solidum. Sic temporalia sunt, vacua quia non implent, vnde Eccles. 5 Auarus non implebitur pecunia, & qui amat diuitias fructum non capiet ex eis. Et Esa. 19. Sicut somniat esuriens & comedet, cum autem fuerit expergefactus vacua est anima eius. Et sicut somniat sitiens & bibit, & postquàm expergefactus fuerit iassus adhuc sitit, & anima eius vacua est: sic erit multitudo eorum, qui dimicauerunt contra montem Syon. Dolet aliquis quando somniat, quòd sit monachus: gaudet, quando somniat se esse regem, & vtrunque nihil est. vnde Psal. 75. Dormierunt somnium suum: & nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus suis. Et quia terrena non implent. ideo ante tempus gratiæ, sub veteri testamento in quo terrena promittebantur non dicebatur tem-

tempus plenitudinis, sed tempore gratiæ incepit tempus plenitudinis. vnde Apostolus Gal. 4. Vbi venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum. Dies ergo quos facit sol prosperitatis mundanæ vacui sunt. Dies etiam in quibus nihil boni agitur, secundum ethicum vacui dicuntur. vnde quidam, cp nihil dederat in die illa, dixit diem perdidi, & ab hoc solebant antiqui diem in quo aliquid magnũ bonum, & notabile egerant, signare calculo candido. Vnde Persius. Hunc macrine diem numera meliore lapillo. ideo dicitur Eccl. 14. Ante mortem benefac amico, & secundum vires t. exporrigens da pauperi. Non defrauderis à die bono, & particula bonæ diei non te prætereat. Ideo de bonis, quorum dies non transeunt vacui, bene dicitur. Gen. 35. Apositus est ad populum suum plenus dierum, s. Isaac. Et in Apoc. 3. Non inuenio opera tua plena coram Deo meo. In mente ergo habe, qualiter acceperis, & audieris: & serua, & age pœnitentiæm. Ad Ephes. 5. Redimentes tempus quia dies mali sunt. Tempus redire nõ poiest: redimi potest. Tẽpus quod in peccato actum est, amissum est. Sed per pẽnitẽtiã reparatur, quę amissa restituit, & ita redimi vr. Tps etiam redemit, qui in temporalibus damnum prælegit sustinere, q̃ litigando, vel superflua dicẽdo le à studio spiritualium reuocare. vnde Seneca. Si multũ supereslet ætatis, parce tĩ dispensandũ erat. Quæ igitur dementia superuacua discere, vel vacare, in tanta tẽporis egestate. Dies quos facit gratia, quæ est quasi quidam radius bonorũ æternorũ vacui non sunt, & tĩ non simpliciter pleni nec meri sunt. Vere vacui non sunt. vnde Iob. 9. Dies mei transierunt sicut naues poma portantes. Dies bonorum bonis operibus pleni sunt sicut naues pomis honustæ: vnde post se odorem bonæ famæ relinquunt. vnde dr Eccl 49. Memoria Iosiæ, in compositione odoris factæ quasi opus pigmentarij in omni ore, quasi mel indulcabitur. Et Prou. 11. Memoria iusti cum laudibus, & nomẽ impiorum putrescet: quia dies eorum transeunt, quasi naues cadauera portantes, & posteros suo exemplo prauæ conuersationis, corrumpunt. Dies ergo gratiæ vacui nõ sunt, sed tĩ pleni, & meri nou sunt. Habent. n. aliqñ nubem venialis culpæ: vel nubem sacramenti, vt fidei, vel nubem

Tps gr̃æ dr̃ tẽpus plenitudinis.

Tps redimi potest, redire aũt nõ potest.

Dies gr̃æ non sũt vacui.

temporalis pœnæ, siue penurię. Pleni non sunt, quia additionem recipiunt, & perficientur in gloria. Ideo dicitur Prouer. 4. Semita iustorum, quasi lux splendens procedit, & crescit vsque in perfectum diem. In hoc, quod dicit crescit, notatur imperfectio. Vnde Psalm. Imperfectum meũ viderunt oculi tui: dies formabunt.

Dies gloriæ pleni sunt & meri.

Dies gloriæ pleni, & meri sunt. Pleni, quia super gloriã nihil addi potest. Meri, quia omnis nubes exterminabit. De quibus dicitur. Dies ęternos in mente habui. Hos dies facit verus sol, qui non occidit. Vnde Esa. 9. Non erit amplius tibi sol ad lucendum per diem, nec splendor lunæ illuminabit te: ad litteram, vel fidei: sed erit tibi dominus in lucem sempiternam, & dominus tuus in gloria tua: non occidet vltra sol tibi, & lumen tuum non minuetur.

Deo cur soli adhærendum, non carni, non mundo, non diabolo.

IN PSAL. LXXII. SERMO. CLII.

Carni nõ est adhærendum.

MIHI autem adhærere Deo bonum est, &c. Adhærere carni non est bonum, quia hoc est paleam apqropinquaae igni. Vnde Prouer. 6. Nunquid homo potest abscondere igné in sinu suo, vt vestimenta eius non ardeant, aut ambulare super prunas, vt non comburantur plantæ eius? Sic qui ingreditur ad vxorem proximi sui, non erit mundus, cum tetigerit eam. Vnde quidam religiosus moriens cum vellet eũ quædam tangere, tolle inquit paleam adhuc viuit ignis. Quidam autem non cessant sedere cũ mulierculis, & colquium habere cum illis: & tales similari possunt mutilego sedenti in foco, qui dum sibi non cauet, comburit pellẽ suam. Vnde Eccl. 9. Colloquium illius, quasi ignis exardescit. Cum muliere altena ne scdeas omnino, nec accũbas cum ea super cubitum, & ne alterceris cum illa in vino, ne forte declinet cor tuum. Vnde periculosa est quorundã religio, qui in conclaui cum mulierculis conueniunt, & colloquuntur: sicut dicuntur facere Beghuini, & Bagarbi: de quibus Apost. 2. Tim. 3. Habẽtes speciem quidem pietatis, vtrtutem aũt eius abnegantes. Ex his sunt, qui penetrant

Exemplũ.

Mulieres fugiendæ sunt.

trant domos, & captiuas ducũt mulierculas oneratas peccatis, &c. De his dr 2. ad Tim. 2. Prophana, & vaniloquia deuita multum. n. proficiunt ad impietatẽ: & sermo eorũ, vt cancer serpit. Adhærere ẽ carni nihil aliud est, q̃ lutũ tangere, & picem, & coinquinari. Vnde Eccl. 13. Qui tangit picẽ, inquinabitur ab ea. Longè igitur recedendum est non adhærendum. Vnde 1. Cor. 6 Fugite fornicationem.

Adhærere carni est lutum tangere.

Malũ est mũdo adhærere.

Adhærere mundo non est bonum, quia bona temporalia sunt quasi viscus, & glutinũ, quibus pennæ contemplatiuorum & spiritualiũ inuiscantur, & volare non possunt. Vnde cum quidam diceret fratribus de ordine prædicatorum. Bonum esset vos habere terras, & vineas, & hmõi, ad sustentationẽ. Respondit quidam ex eis. Nolite coram nobis ponere viscum & laqueos, quibus capiamur. Vnde in hoc Psal. Veruntamen propter dolos posuisti eis, &c. Et Sapien. 14 Creaturæ Dei in odium factæ sunt, & in tentationem animæ hominum, & in muscipulam pedibus insipientium. vt 1. ad Timo. 6. Habentes alimenta & quibus tegamur, his contenti simus. Nam qui volunt diuites fieri incidunt in tentationes, & in laqueum diaboli, & desideria multa, & inutilia, quæ mergunt homines in interitum, & perditionem. Mundus comparabilis est naufrago, quem dum aliquis appræhendit, quandoque cum eo perit. Vnde Iob 21. Dulcis fuit glareis cociti, & post se omnem hominem trahit. Mundus est quasi herba radicata in aqua, quæ sibi hærentem ligat, & inuoluit. Vnde 3. Regum vltimo dicitur, q̃ naues, quæ nauigabant in Ophyr propter aurũ confractæ sunt, & periclitatæ. Ophyr interpretatur hærbosum. Mũdus est quasi lappa innectẽs se vestibus & detinens. Vnde Oseæ. 9. Desiderabile argentum eorum, vrtica hæreditabit in tabernaculis eorum. Lappa argentum hæreditat, quando cupidus tenaciter incumbit diuitijs. Vel de sacerdotibus exponitur, qui pro precio missas celebrant. Vnde alibi. Lappa, & tribulus ascendet super aras eorum. Adhærere diabolo nõ est bonum: est enim sicut societas latronis cum mercatore: qui in loco deserto, & solitario præcidit ei in fulam, & spoliat eum. Locus solitarius peccatum obscurum, latro diabolus, qui liquorem soporiferum propinat, vt faciat

Mundus naufragio cõparabilis.

Diabolo nõ est adhærere.

ciat dormire, & iugulet eum. Vnde Ecclesiast. 8. Cum audace non eas in via, ne forte grauet mala sua in te. Cum audace ne eas in desertum, quoniam quasi nihil est ante eum sanguis. Quasi non reputat, si aliquem interficiat. Et Ecclesiast. 12. Quid communicabit cacabus ad ollam? quando enim se collesserint confringetur. Cacabus est diabolus, bolus igne gehennali, & peccatorum carbonibus denigratus. Cacabus æneus, quia semper in obstinatione sua perdurans, & in substantia perpetuus. Homo olla est de terra argillosa factus, & quia fragilis, & terreus cito confringitur diabolo sociatus. Qui ergo adhæret carni, vnum fit cum ea. Vnde 1. ad Corinth. 6. Qui adhæret meretrici, vnum corpus efficitur cum ipsa. Qui adhæret mundo, vnum fit cum ipso. Hinc inoleuit vsus loquendi, quo mundani seipsos ponunt pro suis rebus: & cum domus eorum combusta est, se dicunt combustos. Vnde Iam proximus ardet Vcalegon, ideſt domus eius. Hinc est quód nomine mundi significantur Ioan. 1. vbi dicitur. Et mundus eum non cognouit, ideſt mundi amatores. Similiter qui adhæret diabolo vnum fit cum ipso. Vnde Ioan. 6. de Iuda dicit Dominus. Nonne duodecim vos legi, & vnus ex vobis diabolus est. Qui etiam adhæret Deo vnus spiritus fit cum ipso. Causa autem est, quia amor ignis est, qui materiam sibi cohærentem ignit: & in sui naturam conuertit. Amor etiam est vinculum vniés, quæ ligantur. Vnde ad Colosſ. 3. Super omnia charitatem habete, quod est vinculum perfectionis.

Cacabus diabolũ significat.

Quare, q adhæret Deo vnũ fit cũ ipso.

De signis Domini, quibus signat suos.

IN PSAL. LXXIII. SERMO. CLIII.

Dñs per signa cognoscit suos.

OSVERVNT signa sua signa: & non cognouerunt, sicut in exitu super summum. Dominus signa sua habet in suis. Vnde Ioan. 10. Ego sum pastor bonus, & cognosco oues meas, & cognoscunt me meæ. Et 1. ad Thimo. 2. Firmum fundamentum Dei stat habens signaculum hoc. Cognouit Dominus, qui sunt eius, & discedit ab iniquitate omnis, qui nominat nomen Domini. Quædam autem horum sunt neutralia, tam bonis quàm malis communia: vt quòd sunt imago Dei. Quędam gratuita, & specialia bona distincta, vt signa creationis, signa redemptionis, virtutes. De vtrisque dicitur Eccles. 17. Deus de terra creauit hominem ad imaginem suam: hoc quantum ad naturalia: & secundum se vestiuit illum: hoc quantum ad gratuita, virtute. Ad Ephe. 1. In quo & credentes signati estis spiritu promissionis sancto, qui est pignus hæreditatis. Et ad Ephe. 4. Nolite contristare spiritum sanctum Dei, in quo signati estis in die redemptionis. Et in Psal. Signatum est super nos, &c.

Signa in duplici differẽtia

Diabolus similiter habet in suis signat sua, & charactéres. Vnde Gene. 4. Posuit Dominus in Caym signum, vt non eum interficeret omnis, qui inueniret eum. Hoc signum est reproborum, qui caput habent tremulum, ideſt mentem quietis nescium: quia peccati stimulis vrgetur: & interfici, vel mori non possunt: sed viuunt, vt puniantur in æternum. Vnde Apocal. 1. Quærent homines mortem, & non inuenięt eam: & desiderabunt mori, & mors fugiet ab eis. De hoc dicitur Apocal 16. Primus angelus effudit phialam iræ in terram, & factum est vulnus sæuum, & pessimum in homines habentes charactérem bestiæ. Homo ergo est quasi castrum, vel ciuitas Domini, in qua posuit signa sua, & vexilla: diabolus autem contendit capere castrum hoc, & ibi ponere signa sua: sicut solet fieri in victoria: & ita ab initio fecit in primo parente, & eius posteritate donec Dominus venit, qui hominem eripuit, & diabolum expugnauit. Vnde dicitur Luc. 6. Cum fortis armatus custodit atrium suum in pace sunt ea quæ possidet: Si autem fortior eo superueniens, vincet eum: vniuersa arma eius auferet &c. Et post ereptionẽ posuit in eo signa noua, & occulta signa reparationis. & hæc sunt paupertas, humilitas, & luctus, siue amaritudo vitæ, vt deleret signa diaboli, scilicet diuitias, gloriam, voluptatem: & iterum reparet veras diuitias, & spirituale gaudium, & cœlestem gloriam, quæ fuerat amissa.

Signa diaboli in suis.

Homo castrũ Dei.

Signum paupertatis Christus in ortu suo prætulit, vnde

Signa Dei in homine post redẽptionẽ.

de Luc. 2. Et hoc vobis signum. Inuenietis infantem pannis inuolutum, & positum in præsepio. &c. Pauperes ergo pannosi, & claustrales abiecti ferunt signa Domini, & merellos, idest nummos in signum datos, vnde introducuntur ad prandium, vt solent pauperes merellos habentes. Habent etiam redemptionis alia signa Domini, scilicet humilitatem, & crucis asperitatem, de hoc signo dicitur Exod. 12. Erit vobis sanguis iste in signum in domib. in quibus eritis, & videbo sanguinem, & transibo, & non erit in vobis plaga. Qui enim his signiti sunt, non timent diabolum exterminatorem. Hoc est filium coccineum, quod Raab ligauit in fenestra, & saluata est domus eius. Sicut legitur Iosue 2. In fenestris affectuum, & sensuum nostrorum hoc semper debet esse, & non effluere ab oculis nostris. vnde Exod. 13. Et erit quasi signum in manu, & quasi monumentum ante oculos t. Hoc signati erant, de quibus dicitur Apocal. 7 Vidi alterum angelum ascendentem ab ortu solis, & habentem signum Dei viui. Hic est Christus: qui clamauit voce magna dicens. Nolite nocere terræ, & mari, & arboribus, quoadusque signemus seruos Dei nostri in frontibus eorum. Ex tribu Iuda 12. milia signati &c. Et Apostolus de his gloriatur ad Gal. 6. In fine dicens. Stigmata Domini Iesu in corpore meo porto. &c. Multi autem proijciunt hæc signa abhorrentes ea, scilicet paupertatem, humilitatem, & crucis asperitatem. vnde Psalm. Turbabuntur, qui habitant terminos à signis tuis. Termini sunt extrema, & minima rei. Illi ergo terminos habitant, qui temporalia, quæ sunt extrema, & minima diligunt, & affectant, scilicet diuitias, gloriam, voluptatem. Quia ergo Dominus, & diabolus de suis signis ponendis contendunt: ideo dicitur Eze. 4. Et tu fili hominis sume tibi latrem, & pones eũ ante oculos tuos, & describes in eo ciuitatem Hierusalẽ, & ordinabis aduersus eam obsidionem. Per laterem, qui fit de terra argillosa, significatur homo, vel cor carnale. Illud ante se ponere, est ipsum considerare, describere in eo ciuitatem Hierusalem, est ostendere imaginem Dei in eo naturaliter esse descriptam. Ordinare aduersus eam obsi. est intelligere per acies diaboli, obsidionem contra ipsum

Proijcientes signa Dei.

ipsum ordinatam.

Cum autem diabolus hoc castrum ceperit, ponit in eo signa sua. Et repetit signa, cum dicit po. signa. sua sig. Signa. videlicet in intellectu per malam cogitationem: & in affectu per malam voluntatem, Signa culpæ, signa pœnæ. Sequitur. Sicut in exitu super summum, per hoc quod dicit in exitu, intelliguntur minores. vnde dicitur Lucæ 14. Ite ad exitus viarum &c. Per hoc, quod dicit super summum: maiores, quasi dicat. Sicut super minorem ita, & super maiorem, & hoc est, non cognouerunt, idest non diſiinxerunt. vnde Esa. 24. Sicut populus sic sacerdos. Et Hier. 9. A volucre cœli vsque ad pecora, omnes transmigrauerunt, & recesserunt. Volucrem cœli, dicit contemplatiuum, & virum litteratum. pecus hominem carnalem, & illiteratum. Et Exod. 12. Motietur omne primogenitum Aegypti à primogenito Pharaonis vsque ad primogenitum captiuæ. Vnde hic sequitur. Quasi in sylua lignorum securibus exciderunt ianuas eius. Per ligna syluæ minores: per ianuas maiores intelliguntur: vtrique securi diaboli exciduntur. Dominus ergo, & diabolus in iudicio cognoscunt suos: vnde quærent dicentes, quod dicitur Matth. 22. Cuius est imago hæc, & superscriptio? Si fuerit cæsaris, respondebis. Reddite &c. vnde dies iudicij dicitur dies agnitionis Sap. 4. Et in die agnitionis non habebunt allocutionem. De qua Esa. 4. Agnitio vultus eorum respondebit eis.

Diabolus auferens signa Dei ponit sua

De quatuor festis Domini moraliter.

IN PSAL. LXXIII. SERMO. CLIIII.

DIXERVNT in corde suo, cognatio eorum simul: quiescere faciamus omnes dies festos Dei à terra: &c. Quatuor sunt festa Dei. Natiuitas, quod festum magnum est: de quo Lucæ secundo. Ecce euangelizo vobis gaudiũ magnum quod erit omni populo: quia natus est hodie Saluator. Hoc festum in se repræsentat, qui spiritualiter nascitur. In illo Filius Dei factus est homo:

Festa Dei sunt quatuor, primũ Natiuitas.

homo:in isto homo sit Filius Dei. Et hoc festum tantum est,quod angeli gaudentes sollenizant,vnde Lucæ 15.Ma

Secũdum passio. ius est gaudium super vno pec. pe. agen.

Secundum est passionis. Primum quidem festum pertinet ad contritionem cordis, & confessionem oris. Nam per contritionem nascitur homo; quasi in vtero:per confessionem,quasi ex vtero,& prodit in lucem. Secundum festum pertinet ad opus satisfactionis, quod rectè dicitur festum.quia non est pœnitentia,nisi in hilaritate agatur. Vnde Matthæi.6.Cum ieiunatis,nolite fieri sicut hypocritæ tristes.&c, Et Iacob.1.Omne gaudium existimate fratres, cum in tentationes varias incideritis: scientes, quòd probatio fidei vestræ patientiam operatur.

Tertũ Resurrectio

Tertium festum Domini est festum Resurrectionis. hoc festum in nobis est festum iustitiæ quod celebrat qui in iustitia perseuerat,quasi de mortali factus immortalis. Sicut de Christo legitur ad Roma. 6. Christus resurgens ex mort,&c.Alioquin, si iterum peccat,nõ esi resurrectio Christi, sed sicut Lazari: qui iterum incineratus est. De hoc Eccle.26. Qui transgreditur de iustitia ad peccatum, Deus parauit illum ad Rumpheam.

Quartum Ascensio.

Quartum festum est Ascensionis.hoc celebrat qui semper proficere intendit. Vnde ad Philip.3. Quæ retro sunt obliuiscens ad ea,quæ priora sunt, extendo meipsum. & in Psalterio,Ascensiones in corde suo disposuit.Hęc quatuor festa notantur Lucæ 2. Vbi Maria dixit,ecce Ancilla Domini. Et post: Exurgens Maria abijt in montana cum festinatione. Illud verbum,ecce ancilla,pertinet ad natiuitatem:quia tunc conceptus fuit Christus. Nomen autẽ Maria,quod interpretatur amarum mare,pertinet ad passionem:quod postea dicitur, exurgens: pertinet ad resurrectionem. quod sequitur abijt in montana, refertur ad ascensionem. Cognatio ergo eorum, ideſt dæmonum dicit. Quiescere faciamus omnes dies festos Dei à terra.

Diabolus nititr, impedire festa Dei.

Festum autem spirituale natiuitatis nititur diabolus impedire. Vnde Apocalip. 12. Draco stetit ante mulierẽ, quæ erat paritura, vt,cum peperisset filium illius deuoraret. & Exod.1. Præcepit Pharao, vt hebræorum masculi necarentur. Similiter festum passionis. vnde Matt.18.

Cum

Cum dixit Iesus, filius hominis tradetur in manus peccatorum, & occident eum. & tertia die resurget: contristati sunt discipuli eius vehementer.

Similiter & festum resurrectionis,quod significatur in Lazaro. Ioannis 11. Vbi dicitur. Cogitabant, vt Lazarũ interficerent:quod fit quando, iustificatum conantur pertrahere ad peccatum.

Similiter festum Ascensionis nituntur impedire: quod significatum est 4. Reg. 2. Cum ascenderet Heliseus in Bethel, egressi pueri illudebant ei discentes. Ascende calue,& maledixit eis. Egressique duo vrsi de saltu deuora- Quilibet uerunt eos. Quilibet vir spiritualis est Heliseus, qui ascẽ vir spiriditin Bethel, ideſt domum obœdientiæ, & tunc pueri, tualis est ideſt seculares,& mundani, qui pueri dicuntur 1. ad Co- Heliseus. rinth.14.Nolite pueri effici sensibus.Derident Heliseum. Heliseus enim caluus fuit: & religiosi caluo comparantur,quia crines, ideſt temporalia abdicauerunt. Vbi vero,caluities est nunquàm pili renascuntur: ita cum religioso, vt proprium haberet apostolicus dispensare non posset. Pueri igitur, ideſt seculares stolidi, contemnunt viros religiosos in Bethel ascendentes. Et rectè ascendentes dicuntur, qui sic temporalia contemnunt, quòd ad ea vltra non redeunt. Illi tales significantur per Heliã 4.Regum 2. Qui ascendens in cœlum dimisit pallium, ideſt velamen,& vsum temporalium. Vrsi,qui deuorant irrisores sunt gula, & luxuria: de quibus Prouerb. 30. Sanguisugæ duæ sunt filiæ dicentes, affer, affer.

Terminum peccatis quomodo imponat solus Deus & eo imposito animam virtutibus ornet:

IN PSAL. LXXIII. SERMO. CLV.

TV fecisti omnes terminos terræ:ætatem,& ver tu psalmasti ea.Primo considerandum,quomodo solus Deus peccato terminum imponit. Per terrã Secundo, quomodo postquàm anima cessat à oĩa vitia peccatis: virtutibus ornat eam. Omnia vitia carnalia,& terrenade desideria terrena nomine terræ designãtur: & hæc quan- signãtur

tum

tum in se est finem, & terminum non habent. Vnde Seneca dicit. Nullus terminus falso est, error est immensus: nullus peccans terminum imponit culpæ suæ: sed concupiscentia insatiabilis semper hiat. Vnde de vanitate, & voluptate 30. Prouer. dicitur. Duæ sunt sanguisugæ filiæ dicentes affer, affer. Et Abacuc 2. Quia dilatauit quasi infernus animam suam, & ipse quasi mors non adimplebitur. Propter hoc, pœna sequitur culpam. Vnde Augustus dicit: quia homo peccauit in suo æterno, punietur in æterno Dei. Quia in proposito terminum non habuit culpa: terminum non habebit pœna. Vnde Esaiæ 4. Propter hoc dilatauit infernus animam suam, & aperuit os suum absque vllo termino. Hinc est, quòd rectè dicitur peccatum est terra exterminij. Et Sapien. 1. Non est in illis medicamen exterminij. Quia ergo à sola gratia est Dei, q peccato terminus imponatur, ideo dicitur, Tu fecisti omnes terminos terræ. Vnde Iob 39. Nunquid tenuisti excutiens extrema terræ, excussisti impios ex ea? Extrema terræ concutit, qui finem peccatis imponit. Ex ea impios excutit, quando de impijs iustos facit. Terminum imponebat Dominus cum dixit Ioan. 8. Vade & amplius noli peccare. Et Mar. 9. Comminatus est spiritui immundo. Surde, & mute spiritus præcipio tibi, vt exas ab eo, & amplius non introeas in eum. Nisi enim Dominus terminũ imponeret, & prohiberet eum, semper inhiaret, vt, iterũ introiret. Vnde dicit Lucæ 11. Reuertar in domum meam vnde exiui. Sicut, & de mari dicitur, quod significat cor peccatoris. Vnde Iob 38. Quis conclusit ostijs mare? Circundedi illud terminis meis, & posui vectem & ostia: & dixi. Hucusque venies, & amplius non procedes, & hic confringes tumentes fluctus t.

Quis extrema terræ concutiat

Terminos omnes pluraliter dicit: quia non sufficit vni vitio finem imponere, nisi omnibus imponatur. Sunt, qui cum cessauerint à luxuria, vacant gulæ. Sunt q cum cessauerint ab vtroq;, superbia extolluntur. vnde Esa. 24. Formidabo, & fouea, & laqueus super te, qui habitator es terræ. Et erit, qui fugerit à facie formidinis cadet in foueam. & qui se explicauerit à fouea, tenebitur laqueo. Formido pertinet ad superbum, qui semper timere debet casum. vnde Prouerb. 17. Qui altam facit domũ suam, quærit ruinam. Fouea est luxuria. vnde Prouerb. 23. Fouea profunda meretrix, &c. Laqueus est Gula. vnde. Quæ Vitio gulæ laborat, quasi piscis hamo, vel auicula laqueo, vel quasi lupus pedica capitur. De hamo dicitur Iob 40. Nunquid extrahere poteris leuiathan hamo? Primi enim parentes gula, quasi hamo capti sunt, & similiter diabolus, quasi hamo captus est à Deo. De laqueo dicitur Iob decimo octauo. Tenebitur planta eius laqueo, &c. De pedica ibidem. Abscõdita est in terra pedica eius, & decipula eius, super semitam.

Exterminatis vitijs infunditur gra.

Sequitur. Aestatem, & ver tu psalmasti. Post exterminationem vitiorum sequitur de gratia, & ornatu virtutum. vnde Iob 37. Subter omnes cœlos considerat, idest viros spirituales: & lumen illius, super terminos terræ, i. gratia super omnes, qui vitijs terminum imponũt.

Ver significat statũ pœnitẽtis

Per ver significatur status pœnitentium, ad quod significandum Dominus in vere passus est. Quia in vere tempo ralis delectationis anima resoluitur in peccatum. Vnde, & Adam in vere cecidit. Ideo dicitur Gene. 48. Mortua est Rachel in terra Chanaan, eratque vernum tempus.

Per æstatem significatur status perfectionis, in quo fer uet charitas. Et hic status meretur reuelationes. Sicut enim dicitur Gene. decimo octauo. Apparuit Dominus Abraheæ sedenti in ostio tabernaculi sui, in ipso feruore diei. Sedet in ostio tabernaculi, qui semper paratus est, carnem exire, dicens cum Apostolo Philip. 1. desiderium habens dissolui, & esse cum Christo.

Per æstatẽ status pfectionis.

Per ver, in quo producuntur flores, significantur bonæ cogitationes: Per æstatem, in qua fructus procreantur, bona opera. Post finem, autem malarum cogitationum, & affectionum, producuntur flores bonarum cogitationum, & fructus bonorum operum. vnde Cantic. secundo. Hyems abijt, & recessit, &c. Et septimo. Mane surgamus ad vineas: videamus si floruit vinea: si flores fructus parturiunt.

De peccatoris induratione, & liquefactione.

IN PSAL. LXXIIII. SERMO. CLXI.

Terra cor peccatoris.

LIQVEFACTA est terra, & omnes, qui habitant in ea: ego confirmaui colũnas eius. Terra significat cor peccatoris terrenum, & obstinatum: & illud non liquescit sed potius ad solem indurescit sicut lutum vnde Iob 41. Cor eius indurabitur quasi lapis. Sol significat lumen beneficiorum Dei, ad lumen quidam fiunt, sicut lutum, qui nullis beneficijs molliuntur. de quo sole dicitur Matth. 5. Benefacite illis, qui oderunt vos, vt sitis filij patris vestri, qui solem suum facit oriri super bonos, & malos. Liquefiunt autẽ ad solem, & ignem glacies, cæra, metalla, & manna. Glacies, cor pœnitentis significat congelatum in peccato, & se non corrigentis. quod ad solem gratiæ Dei fluit in lachrymas. vnde Eccle. 3. Sicut glacies in sereno soluentur peccata tua. & Iob 37. Flante Deo concrescit gelu, & rursus latissime fundentur aquæ. Maximè hoc fit ad verbum prædicationis. vnde Emittet verbum .s. & li.ea.fla.sp.e. & fiu.aquę. Licet autem glacies soluatur non tamen capit formam nouam, Sic quidam facile soluuntur in lachrymas pro peccatis, sed nec corriguntur, nec formam noui hominis recipiunt. de quo dicitur Psalm. 1. Cor mundum crea in me Deus, & spiritum rectum innoua in visceribus meis, & Oseæ. 6. misericordia vestra, quasi nubes matutina, & sicut ros mane pertransiens.

Glacies cor pœnitentis nõ se corrigẽtis.

Cera cor pœnitẽtis nõ diu pmanẽtis.

Cæra significat cor pœnitentis, & formam noui hominis recipientis, sed non diu in ea permanentis: sicquidam facile in formam noui hominis sigillantur, & iterum facile ad ignem, vel calorem modicæ tentationis soluuntur: & forma deletur. Ideo conqueritur Psal. 12. Dicens factum est cor meum tanquàm cæra liquescens in medio ventris mei. Cæra cito deponit formam receptam, sic & tales. vnde ad Ephe. 4. Nolite contristari spiritum sanctum, in quo sig. estis. Veruntamen in imagine pertranſit homo.

Mettal-

Metallũ cor pœnitentis per seuerãtis.

Metallum, vt æs, vel autum, vel huiusmodi significat cor pœnitentis, & post pœnitentiam firmiter perseuerantis. Nam, & metallum difficulter formam recipit, & receptam diu tenet, & magno labore opus est, vt fundatur, & non modico igne. Quia non sufficit ignis mediocris de his 3. Reg. 7. dicitur. Fudit ea rex in terra argillosa inter Sochot, & Sartham. Terra argillosa cor humile est, quod facile, & cito recipit, & diu tenet, quæ in ipso est formam.

Manna cor viri cõtẽplatiui.

Manna, cor magni viri contemplatiui significat. Manna enim ad solem liquefiebat. Sic, & cor spirituale calore Spiritus sancti liquefit. vnde Cant. 5. Anima mea liquefacta est Et de manna legitur Exodi. 16. Cumque incaluisset sol, liquefiebat manna. Ita manna omnem saporem eis repræsentabat. Sic & cor spirituale omnem spiritualẽ saporem habet, & dulcedinem. vnde Sapientiæ 16. Dediti concupiscentiam delectamenti sui nouum saporem.

Aĩa terræ cõportata

Hoc autem hic comparatur terræ, de qua dicitur. Liquefacta est terra, primo sicut terra æstuans rimas facit, & ad cœlum hiat: Sic & huiusmodi anima. vnde Sitiuit in te anima mea. Et os meum aperui. & Esa. 24. Anima mea desiderauit te nocte. Secundo, quia terra germina, quæ producet ad cœlum dirigit. sic huiusmodi anima opera omnia sua Deo attribuit 1. ad Corinth. 9. Siue manducatis, siue bibitis, siue aliquid aliud facitis, omnia in gloriam Dei facite. Tertio, sicut terra semen multiplicat: sic huiusmodi anima. Hæc est terra geraris, de qua Gen. 26. Seuit Ysaac in geraris, & inuenit in anno centuplũ. Geraræ aduenæ propinquantes dicũtur: quando, qui longe erat, fit prope. Quod liquefactum est, citius penetrat, citius penetratur, & citius vnitur. Citius penetrat. Quia acutius intelligit. Citius penetratur, quia habilius recipit. Citius vnitur quia sine liquefactione vniri non potest. vnde Hierem. 15. Nunquid fœderatur ferrum ferro ab aquilone? q.d. non. Liquefit autem anima, quando Deo ad ipsam interius loquente inflammatur, de qua loquela dicitur Ignitum elo.t. væh. & Prouer. 30. Omnis sermo Dei ignitus. Liquefacta Deo coniungitur, & vnitur, & hanc vnionẽ facit charitas, de qua ad colo. 3. Super omnia cha-

Qñ liquefiat aĩa.

ritatem, habete quæ est vinculum perfectionis. Vnita statim robotatur: quia, qui adhæret Deo, vnum fit cum ipso Ideo dr. ergo confirmaui columnas eius, de quibus Prou. 9. Sapiētia ædificauit sibi domum exci. co. septem. De his Columnis 1. Maccab. 14. Aedificauit Simon super sepulchrum patris sui, & fratrum suorum ædificium altum visu, lapide polito retro, & ante: & statuit septem pyramides, ordinātur septem dona Spiritus sancti, quæ lata inferius, formantur superius in conum: sic Esa. 11. disponit dicens. Et requiescat super eum spiritus sapientiæ, & intellectus. Ecce vnam contra vnam posuit. Per sapientiā enim, & intellectum anima latius distenditur, & dilatatur, & tandem in timore, quasi in cono constringitur.

Columnę significatio

Sequitur, & circumposuit columnas magnas. Magnæ columnæ sunt quatuor principales virtutes, quę dona circūstāt. Columna fm, ꝙ recta, significat iustitiam: quę est animæ rectitudo: secundū, ꝙ alta significat prudentiam: secundum, ꝙ in medio ponitur, significat temperantiam: iuxta, quòd pondus sustentat, significat fortitudinem.

De pace, & bello morali.

IN PSAL. LXXV. SERMO. CLVIII.

Pax est finis belli.

EST factus est, in pace locus eius, & habitatio eius in Sion. Ibi confregit potentias, arcum, scutum, gladium, & bellum. Pax non est, vbi bellum est. Sed finis belli pax est: quia per bellum pax acquiritur, hostibus superatis. Talem habuit Salomon, qui rectè dicitur pacificus. Vnde 3. Regum 4. dicitur. Habuit Salomon ex omni parte pacem in circuitu. Et licet pax excludit bellum manifestum, non tamen excludit labores, & torneamentorū exercitationes, immo tunc maximè fiunt. Nec etiā excludit furta, & dolos, & huiusmodi, quæ latent. Sed hæc omnia excludit tranquillitas. Pax igitur est, vbi nemo impune aliena inuadit: tranquillitas, vbi nulla prorsus huiusmodi perturbatio, vel inquietatio contingit. Per hoc igitur, quod dicitur. In pace factus est locus eius, &c. duo status animæ designantur. Locus alicuius dicitur, qui potest ipsum capere. Habitatio, in qua habet domicilium, & summam rerum, & ibi est mansionarius. Locus itaque Domini est animus, per pœnitentiam iustificatus. Habitatio est animus contemplatiuus. Locus Domini est animus iustificatus, per pœnitentiam. Vnde dicitur. Iustitia, & iudicium præparatio sedis eius. Iudicium discretionis, & examinationis vniuersæ affectionis bonæ, & iustitia satisfactionis. Et hi sunt 70 Discipuli. De quibus Lucæ 10. Designauit Dominus alios 70. Discipulos, & misit illos in omnem locum, in quem ipse erat venturus. De hoc dicitur. In pace factus est locus eius, quia ipsa iustitia procurat pacem. Quoniam confortauit seras portarum tuarum, benedixit filijs tuis in te. Firmauit castra in bello. Et post. Qui posuit fines tuos pacē. Tunc impletur, quod dicitur 3. Reg. 4. Habebat Salomon pacem ex omni parte in circuitu. In circuitu pacem habet, qui eon turbatur memoria præteritorum, nec inquietatur desiderio futurorum, nec frangitur aduersis, nec inquietatur desiderio futurorum, nec frangitur aduersis, nec prosperis eleuatur. Status tamen pacis, vt dixi, non excludit: immo admittit labores, & torneamentorum exercitationes, furta, & dolos. Labores actionum, & tribulationum admittit, quæ pertinent ad actiuam. Vnde 2. ad Corint. 11. In laboribus multis carceribus frequenter. Exercitationes habet torneamentorū, quæ agunt contra se spiritus, & caro: qa caro concupiscit aduersus spiritum, & econuerso, & quas patitur ab amicis, & parentibus tribulationes, non est bellum, sed torneamentum, quia agitur inter domesticos, & conciues. Vnde Mich. 7. Noli credere amico, noli confidere in duce: ab ea quæ dormit in sinu tuo, custodi claustra oris tui. Quia filius contumeliam facit patri. Et post. Inimici hominis domestici eius. Hæc torneamēta reddūt spiritum exercitatum, & hilarem ad pugnandum Vnde dicitur Iudi. 3. Hæ sunt gentes, quas reliquit Dominus, vt erudirent in eis Israelem. In statu etiam pacis contingunt furta maximè, propter securitatem. Eodem modo iustis, tanquàm furta contingunt multæ subreptiones. & quasi dormientibus, & sopitus ipsum tepus, vel aliquod

Loc⁹ Dñi quis sit.

Pax non excludit labores.

opus bonum subtrahitur. Fures enim sunt omnis obliuio, negligentia, subreptio: vnde vigilandum est contra ista. Sicut dicitur Lucæ 12. Si sciret paterfamilias, qua hora fur veniret vigilaret, vtique, & non sineret perfodi domum suam. De his Iob 19. Venerunt latrones, & viã sibi fecerunt per me. Dolos etiam patitur. Doli sunt amicitiæ simulatæ, falsæ persuasiones, adulationes, detractiones. Simulatæ, & fatuæ amicitiæ. Vnde Thren. 1. Vocaui amicos meos, & ipsi deceperunt me. Adulationes, vt in curijs, de quibus optabat liberari, qui dicebat. Domine libera me à labijs iniquis, &c. Et iterum. Sicut nouacula acuta fecisti dolos. Et Hirem. 20. Habitatio tua in medio doli.

Interpretatio Sion

Sequitur hic. Habitatio eius in Sion. Sion interpretatur specula: & significat contemplationis puritatem, quæ immunis est ab omnibus istis: nullã habens inquietationẽ. Hæc est, sicut mundus super lunam, semper enim ibi est serenum, & licet Deus sit vbique: in cœlis tamen dicitur habitare. Sic, & spiritualiter inhabitat aliquem talẽ Deus. Vnde. Ad te leuaui animam meam, qui habitas in cœlis. Et iterum. Qui habitat, in celis irredebit eos. In anima iusta, & actiua est quidem Deus. sed quasi in terra, & aere turbulento, Ideo rectè dicitur. Ibi confregit po. &c. & est congruus ordo. Primo dicit potentias, quæ sunt violentæ subreptiones, & oppressiones, quas facit, & exercet diabolus in eis, quibus per concupiscentiam dominatur. Vnde Gen. 19. Vim faciebant Loth vehementissime: & iam prope erat, vt infringerent fores. Et in Psal. 27. Confringam illos, nec poterunt stare: cadent subtus pedes meos.

Secundo arcum, ideſt occultas, & à remoto sagittationes, de quibus Psalm. 10. Quoniam ecce peccatores intenderunt arcum: parauerunt sagittas suas in pharetra. Et Hierem. 9. Extenderunt linguam suam, quasi arcum mendacij, & non veritatis.

Tertio scutum, scutum est sub specie boni mala suggerere, & quasi scuto oppositio malitiam tegere. De hoc dicitur Eccles. 37. O præsumito nequissima, vnde nata es ardam operire nequitiam, & dolositatem illius. Et Apoca. 9. Et habebant loricas ferreas, scilicet locustæ.

Quar-

Quarto dicit gladium. Gladio vtitur, qui mala per scripturam persuadere nititur, vt hæretici. Sed Golias gladio suo occiditur, quando talis machinatio per scripturam ipsam eliditur, vt dñs fecit diabolo. Matt. 4. dixit enim diabolus. Si filius Dei es, mitte te deorsum, scriptũ est enim, quia angelis suis mandauit de te, vt cust. t. in vi. tuis. Et respondit Dominus. Vade Sathanas. Scriptum est, non tentabis Dominum Deum tuum. Hæretici dicuntur vti gladio.

Vltimo sequitur, & bellum. bellum est, quod maximè agitur contra extraneos. Extranei sunt nobis mundus, & dæmones. Vnde ad Ephes. 6. Non est nobis colluctatio aduersus carnem, & sanguinem: sed aduersus principes, & potestates: aduersus mundi rectores. Hoc confringit Dominus, nec ante quietam habitationem habet in Sion, ideſt in anima contemplatiua. vnde Dauid non potuit tẽplum facere Domino, quia semper fuit in bello, & in tumultu. vnde 3. Reg. 5. Tu scis voluntatem Patris mei, & quia non poterat ædificare templum nomini Dei sui propter bella imminentia per circuitum donec daret eos Dominus eius sub vestigio pedum eius: nunc autem requiẽ dedit mihi Dominus per circuitum: & non est Sathan, neque occursus malus: quamobrem cogito ædificare templum nomini Dei nostri. Hęc requies est plus, quàm pax. Est enim tranquillitas animi: de qua dictum est. In pace factus est locus eius, & habitatio eius in Sion. Mundus, & dæmones sunt nobis extranei.

De triplicibus cogitationibus in anima ordinatis, & de septem panibus.

PSAL. LXXV. SERMO. CLIX.

QVONIAM cogitatio hominis confitebitur tibi, & reliquiæ cagitationes diem festum agent tibi. In anima, quæ iustificatur triplices ordinãtur cogitationes. Primæ, mediæ, vltimæ, vel nouissimæ. Et hæ dicuntur reliquiæ cogitationum. Quare dicuntur reliquiæ, & quare festum agunt: infra dicetur. Primæ quidem sunt doloris, & tristitiæ. Secundæ mixtæ gaudij pariter, & doloris. Triplices cogitationes in anima. Primæ

Nouissimæ, tantummodo gaudij. Primæ sunt doloris, & tristitiæ. De his præmittit: Cogitatio hominis confitebitur tibi. Confessio enim dolorem habet, & tristitiam de peccatis, in quibus peccator se accusat, & damnat. De hac contristatione dicitur 2. ad Corinth. septimo. Nunc gaudeo non, quia contristati estis, sed quia contristatis estis ad pœnitentiam. Contristati enim estis secundum Deum: quæ enim secundum Deum tristitia est, pœnitentiam stabilem in salutem operatur.

Mediæ. Mediæ cogitationes sunt gaudij pariter, & mœroris: scilicet mixtæ, quando peccator iam ex eo debet, quòd dolet de peccatis, concipit spem veniæ. Vnde in Psalmo. Potum meum cum fletu miscebam. In fletu dolor. In potu delectatio est. Et Cantic. secundo. Messui myrrham meam, cum aromatibus meis. Hæc mixtio significatur 1. Esdræ 3. Vbi dicitur. Non poterat quisquàm agnoscere vocem clamoris lætantium, & vocem fletus populi. Commixtim enim vociferabuntur clamore magno, & vox audiebatur procul.

Cogitationes nouissimæ. Nouissimæ sunt pueri gaudij: quando anima sentit se liberam, & à peccatorum sarcina de oneratam.

Est gaudiũ sicut mulieris, quæ peperit, de qua dicit Dominus, Ioan. 16. Mulier, cum parit tristitiam habet: Cũ autem peperit, iam non meminit pressuræ propter gaudium, quia natus est homo in mundum. Hi tres status designari possunt Psalm. 74. vbi dicitur. Calix in manu Domini, vini, meri, plenus mixto. Vini quantum ad primum statum. primus enim status habet vinum merum compunctionis. de quo Psalm. 59. Potasti nos vino compunctionis. Meri, quantum ad vltimum. Habet enim vinum merum iocunditatis, De quo Ecclesiast. 49. Vinum lætificat cor hominis. Et Prouerb. vlti. Date siceram mœrentibus, & vinum his, qui amaro sunt animo, ideſt mœsto sunt corde. Et Ecclesiast. 30. Vinum in iocunditatem creatum est. Plenius mixto dicit quantum ad medium statum.

Tres statꝰ designati in filio prodigo. Hi tres status in prodigo filio designantur. Luc. 15. Primus, vbi in se reuersus dixit, quanti mercenarij in domo patris mei abundant panibus? Ecce quod hiç dicitur cogitatio.

tatio ho. confi. tibi. Secundus, cum dicit: pater peccaui in cœlum, & coram te: iam non sum dignus vo. fi. t. ecce dolor. Dixit autem pater: cito proferte sto. pri. & induite illum, ecce vestis virtutum, ecce gaudium dolorem temperans. Tertius status puri gaudij, vbi dicitur. Cœperunt omnes epulari: & ibi. Audiuit symphoniam, & chorum, &c. & hoc est, quod dicitur. Reliquiæ cogitationum di. fa. tibi. Signanter dicitur, reliquiæ. quia pertinent ad mensam, cuius mensæ sunt reliquiæ illius, scilicet de qua dicitur. Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die, ac nocte. Quare dicat reliqꝫ

Hoc totum significari potest. Mar. 8. vbi Dominus dixit. Misereor super turbam, quia iam triduo sustinent me, &c. Et post dicitur. Quot panes habetis? Respondent, septem, & piscículos paucos. & post sequitur. Et sustulerunt, quod superauerat de fragmentis, septem sportas. Ad primum statum pertinet, quod dicitur de septem panibus. Tristitiam enim pœnitentiæ septem operatur: quæ sunt quasi sept em panes. Vnde 2. ad Corinth 7. Ecce enim hoc, secundum Deum contristari vos, quantam in vobis operatur sollicitudinem, sed defensionem: sed indignationem, sed timorem, sed desiderium, sed æmulationem, sed vindictam. Primus panis sollicitudo glo. Sollicitudinem emendandi. De qua ad Roma. 6. Humanam dico propter infirmitatem carnis vestræ, sicut exhibuistis membra vestra seruire immunditiæ ad iniquitatem: ita nunc exhibete membra vestra seruire iustitiæ in sanctificationem. Tristitia pœnitẽtiæ operatur septem. Primꝰ panis.

Secundus panis est defensio. Glos. Qui pœnitet, non excusat se, sed confitetur peccatum, quod est se defendere à gehenna, quasi dicat, dum se non defendit à peccato, vel à culpa: defendit se à pœna, vel defensionem dicit, vt se non permittat capi à tentationibus, quasi ab hostibus. Vnde ad Hebræ. 12. Ne fatigemini animis vestris deficientes. Nondum enim vsque ad sanguinem restitistis. Vnde Seneca dicit de athleta. Hunc volo, cui dentes sub pugno erepuere, qui sanguinem suum vidit: & qui proiectus animum non proiecit. Tertius panis est indigna tio, qua quis contra seipsum irascitur, ꝙ tam indigne se gessit. Vnde dicitur. Irascimini, & nolite peccare. Secundus

Tertius.

Et hoc significatum est. Gen. 18. vbi dicitur, ꝙ Iudas misit Thamar hœdum. Iudas confessio. Thamar amaritudo. Iudas mittit hœdum. Thamar. quando verè confitens proprium sibi exprobrat peccatum dicens ad animã suã. Hier. 2 Quod vilis facta es meretrix iterans vias tuas.

4. Quartus panis est timor. glo. ne in futuro tale quid contingat Hic timor operatur cautelã, de qua dicitur Eccl. 1. Timor domini scientiæ religiositas. Religiositas autem custodit cor. & iterum. Timor domini expellit peccatum: quia dum vult intrare non permittit.

5. Quintus panis, desiderium glo. In melius prouehi. desiderat enim reformari, qui se scit per peccatum suum deformem. & tardum est ei, ꝙ conformetur: & quia hoc desiderium viuificat animã, dicitur Prou. 18. Spes, quę differtur affligit animam lignum vitæ desiderium veniẽs. Et ibidem de eodem. Desiderium si compleatur, delectat animam.

6. Sextus panis est æmulatio glo vt me, vel aliquos bonos imitemini. Multum enim prodest pœnitenti proponere sibi aliquem, cui se conformat. Vnde Seneca. Nisi ad regulam praua non corriges. Ad Philip. 3. In eadem permanea mus regula. Imitatores mei estote fratres, & obseruate eos, qui ita ambulant sicut habetis formam nostram.

7. Septimus panis est vindicta glo. Qui pœnitet vindicat in se, quod deliquit. Hier. 50. Non parcatis iaculis quia domino peccauit. Et post. Vltionem capite, sicut fecit vobis, facite ei.

Ad secundum statum pertinet, quod dicitur de piscibus paucis, qui quia habent carnes sapidas significant gaudium mentis. Rectè autem dicuntur pisciculi, & pauci, quia paruum est dulcedinis in gaudio, quod mixtum est cum dolore.

Ad tertium statum pertinet, quod dicitur. Sustulerunt de fragmentis, quæ supererant septem sportas. Et hoc est, quod dicitur. Reliquiæ cogi. di. fest. a. tibi. Septem sportæ impleri dicuntur, vt gaudium corporis, & animæ designetur, quinque ad corpus propter quinque sensus. Duo ad animam propter intellectum, & affectũ. Vnde ad Ephe. 5. Implemini in spiritu sancto, loquentes vobismetipsis, in psalmis, & hymnis cantantes & psallentes in cordibus vestris domino: & hoc est vere festum animæ, & corporis exultatio.

De anima rationalis duplici perfectione. De eius exercitatione, & purgatione à quibus fiant.

IN PSAL. LXXVI. SERMO. CLX.

MEDITATVS sum nocte cum corde meo exercitabar, & scopebam spiritum meum. Primo considerandum in quibus consistit animæ rationalis perfectio, s. in cognitione veritatis per intellectum, & amore virtutis secũdum affectũ. Hic est duplex Heliæ spiritus 4. Reg. 2. Obsecro te, vt fiat spiritus tuus duplex in me. Et Ioan. 5. Ioannes erit lucerna ardens, & lucens. & Act. 2. Apparuerunt apostolis dispertitæ linguæ tãquàm ignis. Et Iob 38. Nosti per quam viam inspergitur lux, & per quam diuiditur æstus super terram? Lux pertinet ad cognitionem. Aestus ad dilectionem. Meditatio ad intellectum cor ad affectum. Ideo dicitur. Meditatus sum nocte cum corde meo. Meditatio enim sine affectu non suffieit. Vnde Eccl. 14. Dicitur Beatus vir, qui in sapientia morabitur, & qui in iustitia sua meditabitur, & in sensu cogitabit circunspectionem Dei, id est affectu.

Perfectio animæ rationalis in duob. consistit.

Meditatio sine affectu non sufficit.

Sequitur quomodo acquiratur hæc perfectio per hoc, ꝙ dicitur. Exercitabar: datur enim intelligi, ꝙ per exercitationem acquiratur. Oportet enim animam primo exercitari, & ita per exercitationem purgari, & per purgationem perfici. Exercitatio autem duo facit. purgationem, & multiplicationem, s. virtutum. De multiplicatione virtutum dicitur Matt. 25. ꝙ qui accepit duo talenta, lucratus est alia duo, & qui quinque, alia quinque. Vnde dominus increpat seruum nequam dicens. Nonne oportuit te pecuniam meam dare ad vsuram? Et hæc duo talenta sunt duo prædicta, cognitio, scilicet, & affectio. De purgatione dicitur hic, & scopebam spiritum meum, idest purgabã. Exercitatio enim purgat. Sicut apparet in ferro, quod colligit rubiginem, nisi exerceatur: & sapientia abscondita, quæ non

Per quid acquiratur animæ perfectio.

Exercitatio quid agat.

non exercetur: per prædicationem doctrinam, & disputationem, quasi rubiginem colligat. Vnde Prouerbio. 25. decimo. Auser rubiginem de argento, & egredietur vas purissimum. Fides etiam nulla est, nisi exerceatur secundū opera. Vnde Iac. 2. Fides sine operibus mortua est. Iustitia etiam ideo rectè loricæ comparatur. Iuxta illud ad Ephe. in fine. State succincti lumbos vestros in veritate. Induti loricam iustitiæ: in omnibus sumentes scutū fidei, quia loricæ sine exercitatione rubiginē colligit: ideo rutilatur, vt splendeat. Sic iustitiæ, & aliæ virtutes, vt splendeant exercentur. Vnde Eccl. 24. Qui emittit disciplinā quasi lucem.

A quibus purgada sit aia.

Tertio videndum est à quibus anima purganda sit. Intellectus enim ab errore, affectus purgādus est à malitia. Vnde Hier. 4. Auferte præputia cordium vestrorū viri Iuda, i. immūditiā. Præputium intellectus error est: affectus malitia, & post. Laua à malitia cor tuū Hierusalē, vt salua fias. Vsquequo morabunt in te cogitationes noxiæ? Hinc dicit Esa. 6. Et volauit ad me vnus de Seraphim, & in manu eius calculus, quem forcipe tulit de altari, & tetigit os meum: & dixit, ecce tetigi labia tua, & auferetur iniquitas tua. Labia illa sunt intellectus, & affectus. Hæc duo, scilicet

Error, & vitiū sūt duo offendicula.

ror, & vitium sunt offendicula. De quibus Hier. 4. Si abstuleris offendicula à facie mea, non commoueberis. Hæ sunt volucres, quas abigebat Abrahā à sacrificio Gen. 14. Hæ sunt muscæ, de quibus Eccles. 10. Muscæ morientes perdunt suauitatem vnguenti. Qui ergo mundauerit animam ab his, non timebit diabolum reuertentem: qui dicit. Luc. 11. Reuertar in domum meam, & post dicitur. Et cum venerit, inuenit eam scopis mundatam, & ornatam. Mundatam à vitio, & errore: ornatam cognitione veritatis, & amore virtutis.

Alia litera dicit. Meditatus sum, &c. & garriebam, & scrutabar spiritum meum. Proprium est auicularū, quæ inebriantur vino, vt conentur ad verba nostra, & garriāt. vnde Persius. Quis expediuit psittaco suum chære. picaque docuit verba nostra conari? Magister artis, ingeniique largitor Venter, negatas artifex sequi voces. Sic anima, quæ conatur ad diuina garrit: quia verba, quæ affectu concipit, ore non potest exprmere. Vnde Moyses. Exo. 4. dicit

dicit de se. Factus sum ineloquens ab heri, & nudiustertius, &c. Hoc facit charitas spiritualis, de qua Actuū 2. Non sicut vos dicitis, hi ebrij sunt, quasi dicat, Immo spirituali ebrietate, de quo Cant. 5. Bibite amici, & inebriamini charissimi.

Ebrietas spiritualis.

Brachium, & manus Dei patris, quomodo, & quare dicatur Christus.

IN PSAL. LXXXI. SERMO. CLI.

REDEMISTI in brachio tuo populum tuum filios Iacob, & Ioseph. Dominus Christus dicitur brachium, & manus patris: quia pater operatur per ipsum. Dicitur autem brachium, quantum ad opera fortitudinis, quantum ad opera sapientiæ, & artis, & quantum ad opera pietatis. Quantum ad opera fortitudinis est, quasi brachium militis, & athletæ. vnde dicit. Deduxisti populum tuum in manu po. & brachio extento. Et Eccl. 26. Innoua signa (& hoc in conceptione) immuta mirabilia (& hoc in incarnatione) glorifica manum (& hoc in passione) & brachiū dextrū (& hoc in resurrectione.) Et Esa. 53. Quis credidit auditui nostro, & brachrū domini, cui reuelatum est? Et ascendet sicut virgultū corā eo, & sicut radix de terra sitienti. Illi brachium dñi reuelatū est, qui se credit per filiū Dei, a diaboli potestate liberatū, & non per alium posse liberari: aliter si credit, absconditum est ab eo brachium domini. Et ascendet, &c. Christus lignum est vitæ, de quo dicitur. Et erit tāquàm lignū, quod plantatum est secus decursus aquarum, i. impetus, & concursus tribulationum. Etenim in te ligno vitæ inseruit lignum scientiæ boni, & mali: per experientiam vtriusq;. Vnde ad Heb. 4. Non habemus pontificem, qui non possit compati infirmitatibus nostris, &c. tentatum per omnia in similitudine absque peccato. Hoc lignum in manus eius multos, in fide sua plantauit. Vnde ad Roman. 6. Si complantati sumus ad similitudinem mortis eius,

Chrs brachium & manꝰ patris dicit.

Brachiū dñi cui reuelatur.

& resur-

& resurrectionis erimas, & ita ascendit sicut virgultum coram eo. In hoc virgulto plantati sunt alij, sicut cedrus per contemplationis eminentiam, vel sapientiam. Vnde Eccl. 24. Quasi cedrus exaltata sum in Libano. Alius quasi palma. per victiorum victoriam. Vnde ibidem. Quasi palma exaltata sum. Alius, quasi oliua per misericordiam. Vnde ibid. Quasi oliua speciosa in campis, & ita in alijs.

Brachium domini quantum ad opera sapientiæ, & artis est, & hoc quasi brachium figuli. Vnde Eccles. 38. In brachio suo formauit lutum, & ante pedes suos curuauit virtutem suam. Loquitur quasi de opere figuli, qui ita facit, & hoc quantum ad creationem. Vnde Iob 10. Manus tuæ domine fecerunt me, & plasmauerunt: quantum ad reformationem Vnde Iob. 38. Restituetur, vt lutum signaculū tuum, stabit, quasi vestimentum, nisi per id cui apponitur: mutatur enim & non mutat. Sicut dicitur ad Philip. 2. Habitu inuētus, vt homo. Brachio suo lutum formauit, quando nos per incarnationē filij reformauit. Ante pedes suos virtutem curuauit, quando in misericordia, & veritate veniens deitatis altitudinem, & potentiam inclinauit. Pedes enim eios quibus ad nos venit, sunt misericordia & veritas. De quibus pedibus dicitur Habac. 3. Egredietur diabolus ante pedes eius. Vel sicut per caput Christi incarnatio: ita per pedes, qui sunt pars extrema, ipsius passio designatur. Vnde Exod 12. Caput cum pedibus, & intestinis vorabitis. Caput incarnatio, quia principium: pedes passio. Intestina ipsius passionis interiura: ergo caput cum pedibus deuorare est incarnationem Christi, & passionē, & quæ in eis contigerunt singula memorare.

Pedes xpi misericordia, & veritas.

Caput xpi incarnatio.

Brachium etiam dicitur, quantum ad opera pietatis: & est, quasi brachium nutricis. Inter brachia enim nutricis gestatur paruulus. Oseæ. 11. Ego, quasi nutricius Effraim portabam eos in brachijs meis, & nesciebant, ꝙ curarem eos. Qui ab huius nutricis brachijs cadit claudus efficitur & rectè per veritatis viam non incedit. Vnde 2. Reg. 4. de Miphiboset, cum nutrix festinaret, vt fugeret cecidit, & claudus effectus est. Est etiam quasi brachium pastoris, qui portat oues fœtas, & pecora infirma. Vnde Esa. 39. Sicut pastor gregem suum pascet: in brachio suo congregabit

gabit agnos, & in sinu suo leuabit, fœtas ipse portabit. Agnos nouiter conuersos. Fętas bonis operibus prægnantes. Hoc est brachium, de quo dicitur. In brachio tuo redemisti populum tuum.

Sequitur. Filijs. Ia. & Io. Non pertinent ad redemptionem, nisi qui per actionem placent, vel per contemplatio nem. Filij Iacob sunt actiui. Iacob enim interpretatur lu- ctator, & ideo significat actiuam, quæ laboriosa est, qua- re, & Lya laboriosa interpretatur. Filij Ioseph contempla tiui. Ioseph enim interpretatur augmentum, contempla- tio enim additur post actiuam, & est quasi augmentum eius. Et quia in contemplatiua illuminantur cogitatio- nes, & informantur affectiones, dicitur Gen. 49. Filius accrescens Ioseph. Filius accrescens, & decorus aspectu. Filij etiam Ioseph sunt nepotes Iacob, quasi nati post. Similiter post opera actiuæ studia accedunt contemplatiuę, & non ante. Vnde Eccl. 4. Fili concupiscens sapientiam, serua iustitiam. Rectè etiam filijs Iacob competit contemplatiua. nam & Ioseph dominator fuit: & totus in visionibus, sic & contemplatio. Vnde Eccl. 24. Sicut parturientis cor tuum phantasias patitur, nisi ab altissimo fuerit emissa visitatio. Iacob duodecim habuit filios, & actiua decem attendit mandata, quorum debet habere notitiā seruando obedientiam iuxta verbum Iac. 1. Estote factores verbi, & non auditores tantum, &c. fallentes vosmetipsos: Ioseph duos, Manassem, & Effraim. Manasses est obliuiosus. Effraim fructificans. Non enim est quis fructificans in coguitione, & amore æternorum, nisi habet obliuionem temporalium. Vnde dicitur de discipulis domini, ꝙ obliti sunt tollere panes secum. Mar. 8. Obliti sunt panem secum sumere, & non habebant, nisi vnum panem in naui. Hic vnus panis est gratia contemplationis. Vnde Luc. 10 Porrò vnum est necessarium Maria, optimam partem elegit, &c. Quid est osiliuisci panes tollere, nisi præ amore æternorum temporalia non curare? Amor enim æternorum excludit amorem priorem, & cu rat palium: quod significatur Gen. 29. vbi dr. Optatis potitur nuptijs: amore sequentis prætulit priori. Quod facit dicit cū Psal. Renuit cōsolari anima mea, memor fui Dei.

Filij Iacob sunt actiui.

Filij Ioseph contemplatiui sunt.

Quid sit obliuisci tollere panes.

De aquis, quæ sunt scientia sacræ scripturæ, & de grammatica, logica, & Rhetorica moralibus.

IN PSAL. LXXVI. SERMO. CLXII.

Aquę sciẽtiæ dñr.

MVLTITVDO sonitus aquarum: vocem dederunt nubes. Aquæ dicuntur scientiæ maxime sacræ scripturæ, de quibus dictum est. Viderunt te aquæ Deus. viderunt te aquæ, idest virtutem tuam senserunt. Qui enim videt aliquid, immutatur à re visa. Et quia immutatæ sunt, verè dicitur. Viderunt te aquæ Deus. Quod significatum est Ioan. 1. vbi dominus aquam mutauit in vinum. Rectè autem dicitur.

Sacra scripturavox dñi est.

Moltitudo sonitus aquarum, quia nulla scientia multitudinem sonituum habet, nisi sacra scriptura. Vnde ipsa est vox domini, de qua Apoc. 1. Vox eius, quasi sonus aquarum multarum, & in Ezec. 1. Audiebam sonum alarum Cherubin, quasi sonum aquarum multarum, & quasi sonum sublimis Dei. Cherubim interpretatur plenitudo scientiæ. Alæ eius spirituales sensus, & sublimes, quæ est quasi aquarum multarum, quia in se repræsentat scientiarum imaginem diuersarum. vnde bene significatur per Cheruhim. Videndum ergo quomodo sacra scriptura sit

Grãmatica spũalis

triuium. Grammatica enim est spiritualis, quæ incipientes docet sacras literrs. de quibus Iudicum 1. Qui percussit Cariatsepher, idest ciuitatem literarum dabo ei Axã filiam meam, idest spiritualem intelligentiam. Expers est literarum, qui has ignorat, Esa. 29. Dabitur liber nescienti literas. & dicet nescio literas.

Docet rectè scribere. Vnde in Psalm. Lingua mea calamus scribæ, &c. 2. ad Corinth. 3. Epistola nostra vos estis scripta in cordibus nostris, non attramento, sed spiritu Dei viui, non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus.

Docet rectè loqui: cum verò anima spiritualis sit, & cęlestis: barbara ei lingua est loqui de terrenis. Vñ Io. 2. Qui de terra est, de terra loquitur, & Esa. 29. Et erit, quasi phitonis de terra vox tua, &c. Docet dicere Sebbòleth, quod interpretatur spica: non chebbolet, quod interpretatur palea, vt dicitur Iudi. 12. Idest loqui, verba ædificationis, non vanitatis, vt dicitur 1. Petri. 4. Si quis loquitur quasi sermones Dei.

Logica spiritualis est ratiocinatiua, quæ rationem sola rectificat, vt non sit animalis homo, sicut dicit Apostolus 1. ad Corinth. 2. Animalis homo non percipit ea, quę sunt spiritus Dei. Ipsa excludit prudentiam carnis, mundi, diaboli. De qua Iacob. 3. quæ terrena est, animalis, diabolica. Sophistica est, per quam diaboli fallaciæ, & deceptiones eliduntur, & cauentur: & ipse diabolus sophistica-tur. de quo Ecclesiast. 37. Qui sophistice loquitur, odibilis est, & in omni re defraudabitur. Dialectica est, cuius disputatio suauis est. vnde secundum aliam translationem. Suauis erit ei disputatio mea. Et Iob 13. Ad omnipotentem loquor, & disputare cum eo cupio, priue vos ostendens fabricatores mendacij, & cultores falsorum dogmatum. Mundns enim, & caro, & diabolus fabricatores mẽdacij sunt. Tentatiua spiritualis est, per quàm probatur vtrum spiritus ex Deo sint 1. Ioan. 4. Nolite omni spiritui credere, sed probate sprritus, vtrum ex Deo sit, quoniã multi pseudo prophetæ exierunt in mundũ. & 1. ad Thes. 5. Omnia probate, quod bonum est tenete, &c. Quia, vt legitur Iob 7. Tentatio est vita hominis super terram. Demonstratius spiritualis est, quæ docet medij inuentionem, quod inuenire non est nisi sapientis. Quasi enim sunt tres termini. Deus, homo, Christus. Deus maior extremitas, homo minor. Deus, & homo medius terminus, per quem diabolo quasi syllogisticè est conclusum. vnde ad Galatas 4. Mediator vnius non est: Deus autem vnus est. Medium est, quod iungit vtrunque parietem. Vnde ad Ephe. 2. Ipse est pax nostra, qui fecit vtraque vnum. hoc est medium, quod coniunxit virginem, & matrem. Vnde. Sum, quod eram: nec eram, quod sum. modo dicor vtrunque. Medium, quod per gratiam coniunxit naturam, & gloriam. Quia sicut ad Roma. sexto dicitur. Stipendia peccati mors est: gratia autem Dei vita æterna. & Zachar. quarto. Exæquabit gratiam gratiæ.

Logica spiritualis.

Sophistica.

Tẽtatiua.

Demonstratiua.

Item rhetorica spiritualis est, quæ non docet men-

Rethorica spũalis

dacijs persuadere, nec veritatem impugnare, sed potius omnem fraudem, & dolum excludit. Vnde Iob 14. Nunquid Deus indiget mendacio vestro, vt pro eo loquamini dolos? Hæc facit patronos animarum, non causarum. Non docet criminum relationem, vel excusationem, sicut fit in foro ciuili. Sed in foro ecclesiastico confessionem, Vnde Psalm. Dixi confitebor aduersum me iniustitiam meam Domino. Hæc est oratoria, quæ non docet verborum ornatu, vel multitudine perorare Vnde 1. Corinth. 2. Sermo meus, & prædicatio mea, non in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis, sed in ostensione spiritus, & virtutis. Et Dominus Matth. 6. Orantes autem nolite multum loqui. Vnde docet orare dicens. Sic autē orabitis. Non docet per adulationes verba formare placentia, &c. Sed apud Deum pijs, & lachrymosis affectibus per orare. Hæc sunt, quæ faciunt interiora animæ labia gratiosa. Vnde. Diffusa est gratia in labijs tuis. Prouerb. 16. Cor sapientis erudiet os eius, & labijs eius, addet gratiam. Hæc sunt, quæ faciunt animæ verba composita. Vne Prouer. 16. Verba composita fauus mellis. Hæc sunt, quæ faciunt animæ eloquia pulchra. De quibus. Gene. 49. Neptalim seruus emissus dans eloquia pulchritudinis. Hoc est triuium, quod docet sapientia cœlestis, quod pertinet ad pœnitentes, & actiuos, sicut quadriuiū ad contemplatiuos. de quo Esaiæ 16. In triuijs eius accincti sunt sacco super tecta eius. Sacco dicit, quia saccus est vestis pœnitentię. Super tecta dicit, quantum ad claustrales, de quibus Marc. 13. Qui supra tectum est, non descendat, nec introeat, vt aliquid tollat de domo sua. Item triuium istud est contritionis, confessionis, satisfactionis. Contritio, pertinet ad grammaticam, per quam lex Dei scribitur in corde, & prima elementa. Confessio ad rhetoricam, quæ perorat in foro pœnitentiali. Dialectica ad satisfactionem operis. Quia Roma. 12. Rationabile sit obsequium vestrum.

Cōtritio ad grāmaticā, Confessio, ad Rhetoricā, satisfactio ad Dialecticā spectat

De

De arcu, & arte sagittandi moraliter ad sacram scripturam comparatis.

PSAL. LXXVII. SERMO. CLXIII.

Filii Effraim, intendentes, & mittentes arcum conuersi sunt in die belli. Arcus est sacra scriptura. vnde illi, qui sacram scripturam discunt, quasi discunt artem sagittariam. Debet autem, qui secundum artem trahit explete, & promptè, valide rectè, & non casu trahere. Expedite, & promptè trahendum est. Vitium enim est aliquem ita morose sagittam emittere, quòd plerunque dum parat se, effugit, quod feriendum erat. vnde prædicator ita debet ad manum, & in promptu verbum Dei habere, vt quasi videatur lingua habere volubilem. vnde in Exod. 25. significatur, per scyphos, propter verbi abundantiam, & per spherulas, propter verbi facilitatem, & volubilitatem. Ideo etiam dicitur Cantic. 7. Vmbilicus tuus crater tornatilis nunquàm indigens poculis. Quod enim fit in torno, facile fit, & expedite. Hinc dicitur Prouerb. 22. Vidisti hominem in operibus suis coram regib. stabit. & in Psalm, Etenim sagittę tuæ transi. in corda inimicorum.

Arcus est sacra scriptura.

Valide etiam debet trahere, quod fit, quando fortiter ad se manibus inflectit cornua arcus: aliter quasi incassum aut cadunt sagittæ. Quomodo posset trahere arcum valide, qui ipsum tantū labijs traheret? Manibus arcus cornua ad se inflectit, qui operibus in seipso doctrinam ostendit. Is fortiter sagittam emittit: qui efficaciter audientium corda tangit: alioquin verba eius sunt quasi sagittæ cadentes, & quasi folia defluentia. Vnde de talibus Hiere. 51. Apprehensi sunt fortes eius: etenim aruit arcus eorum et marcescens. Arcus etiam lentus est, sermo remissus: & hoc non solum contingit, propter manuum, id est operationum debilitatem: Sed etiam, propter loquendi frequentiam. Vnde. Et si non cesses tendere, lentus erit: & vix exinde musca moreretur. talis ictus nō timetur. Vnde dicitur

Quid sit trahere.

tur Iob. 41. Non fugabit eum, vir sagittarius: in stipulã, versi sunt ei lapides. fundæ. Econtrario de viro iusto dicitur in Psalm. Et folium eius non defluet. Eccles. 45. In saxo fundæ deiecit exaltationem Goliæ. Et Gen. 49. de Ioseph dicitur. Sedit in forti arcus eius, & dissoluta iã sunt vincula brachiorum eius per manus potentis Iacob: inde pastor egressus est lapis Israel. Tales enim eligendi sunt in pastores. Sed sæpius talibus inuidetur ab alijs. Vnde dicitur ibidem. Inuiderunt illi habentes iacula. Rectè etiã debet trahere sagittam. Non rectè dirigit, qui, qd est percutiendum, non percutit. Est enim aliter prædicandum scholaribus, aliter secularibus, aliter clausstralibus. Qui ergo clausstralibus, vel scholaribus loquitur, vel secularibus, vel èconuerso, quod percutiendum est, non percutit. Forsitan enim cum debet reprehendere ambitionẽ, simoniam, superbiam, inuidiam, reprehendit gastrimargiam, vel luxuriam. Non rectè dirigit, qui cum debet percutere feram, lædit hominem. Nec verbum dirigit, qui, cum zelare debet contra vitium, zelat contra naturã, vel dignitatem, vel huiusmodi.

Diuersis diuersimode prædicãdum est.

Qui directè sagittam mittit, signum percutit infallibiliter. Sic docti significantur Iud. 20. vbi dicitur. Sic funditis lapides ad certum iacientes, vt capillum possent percutere, & nequaquàm in alteram partem ictus deferretur lapidis. Ad certum iacit ita, quòd etiam capillum percutit: qui ita perfectè loquitur, quòd verbum eius etiã cogitatio intacta non euadit. Si voluerit percutere in oculo, percutit in oculo. si in manu, in manu: si in auricula, in auricula. Percutit oculum, qui reprehendit malum eius vsum. Manum, percutit: qui reprehendit actum, & sic de alijs. vnde Matt. 5. Si oculus tuus dexter scandalizat te, erue eum, & proijce abs te.

Percutere oculũ, vel aliud mẽbrum est reprehendere malũ eius vsum.

Sunt, qui casu agitant auem volantem, vel huiusmodi: sic, & multi ex casu plerunque bona dicunt, & non faciunt: significati 3 Reg. in fine. vbi dicitur: Vnus tetendit arcum in incertum dirigens sagittam, & casu percussit regem Israel inter pulmonem, & stomachum. Per pulmonẽ inflatũ, inflatio superbię: per stomachũ cibi capacẽ gulositas gastrimargiæ significat. Filij Effraim inten. &c.

De

De his tria dicuntur, quòd in die belli fugiunt. Arcum intendit, qui quàm districta sint mandata Dei ostendit. Arcum male intendit, qui maiora peccata præterit eundo in leuioribus obseruantijs vim totam facit. Sicut quidam inuidias, superbias, contentiones, & luxuriæ enormitates pertrasseuntes: de rasura, & tonsura de habitu, & huiusmodi contendunt. De quibus Matt. 15. Quare discipuli tui transgrediuntur mandata seniorum? non enim lauant manus suas, cum panem manducant. & respondẽs Dominus ait. Quare, & vos transgredimini mandata Dei propter traditionem vestram? & Matt. 23. Quicunque iurauerit per templum, nihil est, qui iurauerit in auro templi, debitor est: & post. Væh vobis scribæ, & pharisæi, qui decimatis mentam, & anetum, & cyminum, & reliquistis, quæ grauiora sunt, iudicium, misericordiã, & fidem. Hæc oportuit facere, & illa non omittere.

Quid sit arcũ intẽdere.

Arcum, vel ex arcu mittit, qui audacter alios, & se meliores corripit, & arguit. Sed arcum mittendo fugit, dum primus in bello tentationis cedit. Solent quidem sagittarij, & balliſtarij primi opponi in fronte, & in capite belli, vt arceant hostes: qui si fugiunt alios confusos exemplo fugere compellunt. Per hos significantur rectè literati, doctores, prælati: qui primi cum arcubus suis deberent stare in capite belli. Vnde dicitur Gene. 19. Gad accinctus præliabitur ante eum. Tunc autem fugiunt, quando vitijs primi succumbunt. Vnde 1. Esdra nono. Manus principum, & magistratuum fuit in trangressione hac prima. Sed propter quid hoc? quia filij Effraim Effraim enim interprætatur fructificans. Voluptuositas enim, & delitiæ, & abundantia temporalium faciunt, & compellunt multos succumbere vitijs. quia ex his molles fiunt, & delicati. Vnde dicitur Hierem. 46. Vidi ipsos pauidos terga vertentes, fortes eorum cæsos. Fugerunt conciti, nec respexerunt. Terror vndique, ait Dominus. Ad aquilonem iuxta fluuium Eufratem victi sunt, & ruerunt. Eufrates interpretatur frugifer, ideſt iuxta abũdantiam delitiarum. Ecce idem, quod hic dicitur, Filij Effraim. intend. &c.

Simile.

Effraim fructificans.

Eufrates frugifer.

De turba, quàm Dominus septem panibus pauit in deserto, & de ipsis septem panibus.

IN PSAL. LXXVII. SERMO. CLXIIII.

ET mala locuti sunt de Deo: dixerunt, nũquid poterit Deus parare mensam in deserto? Discipuli adhuc carnales simile verbum dixerunt. Marc. 8. Vnde istos poterit quis saturare panibus in solitudine? Dominus enim dixerat; Misereor super turbam, quia triduo me sustinent, nec habent, quid manducent, & si dimisero eos ieiunos, deficient in via: quidam enim ex eis de longe venerunt. Turba ista, quæ sequitur Dominum, & ieiunat in via, & triduo sustinet. significat mundanos, & seculares tamen pœnitentes. de quibus dicuntur quatuor. Primo, quòd quidam de longe venerunt: in quibus significantur remoti à Deo, per immanitatem, & multitudinem peccatorum, vt de filio prodigo dicitur Lucæ. 15. Abijt in regionem longinquam, &c. Ex puluere, & luto, & fractione calceorum apparet, quosdam iter longinquũ fecisse. Vnde Iud. 9. Vestes, & calceamenta, quibus induimur ob longitudinem viæ trita, & pene consumpta sunt. Similiter sordes, & immunditia cogitationum, & operũ dissipatio, quæ est quasi, quædam dilaceratio, apparent in peccatoribus. Vnde Threno 1. Sordes eius, in pedibus eius, quia non est recordata finis sui.

Turba sequens dominũ significat seculares pœnitentes.

Secundo, dicitur, quòd sequuntur Dominum in via: Via significat vitam actiuam, qua via Dominum sequuntur, qui bene operantur, quibus dicitur Matth. 9. Sicut dictum est Matthæo, quando vocauit eum, de theloneo: sequere me. & tandem intantum sequuntur, quòd perueniunt in solitudinem. hoc fit, quando de mundo transeunt ad claustrum. tunc enim renunciant eis, quæ mundi sunt: & dicere possunt cum Petro. Matthæ. 19. Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te. quid ergo erit nobis. Et rectè, quia onerati sequi non possunt. Vnde Bernard. Rectè Petre. Sequi. n. nõ poteras oneratus. Ecce desertum & deserẽdo. de quo Mat 4. Ductus est Iesus in desertũ, &c.

Via actiua vita dicitur.

Ter-

Tertio, dicitur, quòd ieiunant in via. In via ieiunant, qui à vitijs, & carnalibus delectationibus abstinent: & in eis, quæ sunt de genere bonorum laborant. hoc est ieiunium commendabile: de quo Esa. 58. Nonne hoc est, magis ieiunium, quod elegi? Dissolue colligationes impietatis: solue fasciculos deprimentes: dimitte eos, qui confracti sunt, liberos: & omne onus dirumpe. Frange esurienti panem tuum, & egenos, vagosque induc in domum tuam.

Qui ieiunant in via

Quarto dicitur, quòd triduo sustinent. Qui licet famem patiantur carnalium, & mundanarum delectationum: reprimunt tamen concupiscentias suas. Sicut infirmus, qui sustinet, & abstinet, propter sanitatem suam. Vnde in Psalm. Expectabunt onagri in siti sua. & primo ad Corinth. 9. Omnis, qui in agone contendit ab omnib. se abstinet. Illi quidem, vt corruptibilem coronam accipiant, nos autem incorruptam. Triduo, autem dicuntur sustinere, quando per contritionem cordis, confessionem oris, satisfactionem operis se purgant. vnde munda sunt cogitatio, locutio, operatio. Hi sunt tres dies animam illuminantes, significati. Exod. 3. Ibimus viam trium dierum in solitudinem, vt immolemus Domino Deo nostro.

Sustinent triduo, q̃ cõcupiscẽtias reprimunt. Simile.

Vadit in solitudinem, qui intrat claustrum: & immolat se Deo sacrificium: quia claustrum locus est asperitatis, & disciplinæ. Vnde, Est aqua potius ibi. cibus aridus, aspera vestis. Credunt mundani eos extra omnem consolationem: Sicut audiui quendam dicentem, quòd ordo prædicatorum non posset diu durare, q.d. Vnde possent sustentari? Sed hi errant: quia non vidi iustum derelictũ à do. &c. & sunt, quasi eorum verba. vnde illos poterit, quis satur. pan. in soli. & illud. Nunquid poterit parare mensam in deserto? Sed ignorant panes, quibus Dominus pascit suos: qui sunt septẽ, quib. reficiunt claustrales.

Qui intrat claustrũ i solitudinẽ vadit.

Septẽ panes claustralium. Primus.

Primus panis est, verbum Dei, scilicet panis sacræ lectionis, de quo Dominus dixit. Matth. 4. Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo, &c. Et hic panis debet esse azimus, idest absque fermento prauæ doctrinæ. vnde Dominus dixit Lucæ 12. Attendite à fermento

pharisęorum, quod est hypocrisis. Panis enim fermentatus est, de quo Prouerbiorum 9. Aquæ furtiuæ dulciores sunt: & panis absconditus suauior.

Secundus panis est meditatio sancta. de quo Eccle. 15. Cibauit eum panæ vitæ, & intellectus. Secundns

Tertius. Tertius panis est oratio lachrymosa, & deuota. de quo Psalm. Cibabit nos pane lachry.

Quartus. Quartus panis, compassio fraterna, de quo Leui 2. Cũ obtulerit sacrificium coctum in clibano, de similas panes absq; fermento conspersos oleo. Oleo conspergunt, qñ anima cõpassione afficitur, absq; fermento sunt, qñ fauor humanus inde non quæritur. Contra duros, & nõ cõpatientes fratribus dicitur Iob 22. Aquam lasso non dedisti, & esurienti subtraxisti panem, ideſt compassionem.

Quintus. Quintus panis labor pœnitentiæ. de quo Psal. Labores manuũ tuarũ, quia manducabis beatus es. Et Prouer. 21. Panem ociosa nõ comedit. & Gen. 4. In sudore vultus tui vesceris pane tuo.

Sextus. Sextus panis est, vnanimitas socialis sine fraternitas. Vnde Psalm. Ecce quàm bonum, & iocundum, &c. Iste panis ex multis granis confectus est panis sapidus. & suauis, & vnctuosus. de quo Gene. 49. Asser pinguis panis delitias præbebit regibus. Sicut ècõtrario discordia, & dissensio panis est aridus, panis diaboli: qui cõparatur pulueri pp suã in cõpactionẽ. Vñ Esa. 65. Serpenti puluis panis est Septimus panis, gratia cõtemplationis dici potest. Panem Angelorum manducauit homo. Alij panes sunt hominum, isti specialiter angelorum, & significantur per manna datum in deserto filijs Israel. Exod. 16. Septimus

De pinguedine duplici exteriori, & interiori moraliter: & de electis Dei, & diaboli, & de eligendis in Ecclesia.

IN PSAL. LXXVII. SERMO. CLXV.

ET occidit pingues eorum, & electos Israel impediuit. Primo considerandum est, quare dicat pingues, & postea electos. Secundo, qui sint electi Christi, & qui diaboli. Tertio in quo ca pi-

capitulo eligantur, & quales sint, de gremio Ecclesiæ eligendi.

Duplex est pinguedo, vt habitum est supra: ibi: pinguescent spe. de. scilicet exterior, & interior. Exterior pinguedo est abundantia temporalium. vnde in benedictione Esau, quæ præposterа fuit benedictioni Iacob, dictum est Gene. vigesimoſ. primo. Det tibi Deus, de pinguedine terræ, ideſt abundantiam temporalium. dixerat enim Iacob: det tibi Deus de rore cœli, &c. Benedictio autem temporalium est, benedictio sinistræ. Sicut enim aliquis impinguat porcos suos furfure, vt eos occidat, & mactet: Sic quosdam temporalibus abundanter pascit diabolus, vt eos mactet, in corpore, & in anima, vnde Zachar. 11. Pasce pecora occisionis. Hæc pinguedo multos compellit lasciuire. Quia confisi de abundantia temporaliuin, de genere, de societate, & multitudine, & magnitudine amicorum non de spirituali pinguedine, quæ est in scientia, & virtute, contendunt eligi, & episcopari. Vnde dicitur Amos 6. Qui lætamini in nihilo, & dicitis: Nunquid non in fortitudine nostra assumpsimus nobis cornua? Non enim hæc ad merita pertinent electionis diuinæ Vnde Exod. trigesimo octauo, de altari. Cornua ex ipso erunt. Ex ipso, & non aliunde. Diues à pecunia sumit cornua: pauper à temulentia. vnde Ouidius. Tunc pauper cornua sumit. Et Horatius. Quid non ebrietas designat, &c. Et hæc non sunt ex ipso, sed aliunde. Iustus autem ex meritorum fiducia: Et hæc sunt ex ipso. Cornua, licet ex carne surgant, carnem excedunt: in quo significatur, quòd qui pontificalibus cornibus decoratur, debet carnem exire, & ex toto carnales affectus exuere, de carnali factus spiritualis. Licet tamen plerique hæc attentent, Dominus tamen impedit eos. ideo sequitur: electos Israel impediuit. Et in alio Psalm. Cornua peccatorum confringam, & exaltabo cornua iusti. Bene autem hi ciunguntur, occidit pingues eorum, & electos, &c. Multi ambitiosi multa expendunt in seruitijs, & donis, vt promoueantur, & non proficiunt. Pingues ergo eorum, inquantum pingues occiduntur, quando per huiusmodi sumptus eorum abundantia tenuatur. Pinguedo dupl.

Pinguedo exterior damnum causat.

nuatur. vnde Esa. decimo. Mittam in pinguibus eius tenuitatem, & Apocalip. 18. Omnia pinguia, & præclara perierunt à te.

Quid sit impedire electos Israel.

Electos Israel impedit, dum ambitiosus expensas facit, & non consequitur, quod intendit. Hi sunt electi de quibus dicitur Exo. 15. Electi, & principes eius submersi sunt in mari rubro. In mari rubro submergentur, quãdo ex eo, quòd non obtinent erubescunt, & confundantur. Electos suos habet Pharao, & electos suos habet Christus. Similiter, & principes.

Electi Dei.

Electi Pharaonis, vel diaboli sunt, qui diabolo procurante ad honorrs promouentur. Principes eius sunt, qui ei in executione officij famulantur. vnde Beatus Bernar. Qui non intrat per Christum, quid nisi infideliter agat, & contra Christum? Manifestã faciet arborem fructus eius, & non bene terminari possunt, quæ malo sunt inchoata principio. Vnde Oseę. 9. Percussus est Effraim, radix eorũ exsiccata est: fructum non faciet. Quia cuius radix in electione corrumpitur, fructũ in administratione nõ faciet.

De electis domini dicitur Esa. 42. Ecce puer meus electus, quem elegi: posui super eum spiritum meum. Puer dicitur à puritate conuersationis. additur, quem elegi. Alii enim puri cõuersatione eliguntur, & tamen à Pharaone, non à Christo. Sed vtrunque in electo debet cõuenire, & tunc verum est, quod sequitur: posui super eum spiritum meum.

Habet autẽ dominus locum proprium, vbi eligit quos eligit, ita q̃ non debent electi domini iudicari, qui ibi electi non fuerint. Vnde Esa. 48. Elegi te in camino paupertatis. Pharao celebrat electiones suas clandestinas iuxta materialem caminum: Sed dominus elegit suos in camino paupertatis. Caminus paupertatis, vel tribulationis locus proprius est dominicæ electionis. Alibi electio facta, quasi extra capitulum non valet. In hoc capitulo conuenire debent, tam ij, qui eligunt, q̃ is, qui eligitur. Vnde de gremio ecclesiæ sumatur electus. Ideo dico de gremio ecclesiæ: quia non solent in gremio foueri, nisi paruuli, & impubes. Paruulus est, qui humilis est. Impubis, qui sine pilis temporalium, & hi gremio ecclesiæ fouendi sunt. Ridi-

Electio domini ĩ pauptate.

Ridiculosum est, vt adulti, & pilosi, & barbati in gremio ecclesiæ foueantur. Vnde cum pilosus eligitur non videtur electus à domino, qui pauperes eligit in hoc mundo. diuites in fide. Sed nunc impletur, quod dicitur Esa. 34. Ibi congregati sunt milui, & pilosi clamabunt alter ad alterum. Requirite in libro domini, & diligenter legite, vnũ ex ijs non defuit, &c. Per miluos aues rapaces, significantur illi, qui aut sibi eligunt, aut se ingerunt ad honores. Pilosus alter ad alterum clamat, dum diues ad alterius diuitis promotionem aspirat. Sicut dicitur Esa. 3. Apprehendet vir fratrem suum domesticum patris sui, & dicet: vestimentum tibi est, esto princeps noster, quasi dicat: dignus es episcopatu, quia habes, vnde tribuas mutatoria vestiũ. Huiusmodi pilosum non eligit dominus. vnde Baruch 2. Ibi fuerunt gigantes, ideſt carnales, & arrogantes, qui fuerunt ab initio nominati, statura magna præ superbia, & scientes bellum, ideſt armati seculari scientia, & aduocatione. non hos elegit dominus, viam disciplinæ nescierunt. vnde auctoritas subdit. Requirite in libro dñi. Liber dñi ecclesia est: quia, sicut liber per diuersa capitula distinguitur, sic ecclesia per diuersarum ecclesiarum capitula. In hoc libro vix vnum capitulum inueni, quod de Deo loquatur. Sed de temporalibus, vel nisi ita non fiat. vnde iam non liber cęlestis videtur ecclesia, sed terrenus. vnde videtur impletum, quod dicitur Apoc. 5. Cælum recessit sicut liber inuolutus. Hoc est ecclesia à sua pura puritate recessit, vt iam non legantur cœlestia, sed quæ prius legebantur.

Liber domini est ecclesia.

De cynomia, quæ & cynises, & de Rana, per quas falsi prædicatores, & hæretici intelliguntur.

PSAL. LXXVII. SERMO. CLXVI.

MIsit in eos cynomiam, & comedit eos, & ranam, & disperdidit eos. Hoc nomen cynomia idem est, quod cynises: de quibus Exod. 8. Extende virgam tuam, & percute puluerem terræ, & sint cynises in hominibus

Cinifes q̃ sunt.

bus, & iumentis: omniſq; puluis terræ verſus in cynifes. Cynifes ſunt pſeudo prædicatorum, & hæreticorum ſubtiles verſutiæ: Sicut enim Cynifes prius lædunt, & ſentiũtur, quã videantur: Sic eorum verſutiæ prius corrumpunt quàm intelligantur. De puluere naſci dicuntur. puluis. n. excęcat oculos, & ſi ſuffles, oculi perturbantur. Sic & eorũ ſubtilitas potius turbat, q̃ rectificet veritatem. Vnde Eſai. 33. Populum prudentẽ non videbis populũ alti ſermonis: ita vt non poſſis intelligere diſertitudinem linguæ eius, in qua nulla eſt ſapientia, & ad Ro. 1. Dicentes ſe eſſe ſapientes ſtulti facti ſunt. & Eſa. 19. Confundantur, qui operantur lutum, & plectentes, & texentes ſubtilia. Dicuntur etiã ex puluere procedere, quia homines diſſoluti ſunt ſine cęmento charitatis. Leues, quia omni vento conferuntur doctrinæ. De quibus Eccleſ. 19. Qui credit cito, leuis eſt corde. Hi ſunt plaga, quam dñs imprecatur, Deut. 22. Det dominus imbrem terræ tuæ puluerem, & de cęlo deſcendat ſuper te cinis, donec conteraris. Imber terræ noſtræ Eccleſiæ doctrina dr̃: qui in illa à pſeudo decipiuntur, in puluerem conuertuntur. Sicut autem per Cynifes occulti hæretici, Sic per ranas manifeſti intelliguntur, vt Arrius, & Sabellius, quorum læſio ſentitur, antequam poſſit oculo deprehendi. de quibus Cant. 2. Capite nobis vulpes parvulas, quæ demoliũtur vineas. Hi ſunt in cauernis prædicantes: de qbus Beatus Ber. Ruſticani homines, & quaſi Idiotæ, ſed non eſt cum eis negligenter agendum: quia multa proficiunt ad impietatem, & ſermo eorũ, vt cancer ſerpit. Sicut dicitur 2. ad Timoth. 2. & 1. Timoth. 4. Spiritus manifeſte dicit, quia in nouiſſimis temporibus diſcedent, quidam à fide attendentes ſpiritibus erroris, & doctrinis dæmoniorum in hypocriſi, loquentiũ mendacium. Qũo autẽ ſe occultent deſcribit Beatus Bernardus, vt quaſi in eis videas inconcuſſam læſionem, neſcio qua arte fingẽdi, ita confundit veſtigia illud callidiſſimum animal. vt qua, vel intret, vel exeat non facile queat ab homine deprehendi. cum, ſi opus pateat, non apparet actor: denique ſi fidem interroges, nihil Chriſtianius. Si conuerſationem, nihil reprehenſibilius. Vides hominem in fidei ſuæ teſtimonio frequentare Eccleſiam. honorare presbyteros. confeſſionem

Per Cinifes occultè hæretici, per ranas manifeſtis ītelliguntur.

Hipocritarũ verſutia.

nem facere. Sacramentis communicare. Quid fidelius? Cæterum, quantum ad vitam pertinet, neminem circumuenit. neminem ſupergreditur, pallent ora ieiunijs: panẽ non comedit otioſus. vbi iam vulpes? tenebamus eã, iã diſparuit. Sed à fructibus eorum cognoſcetis eos. Et mulieres relictis viris: viri relictis mulieribus, ad iſtos ſe conferunt. clerici, & ſacerdotes relictis Eccleſijs, & plebibus ſibi commiſſis intonſi, & barbati apud eos inter textores, & textrices inuenti ſunt. Vnde rectè Cyniphes dicuntur fieri in hominibus, & iumentis, ideſt in ſimplicibus, & ſapientibus. Nam hæretici quoſdam ſapientes decipiunt, vt Arrium: quoſdam ſimplices, vt Heluidium. Vnde Proverb. 3. Abominatio eſt Domino omnis illuſor, & cũ ſimplicibus ſermocinatio eius, ſcilicet illuſoris. Rectè etiam de puluere fieri dicuntur, quia merito peccatorum ſuorũ, quæ per puluerẽ deſignantur, nonnulli ab illis decipi permittuntur. Vnde Iob 12. Commutans labium veracium, & doctrinam ſenum auferens. Quod fit, cũ ij, qui vera prę dicauerant, ad falſam prædicationem merito peccatorum conuertuntur. Vnde 1. ad Timoth. 1. Quam quidam repellentes naufragauerunt circa fidem.

Et nota, quod ſequitur Exod. 8. Fecerunt quę ſimiliter magi Pharaonis &c. Magi Pharaonis maligni ſunt ſpiritus, vel quicunque pſeudo. qui tunc puluerem Iſrael in cynifes voluit conuertere, quando humiles intendũt corrumpere. vel quando ſimplicitatem tentant manibus occupare, ſed non poſſunt. Quia ſimplex, & humilis hos laqueos euadit. Vnde Prouerb. 11. Vbi humilitas, ibi ſapiẽtia. & item. Simplicitas iuſtorum dirigit eos, & ſupplantatio peruerſorum vaſtabit eos. Ideo dicunt, digitus Dei eſt hic. Cum vero de puluere Iſrael, id eſt de ſimplicibus humilibus cynifes educi non poſſunt: ſignum eſt, quòd ſpiritus ſanctus eos conſeruat. Sicut dicitur Eſa. 66. Super quem requieſcet ſpiritus meus, niſi ſuper humilem, &c.

De

De muscis, ideſt ſollicitudine varia temporalium acquirendorum, conſeruandorum, & expendendorum, & de cupiditate religioſorum, ſuper idem thema.

IN PSAL. LXXVII. SERMO. CLXVII.

MIsit in eos cyno. & com. eos. Iſtud eſt, quod dicitur Exod. 8. Ecce ego immittam in te, & in ſeruos tuos omne genus muſcarum, & implebũtur domus Aegypti muſcis diuerſi generis, & vniuerſa terra, in qua fuerint. Faciamq; mirabilem in die illa terram Ieſſen, vt nõ ſint ibi muſcæ, & ſcietis, quia ego dominus in medio terræ. Et venit muſca grauiſſima in domos Pharaonis, & ſeruorum eius, & omnem terram Aegypti.

Muſca ſollicitudo circa temporalia.

Omne genus muſcarum eſt omne genus ſollicitudinũ, circa temporalia, de acquirendis, conſeruandis, expendendis. Primam arguit dominus Matth. 6. dicens. Nolite ſolliciti eſſe quid manducetis, aut quibus induamini. Quidam non habent ſollicitudinẽ de acquirendis, ſed cum affluunt diuitię, ſolliciti ſunt de conſeruandis, & ſtringũt ſe, & hos arguit dominus. Luc. 12. Quid faciam, quia non habeo, quo congregem fructus meos, & dixit, hoc faciam. Deſtruam horrea mea, & maiora faciam &c. Sequitur. Stulte hac nocte animam tuam repetũt à te, &c. Sollicitudinem multiplicandi, vel vtendi arguit Iacobus cap. 4. Ecce qui dicitis hodie, vel cras ibimus in ciuitatẽ, & mercabimur, & lucrum faciemus. Qui ignoratis, quid ſit vobis in crastinum. Impoſſibile eſt enim habere diuitias ſine curis. Spinas ſine punctionibus: ſordes, vel cadauera, ſine muſcis, ideo dominus, quod ſecurius eſt, dicit Matthæ. 10. Nolite poſſidere, neque argentum, &c. Sed ne quis diceret excuſando, nolo aurum, neque argentum, ſed volo neceſſaria tempore prouidere. ſubdit: neque tunicas. Vnde Beatus Ber. Quoſdam videre eſt in habitu religionis, quibus conuenit. Si oblitus fuero tui Hieruſalem, obliuioni detur dextera mea. Nempe ſiniſtri cuſtodiæ lateris tanta ſollicitudine incubantes callent admodum in ſapientia huius mundi.

In

In talibus muſcæ morientes perdunt ſuauitatem vnguenti. Muſcæ morientes, ſeu tranſeuntes ſunt temporalia, quæ poſt mortem ceſſant: quia tranſit mũdus, & concupiſcentia eius. Vnde Euſebius. Nulla erit victus, vel veſtitus ſollicitudo: nulla militandi, ſtudendi, agendive occupatio: nulla honoris ambitio. Solus mentem alijs omnibus curis vacuam intollerandus terror implebit. Vnguentum eſt oratio: quia oratio domini vngit, & placat, ſuauitas vnguenti orationis eſt deuotio, quam cura temporalium extinguit. Ideo dicitur Eccl. 10. Muſcæ morien. &c. In omnes ſeruos tuos. Serui Pharaonis mũdani, quaſi muſcoſi ſunt, & eos ſequuntur, quia ibi multitudo muſcarum, vbi ſordes ſunt temporalium, & ſunt quaſi fructus putridi. vnde princeps dæmoniorum dicitur Beelzebub, id eſt Deus muſcarum. Vnde Claudianus. Auaritiæ complexæ pectora matris. In ſomnes longo veniunt examine curæ. Quaſi examen apum, ſeu muſcarum eſt ſollicitudinum multitudo. Boethius. Habet hoc voluptas omnis apumque par volantium. Vbi grata mella fudit, fugit, & nimis tenaci feritricta corda morſu. Et hoc eſt, quod curæ non permittunt dormire. Et imple. do. Aegyp. muſ. diuer. gene. ideſt conſcientiæ cupidorum diuerſis curis. Vnde Eſai. 13. Implebuntur domus eorum draconibus, & 57. Impij quaſi mare feruens, quod quieſcere non poteſt. Et vniuerſa terra, in qua fuerint. Vnde quocunque ierit ſecũ fert muſcas Aegyptius. Quia, vt in epiſtolis dicit Horatius: Cœlum non animum mutant, qui trans mare currunt. Sicut enim dicitur de Domino Matth. 24. Vbi fuerit corpus, congregabuntur, & aquilæ: ita dici poteſt, vbi fuerit Aegyptius, ibi & muſcæ, vnde & ſi Aegyptius intret clauſtrum, ibi ſunt muſcæ. Hinc eſt, q̃ tota eccleſia, omnis religio curis ſecularibus eſt plena: quia tot admiſit Aegyptios, vt Thren. 2 Manum ſuam miſit hoſtis ad omnia deſiderabilia eius, quia vidit gentes ingreſſas, de quibus præceperas, ne intrarent Eccleſiam Dei. Hodie libenter recipiunt ſciolum prudentia mundi in aduocatione, quam peritum in ſacra ſcriptura. Sequitur.

Muſcæ moriẽtes.

Faciamque mirabilem &c. vſque eo. vt non ſint ibi muſcæ. Ieſſen interpretatur propinquitas, Eccleſia deberet

Ieſſen, pinquitas interpretatur.

eſſe

esse terra propinquitatis, quia Domino propinquare debent. vnde cum Dominus ignis sit: qui approximat ei, approximat igni, & iuxta ignem muscę durare non possunt. Ollæ etiam feruenti, etsi plena sit lacte, muscæ cauent insidere. Ideo: Feruear assiduè pectoris ollatui, vt non insideant ei muscæ, & si insederint, tunde pectus tuum cū publicano. Luc. 19. Ecclesia primitiua fuit in Iessen, ideo magis feruens, quia non erant in ea muscæ, ideſt temporalia curæ. vnde Actu 6. dicunt Apostoli. Non est æquum nos relinquere verbum Domini, & ministrare mensis. Qui ergo dedit religioni temporalia, occasionem dedit muscarum: tunc erant mirabilia in terra Iessen: tunc ecclesia erat mirabilis: Nunc autem contemptibilis facta est. Vnde Mala. 2. Propterea dedi vos contemptibiles, & scientis, quia ego dñs in medio terræ. Christus est terminus distinguens Iessen ab Aegypto. Hinc dicitur Io. 19. Crucifixerunt cum dño duos hinc, & inde, medium autem Iesum. Hinc à sinistris ex parte malorum latus aperiri voluit, vt custodiret à muscis, verū à dextris: vt de dextera propinaret electis. Non admisit muscas ad sanguinem, sed pullos aquilæ. Vnde Iob 39. Pulli aquilæ lambunt sanguinem. Sequitur. Et venit musca grauissima. Quia vt habetur 1. Ioan 2. Omne, quod in mundo est, &c. Musca grauissima luxuria. de qua Esa. 7. Sibilabit dñs muscæ, quæ est in extremo fluminum Aegypti. Musca ista acrius pungit, fortidibus delectatur, & tenacius inhæret, ideo grauissima.

De tribus primogenitis, videlicet Pharaonis, qui est superbia: ancillæ eius, qui est cupidus, & iumentorum, qui est luxuriosus.

IN PSAL. LXXVI. SERMO. CLXVIII.

Primogenita Aegypti tria.

ET percussit oē primogenitū in terra Aegypti. Tria sunt primogenita Aegypti. De quibus Exo. 11. Media nocte ingrediar Aegyptum, & morietur oē primogenitū in terra Aegypti à primogenito Pharaonis, qui sedet in solio eius: vsque ad primogenitū ancillæ, quę est ad molā, & oē primogenitum iumentorum. Eritque clamor magnus in vniuersa terra Aegypti, qualis nec ante fuit, nec postea futurus est.

Pudicitia & animi fortitudo qñ seruē tur.

Aegyptus est aīa, dum est in peccato, quia in tenebris est. Nox est in media, qñ tenebræ sunt in intellectu, malitia in affectu, error in opere. Vnde Esa. 8. Ecce tenebræ, & dissolutio, & angustia, & caligo, & opere. Vnde Esa. 9. Errare feci Aegyptum in opere suo. Nox media peccati profunditas: ideo dicitur, Media nocte &c. vt nemo desperet, quia etiam in profundo iniquitatis Dominus visitat. Vnde Mich. 4. Veniens in Babylonem ibi liberaberis. Hinc dicitur Matth. 15. Media nocte clamor factus est, ecce sponsus venit, exite obuiam ei. Subito venit, vt deprehendat adulterum cum sponsa, & occidat. Vnde Ecclesia. 23. Quasi pullus equinus fugabitur, & vbi non sperauerit, apprehendetur. Omne primogenitum Aegypti moritur, quando omne genus peccati ab anima expellitur. Nō sufficit, quòd vnum moriatur nisi omne. In Aduentu Domini nullum potest remanere. Primogenitum Pharaonis est superbia, primogenitum ancillæ cupiditas, primogenitum iumentorū luxuria: quia omne, quod est in mundo &c. Cum igitur oēs mali, filij sunt diaboli per imitationē. Vnde Ioan. 8. Vos ex patre diabolo estis. Et Luc. 3. Genimina viperarum. Inter omnes filios diaboli primogenitus est superbus: quia primum, & maximum est peccatum. Eccl. 10. Initium superbiæ hominis apostatare à Deo. Hinc cuidā superbo dictum est. Agnosco te primogenitum Sathanæ. Primogenitus primum locum habebat in confessionibus, & in omnibus duplicem portionem: sic, & superbus non est æqualitate contentus. Primas cathedras amat, præ alijs promoueri aspirat: ideo dicitur: qui sedet in solio eius. Et Luc. 11. Væh vobis Pharisæis, qui diligitis primas cathedras in synagogis, & salutationes in foro, & vocari ab hominibus rabbi.

Primogenitū Pharaonis superbia.

Et nota, q̄ dicēs, qui sedet in solio, duo tangit. Quietem, cū dicit, sedet: gloriam, cum dicit in solio. Hæc duo Dñs destruxit in sua natiuitate, natus ad laborem, in se etiam ostendens humilitatē. Vnde quietem eorum conuertit in laborem, quibus dī. Surgite, postq̄ sederitis, qui māducatis panē doloris Gloriā in ignominiā. Vñ Oseæ 4. Gloriā

eorum in ignominiam commutabo. Super hoc soliũ non venit dominus sedere: immo, cum vellent eum rapere in regem, quasi euitans solium Pharaonis effugit. Venitque potius illud euertere. Vnde Ecclesiast. 10. Sed ex diuitum destruxit Deus, & sedere fecit humiles pro eis.

Primogenitum ancillæ cupiditas.

Primogenitum ancillæ est cupiditas. Vnde Abraham filijs concubinarum dedit donaria: hæreditatem Isaac filio liberæ reseruauit. Gene. 15. Quibus ergo Dominus temporalia largitur, videtur eos ancillæ filios reputare, & non hæredes vitæ æternæ. Bene autem additur: quę est ad molam. Ipsa enim est Babylon, de qua Esaiæ 47. Filia Babylon tolle molam: mole farinam. Farinam molit, qũ violentia diuitum pauperes atterit, & quasi in farinam delicatam eos, qui futuri sunt cybus domini, redigit. Vn de Esa. 3. Quare atteritis populum meum, & facies pauperum meorum commolitis? Est ergo ad molam in præsenti, quia molit, & erit in futuro, quia molief: & ita semper ad molam. Vnde Apocal. 18. Tulit angelus lapidem molarem, & misit in mare dicens. Hoc impetu mittetur Babylon, scilicet in infernum. Et vox molæ non audietur in ea amplius. Vox, scilicet, quæ dicat: opprimamus pauperem iustum, sed potius molentur, & opprimẽtur. Sicut dicitur Malach. 4. Calcabitis impios, cum fuerint cinis, sub planta pedum vestrorum.

Primogenitum iumentorũ luxuria.

Primogenitum iumentorum est luxuria. vnde de luxuriosis dicitur Iohel 1. Conputruerunt iumenta in stercore suo. &c. Mortalis concupiscentia q. primogenita, vel nialis quasi minor natu. Dicitur ergo primogenitum dignitate, non tempore, primogenita tempore sunt primi motus, quos Dominus in terra nõ interficit, sed reprimit. vnde Psalm. Beatus, qui tenebit, & allidet par. s. ad petra. &c. Adultam autem luxuriam, quæ est primogenitum iumentorum, ex toto interficit. vnde Exod. 22. Qui coierit cum iumento, morte moriatur. Cum iumento coitu qui luxuriæ mortali consentit. Primogenitum iumenti interficitur, quando per pœnitentiam luxuria mortalis mactatur, vel mortificatur.

Dedi-

De diuersis virtutibus, per diuersas ætates signatis.

IN PSAL. LXXVII. SERMO. CLXIX.

IVVENES eorum comedit ignis, & virgines eorum non sunt lamẽtatæ. Sacerdotes eorum in gladio ceciderunt. Diuersa hic virtutum genera designantur. Per iuuenes fortitudo mentis, patientia, & magnanimiras, & huiusmodi. Per virgines pudicitia mentis, mansueto, simplicitas, & incorruptæ affectiones, Hi sunt iuuenes, de quibus Gene. 14. Numerauit Abraham, vernaculos expeditos trecentos decem, & octo, & persecutus est eos, vsque dan. &c. Abraham est fides. Abrahã, vernaculos numerare dicitur: quia secundum mensuram fidei virtutes à Domino distribuuntur. ad Rom. 12. Sicut diuisit Deus, secundum mensuram fidei vnicuique. Trecenti dicuntur, quia sic forma crucis exprimitur. In cuius fide, & imitatione spirituales hostes vincuntur. De virginibus dicitur, adducentur regi virgines post eam, ideſt post charitatem, quæ est regina virtutum: & quasi puellæ thalami, sunt prædictæ virtutes. vnde Hester. 2. Dicitur. Quærantur Puellæ, & virgines speciosæ, & adducantur in ciuitatem suam. Hester inter cæteras puellas tradita est, quæ placuit ei, & inuenit gratiam in conspectu eius. Hæc est charitas, quæ Deo placet, & grata est, & per eam alia placent, & gratificantur. Quæ bene dicitur Hester. 1. abscondita. Quia non est, qui se sciat habere charitatem. Huius puellæ sunt virtutes. Iunguntur autem rectè iuuenes, & virgines senes, &c. Quid enim valet munditia, simplicitas, & huiusmodi absque fortitudine? Et, quid zelus, & fortirudo sine consilio, & discretione. Pudicitia socianda est fortitudini, quia sine fortitudine facile Perit. vnde de muliere forti dicitur Prouerb. 31. Fortitudo, & de cor indumentum eius. Fortis etat beata Agnes, quæ omnia donaria, quasi stercora reputabat. Propter hoc non alius angelus, quàm Gabriel, qui interpretatur fortitudo, missus est ad virginem. Iuuenes ignis comedit. quando fortitudinem animi ignis cupidi-

Pudicitia sine fortitudine nihil valet.

piditatis, vel luxuriæ, vel iræ vincit. Virgines non lamentantur, quando castitas perit, quia per pœnitentiam non restauratur. Non enim pudicitia mentis sine pœnitentia restauratur. hinc est, quod dicitur Iudi. nono. Dimitte me, vt duobus mensibus circueam montes, & plangam virginitatem meam cum sodalibus meis. Duobus mensibus virginitas plangitur, quando defectus virginitatis, aut integritatis in anima, & incorpore deploratur. Hoc autem cum sodalibus facere dicitur: quia virtutes adinuicem quasi sorores sibi sociantur, & sibi compatiuntur si per pœnitentiam restaurantur. vnde Hiere. 4. Pater meus es tu, dux virginitatis meæ. Montes circuit, quando ad commouendum Dei misericordiam suffragia sanctorum, per quirit. Pudicitia ergo sine fortitudine animi non est reputanda: ideo hæc duo iunguntur: immo tanta est vtilitas fortitudinis, quòd damnosius est fortitudinem animi, quàm pudicitiam amittere. Sicut eleganter significatur Iudicum 19. Vbi dicitur. Habeo filiam virginem, & hic homo habet concubinam: educam eas ad vos, vt humiliatis eas, & vestram libidinem expleatis: tantum obsecro nefas scelus contra naturam operemini in virum. Sicut tolerabilius est in virginem, quàm in virum turpitudinem agere: ita minus est pudicitiam, quàm fortitudinem mentis amittere. Tunc autem anima grauiter damnificatur, quando vtrunque damnificatur. Vnde Thren. primo. Virgines meæ, & iuuenes mei abierunt in captiuitatem. Et Deuteron. 32. Iuuenem, ac virginem simul lactentem cum homine sene. Vnde, & hoc Psalm. 78. Tradidit in captiuitatem virtutem eorum, & pulchritudinem eorum in manus inimici. virtus est fortitudo: pulchritudo pudicitia.

Pudicitia & animi fortitudo qñ seruẽtur.

Hæc autem duo pudicitia, & animi fortitudo maximè seruantur, quando anima orationis deuotione munitur, & à corporis voluptatibus separatur. & hæc quidem orationis deuotio significatur, per sacerdotes: & huiusmodi separatio, per viduitatem, de quibus, sequitur. Sacerdotes eorum in gladio. cecidi, & viduæ eorum non plorabantur. Sacrilegium, & flagitium est sacerdotes in gladio cadere. Gladij est diuidere, seu separare. Qui-

Quia ergo omne peccatum à Deo separat: gladius est. vnde Esa 59. Iniquitates vestræ, diuiserunt inter vos, & Deum. Et Eccles. 21. Romphea bis acuta hominis iniquitas. Maximè autem carnalis affectus, à quo per gladium suum dominus nos venit separare. vnde Matth. 10. Non veni mittere pacem, sed gladium. Veni enim separare hominem aduersus patrem suum, & filiam aduersus matrẽ suam, &c. Sed econtrario carnalis affectio separat nos à Deo, maximè clericos, qui carnaliter amant suos, quod significatur 1. Reg. 22. Vbi dicitur. Præcepit Saul, vt irrue rent in sacerdotes domini, & noluerunt serui regis extendere manus suas in sacerdotes domini. Doech autem idumeus irruit in sacerdotes domini, & trucidauit 85. viros indutos Ephot lineo. Multa quidem vitia sunt, quæ impugnare orationem nostram possunt: sed carnalis affectio maximè à Deo separat, & maximè impugnat, quod significatur per Doech idumeum, qui interpretatur motus sanguineus, idest carnalis affectus, qui episcopos, & prælatos nostri temporis à Deo separat, & occidit, quando secundum carnem mouentur, & nepotes inthronizant. Et dicitur, quòd Doech erat potẽtissimus inter pastores Saul. Quia hoc vitium potentissimum est ad diuidendum inter omnia, & maximè occidit sacerdotes, idest orationis deuotionem.

Carnalis affectio à Deo separat.

Bene autem iunguntur sacerdotes, & viduæ. Quia sacerdotes debent esse defensores viduarum, tanquàm miserabilium personarum, Sicut autem à sacerdotibus viduæ defenduntur, ita castæ affectiones à corporis sensibus separatæ orationum beneficio conseruantur. Alioquin dicitur, quod habetur Esa. 1. Causa viduæ non ingreditur ad eos.

Sacerdotes, & viduæ bene iunguntur.

Interficiuntur autem, quando castæ affectiones orationum suffragijs non proteguntur. Interfectæ etiam non plorantur, quando de extincta deuotione orationis, & amissione castitatis planctus pœnitentiæ non agitur.

De quatuor eligendo necessarijs.

IN PSAL. LXXVII. SERMO. CLXX.

Quatuor necessaria sunt, vt aliqs digne eligi valeat

ELEGIT Dauid seruum suum: & sustulit eum de gregibus ouium, de post fœtantes accepit eum. Quatuor hic notantur, quæ concurrunt ad hoc, vt aliquis sit dignus eligi. Primo requiritur, vt sit manu fortis, & aspectu desiderabilis: quod notat, cum dicit, Elegit Dauid. Hæc sunt, in quibus ornatus, & pulchritudo spirtualis viri consistit, scilicet fortitudo animi interior, & pulchritudo operationum, & bonæ famæ exterior. De quibus Prouer. 31.

Fortitudo animi

Fortitudo animi, quæ extrinsecus latet, significat interiorem vigorem in virtutibus irrascibilis: vt sunt zelus, seueritas, magnanimitas, & huiusmodi. Ideo dicitur Cant. 4. Quã pulchra es amica mea, quàm pulchra. absque eo, quod intrinsecus latet. Pulchritudo animi, quæ exterius facit desiderabilem pertinet ad exteriorem formam sanctę operationis, q̃ est, quasi facies hominis 1. ad Thim. 3. Oportet illum testimonium habere bonum ab ijs, qui foris sunt. De his 2. Petri. 2. Aspectu enim, & visu iustus erat habitans inter eos, qui de die in diem animam iustam iniquis operibus cruciabant.

Hæc est fortitudo, de qua dicitur Ecclesiast. 8. Ne spondeas supra virtutem tuam. Hoc facit, qui insufficiens curam animarum suscipit. Ecclesiast. 7. Noli quærere fieri iudex, nisi valeas virtute irrumpere iniquitates, ne forte extimescas faciem potentis. Sicut quidam pusillanimes, propter preces regias, vel timorem sui superioris, constituunt in ecclesijs suis minus dignas personas. De pulchritudine Gene. 49. Filiús accrescens, Ioseph filius accrescẽs, & decorus aspectu. Filiæ discurrerũt super murũ .s. ad videndũ, quasi ad spectaculũ. Sic oĩs prælatus debet admirationi esse. Bonos debet ad imitationem sui inuitare: malos ad inuidiam prouocare. Vnde sequitur. Exasperauerunt eum, & iurgati sunt, inuideruntque ei habentes iacula. Cum ergo hæc duo in prælato sunt, sæpè inuitat æmulos ad inuidiam: suos ad dilectionem. Ideo dicitur.

2. Co-

2. Corinth. 2. Christi bonus odor sumus Deo in his, qui salui fiunt: & in his, qui pereunt. Alijs quidem odor mortis in mortem, alijs autem odor vitę in vitam, Seneca. Qui clarioribus clarescunt meritis, acrius inuidiæ toxicato dente roduntur. Sola miseria caret inuidia.

Secundo exigitur, vt sit seruus Domini. Vnde dicitur, Elegit Dauid seruum suum. Agnoscat prælatus se esse seruum: sicut Apostolus omnium seruum se esse confitetur. Dicit enim 1. Corinth. 9. Omnium seruum me feci, vt plures Christo lucrifacerem. Non debet se gerere, vt Dominum. Vnde 1. Petri. 5. Neque, vt dominantes in cleros, sed forma facti gregis, ex animo. Et Eccles. 32. Rectorẽ te posuerunt, noli extolli. Esto in illis, quasi vnus ex illis: curam illorum habe, & omni cura tua explicata recumbe. Vnde Christus de se dicit. Filius hominis non venit ministrari, sed ministrare. Secundo.

Est etiam, quasi seruus condictus, qui secundũ leges non habet velle, vel nolle: nec seipso vti potest ad opus proprium. Vnde si propria voluntas aliquid cupiditatis, vel voluptatis, vel dominationis exegerit ab eo, debet ei denegare, & dicere. Satisfacere tibi non possum, quia seruus alterius sum. Ideo dicitur 1. Petri. 2. Pascite, qui in vobis est, gregem Domini. Non dicit sub vobis: sed in vobis, sic notans affectum prouidentis non coacte, sed spontanee secundum Deum. Neque turpis lucri gratia, sed voluntarie. De hoc seruo dicitur Luc. 19. Euge serue bone, &c. Et Luc 17. Quis vestrum habens seruum arantem, aut boues pascentem, qui regresso de agro dicat illi statim transi, & recumbe: & non dicit ei, para, quod cœnem: & præcinge te, & ministra mihi, donec manducem, & bibam: & post hęc tu manducabis, & bibes. Nunquid gratiam habet seruo illi, quia fecit, quod imperauerat? Sic & vos, cum feceritis omnia, quæ præcepta sunt vobis: dicite, serui inutiles sumus, quod debuimus facere fecimus.

Tertio exigitur, quòd in gradu inferiori probatus sit, quod notatur ibi. Sustulit eum de gregibus ouium. Ex hoc enim dignus inuenitur, vt ad maiora promoueatur, vt 1. ad Thimo. 3. Qui enim bene ministrauerint Tertio.

gradum bonum sibi acquirent. & Iob 5. Qui ponit humiles in sublime, & merentes erigit sospitate.

Quarto. Quarto, quòd fuerit imitator, & familiaris bonorum: quod notatur ibi. Depost fœ. acce.e. Fœtantes sunt patres spirituales spirituali prole Ecclesiam fœcundantes, & exéplis, & doctrinis propagantes. de quibus. Iob 39. Nunquid nosti tempus ibicum in petris, aut parturientes ceruas obseruasti? Incuruantur ad fœtus, & pariunt: & rugitus emittunt. Et ad Gala. 4. Filioli mei, quos iterũ parturio, donec for. in vo.ch. De his dicitur Cant. 4. Dentes tui, sicut greges tonsarum, quæ ascenderunt de lauacro: omnes gemellis fœtibus, & sterilis non est inter eas. Dentes sunt prælati subditis suis verba doctrinæ masticantes, & formantes, ipsos etiam Ecclesiæ incorporantes. Sicut greges tonsarum: non tonsorum. Potius enim tonderi debent à subditis, quàm subditos tondere, & spoliare. Quia filij nõ debent thesaurizare parentibus, sed parẽtes filijs, vt dicitur 1. Corinth. 12. Quæ ascendebant de lauacro, ideſt per puritatem vitæ vocati sunt: omnes gemellis fœtibus: vita, s. & doctrina, vel quantum ad bonũ regimen cleri, & populi. His, quia abundant doctrina, & vita, & præcellunt, à multis inuidetur, & detrahitur. vnde dicitur Amos 2. Dissecuerant prægnantes Galaad. Ga. interpretatur aceruus testimonij, & significat opera præclara, & doctrinam eminentem, quæ perhibent testimonium eis, q talibus abundant: propter quod dicuntur prægnantes. Prægnantes ergo Galaad dissecantur, quando ex inuidia eis detrahitur. Quia qui maioribus claresçunt meritis. &c. vnde de Ioseph dicitur Gene. 49. Exasperauerunt eũ, & iurgati sunt, inuideruntq; ei habentes iacula. Sed tanto iustius promouendi sunt. Vnde contra fratrum inuidiam Ioseph sublimatus est, & tamen benignus, & beneficus eis extitit. vnde dicitur. Gene. 41. Et dixit fratribus clementer: ego sum Ioseph, frater vester, quem vendidistis in Aegyptum: nolite pauere. Neque vobis durum videatur, quòd vendidistis me, pro salute enim vestra misit me Dominus ante vos in Aegyptum.

Prælati quales esse debeãt.

Qui

Qui sint serui Domini. & quid eorum sanguinem effundere: qui sint compediti: & quid gemere.

IN PSAL. LXXVIII. SERMO. CLXXI.



Seruui & nobiles Domini.

LTIO sanguinis seruorum tuorum, qui effusus est, introeat in conspectu tuo gemitus compeditorum. Hi, considerandum est, qui sunt in nobis serui Domini, quid sit eorum sanguinem effundere: Qui sint illi, qui dicuntur compediti, & quid gemere. Dominus habet in vito iusto, quasi seruos operantes in terra opera actiuæ, quæ sunt de genere bonorum, habet etiam in eo nobiles suos, motus scilicet interiores contemplatiuos, quasi diuino conspectui assistentes. Differentia est inter seruos, & nobiliores: serui capti solẽt ab hostibus occidi: nobiliores compediri, & incarcerari. Sanguis seruorum est intentio operationum. Sicut enim in corde est sanguis: sic in corde est intentio, & sicut in sanguine vita membrorum: ita in intentione, si bona est, vita consistit operum. Ideo dicitur Prouerbior. quarto. Omni custodia custodi cor tuum: quoniam ex ipso vita procedit. In operibus bonis ita debet esse opus in publico, quòd intentio maneat in occulto. Item sanguis in venis est: sed tunc extra funditur, quando propter vanam gloriam intentio aperitur. vnde dicitur Matth. 24. Omnia opera faciunt, vt videantur ab hominibus. Quando ergo opera de genere bonorum in actiua malo fine corrumpuntur, tunc sanguis seruorum effunditur, & ad Dominum clamat: Magna enim iniuria operi, quod in se bonum est, irrogatur, quando malo fine deformatur. Thre. tertio. Propter peccata prophetarum eius, & iniquitatem sacerdotum eius, qui effuderunt in medio eius sanguinem iustorum. Prophetæ sunt doctores: sacerdotes ministri ecclesiæ: qui effundunt sanguinem iustorum, quando ob fauorem hominum aperiunt intentionem operum.

Differentia inter seruos, & nobiles.

Opus bonũ publicũ, sed intentio occulta esse debet.

Sequitur de compedibus. Nobiles sunt contemplatiuæ meditationes, & spirituales affectiones: & istæ compendiuntur, quando per temporalium occupationem impe-

Nobiles, qui sint.

impediuntur, & quasi ad terrena inclinantur, quia sicut dicitur sapientiæ 11. Corpus, quod corrumpitur, aggrauat animam, & terrena inhabitatio deprimit sensum multa cogitantem. Et in Psalm. dicitur. Ad alligandos reges e. in comp. & nobi. e. in manicis ferreis. Et iterum Et occidit pingues eorum, & electos Israel impediuit. Carnales quidem cogitationes, & temporalium occupationes compedes sunt spirituales, & è conuerso. Et hę bene significantur. Act. 12. Vbi dicitur, quòd petrus seruabatur in carcere à quatuor quaternionibus, ideſt quatuor affectionibus, de quibus, Boetius. Gaudium pelle, pelle timorem spemque fugato, nec dolor adsit. Nubila mens est, vincta que frenis, hæc vbi regnant.

Nobiles diuersi.

Sicut autem nobilium alij sunt ministri ecclesiæ, vt sacerdotes: alij scholares sapientes, vt claustrales, vel doctores, alij milites: ta etiam in anima est inuenire. Nobiles animæ ministri Dei sunt desideria concupiscibilis nostrę. Nobiles, quasi scholares studiosi sunt meditationes rationalis nostræ. Nobiles quasi milites sunt affectiones irascibilis nostræ, vt zelus, & indignatio. Contingit autem, & desideria tepescere, & meditationes caligare, & affectiones prius fortes debilitari, & tunc nobiles compediuntur. De sacerdotibus dicitur, Thren. 1. Sacerdotes eius gementes. De scholaribus, vel doctoribus, vel sapientib. Thr. 2. Prophetæ eius non inuenerunt visionem à domino. De militibus, & omnibus simul. Naum. 3. Super inclitos eius miserunt sortem, & omnes optimates eius confixi sunt in compedibus. Et Naum. 2. Miles captiuus abductus est: & ancillæ eius minabantur, ideſt sensuales affectiones, quæ infirmæ sunt, & post nobiles captos trahuntur, dominus autem solus est, qui soluit hos compeditos. vnde Psal. Dominus erigit elisos, Dominus soluit compeditos, & alibi. Prospexit de excelso sancto suo, vt audiret gemitus compeditorum, & solueret fil. inter. ficut soluit. Petrum, quando misit angeluum suum, & lumen refulsit in habitaculo carceris, & ceciderunt catenæ, de manibus eius. Act. 12.

Qđ dñs soluat cõpeditos.

Soluit autem dominus peccata dimittendo. vnde de Lazaro dicitur Ioan 11. Soluite eum, & sinite abire. Et de asina dicitur Matth. 11. Soluite, & adducite mihi. Soluit ad religionem

gionem ducendo, vnde Iob 39. Quis dimisit onagrum liberum, & vincula eius quis rupit? Ad hoc autem soluit, vt alijs nouis cõpedibus liget, & fęliciter captiuet. Quia dicitur Matth, 22. Iugum meum suaue est, &c. Et Eccl. 5. Injice pedes tuos in laqueos illius: decor vitæ in illa, & nlligatio eius salutaris.

De duplici pane, & potu lachrymarum.

IN PSAL. LXXIX. SERMO, CLXXII.

CIBABIS nos pane lachrymarum, & potum dabis nobis in lachrymis, in mensura. Panis lachrymarum, vel potus dicitur dupliciter. Primo panis lachrymarum, ideſt quem lachrymæ consequuntur, & hic est omnis prosperitas, vel delectatio mundi. Panis enim videtur, dum sumitur, sed postmodum esse lachrymarum inuenitur. Sicut Prouer. 14. Risus dolorem. & ex. gaudij luctus occupat. Ideo dicitur. Surgite postquam sederitis, qui manducatis panem. Dicitur etiam panis afflictionis ab effectu. Vnde Deuter. 16. Septem diebus comedes absque fermento afflictionis panem, ideſt tota vita tua. Iob. 10 Panis eius in vtero illius vertetur in fel aspidũ intrinsecus. Vterus est conscientia, panis in vtero in fel conuertitur, quando conscientia de præterita delectatione torquetur. In fel aspidum rectè dicitur, quando ad modum aspidis contra prædicationis correptionẽ obseratis auribus obstinatur. Vnde Psal. Furor illius secundum similitudinem serpentis, & aspidis surdæ. In quibusdam regionibus ita fortis est panis, & durus, ꝙ non est sumendus ad satietatem, & si sumitur, sumens inflatur & torquetur. Sic est de delectatione mundana: ideo cum modestia sumenda est. Panis enim fermentatus est, & corruptus: ideo vel non est sumendus: sicut dicitur Deuter. 16. Non apparebit fermentatum in omnibus terminis tuis. Vel cum modestia sumatur, sicut dicitur Prouer. 25. Mel inuenisti, comede, quod sufficit tibi, ne forte satiatus euomas illud: ideo, Cibabis nos pane lachrymarum in mensura. Panis mundanæ delectationis commutatur in lapides.

Panis, & potus lachrymarum duplex.

Vterus cõscięt̃ia est.

des. Vnde dicitur Prouerb. 20. Suauis est homini panis mendacij, & postea os eius implebitur calculo. Calculus, qui non potest masticari, nec deglutiri, æterna pœna est, quæ non potest consumi, neque finiri. Econtrario dominus lapides suos commutat in panes, id est tribulationem in delitias. Vnde dixit diabolus ei Matthæi 4. Dic, vt lapides isti panes fiant. Et Luc. 11. dicitur. Quis vestrum habens amicum, &c. si petierit panem nunquid lapidem porrigit illi? & sequitur. Si ergo vos cum sitis mali, nostis bona dare filijs vestris, quanto magis pater vester cælestis de cœlo dabit spiritum bonum petentibus se? Secundo modo dicitur panis, qui sequitur, vel committatur lachrymas, & iste duplex: quia vel est inter lachrymas, vt panis gratiæ, vel post lachrymas, vt panis gloriæ; Panis, qui inter lachrymas datur est delectatio, vel refectio spiritualis, quæ concomittatur pœnitentiam. Istum panem dat dominus numero, pondere, & mensura. Nam secundū numerum peccatorum attendi debet numerus satisfactionum. Vnde Deut. 25. Pro mensura peccati erit, & plagarū modus. Et ad Rom 6. Humanum dico propter infirmitatem carnis vestrę. Sicut enim exhibuistis, &c. In pondere, quia secundum pondus, & grauitatem, & circunstantias peccati debet pœnitentia ponderari. Non enim æqua ponderatio est leuis pœnitentia, & grauis culpæ. Iuxta illud Prouer. 11. Stathera dolosa abhominatio est apud Deum. Et Deut. 26. Non habebis in sacculo diuersa pondera maius, & minus, nec erit in domo tua modius maior, & minor. Modius æqualis, & verus erit tibi in mensura. Possibilitatem enim debet attendere sacerdos pœnitentis, ne dicatur ei illud Matth. 23. Alligant onera importabilia, & digito suo ea mouere nolunt. Et Lucæ 11. Et vobis legisperiti væh, quia oneratis homines oneribus, quæ portare non possunt, & ipsi vno digito vestro nō tangitis sarcinas. Sacerdos, qui sic facit portat duplicem mensuram: vnde dicere potest illud: Pondera bina fero, dum pro simili tibi culpa. Impono pondus grande, minusq; mihi. Ideo nomine calicis significatur, quia cañx certa mensura est: ipse dominus hoc attendit. Vnde Prou. 16. Spiritum pōderator est dominus. Calix etiam dicitur, quia nemo ad illum cogitur.

Panis cō-comitans lachrymas duplex.

gitur. Non enim sustinet in mensa sua Guersail, quod significatur Hester 1. vbi dicitur. Non erat, qui nolentes cogeret ad bibendum, sed sic statuerat, vt sumeret vnusquisque quod volebat. Iste panis dicitur lachrymarum. Quia post lachrymas. Quia spiritualis consolatio non datur nisi post lachrymas, vel in ipsis lachrymis, nec in præsenti, nec in futuro. Non in præsenti. Vnde Iob. 3. Antequàm comedam suspiro, &c. In futuro, quod significatur Gen. 43. vbi dicitur. Erumpebant lachrymæ, turbusq; lota facie egressus continuit se, & ait: ponite panes. Sederuntque coram eo primogenitus iuxta primogenita sua, & minimus iuxta ætatem suam. Et hic panis in mensura dabitur, quia secundum merita singulorum distribuetur. Vnde Apoc. 21. Et mensus est ciuitatem arundine aurea. Et hoc significatur per manna, de quo Exod. 16. Mensi sunt ad mensuram gomor, neque qui plus collegerat, habuit amplius: neque qui minus parauerat, habuit minus. Quia primi sunt nouissimi, & nouissimi primi. Panes isti etiam significantur per panes, quibus dominus pauit turbas, qui sub certo numero deputātur: nam vna vice quinque, alia vice septem, sed eorum fragmenta ipsis panibus superabundant. Quia plus futurum est in retributione, quàm sit in meritorum dignitate. Quia sicut dicitur 2. ad Corinth. 4. Id momentaneum, & leue tribulationis nostræ supra modum in sublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis.

Spiritualis consolatio pānis, & lachrymarum.

De vinea, & patresa, deq; operarijs, & mercede eorum.

PSAL. LXXIX. SERMO. CLXXIII.

PERFICE eam, quam plantauit dextera tua Bernardus. Viro sapienti est vinea sua vita, sua mens, sua conscientia. Hæc est vinea, de qua dī Matt. 20. Simile est regnum cęlorū homini patrisa. qui exiuit primo mane conducere operarios in vineā suā. Conuentione aūt facta, &c. Primo cōsiderādū qs est patrifamilias, qui egredi dī. Et quid est egredi, & cp tocius egreditur. Secūdo, qui sint operarij huius vineæ, &

quos

quomodo introducuntur. Tertio, quid denarius diurnus, qui singulis redditur: & quid est, quòd singuli æqualiter singulos denarios accipiunt. Quarto, quid est, quòd nouissimi, vt primi accipiunt, & æqualiter, vt primi: & quis est ille, qui remurmuratc, ui dicitur: Tolle, quod tuū est, & vade.

Vinea cō sciētia est

Hæc vinea humana est conscientia, in qua plantauit Dominus omne semē verum: in intellectu cognitionem veritatis: in affectu amorem veritatis. Hoc semen est lex naturalis: de qua ad Ro. 2. Cum gentes, quæ leges nō habēt, naturaliter ea, quæ legis sunt, faciunt: ipsi sibi sunt lex, qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis. Hæc est vinea Naboth, de qua 3. Reg. 11. quam Achab voluit transplantare in hortum holerum, Achab est diabolus, vel sapientia diaboli, vel prudentia mundi, vel prudentia carnis. Holera sunt delitiæ transitoriæ, & carnales, quæ tanquàm holera herbarum cito decident.

Cultor vineæ.

Dominus egreditur ad huius vineæ culturam cum suā nobis voluntatem manifestat per internam inspirationē: ad illos autem, quibus non manifestat, non egreditur. Vnde dicitur Psalm. 44. Non egredieris Deus in virtutibus nostris. Hi sunt ingressus, de quibus dicitur Psalm. 47. Viderunt ingressus tuos Deus, ingress. Dei m. regis. m. qui est in sancto. Multiplex egressus est multiformis, & frequens manifestatio. Hinc dicitur Ecclesiast. 1. Fons sapientiæ verbi Domini in excelsis, & ingressus illius, mandata æterna. Et iterum. Disciplina sapientiæ, cui reuelata est, & manifestata: & multiplicationem ingressus illius quis intellexit?

Vineæ huius operarij, vel cultores sunt cogitationes animæ, & affectiones eiusdem. Labor horum operationum est conscientiam emundare. Primi exercent se in inquisitione veritatis: & hoc est in altum fodere: & alta perscrutari, ideſt pestiferas radices errorū ab intellectu extirpare.

Secundi exercent se in exercitatione virtutis: & hoc est sarmentorum superflua, ideſt inutilia morum resecare. Vnde de vinea inculta dicitur Esa. 5. Non putabitur, hoc quantum ad malos mores: & non fodietur, hoc quantum

tum ad errores: & ascendēt super eam vepres, & spinæ, ideſt prędicta duo, scilicet mali mores, & errores. Hi sunt operarij, de quibus dicitur Oseæ 2. Dabo vinitores eius ex eodem loco, ideſt prædictas cogitationes, & affectiones ex ipsa anima. Ad cogitationes pertinent correptio errorum: ad affectiones correptio vitiorum.

Diuersis horis introducūtur opera rij.

Introducuntur diuersis horis. Mane, hora tertia, hora sexta, hora nona, & vndecima. Mane, in quo fit ortus lucis, est illuminatio veritatis. Vnde Cantic. 7. Mane surgamus ad vineas. Hoc est mane, de quo dicitur Iob. 37. Nunquid post ortum tuum præcepisti diluculo: & ostendisti auroræ locum suum? Aurora locus est intellectus, quē gratia illuminat. Hora tertia fit incœptio caloris. Incœptio caloris est acceptio bonitatis. Vnde hora tertia missus est Spiritus sanctus. Vnde Actuum 2. Non hi ebrij sunt, cum fit hora diei tertia: sicut æstimatis. Hora sexta, scilicet meridie, fit æstuatio caloris, & feruor diei. Aestuatio caloris est feruor dilectionis. Vnde Gene. 18. Apparuit Dominus Abrahæ in ipso feruore diei. Post nonam, & vndecimam incipit diminutio lucis, & temperamentum caloris. Quid est diminutio lucis, nisi hebetatio prudentiæ carnalis? Et quid est temperamentum caloris, nisi restrictio cupiditatis? De hoc dicitur Gene. 15. Cumque sol occumberet, irruit sopor super Abraham. Quia nisi prius in homine deficiat prudentia carnalis, non succedit sopor, & visio contemplationis. His igitur gradibus procedit animæ profectus. Primum est consilium quærere: quod fit infusione gratiæ, quando anima illuminatur. Secundum est anima iam illuminata per consilium voluntatem erigere, qđ fit, cum incipit incalescere affectus, per Spiritum sanctū quasi hora tertia. Tertium est virtutum exercitatione desiderium ad æterna inflammare: & tunc anima est quasi in meridie. Quartum est, quòd post æternorum desiderium debemus sensus nostros etiam à licitis cohibere, vt possimus ab illicitis appetitum temperare, & tunc quasi in hora nona, prudentia carnis in nobis caligat, & quasi in vndecima calor appetitus carnalis declinat. Hæc omnia comparantur ad vineæ spiritualis culturam. Primum est rectitudo consiliorum. Secundum correctio voluntatum.

Incęptio caloris.

Tēperamētū caloris.

Gradꝰ ꝓfectꝰ aīæ

Cultura vineę ſpiritualis.

tũ. Tertium æstuatio desideriorũ cęlestium. Quartum restrictio sensuum. Vltimum moderatio appetituum.

Denarius diurnus.

Denarius diurnus est forma perfectionis, ad quam prędictis gradibus peruenitur: per hoc enim, quòd consistit in denario assequimur, plenam, & perfectam obseruationem mandatorum. Quid enim est in fine denarium percipere, nisi per obseruationem decem mandatorum in omnibus sensibus perfectionis nostræ formam possidere? De hac perfectione dicitur hic. Perfice eam, quam plantauit dextera tua. Anima, quæ nondum hanc habet clamat. Imperfectum. m. vi. q. t. sed sperare debet, quia sequitur: dies formabuntur, & nemo in eis.

Cur tardius venientes prio denariũ accipiũt.

Qui tardius veniunt, prius denarium accipiunt, & tamen minus laborant. Ideo prius denarium accipiunt, licèt posteriores veniunt: quia cogitationes, & affectiones, quanto magis procedunt, tanto magis ad formam perfectionis accedunt, quia secundæ posteriores sunt, & perfectiores, quàm primæ, & ita de alijs. Quia, sicut dicitur Prouerb. 4. Iustorum semita quasi lux splendens procedit & crescit vsque ad perfectam diem. Sicut farina crebrius cribrata purior est, & granum quanto magis ventilatũ. vnde Pal. 75. Reliquiæ cogitationis diem festum agent tibi. Minus etiam laborant, quia quanto magis in virtutum exercitio quis proficit, tanto amplius labor ei delitescit. vnde Prouerb. 4. Ducam per semitas æquitatis, quas cum ingressus fueris non arctabuntur gressus tui, & currens non habebis offendiculum. Quãto enim amor magis crescit. tanto amplius labor decrescit. Per amorem fit iugum, & onus leue quod prius videbatur intolerabile. vnde Gen. 29. Seruiuit Iacob pro Rachele septem annis, & videbantur illi dies pauci præ amoris magnitudine.

De ædificio spirituali, & eius fundamento muro, & tecto eorumq; demolitione, & remedijs: ne demoliantur.

PSAL. LXXIX. SERMO. CLXXIIII.

INcensa igni, & suffosa ab increpatione vultus tui peribunt. Primo considerandum est, quæ sint in ædificio spirituali,

spirituali, fundamẽtum, murus, & tectum. Secundo quo modo fundamentum suffoditur, murus præcipitatur, tectum incenditur. Tertio, quæ sint remedia contra suffossionem, & incensionem. De fundamento dicitur 1. Cor. 3. Vt sapiens architectus fundamentum posui & Matth. 7. Et Lucæ 6. Omnis, qui audit verba mea hæc, & facit ea, similis est homini ædificanti domum, qui fodit in altum, & posuit fundamentum supra petram. Fides fundamentum absconditũ est. vnde ad Hebræ. 11. Fides est substantia rerum sperandarum argumentum non apparentium. Et quanto altius, & firmius est fundamentum tanto altius potest surgere ædificium. vnde Matt. 7. Venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domũ illam, & non cecidit: fundata enim erat super petram. Sicut de arbore dicitur Oseæ, vltimo. Etrumpet radix eius, vt libani ibunt rami eius. Sicut autẽ in materiali domo construenda maiores lapides ponuntur in fundamento: similiter factum est in spirituali ædificio. Nam Christus, qui lapis primarius, & alij sancti præcesserunt: quorum fide, & exemplo fundamur. De Christo lapide primario dicitur Zach. 4. Educet lapidem primarium, & exæquabit gratiam gratiæ. Esa. 28. Ecce ego mittam in fundamentis sion lapidem angularem probatum preciosum in fundamento fundatum. De alijs sanctis dicitur Esa. 54. Ecce ego sternam per ordinem lapides t. & fundabo in saphyris. Spes murus à dextris, timor à sinistris. qui fidei velut fundamento innituntur. Non enim sperat præmia, neq; timet suplicia, nisi qui credit ea. Hæc sunt, quæ debent super ædificari fidei. vnde 1 ad Corinth. 3. Vnusquisque videat, quomodo, & quæ superædificet. Secundo quia spes innititur fidei dicit in descriptione: Fides est substantia rerum sperandarum. Murus est timor à sinistris. vnde dicitur Ecclesiast. 27. Nisi constanter tenueris te in timore Domini, cito subuertetur domus tua. Isti muri stant contra machinas, & tentationes tribulationum. ideo dicitur Ecclesiastic. 2. Fili accedens ad seruitutem Dei, sta in iustitia, & timore, & præpara animam tuam ad tentationẽ. Spes enim cęlestium bonorum, nihil æstimat damna neque supplicia, quia transitoria sunt. vnde ad Hebræ.

Fũdamẽtum spiritualis ędificij fides

Munus à dextris spes à sinistris timor.

decimo. Rapinam bonorum vestrorum cum gaudio suscepistis, &c.

Charitas, & tectū.

Culmen, vel tectum spiritualis domus, est charitas. Et Item. Quia charitas operit multitudinem peccatorū. Hæc sustinet pluuias irruentes, & grandines comprimentes, nec tamen cedit. Vnde Cantic. vltimo. Aquæ multæ non possunt extinguere charitatem. Fundamentum suffodiunt, qui fidem sollicitant, vel etiam opera bona subtrahunt, quia fides sine operibus mortua est.

Circa fidē dupliciter peccari contingit.

Circa fidem peccatur dupliciter, vel per additionem addendorum, vel per subtractionem non subtrahendorum. vnde Gene. 49. Symeon, & Leui fratres vasa iniquitatis bellantia, in consilium eorum nō veniat anima mea, quia in furore suo occiderunt virum, & in voluntate sua suffoderunt murum. Maledictus furor eorum, quia pertinax, & indignatio eorum, quia dura. Symeon audiens. Leui addens, vel additus interpretatur. Hi sunt, qui auctoritate sua auditis addunt, vel audiunt, addita nō adden da. Contra quos dicitur Apocalip. vltimo. Si quis apposuerit ad hęc, apponat Deus super illum plagas, scriptas in libro hoc, &. Siquis diminuerit de verbis prophetiæ huius, auferet Deus partem eius de libro vitæ. Et Exod. 30. dicitur. Hoc dabit omnis, qui transit ad nomen (scilicet, vt verè dicatur Christianus, & Catholicus,) diues non addet, & pauper non imminuet. Et quia hæretici contentiosi sunt, rectè sequitur: vasa iniquitatis bellantia. Vnde secundæ ad Tymoth. secundo. Noli verbis contendere: ad nihilum enim vtile est, nisi ad subuersionem audientium, & ideo sequitur. Quia furor eorum pertinax, & indignatio eorum dura. quia inuincibiles sunt hæretici, nec facile reuocantur. Vnde, Prouerbiorum secundo. Inclinata est ad mortem domus eius: omnes, qui ingredientur ad eam, non reuertentur, nō apprehendent semitas vitæ.

Tectum succenditur, id est charitas. quæ bene dicitur tectum. quia sicut tectum regit omnia, quæ in domo sunt: ita charitas operit multitudinem peccatorum 1. Petri 4. Amor autem temporalium destruit amorem æternorum. Et

Et hoc triplici igne, primus est luxuriæ, de quo Iob 31. Ignis est vsque ad consumptionem deuorans omnia eradicans genimina. Et Prouerbiorum sexto. Nunquid potest homo abscondere ignem in sinu suo, vt vestimenta sua non ardeant? aut ambulare super prunas, vt non comburantur plantæ eius? Et Ecclesiasti 9. Concupiscentia eius, quasi ignis exardescit. Secundus est ignis gulæ. de quo 3. Regum. vltimo, Venit Nabuzardan princeps exercitus seruus Regis Babylonis in Hierusalem: & succendit domum Domini, & domum Regis, domos Hierusalem, omnemq; combussit igni, & muros in circuitu Hierusalem destruxit. Nabuzardan interpretatur princeps cocorum. Tertius est ignis auaritiæ, de quo Iob 15. Ignis deuorabit tabernacula eorum, qui libenter accipiunt munera. Et Amos 1. Mittam ignem in domum Asahel, & deuorabit domos Benedab. Asahel interpretatur ambitus. Ignis Asahel est ignis ambitionis. Benedab filius votiuus: & significat clericos, & claustrales, qui maximè ambitionis igne deuorantur. Ideo dicitur Esa. 1. Terra nostra deserta, ciuitates nostræ succensæ igni. Hinc legitur Marci 14. quòd ignis erat in atrio principum sacerdotū. Quia ignis cupiditatis, & ambitionis præcipuè in clericis, & sacerdotibus, & in maioribus inuenitur. Vnde dicitur Malach. 1. Quis est in vobis, qui claudat ostium, & incendat altare meum gratuito? Non est voluntas mea in vobis, dicit Dominus, & munus non suscipiam de manu vestra.

Triplex ignis.

Contra prædicta notatur remedium, cum dicitur. Ab increpatione vultus tui peribunt. Quia contra suffosionem Christus in manibus, & pedibus, & in latere se perfodi permisit, & voluit. Vnde. Foderunt (inquit) manus meas, & pedes meos. Contra ignem de latere Perfosso, emisit aquam ad extinguendum. Vnde Ioan. decimo nono. Et vnus militum lancea latus eius aperuit: & continuo exiuit sanguis, & aqua.

De linguarum diuisione in septuagesimo.

IN PSAL. LXXX. SERMO. CLXXV.

IOSEPH cum exiret de terra Aegypti linguam, quam non mouerat, audiuit. Ante ædificationem turris Babel vnica erat lingua, scilicet hæbrea. Vnde Gene. 11. Erat terra labij vnius. Sed post confusa est in 72. linguas. Primo occurrit considerandum, quid est vnũ habere labium, quid diuersa, & vnde contingat diuisio. Secũdo, qd hoc significet q̃ in 70. linguas facta est diuisio.

Babel cõfusio dr̃. Babel interpretatur confusio. Babel ædificat, qui terrena amat. Vnde Prouerb. 15. Conturbat domũ suam, qui sectatur auaritiam. Ante hoc ædificiũ dum amãtur æterna, vna est lingua totius populi, scilicet cogitationũ, & affectionum dicentium. Vnam petij à Domino, & hæc est hebræa, ideſt transilientis. de quo Psalm. 38. Prophetam, ideſt pro transiliente. Vnde dicitur, Locutus sum lingua mea, scilicet transilientis. Hãc linguam non habet anima dum est in Aegypto, sed cum exit de Aegypto: Linguam quam non nouit, audiuit. Iuxta illud Oseæ, ideſt Ducam eam in solitudinem, & loquar ad cor eius.

Diuisio linguarũ q̃n fiat. Diuisio linguarũ fi, quando in anima desideria multiplicant. Vnusquisq; sensuũ habet suum appetibile, & loquitur illud. Aliud visus, aliud gustus, aliud auditus, & de alijs. Ideo dicitur Eccle. 11. Fili, ne in multis sint actus tui, ideſt in terrenis, quæ in se multa sunt. Sed potius circa vnum, scilicet Deum, in quo non aliud quærit visus animæ quàm gustus, quia in ipso idem est bonitas, quod veritas. Vnde dixit Moysi. Exod. 44. Ecce ostendam tibi omne bonum. Ideo anima sibi non distrahitur, sed vnum loquitur. In 72. autem linguas diuidi dicitur, sed quia nimis esset longum dicere de 72. linguis breuiter dicemus. Cum enim septenarius, per denarium ductus 72. constituat: idem in mysterio significant 17. quod 72.

De linguis ergo 17. dicemus, in quibus linguarũ, quę audiuntur in Aegypto, diuersitas compræhendi potest.

Prima est dissoluta, de qua Prouer. 15. Sicut verba pa-

tens, & absque murorum ambitu, ita qui non potest in loquendo cohibere spiritum suum. Et Prouerb. 17. Qui dimittit aquam caput est iurgium.

Lingua litigiosa. Secunda, litigiosa, & contumeliosa, de qua Ecclesiast. 8. Non litiges cum homine linguato, & non struas in ignẽ eius ligna. & Prouerb. 10. Qui profert contumeliam, insipiens est.

Detrahẽs Tertia, detrahens. de qua Eccles. 10. Si mordeat serpens in silentio, nihil minus habet eo qui occulte detrahit. Et Prouer. 13. Qui occulte detrahit alicui rei, in futurum se obligat.

Seminãs discordias. Quarta, seminans discordias: de qua Ecclesiast. 8. Non appelleris susurro in populis. & Prouer. 6. Sex sunt, quæ odit Dominus, & 7. detestatur anima eius: oculos sublimes, linguam mendacẽ, manus effundentes sanguinem innoxium, cor machinans cogitationes pessimas, pedes veloces ad currendum in malum, proferẽtem mendacia, testem fallacem: & eum qui seminat inter fratres discordias.

Impropẽrans. Quinta est improperans, de qua Eccle. 21. Datus insipientis non erit tibi vtilis. exigua dabit, & multa improperabit.

Murmurans. Sexta, murmurans: de qua Sapi. 1. Auris zeli audit omnia, & tumultus murmurantium non abscondetur.

Preceps. Septima, præceps in promittendo: de qua Ecclesiast. 4. Noli esse citatus in lingua tua. Et Prouerb. 12. Est qui promittit, & quasi gladio pungitur conscientiæ. Et Eccle. 20. Est qui præ confusione promittit amico, & lucratus est eum inimicum gratis. Similiter, & vouendo. vnde Prouerb. 20. Ruina est homini deuorare sanctos, & post votum, promissa non soluere.

Reuelans secreta. Octaua, secreta reuelans. de qua Eccles. 27. Qui denudat arcana amici perdit fidem, & non inuenit amicum ad animum suum. Denudare autem amici mysterium desperatio est animæ infelicis.

Iurans. Nona, iurans: de qua Eccle. 23. Iurationi non assuescat os tuum. multi enim casus in illa loquela. Et Eccles. 28. Multum iurans horripilationem capiti statuet.

Blasfema. Decima, blasphe. de qua Esa. j. Blasphemaue scũm Israel

Et Esa. 52. Iugiter tota die nomen meum blasphematur.

Magniloqua. Vndecima est magniloqua, de qua Prouerb. 28. Qui se iactat, & dilatat, iurgia concitat.

Adulatoria. Duodecima adulatoria, de qua Prouerb. 27. Qui benedicit proximo suo voce grandi de nocte consurgens maledicenti similis est.

Dolosa. Decimatertia dolosa falsi amici, de qua Prouer. 27. In labijs suis intelligitur inimicus, cum in corde tractauerit dolos.

Blanda. Decimaquarta blanda, & seductoria, sicut meritricis. de qua Prouer. 5. Ne intendas fallaciæ mulieris, fauus enim distillans labia meretricis, & nitidius oleo guttur eius: nouissima autem illius amara, sicut absinthium, & acuta, sicut gladius biceps. Quia animam, & corpus interficit. Et Ecclesiast. 9. Colloquium eius quasi ignis exardescit.

Excusatoria. Decimaquinta excusatoria: de qua Gen. 3. Serpens decepit me. Et eodem 17. Negauit Sara dicens, non risi.

Mēdax. Decimasexta mendax: de qua Sapi. 1. Os, quod mentitur, occidit animam. Et Prouerb. 21. Testis mendax peribit.

Duplex. Decimaseptima duplex: de qua Eccle. 28. Susurro, & bilinguis maledictus. Multos .n. turbauit pacē habentes.

De ore non aperiendo in Aegypto, sed egressis ex ea, & de eo, qui animam implere valeat.

IN PSAL. LXXX. SERMO. CLXXVI.

EGo enim sum Deus tuus, qui eduxi te de terra Aegypti: dilata os tuum, & implebo illud. Primo considerandum, quare non sit os aperiendum, dum sumus in Aegypto. Secundo, quòd, postq̄ exierimus de Aegypto os aperiēdū est. Tertio qui solus possit aīum implere. Rectus ordo hic notatur. Primo enim dicit se eos de terra Aegypti eduxisse. Secūdo præcipit aperire os nō in terra Aegypti: nā in Aegypto non est os aperiendum: tum quia non videtur ibi q̄d ei apponatur, & ideo potius claudēdum est, q̄ aperiendū, tum quia cibi Aegypti nō satiant, nec replent. Primū notatur

tatur in hoc, quòd Aegyptus tenebræ interpretatur. vnde legitur in poetis, q̄ Phineo excæcato harpiæ immittebant stercora in mensam eius. Cæcus Phineus, qui stercorib. pascitur, est cæcus cupidus, qui temporalibus delectatur, & ideo, quia stultum est in tenebris os aperire, dī Prouerb. 20. Aperi oculos tuos, & saturare panibus: quasi dicat. Ne aperias os in tenebris, ne tibi accidat, quod dī 4. Reg. 18. Vt comedāt stercora sua, & bibant vrinā suā.

Secundo non est os aperiendum in Aegypto, quia cibi Aegypti non satiant. Rationalis enim nostra non impletur scientia. vnde Eccl. 10. Cunctæ res difficiles: non potest eas homo explicare sermone. Non satiatur oculus visu &c. Item concupiscibilis, non impletur voluptate. nec irascibilis vanitate. vnde Prouerb. 30. Duæ sunt sanguisugæ filiæ, quæ semper clamant affer, affer.

Vnde duobus modis impeditur saturitas in Aegypto: scilicet per qualitatem receptorum. vnde dicuntur panis mendacij. Prouerb. 20. Secundo impeditur, per qualitatem recipientis: sicut hydropicus non satiatur aqua, vnde Ouidius. Sic, quibus intumuit venter suffusus ab vnda: Quo plus sunt potæ, plus sitiuntur aquæ. Et de habēte validam famem dicit Ouidius. Cibus omnis in illo: causa cibi. Et Prouer. 30. Tria sunt insatiabilia. Infernus, & os vuluæ, & terra, quæ non satiatur aqua. Ignis nunquam dicit sufficit. quanto enim plus habet materiæ tanto plus ardet. Sic & cupiditas vrit cor hominis. Nam, vt dicit iuuenalis: Crescit amor nummi, quātū ipsa pecunia crescit.

Saturitas in Aegypto duob. modis impeditur.

Exeundū est ergo de Aegypto, antequā os aperiatur. vñ Exodi. 1. Phiton vna de ciuitatibus Aegypti interpretatur os abyssi. hinc est, quod dicitur Dani. 1. Proposuit Daniel in corde suo, q̄ non polluereturde mensa regis Babylonis: neq; de vino potus eius, & post dicitur Apparuerunt vultus eorum meliores, & pulchriores præ omnib. pueris, qui vescebantur cibo regio. Porrō Malassar tollebat cibaria, & vinum potus eius, dabatq; ei legumina. Et hoc ad litteram apparet in quibusdam claustralib. Et quia primo de Aegypto exeundum est, & postea os aperiendum: Dominus non pluuit manna de cœlo filijs Israel, nisi in deserto, vt dicitur Exod. 18.

Prius de Aegypto exeundū est postea loquēdū.

Sol' Deꝰ aīam implet. Nihil est sub anima, quod impleat eam, quia minus est ipsa: solus autem Deus implet eam: nec ipsa totū Deū capit, quia Deus ea maior est infinito, & ideo necessariū est, vt supereffluat. vnde Esa. 58. Requiem tibi dabit Dominus, & implebit splendoribus animam tuam. Et quia totum non potest capere. dicitur Matth. 26. Intra in gaudium Domini tui. q.d. gaudium non potest intrare in te, & Lucæ 6. Mensuram bonam, & coagitatam, &c. supereffluentem, & ideo dicitur hic, dilata os tuum, & hoc est, quod dicitur Ruth. 3. Extende pallium quo operiris, & tene vtraque manu, qua extendente mensus est sex modios hordei, & posuit super illam. Pallium illud est affectus, vtraque manus sunt duæ partes iustitię, de quibus Psalm. Declina à malo, & fac bonum, vel patientia malorum, & operatio bonorum. Sex modij hordei perfectio gratiæ in præsenti: & si essent frumenti: perfectio gloriæ in futuro. Sicut ait Psalm. Adipe frumenti satiat te. Aperiendum igitur est os in terra Iessen, vbi lux est, & vbi nullæ sunt muscæ: sicut dicitur. Exod. 8

De faciebus peccatorum, quas sumit homo.

IN PSAL. LXXXI. SERMO. CLXXVIII.

Facies pctī non est facies naturæ, sed culpę

QVEQVO iudicatis iniquitatem: & facies peccatorum sumitis? Rectè dicit sumitis, quia facies peccati non est facies naturæ, secundū quàm factus est homo ad imaginem, & similitudinem Dei. Facies culpæ est secundum quam se transformat in bruta. Vnde homo cum in honore esset &c. Peccatores, per diuersas peccatorum laruas in se depingunt processionem renardi seu vulpis. Per superbiam, & rapacitatem induunt leonem. Per super Eccle. 4. Noli esse leo in domo tua, euertens domesticos tuos, & opprimens subiectos tuos. Per rapacitatem. Vnde Ecclesiast. 14. Venatio leonis onager in eremo: sic & pascua diuitum sunt pauperes.

Diuersæ facies peccatorum.

Vrsus, per voracitatem. Vnde de vtroque dicitur Proue. 28. Leo rugiens, & vrsus esuriens princeps impius super

super populum pauperē. Et Dan. 7. Ecce bestia alia similis vrso, cui dictū est. Surge comede carnes plurimas.

Asinus per stoliditatem, & duram ceruicem. Vnde Iudæis dicitur mystice Gene. 22. Expectate hic cum asino.

Lupus p voracitatē. Vñ Sopho. 3. Principes eius in medio eius quasi leones rugientes: iudices eius lupi vesperæ.

Vitulus per lasciuiam. Vnde Hiere. 50. Effusi estis, quasi vitulus super herbam, & mugistis sicut tauri.

Taurus per extollentiam. Vnde Ecclesiast. 6. Ne extollas te in cogitatione velut taurus, &c.

Pardus per varietatem, & hypocrisim. Dan. 7. Et ecce alia bestia quasi pardus, & alas habebat quasi auis. Quia spirituales esse & cœlestia petere videntur.

Simia per gesticulationem, & histrionitatem. Vnde dicitur 3. Regūm decimo. Classis regis ibat in Tharsim deferens inde dentes elephantorum, & simias, & pauos.

Hiena, per crudelitatem, quæ extrahit cadauera de sepulchris vt deuoret, significans eos, qui mortuis non parcunt. Vnde de Iudæis, quia Christum etiam mortuū persecuti sunt, dicitur Hierem. 12. Facta hæreditas mea mihi, quasi leo in sylua. aliter quasi hiena.

Ericius, per asperitatem, & immansuetudinem. Vnde Esa. 34. Ibi foueam habuit ericius.

Oryx, qui dicitur leir, ou lair, ou glairon, per pigritiā, & somnolentiam. Esa. 52. Dormierunt in capite omnium viarum, sicut oryx illaqueatus.

Aspis, per inobedientiam. Vnde furor illis secundum similitudinem serpentis, &c.

Hircus, p infamiæ fętorē. Vñ quia peccata p̄latorum magis nocēt per infamiā, præcipiuntur offerre hircum. Leu. 4. Si peccauerit princeps per igno. & intellexerit peccatum suū, offerat hircū, hostiam Dño. Et Zach. 10. Super Pastores iratus est furor meus, & super hircos visitabo.

Aper, qui spumat, & frendet per iram. Vnde. Exterminauit eā aper de sylua &c. Porcus per luxuriam, & immunditiam. 2. Petri. 2. Canis reuersus ad vomitum, & sus lota in volutabro luti. Canis per inuidiam, detractionem, & etiā immunditiā. Vnde Philip. 3. Videte canes, videte malos operarios, videte circūcisionē &c. Apocal.

cal. vlt. Foris canes, & venefici, & impudici, & homicidæ.

Cameleon per simulationem, de quo Leuit. 21. Cameleon enim sumit colorem, ab omnibus rebus circunstantibus: sic, & adulator omnibus applaudit, & se omnibus conformat. Vnde Iuuenalis. Si dixeris æstuo sudat, & huiusmodi. Et Eccl. 33. Quasi equus emissarius amicus subsannator sub omni sedente hinnit, q.d. omnibus factis, & dictis sessoris applaudit.

Lepus per timiditatem. Vnde Prouerb. 30. Lepusculus plebs inualida, qui in petra cubile suum collocat (quia sci licet timet) à latratu canis se abscondit.

Camelus per gybbositatem, ideſt temporalium sarcinam. De quo Marci 10. Facilius est camelum per foramé acus transire, quàm diuitem intrare in regnum Dei.

Serpens per calliditatem. Vnde Gen 3. Serpens autem erat callidior cunctis animantibus terræ.

Vulpes per dolositatem, & hæresim, per prudentiam mundi, & circunuentionem. De dolositate: ideo comparatur vulpi Herodes. Luc. 13. Dicite vulpi illi. Per hæresim. Vnde Ind. 15. Samson colligauit caudas vulpiũ. Et Cat. 2. Capite mihi vulpes paruulus, quæ demoliuntur vineas. Omnia autem ista animalia ad hoc ordinantur in processione, vt differant vulpem ad tumulum, & sepeliãt eum. In quo significatur, quòd omnia vitia, ideo malitiam suã occultant, & prætendunt, vt decipiant. Vnde dr̃ Matt. 26. Tunc congregati sunt principes sacerdotum, vt Iesum dolo tenerent, & occiderent. Et Iudas Marci 14. Quemcunque osculeius fuero, ipse est, tenete eum, & ducite cautè. Hinc est, quòd Iezabel ornauit stybio oculos suos, & respexit per fenestram posteriora occultans 4. Reg. 9. Et Iob. 17. Abscondita est in terra pedica eius, & decipula eius super semitam. Cum autem videmus fœneratorem dolosum ad sepulchrum deferri magno comitatu, quid aliud est, nisi vulpem ab alijs animalib. intumulari?

De motu primo, & consensu rationis, & tentationibus interioribus, & exterioribus, & inuidia per quæ significatur.

IN PSAL. LXXXII. SERMO. CLXXVIII.

QVONIAM cogitauerunt vnanimiter, simul aduersum te testimonium disposuerunt, tabernacula idumeorem, & Hismaelitæ. Moab, & Agareni. Gebal, & Ammon, & Amalech, & alienigenæ cum habitantibus tyrum. Primo consideranduum, quomodo per idumeos, & Hismaelitas significatur primi motus, & rationis consensus. Secundo, quomodo Moab, & agareni significent interiores, & exteriores tentationes. Tertio, quomodo alienigenæ cum habitantibus tyrum inuidiam. Et hi omnes pugnant contra animam. Idumei, licet priores inuadant, tamen debiles sunt sine Hismaelitis. Et Idumei, qui dicti sunt ab Edom, qui interpretatur terrenus, qui & dictus est Seyr, qui interpretatur Hispidus: sunt primi motus, qui de terra carnis nostræ nascuntur, & ideo terreni: hispidi etiam sunt, quia pungitiui. Vnde Gen. 3. Maledicta terra in opere tuo spi. & tribu. ger. tibi. Hi sunt pilosi. de quibus Esa. 13. Habitabunt ibi struthiones, & pilosi, altabuntibi. Struthiones sunt mala, quæ bona apparent: vt superstitio. Pilosi, primi motus. Qui saltare dicuntur, quia subito prodeunt. vnde Iob. 4. Cum spiritus me præsente transiret, inhorruerunt pili carnis meæ, ideſt cum desino spiritualia meditari: sed sine Hismaelitis non possunt expugnare. Hismaelitæ sunt consensus rationis. vnde rectè interpretantur obedientes, & tunc Adam consentit Euæ, vt habetur Gen. 3.

Idumei ab Edom dicti sunt

Mala, q̃ bona apparẽt structiones dicuntur.

Moab & agareni sunt duo genera peccatorum. Quædam sunt, quæ nascuntur in nobis, & ex nobis, vt concupiscentiæ. Sunt enim secundum Aristotelem cõnaturales, & contemporaneæ nobis passiones. Et Eccl. 28. Si præstiteris animæ tuæ concupiscentias eius, faciet te in gaudiũ inimicis tuis. Quædam sunt, quæ nobis extrinsecus adueniunt, & per exemplum alterius. Hæc duo sunt Moab, & Agareni. Moab enim ex patre, vel aqua paterna. Agareni interpretantur aduenæ. De his dicitur in Psal. Ab oc-

Duo genera peccatorum.

cultis meis munda me, & ab alienis parce seruo tuo. Vnde Moab sunt peccata, quæ contrahimus ex patribus carnalibus, vel spiritualibus. Vnde Hierem. 7. Filij colligunt ligna, & patres succēdunt ignem. Agareni, qui interpretantur aduenæ, sunt peccata ad quæ per aliorum exemplū inuitamur. Vnde Eccl. 33. Homo peccator vitabit correptionem, & ad voluntatem suam inueniet comparationē. De vtroquꝫ dicitur Hierem. 9. Abierunt post prauitatem cor' s. & post Balam quos à patribus didicerunt.

Gabal superbiā significat.

Gabal, quod interprætatur præruptum, vel deficiens, significat superbiam, quia eo ipso, quòd ascendit, deficit. Vnde superbia eorum, qui te oderunt, ascendit semper. Et Prouerb. 17. Qui ăltam facit domum suam quærit ruinam. Et Iob 20. Si ascenderit vsque ad nubes superbia eius, quasi sterquilinium in fine perdetur. Vel Gabal interpretatur vallis vana, ideſt falsa humilitas. Vnde Ecclesiast. 19. Est, qui nequiter humiliat se, & interiora eius plena sunt dolo, &c.

Amon accidiā importat.

Amon, ideſt populus turbidus significat accidiā. de qua Eccl. 30. Triſtitiam longè expelle ăte. Multos enim occidit triſtitia, & non est vtilitas in illa:

Amalech cupiditas

Amalech gens bruta, vel populus lambens sanguinem: cupiditas est. De qua Eccl. 33. Panis egentium vita pauperum est, qui defraudat eum, homo sanguinis est. Alienigenæ sunt Philisteī, qui interpretantur potione cadentes.

Alienigenæ inuidia.

Hæc est inuidia, quæ inde moritur, vnde deberet viuere: & ita potione cadit, de qua 2. Corin. 2. Christi bonus odor sumus Deo, in his qui saluī fiunt, & in his qui pereunt: alijs quidem odor mortis in mortem: alijs odor vitæ in vitam, & ad Galat. 5. Non efficiamur inanis gloriæ cupidi inuicem prouocantes, inuicem inuidentes. Hi sunt habitantes tyrum, quod interpretatur angustia. vnde Prouerb. 15. Conturbat domum suam, qui sectatur auaritiā. Et Esa. 7. In illa die sibilauit dominus muscæ, quæ est in extremo fluminis Aegypti, & aui, quæ est in terra Assur. Vnde & Boetius. Habet hoc voluptas omnis apumque per volantium, postquàm grata mella fudit, fugit, & nimis tenaci fecit icta corda morsu.

Quo-

Quomodo anima sit tabernaculum, & templum, & quomodo hic non cesset esurire, & quomodo diuidatur in atrium exterius, & interius, & in sancta, & sancta sanctorum.

PSAL. LXXXIII. SERMO. CLXXIX.

QVAM dilecta tabernacula tua domine virtutum: concupiscit, & deficit anima mea in atria domini. Primo cōsiderandum est, quo modo anima prius sit tabernaculum in præsenti, & in futuro templum. Secūdo quomodo anima illecta contemplatione non cessat esurire. Tertio qūo diuiditur in atrium exterius, & interius, & in sancta, & sancta sanctorum. Io. 4. dr̄. Mulier crede mihi, venit hora qñ nec in monte, nec in Hierosolymis adorabitis patrē. Si venit hora, & nunc est, qñ veri adoratores adorabunt patrē in spiritu, & veritate. Spūs. n. Deus est. Aīa ergo ipsa locus est verę adorationis. Ipsa tabernaculū mobile, tēplū suū: Scdm ergo cōtēplationē, q̄ in præsenti habet est tabernaculū. Scdm illā, q̄ in futuro, habebit tēplū. Non. n. hic habere possumus stabilē contēplationē. Sed cito rapit à nobis, & hoc ostensum est in mōte, transfiguráte se dño. Vnde Mat. 16. Leuantes oculos neminē viderūt, &c. Scdo qūo illecta cōtēplatione, non cessat esurire. Aīa multum desiderat pregustatam delectationē. Ingressa aūt tabernaculū, i. studium contēplationis, exclamat. Quàm dilecta tabernacula tua virtutū, Et hoc est, quod habet Gen. 28. Cū euigilasset Iacob de somno ait. Verè dñs est in loco isto, & ego nesciebā: pauensq; Quàm terribilis est iste locus iste: non est hic illud nisi domus Dei, & porta cęli. Anima enim illecta non cessat concupiscere. Vnde Eccl. 24. Qui edunt me adhuc esurient, & qui bibunt me adhuc sitient. Et Esa. 26. Anima mea desideraui te nocte, sed & spiritu meo in præcordijs meis de mane vigilabo ad te. Noctem dicit contemplationem animæ, respectu diei lucis, quæ est inaccessibilis. Et attende, q̄ dicat concupiscit, & deficit, & rectè dicit in atrijs, quia ibi remanet non valens penetrare vsque ad tabernaculum.

Anima & tabernaculū Dei.

Anima illecta contemplatione nō cessat esurire.

Tertio qūo diuiditur in atriū exterius, & interius, & in sancta,

Anima in atriū exterius, & interius, & in sancta sanctorū diuiditur

sancta, & sancta sanctorum. Atrium exterius in nobis est sensus. Atrium interius imaginatio. Sancta autem ratio. Sancta sanctorum. syndæresis. Et quia nos carnales sumus, & assueti corporalibus, vix auellimur ab ipsis, sed ipsis hæremus, & sic stamus in atrio, donec ingrediamur tabernaculum: hoc est limen templi, in quo non stat gloria domini. vnde dicitur Ezec. 10. Egressa est gloria domini à limine templi, & stetit super Cherubim. Limen templi: imaginatio. Duo Cherubim intellectus, & affectus, qui vult videre gloriam domini à limine imaginationis penetret ad interiora intellectus, & affectus, quæ sunt duo Cherubim. Fit enim ascensus à visibilibus ad imaginabilia: ab imaginabilibus ad intelligibilia nostra, ab intelligibilibus nostris ad intelligibilia Dei. Et hoc est, quod habetur Sapientiæ 14. A magnitudine speciei creaturæ cognoscibiliter potest creator videri.

Limen templi aïæ.

Et cõtingit, sicut in ascendente per gradus. Primo enim anima tota est in contemplatione imaginabilium, s. in eis, quæ sunt in imaginatione secundum imaginationẽ. Secundo quasi vnum pedem in inferiori gradu imaginationis figens, & altero procedens, & quasi in gradu superiori ponens: est in eis, quæ sunt in imaginatione secundum rationem, vel econuerso, tandem tota constituta, & erecta in superiori gradu. est in eis, quæ sunt in ratione secundum rationem. Hæc est scala Iacob. de qua hr Gen. 28.

Gradus cõtemplationis animæ.

Et nota, quòd sicut in ascendendo naturaliter præcedit vnus pes, qui alterum trahit: ita hic cognitio trahit amorem, vt alterum pedem. Plerunque autem, vbi cognitio non attingit, necesse est amorem attingere. Vnde Eccl. 24. Transite ad me omnes, qui concupiscitis me. Et Sap. 6. Facilè videtur ab ijs. qui quærunt eam. Et 8. Hanc amaui, & quæsiui à iuuentute mea, & quæsiui eam sponsam mihi assumere, & amator factus sum formæ illius.

De ascensu animæ humanæ, & gradibus eius.

IN PSAL. LXXXI. SERMO. CLXXX.

BEATVS vir, cuius est auxilium abs te, ascensiones in corde suo disposuit, &c. Primo considerandum quomodo anima cadere potest per se, sed non ascendere, Secundo qui sint gradus ascensionis.

Humana infirmitas per se cadere potest: sed non per se stare, vel ascendere. Quia etiam primus angelus volens per se ascendere cecidit. Vnde Luc. 10. Videbam Sathanã, sicut fulgur de cœlo cadentem, &c. Nihil ergo aggrediendum est sine auxilio Dei. Vnde Eccles. 7. Dixi, sapiens efficiar, & ipsa lõgius recessit à me multo magis, quàm erat. Ideo dicitur. Beatus vir, cuius est auxilium abs te. Vnde Es. 26. Omnia opera nostra operatus es in nobis domine. Et Io. 6. Nemo venit ad me, nisi pater meus traxerit illũ.

Homo p se cadere põt, ascẽdere autẽ per se nequaquã.

Sequitur. Ascensiones in corde, &c. Hi sunt gradus, qui erant in scala Iacob. de qua Gen. 28. Hæ ascensiones etiã sunt sex gradus, quibus ascendebatur ad thronum Salomonis, vt habetur 3. Reg. 10. Isti autem sex gradus sunt sex beatitudines, quibus ad septimam ascenditur. Quæ est beati pacifici. Per sex enim beatitudines primas tantum profecit anima, q̃ ad tantam pacem, & quietem venit, vt meritò sit thronus Salomonis, idest veri pacifici.

Sex gradꝰ ascẽsionis animæ.

Primus ergo gradus est paupertas, quæ consistit in abdicatione temporalium: & hic expeditum facit viatorem, & maximè oportet ascendentem esse expeditum. Vnde 4. Reg. 2. Helias ascensurus in cœlum dimisit pallium suũ, & Christus per crucem ascensurus in cœlum nudus positus est in cruce, vt habetur Matth. 27. Et eiusdem 5. Ei qui vult tecum contendere in iudicio, & tunicam tuam tolle, dimitte, & pallium.

Primus pauptas.

Secundus est mansuetudo. Qui enim mansueti nõ sunt, facilè detinentur in via, dum cuilibet contumeliæ respondent, & talis similis est cani, qui currit ad mordendum lapidem, vel baculum. vnde Prouer. 26. Sicut qui apprehendit auribus canem: Sic qui transit impatiens, & commiscet se rixæ alterius

Mansuetudo.

Tertius gradus est luctus. Vnde Esaiæ 15. per ascensum Luith flens ascendet. Luith interpretatur genæ, vel maxillæ. Lachryma enim deuotionis ad Deum ascendit, vel deportatur. Ascendit. vnde Eccl. 35. Nonne lachrymæ viduæ ad Deum ascendunt, & exclamatio eius super deducentẽ eas, &c. A maxilla enim ascenduñt, quia vsque ad cel-

Luctus.

Depor-

De portantur. vt Tob. 9. Quãdo orabas cũ lachrymis, &c. Ego obtuli orationem tuam.

Esuries iustitiæ.

Quartus gradus est esuries iustitiæ, vnde vulgariter dicitur, ꝙ nunquàm videtur tam citus nuncius, quàm tempore mensæ. Esuries ergo, & sitis iustitiæ festinum, & agilem reddunt. Vnde Psal. Cucurri in siti.

Misericordia.

Quintus est misericordia, quando enim iam deficit ascensor fatigatus, & lassus: misericordia eum portat. Patres autem quos pascimus, nostri sunt portatores, & eis debemus pabulum sicut equo. Vnde Eccl. 4. Redde ei, scilicet pauperi debitum suum. Misericordia etiam præcurrit nos, & parat nobis viam. Vnde Prouerb. 20. Donum hominis dilatat viam eius, & ante principes spacium ei faciet locum vnicuique secundum meritum operum. s. & secundum intellectum peregrinationis illius.

Cordis mũditia.

Sextus est cordis munditia per quam summe Deo propinquamus, quia nihil tantum separat ab eo, quantum immunditia. Vnde Prouerb. 22. Qui diligit cordis munditiã propter gratiam labiorum suorũ, habebit amicum regẽ.

De pace mala, & bona, & in quibus terris habeatur,

IN PSAL. LXXXIIII. SERMO. CLXXXI.

IVSTITIA & pax osculatæ sunt. Primo considerandum, quæ sit mala pax, quando scilicet obtemperat spiritus carni. Secundo bona, quando fit è conuerso. Tertio in quibus terris habetur prima pax, & secunda, & medius status. Est mala pax: quando spiritus obtemperat. In hac enim contingit, quod dicitur 4. Reg. 5. Egressi sunt latrunculi, & captiuam duxerunt puellam, quæ erat in obsequio vxoris Naaman. Leprosus est carnalis animus cuius vxor est concupiscentia, cui ratio cogitur seruire in statu peccati. Latrunculi autem sunt primi motus, & hæc pax mala est. Vnde Sap. 1. Aestimantes illam amicam defluxerunt, & sponsionem posuerunt ad illam. Item vulgariter dicitur. Melior est bona guerra, quàm mala pax. In hac falsa pace accedit, quod

Pax mala qñ spũs carni obtẽperat.

dit, quod legitur 2. Reg. 3. Quod abduxit Ioab Abner, vt cum eo loqueretur in dolo, & percussit eum in inguine. Abner qui interpretatur pater lucidus, vel patris lucerna, rõ est: Ioab, qui interpretatur caro, quæ in dolo loquitur cũ spiritu. vnde Prou. 7. Irretiuit eũ multis sermonib. & blanditijs suis pertraxit illum, & 1. Maccab. j. Locutus est eis verba pacifica in dolo. Hæc igitur pax non est cum iustitia.

Pax bona qñ caro obtẽperat spiritui.

Secundo videndum quæ sit pax bona. Est autem pax vera, & bona quando spiritus imperat carni, caro obtemperat, de qua ad Philip. 4. Et pax Dei, quæ exuperat omnem sensum, custodiat corda vestra, & intelligentias vestras. vnde angelus dixit Agar. Gen. 16. Reuertere ad dominam tuam, & humiliare sub manu illius.

Statꝰ medius.

Tertio considerandũ in quibus terris habetur prima, & secunda pax, & medius status. Medius status inter hãc & illam pacem est in quo geritur bellũ. Vnde ad Rom. 8. Condelector legi Dei secundum interiorem hominem, i. secundum spiritum: video autem aliam legem in mẽbris meis captiuantem me in lege peccati. Prima igitur pax habetur in regione dissimilitudinis, de qua habetur Luc. 15. Vbi dicitur, ꝙ filius prodigus in regionem longinquam profectus dissipauit bona sua viuendo luxuriosè. Secunda pax habetur in terra promissionis. Vbi imperium tenet iustitia. de qua Eccles. 10. Iudex sapiens iudicabit populum suum & principes sensatos, ideſt sensus statuet discretos. Est aũt difficilis transitus de prima ad secundã. Quia transire de gente ad gentem, de regno ad populũ alterum, non datur nisi in manu potenti. Non peruenitur ad veram pacem nisi per multa bella, per multas strages, per multam sanguinis effusionem, ideſt carnalis affectus abolitionẽ. vnde Dauid manu fortis regnauit ante Salomonem pacificum: qui Dauid semper fuit in guerra. Vnde 1. Reg. 24. Quærebat Saul Dauid cunctis diebus, & nõ tradidit eum dominus in manibus illius. Et non cessat pugna donec caro seruiat rationi, & tunc ita fit pax, quòd manet iustitia, & hoc est, quod hic dicitur. Iustitia & pax osculatę sunt. Et hoc est 3. Regum 5. Pater meus non potuit ædificare templum nomini Dei sui, propter bella imminen-

Pax mala in regiõe dissimilitudinis.

Pax bona in terra pmissionis.

Qũo ad verã pacem peruenitur.

tia per circuitum, &c. Ideo dicitur. Iustitia, & pax oscula-
tæ sunt. Non enim nisi domita carne habetur vera pax.
Ideo dicitur Iacob. 3. Sapientia, quæ de sursum est, primũ
quidem pudica est (ecce munditia. & castitas) deinde pa-
cifica. Iob 5. Cum lapidibus regionis pactum tuum, &
bestiæ terræ pacificæ erunt tibi. Lapides regionis sunt spi
ritualia peccata, vt cupiditas, inuidia, superbia: in quibus
anima lapidatur. Bestiæ terræ, carnalia desideria, quibus
discerpitur. Ista autẽ per pœnitentiæ disciplinã edoman-
tur: & tunc dici verè potest: Iustitia, & pax osc. sunt.

De custodia animæ à domino.

PSAL. LXXXV. SERMO. CLXXXII.

CVSTODI animam meam, quoniam sanctus
sum, &c. Primo, videndũ quomodo vnusquis-
que debet agere custodiam sui. Secundo, quia
sibi non sufficit: qualiter à domino custodiatur
multis modis. Tertio, in quo statu dominus custodiam ha
bet de anima, & in quo non.

Quilibet seipsum custodire debet.

Ad quemlibet pertinet vt ipsemet se custodiat se. Vnde
Prou. 4. Omni custodia serua cor tuũ, & 27. Qui seruat fi-
cũ, comedet fructus eius. Et ad Hebr. 3. Adhortamini vos-
metipsos per singulos dies donec cognominatur hodie. Et
Hier. 17. Custodite animas vestras, & nolite ponderare
tare in die sabbati. Et 1. ad Thes. 4. Vnusquisq; vestrũ vas
su. sciat pos. in sanctificatione. & Habac. 2. Super speculam dñi
ego sum stans cunctis noctibus. Et itẽ. Super custodiam
meã stabo, & figã gradum meũ super munitionẽ contem-
plabor. Sed quia nisi dñs custodierit ciuitatẽ, &c. Necesse

sex modis custodit nos dñs.

est, vt dñs noscustodiat. Custodit aũt nos sex modis, per an
gelos, per prælatos, per sacra, per virtutes, & dona, per do
ctrinã, & per exẽpla. Per angelos. Vnde Esa. 62. Super mu
ros tuos Hierusalẽ constitui custodes: tota die, & tota no-
cte in perpetuũ non tacebũt, &c. i. angelos. Et Mat. 18. An-
geli eorum in cœlis semper vident faciẽ patris mei. Et To-
biæ 5. Ducam, & reducã eũ sanũ ad te. Per prælatos. vnde
Cant. 3. En lectulum Salomonis sexaginta fortes am. &c.
Per

Per sacramenta. vnde in Psal. Qm̃ confortauit seras por
tarum tu. &c. Per virtutes, quæ sunt arma nostra. Vnde 1.
ad Thes. in fine, Induti loricam fidei, & charitatis galeam,
& spem salutis, qm̃ non posuit nos Deus in irã, sed in ac-
quisitionẽ salutis. Et ad Rom. 13. Abijciamus opera tene-
brarum, & indu. ar. lucis. sic vt in die. ho. ambu.

Per doctrinam vnde 2. Macch. vlti. Iudas allocutus est
suos de lege, & prophetis armans singulos non clypei mu
nitione, sed sermonibus optimis. Prouerb. 2. Consilium
custodiet te, & prudentia seruabit te.

Per exemplum: vnde Gen. in fin. Ioseph fratres adiura-
uit, vt asportarent ossa sua de Aegypto. Ossa Ioseph aspor
tant, qui patrum fortia facta, vel opera imitantur, & de
Aegypto illa asportant, qui operibus propriam gloriam,
vel emolumentum non quærunt, nec sectantur. Eccl. 46.
Ossa eorum pullulant de loco suo. Causam etiã impetran
di insinuat cum subdit, qm̃ sanctus sum. Est enim anima
iusti sicut vinea, vel hortus dñi, in quibus tamdiu ponunt
custodes, quamdiu sunt ibi fructus ne dissipentur: post fru
ctus ablatos negligitur. Vnde Esa. 1. Derelinquetur filia
Sion, vt vmbraculum in vinea, & sicut tugu. in cucu. &c.
Posuerunt Hierusalem in pomorum cust. Boni ergo non
mali custodiuntur à dño. vnde 1. Reg. 25. Erit anima dñi
mei custodita quasi in fasciculo viuentium apud d. d. t. por
rò inimicorũ tuorum anima quasi impetu, & circulo fun
dæ rotabitur. Fasciculus viuẽtium est societas bonorum,
qui colligentur quasi manipuli à bonis angelis, cũ dicent.
Venite, &c. Mali verò rotabuntur circulo illius fnĩæ. Ite
maledicti, &c. Vtrunq; notatur Matt. 13. Colligite primũ
zizaniã, & alligate eã in fasciculos ad cõburendũ: triticũ
aũt congregate in horrea. Non aũt colliguntur in fascicu-
los viuentium, nisi qui prius collecti fuerint in fascicu-
los morientiũ, i. pœnitentiũ. Vnde Cant. 1. Fasciculus myr-
rhę dilectus m. mihi. Item negliguntur à mundo, & ideo
custodiuntur à Deo. Vnde tibi derelictus est pauper. Non
enim consolatur habentes hic consolationẽ suam. Vnde
Esa 21. Custos, qui de nocte, custos, qui de nocte, & dixit
custos. venit mane, & nox: q. d. Venit prosperitas, & ideo
nolo te custodire. Et bene subiunxit venit mane, & nox.

Aĩa iusti sicut vinea.

Boni non mali à do mino cu stodiũtur

Statutum enim prosperitatis, quem mũdani credunt mane esse, Deus vocat noctem. Et ideo Pilatus negligens custodire dominum Iesum, qm̃ sanctus erat: dixit, habete custodiam, ite custodite sicut scitis. Matth. 26.

De puero cui optandum imperium, & de triplici statu spiritualis regiminis.

PSAL. LXXXV. SERMO. CLXXXIII.

DA imperium puero tuo, &c. Primo videndũ cui puero optandum sit imperium, & cui non. Secundo qũo tres sunt status in spũali regimine.

Est puer centum annorũ, de quo Esa. 65. Puer centum annorum morietur, & peccator centum annorũ maledictus erit. Quãuis annosa (inquit Claudianus) Lupanar circuit, & mores retinet quos perdidit ætas. Puer in vetustate est primas motus, qui procedit de vetustate formitis. de quo Eccl. 10. Væh terræ cui rex puer est, &c. Male regitur terra cui puer hic dominatur, Vnde Esa 3. Dabo pueros principes eorũ, & effœminati dominabunt ur eis Et Prou. 29. Puer, qui dimittitur voluntati suæ, confundet matrem suã. Est aũt & puer renatus spũali regeneratione. vnde 4. Reg. 4. dr. Restituta est caro eius, sicut caro pueri paruuli. Hic puer est noua vita, vel quilibet existẽs in ea. Huic optatur imperium cum dr: Da imperium puero tuo De hoc puero dicitur. Da imperium puero tuo. De hoc puero dicitur Esa. 40. Ecce puer meus electus, scilicet ad regnandum.

Pueri puberes sunt, & quibus dicitur Esa. 34. Ibi congregati sunt milui, ideſt rapaces, qui non nisi pauperes, & debiles opprimunt: sicut milui pullos. Pilosus clamabit alter ad alterum. Pilosus cla. alt. ad alt. quando diues diuitem ad promotionem ruuat. Huic puero optatur imperium cum dicitur. Da imperium puero tuo. Nec est ambitio veram sublimitatem prudenter appetere. Vnde Sapien. 6. Si ergo delectamini sedibus, & sceptris ò reges, & populi diligite sapientiam, vt in perpetuum regnetis. Diligite lumen sapientiæ omnes, qui præestis populis. Et

1. Timoth. 2. Si quis episcopatum desiderat, bonum opus desiderat. Profectꝰ spirituales tres.

Tres ergo sunt profectus spirituales. Primus est in custodia munditiæ, & carnalium passionum refrenatione. Secundus in spiritualium virtutum exercitatione, & spiritualium tentationum expugnatione. Tertius in animi tranquillitate. Isti tres status significantur in Dauid & Salomone, duo primi in Dauid, tertius in Salomone.

Primus. Primo enim Dauid oues pascebat, vrsos, & leones, & bestias suffocabat, & hoc est motus bestiales reprimere cogitationes simplices, & innocuas fouere. De primo dicitur primi Regum 16. Adhuc reliquus est paruulus, & pascit oues. Et in eiusdem 17. dixit Dauid ad Saul. Ego seruus tuus vadam, & pugnabo contra Philistęum, & ait Saul ad Dauid: Non vales resistere Philistęo, quia puer es, & hic vir bellator ab adolescentia. Dixitque Dauid. Pascebam seruus tuus gregem patris sui, & veniebat leo, vel vrsus, & tollebat arietem de medio gregis, & persequebar & eruebam de ore eorum, & apprehẽdebam mentum eorum, & suffocabam.

Secũdus Secundus status est in spiritualium virtutum exercitatione. Et hunc statum significat Dauid assumptus in regem, regens Israelitas, ideſt rationales animæ motus. Vnde in Psalm. Et elegit Dauid seruum suum, &c. In primo enim est manu fortis. In secundo aspectu desiderabilis.

Tertius. Tertius est in animi tranquillitate. Qui per Salomonem significatur, qui interpretatur pacificus. Quando animus pacatus est, & omnes sensus obediunt ei Sicut scriptum est Matth. 13. vbi dicit Centurio. Nam & ego sum homo sub potestate constitutus, habens sub me milites, & dico vni vade, & vadit, & alio veni, & venit. Qui significat animum perfectum sub Deo constitutum, & bene sensibus imperantem. Gen. 41. Dixit Pharao ad Ioseph, Absque imperio tuo non mouebit quis manum, vel pedem in tota terra Aegypti. Vnde 3. Reg. 5. Nunc requiem dedit dominus mihi per circuitum, & non est Sathan neque occursus malus quamobrem cogito ædificare templum nomini Dei mei.

Quàm Dominus indicat lubens mansionem suam: & de triplici mansione eius.

IN PSAL. LXXXVI. SERMO. CLXXXIIII.

NVNQVID Sion dicet homo & homo natus est in ea, & ipse fundauit eam altissimus. Legitur Ioan. 1. quòd cum quidam quæsissent Rabi vbi habitas? ipse respondit. Venite, & videte locum. Per hoc conijcere possumus, quòd Dominus Iesus non vult latere, sed vbi sit, paratus est ostendere, vñ sponsæ dicenti Cantic. 1. Indica mihi vbi pascas, vbi cubes in meridie: non se celat. Sed attende, quòd dixit, venite, & videte non conuerso. Venite, per operationem, videte per intellectum. Et Ecclesiast. 1. Fili concupisce sapientiam.

Mansiones Dei multæ.

Veruntamen quasi rex magnus multas habet mansiones. Primo ædificauit sibi quasi palatium: mundum, qui dicitur Micocrosmus, vt in ipso ostenderet glotiam suã, vñ ego cœlum, & terram impleo. Secũdo ædificauit sibi quasi thalamum hominem, qui dicitur Micocrosmus. De quo Apoc. 21. Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, & habitabit cum eis. Tertio ædificauit sibi non tantum thalamum, sed secretiorem locum, quasi cubiculum immo etiam cubile intra cubiculum, scilicet Beatissimæ Virginis vterum, & vulgariter dici potest, la garda robe, idest custodia vestium, & bonorum, de quo potest intelligi illud Eccle. vigesimoquarto. Qui creauit me, requieuit in tabernaculo meo. Et rectè dicitur garde robe. Quia in ipsa Dei Filius vestem humanitatis induit. Vnde Psalm. In sole posuit tabernaculum suum, & ipse sponsus procedens de thalamo suo.

De quolibet trium dici potest, fundauit eũ altissimus, de quo sancta mater Sion dicet homo &c. Et non solum fundat, sed sanctificat, & dedicat. Vnde, Sanctificauit tabernaculum suum altissimus. In dedicatione fit circuitus, quasi ergo se dedicasse insinuat cum dixit. Grum cœli circuiui sola. Similiter, & de secundo legitur Sapient. 6. Dignos se ipsa circuit, & in vijs suis ostendit se hilaritet illis,

illis, & in omni prouidentia occurrit illis. non occurrit nisi illi qui mouetur, Illi ergo, qui Deum quærit, & facit, quod in se est, occurrere dicitur. & hic est occursus. de quo Psalm. Misericordia, & veritas obuiauerunt sibi. Veritas venit ex parte confitentis. Misericordia ex parte Dei iustificantis. Vnde ad Hebræ. 12. Contemplantes ne quis deficit gratia Dei. De quo circuitu dicitur Ecclesiast. 1. Oritur sol, & occidit, & ad locum reuertitur (Secundum aliã lectionem) Girans girat, per meridiem, & reuertitur ad aquilonem. Girat, quando hominem facit propriam conscientiam circuire.

Et quia iterum, & iterum debet peccator conscientiam perscrutari, dicitur. Girans girat. Vnde Recogitaui annos meos, &c. vt possit dicere Circuiui, & immolaui hostiam viuam Deo placentem. Hic est circuitus, de quo Esa. 23. Sume citharam: circui ciuitatem meretrix obliuioni tradita. Bene cane, frequenta canticum.

Quatuor autem sunt, quæ debet habere præ oculis. Natiuitatis suæ miseriam, mortis necessitatem, pœnam æternam, & gloriam. De primis duobus dicitur Iob 1. Nudus egressus sum de vtero matris meæ, & nudus reuertar illuc. Et hæc duo tanguntur cum dicitur: oritur sol, & occidit: alia duo cum dicitur. Girans girat per meridiem, & flectitur ad aquilonem. Per meridiem, cognitio, & amor Dei in vita æterna. Per aquilonem pœna gehennæ. de quo dicitur Esa. 15. Ab aquilone fumus veniet, & non est, qui possit effugere agmen eius. Agmen, idest condensationem diuersarum pœnarum. Et quia magis abstinendum est à peccato amore vitæ æternæ, quàm timore pœnæ: Iuxta illud Horatij. Oderunt peccare boni virtutis amore: ideo dicitur. Girans girat per meridiem. Debent enim electi circuire in animo bona æternæ vitæ frequentius, & retractare. Vnde dicitur Iob 39. Circumspicit pascua virentia quæq; perquirit. Et iterum ne per elationem euanescat: redire debet ad cogitationem pœnarum. ideo dicitur. reflectitur ad aquilonem. Post omnia necessarius est timor. vnde Psalm. Lætetur cor meũ, vt timeat nomen tuum. vnde 1. ad Corint. 5. Qui stat videat ne cadat.

Quatuor præ oculis habenda.

Tertium etiam dedicauit, & excellentissime sanctificauit, & sicut fit circuitus in dedicatione: ita girauit ibi spiritus sanctus quasi torno celeri, & ineffabili. Quia fuit abæterno vas prouisum, vas insigne, vas inciſum manu sapientiæ. De hoc torno dicitur Cantic. 7. Vmbilicus tuus sicut crater tornatilis nunquàm indigens poculis. Qui fitit ad hunc craterem accedat, qui semper abundat. vnde recte Christus significatur per Gedeonem, qui interpretatè circuiens in vtero. de quo Iud. 6. dicitur quòd accepit signum in vellere. In vtero circuit, quando eam perfectione gratiæ dedicauit. Figura enim circularis capacissima est: tunc impletum est quod dicitur. Nunquid Sion dicet homo, &c.

Homo secũdũ psẽtẽ statum dicitur Tabernaculũ, ſm futurum verò templum.

Sicut homo dicitur tabernaculum secundum præsentẽ statum, ita secundum futurum templum: quia sicut dicitur Eccles. 40. Aedificatio ciuitatis confirmabit nomen, & super hanc mulier immaculata computabitur. Tantabernaculum, quàm templum habent tria, tabulas testamenti, manna, & virgam. Vnde Exo 25. Ponesq; in arcam testificationem quam dabo tibi. Et ad Hebræos 9. Post velamentum factum est secundum tabernaculum, quod dicitur sancta sanctorum, aureum habens turribulum, & arcam testamenti circunctam ex omni parte auro: In qua vrna aurea habens manna: & virga Aaron quæ fronduerat, & tabulæ testamenti, &c. Tabulæ testamenti pertinent ad intellectus cognitionem, mannã ad amoris dulcedinem: virga ad virtutem operatiuam, hæc sunt intellectus, affectus, effectus, scire, velle, posse.

Vtrunque habebat sancta, & sancta sanctorum. Sancta sanctorum ad animam. Summus sacerdos etsi ingrederetur multotiens per annum in sancta sanctorum: nõ tamẽ cum sanguine nisi semel.

Ingreſs9 Dei in animãmultiplex.

Ingressus diei in animam multiplex, significat pœnitentiam, quæ iterari potest. vnde Matth. 17. dixit Petrus: domine quotiens peccabit in me frater meus, & dimittam ei, vsque septies? Dixit illi Iesus. Non dico tibi vsque septies, sed vsque septuagiessepties, &c. Et hoc est, quod dicitur Matt. 20. q paterfa. ingressus est in vineam mane prima hora, & tertia, &c. & Ecclesiast. 1. Multiplicationem ingres-

ingressus illius, qui intellexit? & Ioan. 11. Ibimus in Iudæam iterum.

Ingressus cum sanguine est baptismus, vel baptismi sacramentum, quod non iteratur: quia semel fiebat, vt dicitur ad Hebr. 9. Christus assistens pontifex futurorum bonorum, per sanguinem introiuit semel in sancta, &c. Et sic baptismus non iteratur. Vnde ad Hebræ. 6. Impossibile est, eos, qui semel illuminati gustauerunt donũ cœleste, &c. & prolapsi sunt, rursus renouari ad pœnitentiã. Rursus crucifigẽtes Filiũ Dei, & ostentui hãtes. In baptismo representatẽ mors Christi, & triduana sepultura. hoc est, quod dr Nunquid Sion dicet homo, & homo, &c.

De vulneratis, dormientibus in sepulcris, quorum Deus non est memor, & quorum est memor.

IN PSAL. LXXXVII. SERMO CLXXXVI.

SICVT vulnerati dormientes in sepulcris quorum non es memor amplius, &c. Quatuor sunt hic notabilia, quòd dicitur vulnerati. Et quòd dicitur dormientes Et q in sepulcris sunt quorum non est Deus memor: Et quomódo sunt vulnerati quorum est memor.

Qui sint vulnerati.

De vulnerato habetur Lucæ 10. Homo quidã descẽdebat de Hierusalẽ in Hiericho &c. Hoc autẽ contingit cũ spirituales fiunt carnales. Et ita de Hierusalẽ descẽdũt in Hierico. de quibus ad Gala. 3. Sic stulti estis ò Galatæ, vt cũ spiritu cœperitis, carne cõsummemini? Hi vulnerant à diabolo. Vnde Esa. 14. Corruisti in terrã, q vulnerabas gentes. de eius plagis dicitur Esa. 1. Vulnus, & liuor, & plaga tumens. Vulnus quo caro rumpitur, & sordes fluit, luxuriã significat, quæ carnis rumpit integritatem: & emanat in tabidam sordem. Liuor sub quo putridus humor retinetur, qui melius effunderetur: est auaritia. Plaga tumens est superbia.

Qui dormiẽtes

Sed nõ tãtũ dicit vulnerati: sed dormiẽtes. Dormiũt, q suppeccata suos oculos cordis claudũt. Vñ Osee 7. Comederunt alieni robur eius, & ipse nescivit, sed & cani

effusi

effusi sunt in eo: & ipse ignorauit. Et Matth. 14. Cũ dormirent homines venit inimicus homo, & superseminauit zizaniã, &c. Et hoc est, quod dicit Iuuenalis: Dum serta, vnguenta, puellas Quærimus, obrepit non intellecta senectus.

Addit etiam sepulchris, quorum quædam sunt sepulcra aperta, & fœtentia: vt qui publice peccant. De quibus Psalm. Sepulcrum patens est gut. eo. &c. Et Hierem. 5. Pharetra eius, quasi sepulcrum patens. Quod maximè intelligi potest de detractoribus, quorum os velut pharetra sagittis, plenum est detractionibus. In sepulcris est cadauer fœtens: in ore ipsorum peccatum, quod fœtet: vnde in ore semper fœtorem gerũt: & ideo signari possunt, per portam sterquilinij. Neæm. 3. Et alij sunt sepulcra clausa, & dealbata, vt Hypocritæ. de quibus Matth. 23. Væh vobis scribæ, & pharisæi hypocritæ, qui ædificatis sepulcra prophetarum &c. Et 4. Reg. 14. dicit pseudo prophetæ. Cum mortuus fuero sepelite me in sepulcro in quo vir Dei sepultus est: iuxta ossa eius ponite ossa mea.

Sepulcra aperta, & fœtentia sunt publici peccatores.

Sequitur. Quorum non es memor amplius &c. de hoc habetur Oseæ 1. Obliuione obliuiscar eorum, non addã vltrà misereri domui Israel.

Cum autem dicit quorum non es memor amplius: innuit etiam quosdam esse vulneratos, quorum Deus memor est. Hi sunt in quorum persona dicitur Cantic. 4. Vulnerata charitate ego sum. Et alibi, vulnerasti cor meũ &c. Et 3. Reg. 20. Dixit quidam de filijs prophetarum: percute me: at ille noluit percutere, & ille ait: quia noluisti audire vocem meam, ecce percutiet te leo. Ista percussio est salutaris. salutaris scilicet arguere peccatorem. vnde qui non percutit hunc, percutitur quia peccat, & hoc est percuti à leone. Isti vulnerati sunt dormientes, quorum dominus est memor: ipsi nanq; dormiunt, cum oculos concupiscentiarũ ad illicita non aperiunt: Illorum Dominus non est memor. de quibus Eccles. 24. Inspiciam dormientes omnes, & illuminabo omnes sperantes in Domino. Hi sunt iusti charitate vulnerati dormientes, & sepulti, quia opera sua ab hominibus abscondunt: de quibus Iob. 3. Gaudentes cum inuenerint sepulcrum. Et eiusdem 11. Cum consumptum

Percussio dire vocem meam, ecce percutiet te leo.

ptum te putaueris orieris, vt lucifer: & habebis fidutiam propositã tibi spe, & defossus securus dormies. Et Gen. 15. Tu ibis ad patres tuos sepultus in senectute bona. Ire ad patres est bonos imitari. Qui mortuus est, nihil videt: clausos enim habet oculos, de quibus Gene. 3. Aperti sunt oculi eorum, sed non sufficit ei non videre si videatur, & videri appetat: & ideo necesse est, vt qui mortuus est mundo sepeliatur: vt eius opera abscondantur.

Ire ad patres est bonos imitari.

Quomodo cognoscantur, comparentur, & amittantur amici.

IN PSAL. LXXXVII. SERMO. CLXXXVI.

LONGE feciſti notos meos à me: posuerũt me abominationem sibi. Elongasti à me amicum, & proximum, notos meos à miseria. Considerandum est. Primo quomodo cognoscuntur veri amici. Secũdo quibus modis bona amicitia comparatur. Tertio quibus modis amittitur.

Quàm magnum sit comparare notitiam fidelis amici, vix posset dici. quod si verum est de carnalibus amicis, & notis: multo magis de spiritualibus. Vnde Ecclesiast. 6. Amico fideli nulla est comparatio: & non est digna ponderatio auri, & argenti contra bonitatem illius. Amicus fidelis, medicamentum vitæ, & immortalitatis. Talis autẽ in primis est Christus Dominus.

Quomodo autem comparare possumus spiritualem notitiam amicorum, dicitur ibi. Qui timet Dominũ æque habebit amicitiam bonam, quoniam secundum illum, scilicet Deum, erit amicus illius, scilicet spiritualis. Nam spirituales amici sunt angeli. Horum notitiam, & familiaritatem comparamus. Primo, per mentis solitudinem. Vnde Oseæ secundo. Ego lectabo eam, & adducam eam in solitudinem. Loquar ad cor eius, & dabo ei vinitores eius ex ipso loco, ideſt angelos, qui purgabunt animam. Vnde Matt. 4. Angeli astiterunt Domino in deserto.

Secundo, per piam subditorum sollicitudinem. Diligũt enim

Spirituales amici sunt angeli quorũ familiaritatẽ pluribus modis possumus comparare.

enim angeli compares suos. In hoc autem eis assimilamur: nam, & ipsi curam habent de nobis: omnes enim sunt administratorij spiritus &c. Luc. 2. Pastores erant in regione eadem custodientes vigilias noctis super gregem suum, & ecce angelus Domini stetit iuxta illos, & claritas Dei circunfulsit illos.

Tertio, per hospitalem receptionem. quam amicus vultus commendabilem facit. Vnde Ouidius. Super omnia vultus. Accessere boni. Et Gene. 18. Domine si inueni gratiam in oculis tuis, ne transeas seruum tuum, sed afferam pauxillum aquæ, &c.

Quarto, per cordis munditiam. diligunt enim locum mundum, vt dicitur de columbis. Aspice, quòd veniant ad candida tecta columbæ.

Quinto, per frequentiam. & frequẽtem allocutionem, quam habent cum contemplatiuis: & de vtroque Prouerb. 22. Qui diligit cordis munditiam propter gratiam labiorum suorum, habebit amicum regem. Primum notatur cum dicitur. Qui diligit cordis m. secundum, scilicet gratiosam allocutionem, cum subditur: propter grat. lab. i. Labia animæ sunt intellectus, & affectus quibus loquitur cum angelis, per meditationem, & desideria.

Amicitia spiritualis quo amittitur.

Amittitur autem amicitia spiritualis per contrariam familiaritatem. & ideo dicitur Eccles. 6. Ab inimicis tuis separare: & ab amicis tuis attende. Isti inimici sunt prudentia mundi, prudentia carnis, prudentia diaboli. Qui dues est, multos se credit habere amicos Vnde in Prouerb. 19. Multi volunt personam potentis, & amici sunt donatribuentis. Pauper, qui est in aduersis nullum inuenit. Vnde, Cum fueris felix, multos numerabis amicos. Tempora si fuerint nubila, solus eris. Vnde Christus, & boni angeli sunt soli veri amici. Isti enim maximè iuuant in aduersitate: ideo dicitur Eccle. 6. Si possides amicum, in tentatione possides illum. Christus est antiquus amicus: quia nos dilexit à mundi constitutione, & pro noua amicitia non est deserendus 1. Ioan. 4. In hoc est charitas non quasi dilexerimus Deum: sed quia ipse prior dilexit nos. Eccle. 9. Non derelinquas amicum antiquũ: nouus enim non erit similis illi. Vinum nouum, amicus nouus: veterascet, & cum suauitate bibes illud. Prudentiam carnis, & mundi non possumus habere cum illa: nec est amicus, qui coniungit amicitias inimici. Vnde Iaco. 4. Quicunq; vult esse amicus huius mundi, inimicus Dei constituitur. Et Gene. 27 Dixit Rebecca ad Isaac. Tædet me vitæ meæ propter filias Seth. Si acceperit Iacob vxorem de stirpe huius terræ, nolo viuere. Seth interpretatur pauidus: filiæ Seth sunt carnales concupiscentiæ, quæ faciunt pauidum, vel stupentem: quia nunquam est secura conscientia peccatoris. Sapien. 17. Frequenter præoccupat pessima redarguente conscientia Cum sit enim timida nequitia: data est in omnium condemnatione. His ergo non est spiritalis amicus coniungendus. Hinc est, quòd cum Moyses duceret secum vxorem, & filium incircunciſum: occurrit ei Angelus gladio euaginato.

Veri amici solus Christus, & boni Angeli.

Secundo amittitur amicorum, & angelorum familiaritas, per secretorum reuelationem: quod fit per iactantiam. Vnde Eccle. 27. Si denudaueris absconsa illius, non persequeris eum. Sicut, qui admittit auẽm de manu: sic qui reliquisti proximum tuum, non eum capies. Non eum sequeris, quoniam longe abest. Et hoc est quod hic dicitur. Longe feciſti notos meos à me. & Elongasti à me amicum &c. Bona enim opera inuisibilibus spiritibus cõmunicari possunt, sed non hominibus, vt videantur ab eis, vt dicitur Matth. 5. Vnde Esa. 38. dicitur Ezechiæ: Ecce auferuntur omnia quæ in domo tua sunt, idest in conscientia: & filij tui erunt Eunuchi, idest opera tua'sterilia, & inutilia ad gloriam cęlestem.

Simile.

Tertio, per conuicium. de quo Eccle. 27. est concordatio ad amicum excepto conuicio, &c. Conuicium repugnant angeli turpitudinem peccati.

De pluribus misericordijs, quæ comparantur septem panibus, & de panum fragmentis.

IN PSAL. LXXXVIII. SERMO. CLXXXVII.

MISERICORDIAS Domini in æternum cantabo. Primo hic cõsiderandum est quomodo plu-

Tres

res sint misericordiæ, quæ septem panibus comparantur. Secundo quomodo, quidam de panibus habent fragmenta, & hoc ipsum interponemus. Non de omnibus propter prolixitatem.

Septem sunt misericordiæ Domini, quæ sunt septem panes. de quibus Marc. 8. vbi dicitur. Misereor super turbam, &c. Quibus cum piscículis paucis Dominus magnã multitudinem satiauit. Pisciculi pauci sunt tribulationes modicæ, & paucę, quas Dominus sustinet habere sanctos suos, Vnde Sapien. 3 In paucis vexati in multis bene disponentur: fragmenta sunt partiales misericordiæ. Prima ergo inter septem est conseruatio, quæ aliquem conseruat à peccatis in seculo manentem. Vnde Iaco. 1. Religio munda, & immaculata, &c. est immaculatum se custodire ab hoc seculo.

Misericordię domini.

Quod fit tribus modis, scilicet per occasionis subtractionem. Per resistendi datam virtutem. Per affectionis sanitatem. de primo vulgo dicitur, quòd opportunitas, vel occasio facit latronem. Et Ouid. Quid nisi secretæ læserunt Phyllida syluæ. Certa necis causa est incomitata fuit. Et Eccle. 26. In filia auertente se firma custodiam, ne inuenta occasione abutatur se. Et Gen. 29. Accidit, vt quam die intraret Ioseph domum, & operis quippiam absque arbitris faceret: & illa apprehensa lacinia vestimenti diceret: dormi mecum. Et Daniel. 13. Ecce ostia pomarij clausa sunt, & nemo nos videt, & in concupiscimus, quamobrem assentire nobis, & commiscere nobiscum. Multi enim sunt ita occupati, quòd etiam si velent peccare non possent: & hoc ipsum est magna gratia. Vnde Oseæ 2. Sequetur amatores suos, & non inueniet. Et subiungit quare. Sæpiam vias eius spinis, ideſt occupationibus implicabo.

Prima.

Trib. modis quilibet custodire se debet abhoc seculo.

Secundo per resistendi datam virtutem. vnde Psalm. Multiplicabis in anima mea virtu. Et Esa. 50. Dominus Deus auxiliator meus ideo non sum confusus, stemus simul quis est aduersarius noster? Dominus enim homini quasi natanti sustentat mentum. Ideo dicitur 1. ad Corin. 10. Fidelis Deus, qui non patietur vos tentari supra id quod potestis. Tertio, per affectionis sanitatem, vt sic iu-

sto

sto desipiat peccatum, quòd ipsum habeat in abominationem tanquam venenum, & mortem. Sicut apes si fuerint alueariasua respersa origano, dimittunt loca sua. Vnde Iob sexto. Nunquid poterit aliquis gustare quod affert mortem?

Secunda miseratio est expectatio Domini sustinentis: per quam tardat vltionẽ, cogitans de reconciliatione nostri. Vnde Hiere. 29. Ego scio cogitationes quas ego cogito super vos, ait Dominus: cogitationes pacis non afflictionis. Secunda.

Tertia est, quòd non ad pœnitentiam conuertit: & hoc fit per sensum spiritualium vulnerum, vel timorem pœnæ gehennalis recogitatæ, & per spem indulgentiæ. Vnde Ezec. 26. Dabo vobis cor nouum, & spiritum nouum ponam in medio vestri: auferam cor lapideum de carne vestra: & dabo vobis cor carneum, ideſt sensibile. vt sentiant vulnera sua: & horrescant pœnas æternas, & refugiant. vnde Ezechias Esa. 38. Ego dixi in dimidio dierũ m. va. ad por. inf. Et Psal. Anima m. infer. appropinquauit. Et post. displicebunt vobis iniquitates vestræ, & scelera vestra, & tunc concipit spem indulgentiæ: ita quòd spes miscetur cum timore, & ipsum temperat. Hæ sunt duæ molæ. de quo Deutero. 24. Non accipies loco pignoris inferiorem, & superiorem molam, &c. Tertia.

Quarta est quòd plenè remittit offensam nec damnat vlciscendo, nec confundit improperando, immo perinde est ac si non peccasset. hoc est quod dicitur Exod. 24. State & videte magnalia Dei, quæ facturus est hodie: Aegyptios quos nunc videtis, nequaquàm vltra videbitis vsq; in sempiternum. Quarta.

Quinta est, quòd dat virtutem emendandi & bona cõpensandi. Vnde ad Roman. 6. Sicut exhibuistis membra vestra seruire immunditiæ, & iniquitati ad iniquitatem: ita nunc exhibete membra vestra seruire iustitiæ in sanctificationem. Quinta.

Sexta, quòd dat gratiam promerendi æterna bona, q̃ consistunt in tribus, in odio præteritorum peccatorum. de quo Psalm. Perfecto odio oderam illos, &c. & Eccl 21. quasi à facie colubri fuge peccatum. In contemptu præ- Sexta.

sentium

sentiũ bonorum. vnde Psal. Renuit consolari anima mea. Et illud: quid mihi est in cælo, & à te quid volui super terram. Et ad Philip. 4. Propter quem omnia feci detrimentum, & arbitror, vt stercora, vt Christum lucri facerem. In desiderio æternorum. de quo Esa. 26. Anima mea desiderauit te nocte. Et Genesis 49. Benedictiones patris tui confortatæ sunt benedictionibus patrum eius, donec veniret desiderium collium æternorum.

Septima. Spes obtinẽdi in trib. cõsistit.

Septima misericordia est, spes obtinendi, quæ in tribus consistit, quæ sunt charitas adoptionis. Vnde 1. Ioan. 4. Si Deus dilexit nos, &c. Omnis, qui diligit ex Deo natus est, &c. Et Ioan. 3. Sic Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret: vt omnis, qui credit in eum nõ pereat, sed habeat vitam æternam. Secundum est veritas promissionis. Vnde 2. Ille fidelis permanet, seipsum negare non potest. Tertium est potestas redditionis. Vnde 2. Timo. 1. Scio cui credidi, & certus sum, quoniam potens est depositum meum seruare in illum diem.

De communione seu eucharistia, & excommunicatione.

IN PSAL. LXXXVIII. SERMO. CLXXVIII.

Sacramẽtũ Eucharistiæ, & excomunicatio medicina animarũ

HABOR, & Hermon exultabunt in nomine tuo, &c. Duo sunt in ecclesia quorum vnum pertinet ad vnionem sicut sacramẽtum eucharistiæ. Secundum ad diuisionẽ, vt excommunicatio. Vtrunque inuentum est propter medicinam animarum, & salutem, quando fiunt. & hoc est, quod dicitur, Thabor, &c. in nomine tuo, quod est Iesus Christus, id est salus. Sicut ipse dixit Ioan. 16. Quicquid petieritis patrem in nomine meo dabit vobis, ideſt ad salutem.

Thabor pertinet ad eucharistiam, quia interpretatur lumen veniens. Est enim donum Dei, de quo dicitur Iacob. 1. Omne datum optimum, & omne donum perfectum desursum est descendens à patre luminum, &c. Et quia Dominus transfiguratus est in monte Thabor, sicut dicitur Matth. 17. Et in altari fit transfiguratio Domini: multæ autẽ sunt vtilitates huius sacramẽti. Valet. n. peccatorũ remissionẽ. gratiæ impetrationem. gratiæ impetratæ augmẽtationẽ, & roborationẽ: culparum venialium ablutionẽ: pœnarũ purgatorij diminutionẽ, præmij accelerationem. vt possit dici illud Eccle. 41. Medicina omnium in festinatione nebulæ, ideſt sacramenti.

Vtilitates multæ Sãctiſſ. Sacramẽti.

Similiter anathema ad vtilitatem multam inuẽtũ est: quia gladius est ecclesiæ, & separat membra putrida. Sicut Apostolus fecit 1. ad Corint. 5. Ego quidem iudicaui tradere huiusmodi hominẽ Sathanæ in interitũ carnis, vt spiritus saluus sit in die Dñi nostri Iesu Christi, &c. Et ad Rom. 13. Vis non timere legem, bonum fac, & habebis laudẽ ex illa. Si aũt malũ feceris, time: non. n. pro nihilo gladiũ portat. Hinc dicitur. Thabor, & Ser. exul. in no. t.

Vtilitas excõmunicatiõis.

Male vtẽtes medicina.

Quidam autem medicinam conuertunt in venenum, vtroque abutentes: celebrantes missas propter cupiditatem: excommunicantes etiam propter cupiditatem. Contra sic celebrantes dicitur Malachiæ 1. Quis ex vobis qui claudat ostia, & altare m. attendit gratuito? Et Eccles. 10. In risu faciunt panem, & vinum, vt epulentur bibentes: & pecuniæ obediunt omnia. Oseæ 5. Laqueus facti estis speculationi: & sicut rete expansum super montem Thabor. Vnde cum missa debeat monstra destruere peccatorum: ipsæ missæ fiunt monstruosæ. Vnum solum caput est Ecclesiæ Christus Iesus: quomodo missa duo habebit capita: nisi fiat quod dicit Horatius in arte: Humano capiti ceruicem pictor equinam Iungere si velit, & varias inducere plumas Vndique collatis membris, vt turpiter atram Desinat in pistrim mulier formosa superne, Spectatum admissi risum teneatis amici? quasi dicat, non. In poetis legimus Ianum bicipitem. Cerberum tricipitem. Hydram multorum capitum. Briareum multimanũ. Sed quis legit missam bicipitem? sed hoc inuenit fraus cupiditatis, vt sint bifaciatæ, & trifaciatæ. Vnde sunt vultus Sansonis habentes facies diuersas, quia multa capita, ideſt multa principia, & caudas alligatas, quia ad vnũ finem tendunt, ideſt ad caudam argenteam, ad lucrum, & sic incendunt segetes Philistinorum. i. potione cadentium, qui potione debuerunt sanari. Sicut legitur Iud. 16.

Eadem cupiditas pluralitatem missarum, & altariorum. Vnde Oseæ 10. secundum multitudinem fructus sui multiplicauerunt altaria. Inuenit etiam nouitatem, sicut missam de omnibus Apostolis decantandam in die natiuitatis. Missam Epiphaniæ in die Paschæ. Missam de angelis. Deuotionem laicorum non vitupero nisi propter scandalum. Sed cupiditatem clericorum, quæ studiosa est in his. Vnde Psalm. Ibant in aduentionibus suis. Gladio abuttur, qui propter cupiditatem excommunicat, vt officiales & decani similes latronibus, qui occidunt vt spolient. Vnde de homine incidente in latrones dicitur Luc. 10. Homo quidam &c. Qui spoliauerunt eum, & impositis plagis abierunt. Immo etiam viuificant animas morientes, ideſt iustificant peccatores: & mortificant animas viuentes, ideſt damnant iustos. Vnde Eze. 13. Viuificabant animas eorum, & violabant me ad populum meum propter pugillum hordei, & fragmẽtũ panis, vt interficerent animas, quæ non moriuntur: & viuificarent animas, quæ non viuunt, mentientes populo credenti mendacijs. Hi significantur per Esau venatorem, cui dictum est pro benedictione Gene. 27. Viues in gladio. Sed Dominus eos suo gladio separabit. de quo dicitur: Cũ exacuero sicut fulgur gladium meum, & arripuerit iudi. manus m. Contra quos dicitur Oseæ 4. Separatum est conuiuium eorum. Et Amos 6. Qui separati estis in diem malum. & Amos 4. Exibitis per aperturas altera contra alteram (ſscilicet maior contra minorem altercando. tu præcipisti mihi hoc facere) & proijciemini in Armon. quod interpretatur anathema. Propter hoc autem quidam detrahunt sacramento, & gladio ecclesiæ. Sacramento: dicentes, ꝙ ab indigno non conficitur. Gladio: dicentes iniusta sententia non valet. sed respondendum est eis: quia brachium tuum cum potentia. Sacramentum valet etiam si ab hæretico fiat forma seruata. Sententia similiter siue iusta, siue iniusta: nisi in casibus. Nec valet magis sacramentum datum à digniori, vt baptismus ab Episcopo, vel Archiepiscopo. Vnde primo ad Corinth. 1. Nunquid in nomine Pauli baptizati estis?

Respõsio ad cõtradicentes.

De

De vita claustralium seculariter, aut spiritualiter viuentium.

IN PSAL. LXXXVIII. SERMO. CLXXXIX.

ET ponam in mari manum eius, & in fluminibus dexteram eius. Primo videndum quomodo per mare significatur vita claustralium, qui seculariter viuunt. Secundo quomodo per flumen vita eorum, qui spirituales sunt. Per hoc quod dicit: Dexteram ponam in fluminibus insinuat sinistram ponendam in mari: & quia tam mare, quàm flumen in alueo continetur, & mare coercetur littore. flumen ripa: ideo per vtrunque significatur claustralium conuersatio. Per mare quidem peruersa, & secularis conuersatio: per flumen autem spiritualis. Ideo autem per mare significatur claustralium secularis conuersatio, quia mare dulces aquas non habet, & illi non habent aquas sapientiæ. Vnde Iob 28. Mare loquitur non est mecum. Item mare habet cete grandia, quæ deuorauerunt Ionam prophetam. Cete grandia sunt occupationes magnæ: quę absorbent Ionam, quia intelligentiæ contemplatiuæ sepe liunt puritatem, Vnde Eccles. 38. Sapientiam scribe in tẽpore vacuitatis: & qui minoratur actu sapientiam percipiet. Ideo forsitan dixit Sapiens, quòd vnum est de illis, q̃ sunt sibi difficilia: via nauis in mari. Prouerb. 30. Quia difficile ad sapiẽtiam perueniunt, qui actionib. occupantur. Item mare abominabile est ijs, qui non consueuerunt: cõsuetis autem non. Sic administratio temporalium displicet spiritualibus viris, & contemplatiuis. Illi autem qui assueti sunt, delectantur, & ècontrario spiritualia fastidiunt. vnde de manna dixerunt Nume. 11. Anima nostra nauseat super cibo isto leuissimo. Oculi nostri non vident nisi mannã. Delectantur per consuetudinem in eis, quæ insuetis abominabilia sunt. vnde Iob 14. Dulcedo illius vermis. Et 30. Esse sub sentibus delicias computant. Itẽ mare rebelle est littori quo arctatur. Sic isti disciplinæ regulari. vnde Iob 38. Quis conclusit ostijs mare, &c. Circũ-

Per mare & flumen conuersatio claustraliũ significat. Cete grã dia occupationes magnæ.

cundedi illud terminis meis: & posui vectē,& ostia: & dixi. hucusque venies:hic cōfringes tumentes fluctus tuos. De istis dicitur Hiere. 7. Hæc est gens , quæ non audiuit vocem Domini Dei sui. Non recepit disciplinam. Et 35. Filij Rechab,qui præcepit filijs suis , vt non biberent vinū, obedierunt præcepto patris sui. Ego locutus sum ad vos de mane consurgens,& loquens,&nō obedistis mihi.

Flumen importat vitā spiritualem.

Per flumē aūt vita spiritualis intelligitur,quia trāquillum est à tēpestate marina &c. Et de iusto dicitur. Esa.32. Et erit sicut vir,qui abscondit se à vēto,& celat se à tempestate. Item arctā viā tenet.vñ Matt.7 Quā angusta porta, & arcta via,quæ ducit ad vitam: & pauci inueniunt eam. Item flumen rapidum est, & velox incursu . Et de sanctis dicitur Iud.5.Stellæ manentes in ordine,& cursu suo aduersus Sisaram pugnauerunt.Item flumen mari ascendēti calcabile se pbet.Sic,& spiritualis superbis,& peruersis se humiliat. Vnde ad Rom.12. Si fieri potest, quod ex vobis est cum omnibus hominibus pacem habentes: non vosmetipsos defendentes charissimi : sed date locum iræ. Item flumen pontē in se fieri patitur. Sic, & iustus. Vnde Eccle.6. Subijce humerum tuum, & porta illam. & ne accedieris in vinculis eius. Et ad Hebræ.3.Considerate apostolum & pontificem confessionis nostræ Iesum,qui fidelis est ei,qui fecit illum. Et Glo.dicit. Ideo pontificē quia sepè pontem fecit.Item flumen non descendit ad mare nisi post cursum consummatum. Sic nec sancti ad prælationem donec fuerint perfecti. Vnde Gene.12. Abraham senex descendit in Aegyptum . Illi ergo qui sunt mare erunt à sinistris Domini. Qui sunt flumen à dextris, & hoc est:Et ponam in mari, &c.

De beata Virgine comparata throno, soli, & lunæ.

IN PSAL. LXXXVIII. SERMO. CXC.

THRONVS eius sicut sol in conspectu meo & sicut luna perfecta,&c. Primo considerandum quare beata Virgo comparatur throno. Secundo quare soli. Et postea lunæ. Thronus est

est sedes iudiciaria. Vnde Prouerb.20. Rex qui sedet in solio iudicij intuitu suo dissipat omne malum. Quia igitur Filius Dei de ipsa carnem assumpsit, & in illa iudicabit mundum , & in iudicio apparebit, rectè thronus dicitur. Quia sicut dicitur Ioan.5. Pater non iudicat quemquam, sed omne iudicium dedit filio. Solatium erit iustis , quòd videbunt eum in ea carne, qua redemit eos. Desolatio,& dolor impijs: qui ex hoc cognoscant quantum amiserint. De hoc solio dicitur Hierem. decimoquarto. Neque facias nobis contumeliam . Recordare solij gloriæ tuæ ne irritum facias fœdus tuum nobiscum.q. d. Quotiens Domine bonitatem tuam exasperat nostra malitia: memento salutis auctor , quòd nostri quondam corporis ex illibata virgine nascendo formam sumpseris,&c. Thronus etiam dicitur , quia ad modum sedentis in ipsa se submisit , & humiliauit diuinitas . Vnde Apostolus ad Philip. secundo. Exinaniuit se formam serui accipiens. De hoc dicitur tertio Reg. decimo. Fecit sibi Salomon thronum de ebore grandem : & vestiuit eum auro fŭluo nimis : qui habebat sex gradus. Ebur est castitas,quia elephas est animal castissimum , & draconi inimicum : Sicut, & castitas diabolo. vnde Psalm. Draco iste quem formasti ad illudendum ei,&c. Et Gene.tertio. Ponam inimicitias inter te, &c. Elephas errantem hominem reducit ad viā. Sic & castitas beatæ Virginis. Vnde prima Petri 2.Eratis sicut oues errantes, nunc autem conuersi estis ad pastorem, &c. Grandem dicit, quia eius castitati , & humiliati nulla potest comparari.

Btā Virgo rectè thronus dr-

Ebur castitas est.

Sex gradus sunt sex prærogatiuæ beatæ virginis . Prima est voti voluntas , quia prima virginitatem voluit. vnde Luc. primo . Quomodo fiet istud quoniam virum non cognosco , &c. Secunda est castitas virginalis, & matrimonialis. vnde Ecclesiastic. 24. Ego quasi vitis,&c. & flores mei fructus honoris , & honestatis . Honor ad virginitatem pertinet: honestas ad matrimonium. Tertia parientis integritas. vnde Ezec. 44. Porta hæc clausa erit, & nemo ingredietur per eam &c. Item lilio comparatur. Quia sicut lilium odorem producit sine sui corruptione:ita produxit filium cum integritate. Vir-

Sex prærogatiuæ B. V.

de Cantic. 2. Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias. De filio autem dicitur ibidem. Ego flos campi, & lilium conuallium. Campus est terra inarabilis: & de beata Virgine dicit quidam: res noua, & mirabilis, terra non arabilis, quę fructum parturijt. Conuallium dicit propter duplicem castitatem, Et Psal. dicit. Descendit sicut pluuia in vellus. Pluuia enim exit de compluto velliere absque eius corruptione. Et cum maiori eius puritate, ita & hic.

Quartus gradus, & quarta prærogatiua est plenitudo charitatum, quia dispersa in alijs, in ipsa congregantur. Vnde Proner. 31. Multæ filiæ congregauerunt diuitias: tu supergressa es vniuersas. Et Cantic. 7. Venter tuus sicut acerrus tritici, vallatus lilijs. Triticũ spectat ad martyres. Quia vt habetur de martyribus Ioan 12. Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet. &c. Lilium ad cõfessores, & virgines. Quid quid gratiæ in his fuit in ipsam simul collatum est.

Quintus gradus est humilitas: quia non minus placuit in ipsa humilitas quàm virginitas. Vnde. Quia respexit humilitatem ancillæ suæ. &c.

Sextus est prærogatiua præmiorum, qua exaltata est super choros angelorum. Vnde Eccle. 40. Aedificatio ciuitatis confirmabit nomen, & super hanc mulier immaculata computabitur. Quia beata Virgo supra totam ecclesiam computatur.

Humanitas Filij Dei, scabellũ est deitatis.

Sequitur 2. Paralip 9. Et scabellum aureum. In scabello significatur humanitas filij, quæ scabellũ est deitatis: & licet etiam secundum humanitatem præcellat beatam Virginem, tamen scabellum ante thronorum esse dicitur tanquàm inferius throno, vt per hoc significatur honor, & reuerentia quam exhibet matri suæ. Vnde dicitur. Honora patrem tuum, & matrem tuam, &c.

B. Virgo M. stella aurora luna, & sol dicitur.

Soli comparatur propter beneficij communitatem. Vnde Matth. 5. Qui solem suum facit oriri super bonos, & malos. Et ipsa bonis, & malis communis est, his .n. compatitur gratiam, illis auget. Ideo dicitur Cant. 6. Quæ est ista, quæ progreditur quasi aurora consurgens, pulchra vt luna: electa vt sol &c. Stella, vel aurora incipientibus, luna peccatoribus, sol iustis, & perfectis. Et Eccle. Sicut sol oriens

oriens mundo in altissimis Dei: sic mulieris bonæ spes in ornamentum domus eius .i. sic, & ipsa illuminat, & ornat domum .i. ecclesiam. Post solem lunæ comparatur, cuius tamen est minor claritas: & tamen ad maiorem eius laudem. Maius enim est extollentiam meritorum conseruare, quàm habere. & hęc conseruatio significatur per lunã. Nunq̃ .n. merita ita bene conseruantur q̃ cũ Deo adscribuntur: quod significatur in luna quæ lumen suum recognoscit à sole. Hæc est luna, de qua dr̃ Eccl. 48. A Luna signũ diei festi. Sicut .n. ab qua signũ mœroris, & luctus, ita à Maria signum gaudij, & festiuitatis. Vnde quidam. Eua luctum, vitæ fructum virgo mater edidit. Ipsa est luminare, quod minuitur in consummatione. In consummatione minuitur, quia quanto magis à Deo exaltata, tanto se magis humiliauit.

De asperitate pœnitentiæ, quæ est spes animæ, & de timore, qui est eius firmamentum.

IN PSAL. LXXXVIIII. SERMO. CXCIX.

Aĩa vinea cõparatur.

Asperitas pœnitentiæ sepes vineæ.

DESTRVXISTI omnes sepes eius, &c. Anima q̃q; cõparatur vineæ, & tunc more vineæ clauditur sepibus .i. pœnitentiæ asperitate, q̃ sunt cilicių, & ieiuniũ, & huiusmodi. Quasi sepem sibi circundabit Psal. dicens. Ego vero cũ mihi molesti essent induebar cilicio. Et Cecilia cilicio carnẽ suã domabat. Et Iob 16. Saccũ cõsui super cutẽ meã, & operui cinere carnẽ m. Talẽ aĩam exhorret tangere diabolus, sicut religiosam de auero seu vernultio, quæ sibi fecerat cilicium de pelle ericij, vt posset in bono sensu dici, quod dr̃ Esa. 33. Ibi foueã habuit ericius. Canes enim non audent tangere ericium propter spinositatem eius: sicut nec lucius percam. Nec diabolus eos, qui huiusmodi pœnitentiæ rigorem prætendunt, & asperitatem. De huiusmodi dicitur in Psalm. Petra (scilicet Christus) refugium erinacijs. Lucius autem pisces alios nullum spinositatis munimen, vel defensionem habentes deuorat: sic & leo onagrum, & huiusmodi. Vnde Eccle. 24.

Venatio leonis, onager in eremo. Similiter molles, & in delicijs viuentes diabolus persequitur, & deuorat. Vnde Abacuc 1. Ingrassata est pars eius, & cibus eius electus.

Sepes fiunt de vepribus, & spinis: & claudunt iter per eis ne intrent vineam, & fodiant: similiter asperitatibus pœnitentiæ clauditur via diaboli ad animam. Vnde Oseæ 1. Sepiam viam tuam spinis. Vnde de recipiente pœnitentiam, & se muniente dicitur Esa. 58. Si abstuleris de medio cathenam, scilicet peccatorum, vocaberis ædificator sepium. Et quia sepè facienda est confessio, rectè dicitur sepes. Vnde dicitur Ioan. vndecimo. Eamus in Iudæa iterum, ideſt confessionem faciamus iterum. Et Iob 22. Si reuersus fueris ad omnipotentem, ædificaberis, & longe facies iniquitatem à tabernaculo tuo.

Per sepē pœnitentię quinq; sensus claudunt

Quinque sensus clauduntur per hanc sepem. De oculis dicitur Iob 31. Pepigi fœdus cum oculis meis, vt ne cogitarem quidem de virgine, &c. De auribus Eccle. 27. Sepi aures tuas spi. De olfactu Esa. 3. In illa die auferet Dominus ornamentum calciamentorum, & lunulas &c. & olfactoriola. De sapiendo gustu, & tactu simul Eccles. vigesimoquarto. Auferà me ventris concupiscentias, & concubitus: concupiscentiæ ne apprehendant te. De lingua Prouerb. vigesimoquinto. Sicut vrbs patens, & absque murorum ambitu, ita vir, qui non potest in loquendo cohibere spiritum suum. Iob bene vallatus erat, de quo Iob. 1. In omnibus his non peccauit Iob labijs suis, neque stultum, quid contra Deum locutus est. Vnde diabolus dicit Iob 1. Nonne tu vallasti domũ eius: vniuersamque substantiam eius, per circuitum? Qui ergo sepem pœnitentiæ destruunt Sathanæ se exponunt. vnde Ecclesiast. trigesimo sexto. Vbi non est sepes dirripietur possessio. Et Ecclesiast. 10. Qui dissipat sepem mordebit eum coluber.

Destruentes pœnitentiæ. Sepem.

Quidam ita consueti sunt peccare, & pœnitentiam infringere: quòd si etiam includantur claustro quasi sepe fortiori: tamen dissipent sepem suam. Vnde Amos nono. Et si celauerint se ab oculis meis in profundo maris: ibi mandabo serpenti, & mordebit eos. Et Esa. 5. Nunc ostendam vobis, quid faciam vineæ meę. Auferam sepem eius, & erit in direptionem: & diruam maceriam eius, & erit in conculcationem: & ponam eam desertam.

Sequitur. In Psalmo.

De timore pœnæ non tamen bona sepes fit de ipso circa animam, quia non bene claudit, immo quasi sepes est non bene conserta, quæ quasi per foramina bestias nocuas admittit. Quia manet peccandi voluntas si speraretur impunitas. Voluntas sic ergo peccandi quæ manet: facit ibi foramen. vnde Ecclesiast. vigesimo. Est qui vetatur peccare propter inopiam, sed in requie sua stimulabitur. ideo dicit. Posuisti fir. eius for.

Timor filialis bona est sepes.

Sed timor filialis bona sepes est, habet enim spinas ex parte timoris de quo Psalm. confige timore, t. car. m. Et confertionem habet ex parte amoris, qui omnia iungit. vndead Colo. 3. Super omnia charitatem habentes quod est vinculum perfectionis. Amor etiam fortes palos spei, & constantiæ figit. vnde Eccles. 15. Requiescit iuxta domum illius, & in partibus figit palum: Spinæ istæ sunt delatiosæ: non sunt aridæ, sicut illæ de quibus Sophi. 2. Filij Amon quasi Gomorra, siccitas spinarum, & acerui salis. Sed spinæ istæ vernantes sunt, & florentes. Ex timore enim Dei filiali, fiunt piæ eleemosynæ: de quibus ad Philipp. vltimo. Gauisus sum in Domino, quoniam tandem refloruistis pro me sentire.

Anni malorum quare pro nihilo habeantur.

IN PSAL. LXXXIX. SERMO CXCII.

ET CVSTODIA in nocte, quæ pro nihilo Malorũ habentur eorum anni erunt. Anni malorum anni pro ex multis causis pro nihilo habentur. Primo nihilo ha quia pro nihilo dantur, scilicet pro peccato bentur.

de

de quo Ioann. primo. Et sine ipso, factum est nihil, & Prouerbio. vigesimotertio. Cor impiorum pro nihilo. Secundo, quia non redeunt eis, eo q̃ nõ seminant eos, sed iusti seminant eos ita, q̃ pro singulis momentis annum habent, & eis punctum excrescit in lineam: momentum in æternitatem. Et hoc est granum sinapis de quo Mat. 13. Simile est regnum cęlorum grano sinapis quod minimũ quidem est in omnibus seminibus, cum autem creuerit maius est in omnibus oleribus, de malis autem dicitur Sapien. 3. Et si longè vitæ erunt in nihil computabũtur, & sine honore erit nouissima senectus eorum.

Rõ tpis habenda.

Pro nihilo etiam habentur, quia in otiosis expendũtur cum sint preciosissima substantia, & præ alijs collocanda. vnde Seneca. Si multum supereſſet ætatis parce dispensandum erat: quæ igitur dementia superuacua discere, & agere in tanta temporis egestate? vnde dominus Matt. 10. De omni verbo otioso, &c. reddent rationem.

Debet autem homo habere rationem temporis, primo quia hoc docet natura animalium. vnde Hiere. 8. Miluus in cęlo cognouit tempus suum: turtur, & hirundo, & ciconia, cog. tempus aduentus sui: populus autem meus nõ cognoscit me.

Secundo, quia dominus modo largus est de tempore, & post vitam istam non poteris recuperare, quia nunc tuum tempus est. vnde Oseæ. 10. Tempus requirendi dominum cum venerit, qui docebit vos iustitiam. Modo redemi potest amissum. Vnde ad Ephe. 5. Redimentes tẽpus, quia dies mali sunt, ideo instandum est iuxta verbum Eccles. 14. Non defrauderis à die bono, & particula diei non te prætereat.

Natura temporis carissima

Tertiò natura temporis, quia est rarissima possessio, debet esse carissima, ita autem rara est, q̃ duo momenta simul haberi non possunt, cum de alijs omnibus duo simul haberi possint. Et quàm cito habetur desinit. In vltimo enim termino diceris habere 20. Annos, & tunc desinis habere, ideo dicitur Eccles. 4. Conserua tempus, & declina à malo.

Quarto, quia dominus strictè computabit de tempore quoniam cominatur nobis dicens in Psal. Ego cum accepero

pero tempus iustitias iudicabo. Tunc velles habere, & nõ poteris. Sicut dicitur Eccles. 8. Omni negotio tempus est, & opportunitas. Ideo dicitur ad Galat. vltimo. Bonum facientes non deficiamus: tempore enim suo metemus, non deficientes ergo dum tempus habemus operemur bonũ ad omnes, &c.

De scholarium & negotiatorum duplici curiositate, & studio vano aranea telis comparato.

IN PSAL. LXXXIX. SERMO. CXCIII.

ANIMI nostri sicut aranea meditabunt, &c. Aranea diuersas habet proprietates, & secundum eas significat diuersis vitijs irretitos. Primo. Aranea telas texit subtiles, sed fragiles, & inutiles: secundum hoc significat curiositatem scholariũ, & cupidorum negotiatorum. Scholarium, quorum quàm est subtilis vanitas, tam vana est subtilitas, contra quos 1. Thim. 1. Rogauit te denunciares quibusdam, vt aliter docerent, neque intenderent fabulis, & genealogijs, quæ quæstiones præstant magis quàm ædificationem Dei, quæ est in fide. Et ad Titum 3. Stultas autem quæstiones, & genealogias, & contentiones, & pugnas legis deuita. Sunt enim inutiles, & vanæ. Et 1. ad Timoth. 6. Si quis aliter docet, & non acquiescit sanis sermonibus Iesu Christi, & ei, quæ secundum pietatem est doctrinæ superbus, nihil sciens, sed languens circa quæstiones, & pugnas verborum: ex quibus oriuntur inuidiæ, contentiones, blasphemiæ, suspitiones malæ, conflictationes hominum mente corruptorum. Et 2. ad Tim. 2. Noli verbis contendere: ad nihilum enim vtile est, nisi ad subuersionem audientiũ. Et 1. ad Tim. in fine. Deuitans profanas vocum nouitates, & oppositiones falsi nominis scientiæ.

Diuersæ proprietates Araneæ. Prima,

Aranea curas cupidorum significat

Significat etiam curas cupidorum: qui suo modo non minus studiosi sunt in inueniendis diuersis laqueis cupiditatum, contractuum, vsurarum, quàm philosophantes in studijs suis. vnde dominus dixit Luc. 16. Filij huius seculi

culi prudentiores sunt in generatione sua filijs lucis. Contra quos Esa. 19. Confundentur, qui operabantur linū pectentes, & texentes subtilia. Ideo dī de vtrisq; Es. 69. Oua aspidum ruperunt, & telas araneæ texuerunt, &c. Contentiones taliū malæ sunt quasi oua aspidū, quia venenosę, & mortiferæ, & erūpunt in regulū mortis æternæ. Regulus solo visu interficit hoīem. Et mora æterna deberet nos sola cogitatione mortificare quantum ad carnalem vitam.

Simile.

Sequitur. Telæ eorū non erunt in vestimentū, neq; operientur operibus suis, opa eorū inutilia, qa sicut tela araneæ nō pōt amouere frigus: ita opibus hmōi malis, & diuitijs male acquisitis non poterūt se protegere. vnde dī. Prou. 25. Dens putridus, & pes lassus, qui sperat in infideli in die angustiæ, & amittit palliū in die frigoris. Ideo dicitur Eccl. 14. Omne opus corruptibile in fine deficiet, & qui illud operatur ibit cum illo.

Secunda proprietas.

Aranea cuiscerat se, & de intimis trahit fila sua, quibus texit telam suam: sic & curiosi animas suas ab omni virtute euacuant. Vnde dicitur Ecclesiast. 10. Nihil est iniquius, quàm pecuniam amare. Hic enim & animam suam venalem habet, quoniam in vita sua proiecit intima sua.

Tertia.

Aranea paruum habet caput, & multos pedes, & tota est in ventre, & secundum hoc significat cupidos pariter, & gulosos. Per hoc ꝙ paruum habet caput, & multos pedes significatur. ꝙ huiusmodi homines parum habent sapientiæ, & multiplicem curiositatis cogitationem. Vnde Psal. Dñs nouit cogitationes hominum, quoniam vanæ sunt. Per hoc ꝙ tota est in ventre, significat deditos luxuriæ, & gastrimargiæ. De quibus Eccl. 6. Omnis labor hominis in ore illius, sed anima eius non impletur bonis. Et Prouerb. 16. Anima laborantis laborabit sibi, quia compulit eum os suum. Vnde vulgo dicitur. Mal vult pie audent. Hinc est quod dicit Naso de arachne in aranea versa. Fit ꝙ caput minimum totoq; est corpore parua. In latere exiles digiti pro cruribus hærent. Cętera vēter habet, de quo tū illa remittit Stamen & antiquas exercet aranea telas. Et ad Tit 1. Cretes semper mendaces, malæ bestiæ, ventres pigri.

Ara-

Aranea ex toto labore venatur muscam, & maximè in vespere. Sic & cupidi in tenebris venantur, quia cęca est cupiditas. Muscam de labore capiunt, quia in præsenti de acquisitis sollicitudinem, & in futuro pœnam æternam. Vnde Esa. 7. Illa die sibilabit dominus muscæ, quæ est in extre. flumi. Aegypti, &c. Flumina ægypti temporalia sunt, in quorum extremo inuenitur musca, id est in præsenti sollicitudo, & in futuro pœna æterna.

Quinta.

Aranea filis proprijs quæ texit, se suspendit à tigno: sic & cupidus sibijpsi facit funiculos quibus ad patibulum inferni suspenditur. Sicut de denarijs inuentis in bursa latronis, ei funiculus emitur quo suspenditur. Et sicut alienus auis rapax proprijs pęcijs se innectit & suspendit. Rectè significantur per Iudam, de quo dicitur Actuū 1. Possedit agrum de mercede iniquitatis, & suspensus crepuit medius, &c. Et Esa. 50. Ambulate in flammis quas succendistis. Vnde Ouidius Pendentem pallas miserata leuauit. Atque ita, viue quidem pende tamen improba dixit: hoc est concessit ei vitam, ita tamen quòd semper penderet: sic dominus concessit eis vitam, vt pœnam sustineant immortalem. Vnde Psal. Mors depascet eos.

Sexta.

Aranea tactum habet immundum: secundum hoc significat luxuriam, quæ maximè immunda est, quia maculat animam, & corpus, & quod attingit inficit. Vnde 1. ad Corinth. 6. Omne peccatum quodcunque fecerit homo extra corpus est, qui autem fornicatur in corpus suum peccat. Et Eccles. 13. Qui tetigerit picem coinquinabitur ab ea. Est ergo sensus: anni nostri, id est nos in annis nostris meditabimur sicut aranea.

De fructibus disciplinæ qua non humiliat Dominus.

IN PSAL. LXXXIX. SERMO. CXCIIII.

Aetati sumus pro diebus quibus nos humiliasti. &c. Ad Hebr. 12. Omnis disciplina in præsenti quidē vr̄ non gaudj, sed mœroris, postea aūt fructū pacatissimū exercitatis p eā reddet iustitiæ. Sūt aūt interim multi fru-

Multi fructus disciplinæ.

tu fru-

ti fructus. Primus est purgatio. Vnde Ps. Dum superbit impius incenditur pauper, id est purgat: vt ibi dicit glossa. Et Eccl. 2. In igne probatur aurum, & argentum: homines verò receptibiles in camino humiliationis. vnde de illis, qui fornace tribulationis non purgantur, quorum scoria, & rubigo non excidit, desperari potest: quia ad eos probandos dominus plerunque tribulationes immittit. Sicut dicitur Hier. 6. Probatorem dedi te in populo meo, robustum, & scies, & probabis vias eorum, &c. Aes & ferrum, vniuersi sunt corrupti, defecit conflatorium in igne, consumptum est plumbum, frustra conflauit conflator: malitiæ enim eorum non sunt consumptæ. Argentum reprobum vocate eos, quia dominus proiecit illos, & Psal. Destruxisti eum ab emundatione. Et hoc est lauare laterem, qui quanto magis lauatur tanto magis sordidatur.

Primus purgatio.

Secundus est exunctio carnalium passionum. Exod. 14. Reuersæ sunt aquæ, & operuerunt Aegyptios, scilicet aquæ tribulationum: motus carnales oppresserũt. Et Eccl. 10. Curatio cessare faciet peccata maxima.

Extinctio passionũ carnaliũ.

Tertius est securitas contra iudicium. de quo psal. aditor in tribulationibus, quæ inue. nos. ni. propterea non ti. &c. Et Naum. 1. Non consurget duplex tribulatio. Sicut si ab aliquo repeteretur tributum, vel aliud quod solui set dimitteretur immunis. Vnde modo soluendum esset, quia tempus est leuioris solutionis. vnde Iob 6 Quis mihi det, vt veniat petitio mea, & quod expecto tribuat mihi Deus, & qui cepit ipse me conterat: soluat manum suã & succidat me, & hæc sit consolatio, vt affligens me dolore non parcat, q.d. pugno, vt percutiat.

Securitas contra iudicium.

Quartus est signũ diuinæ dilectionis de quo Tob. 12. Quia acceptus eras Deo: necesse erat, vt tentatio probaret te. Et ad Hebr. 12. Si extra disciplinam estis, &c. Adulteri non filij estis. Et Gen. 26. Accede fili, & tangam te, &c. Tangit autem dominus quem flagellat. Ideo dicitur in psalmo, dexteram t.no.fac. &c.j. qui sint filij dextræ.

Signũ diuinæ dilectionis.

Quintus fructus est pignus salutis æternæ: de quo 2. Macab. 6. Reputent ea, quæ acciderunt non ad interitum, sed ad correptionem esse generis nostri. Et Hier. 46. Consumam ego cunctas gentes ad quas eieci te: te verò non consumam. sed castigabo in iudicio, nec quasi innocentẽ parcam tibi. Et Baruch. 4 Qui induxit vobis mala, ipse eurtum adducet vobis sempiternam iocunditatem cum salute vestra. Et ad Ephes. 1. In quo & credentes signati estis spiritu promissionis sancto, qui est pignus hæreditatis nostræ in redemptionẽ acquisitionis in laudẽ gloriæ ipsius.

Pignus salutis æternæ.

Sextus est gaudium spirituale, de quo Act. 5. Ibant apostoli gaudentes à conspectu concilij, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati, &c. Et Esa. 61. Oleum gaudij pro luctu, &c. ad Hebr. 12. Qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem confusione contempta. Et Hebr. 10. Rapinam bonorum vestrorum cum gaudio suscepistis cognoscentes vos habere meliorem, & manentẽ substantiam, &c.

Gaudium spũale.

Septimus est consolatio spei. vnde Iob. 6. Et hæc mihi consolatio, vt affliges me dolore non parcas, & psal. Virga tua, & bac. t. ipsa me consf. & ad Rom. 12. Spe gaudẽtes, in tribulatione patientes, &c.

Spes consolatio.

Octauus est sanitas spiritus. vnde Iob 5. Ipse vulnerat, & medetur, percutit, & manus eius sanabunt, & Eccl. 31. Infirmitas grauis sobriam facit animam.

Sanitas spiritus.

Nonus fructus est excitatio deuotionis Esa. 26. Domine in angustia requisierunt te in tribulatione murmuris doctrina tu eis ps. Multiplicatæ sunt infirmitates eorum, postea accelerauerunt.

Deuotionis excitatio.

Decimus est animatio. vnde Seneca. hunc volo, &c. Et iterum. Multum adijcit sibi virtus lacessita. Sicut de equo quando audit buccinam dicit Virg. Si qua sonum procul arma dedere, Stare loco nescit, micat auribus, & tremit artus. Collectumq; præmens voluit subnaribus ignem. Itẽ cauatq; Tellurem, & solido grauiter, sonat vngula cornu. Et 1. Machab. 6. Elephantis ostenderunt sanguinem vuæ, & mori ad acuendos eos ad prælium.

Animatio

Vndecimus est eruditio. vnde Esa. 18. Tantummodo sola vexatio intellectũ dabit auditui. Et Eccl. 24. Qui emittit disciplinam sicut lucem.

Eruditio.

Duodecimus est assimilatio, siue conformatio ad caput nostrum, vnde Ioan. 15. Si mundus vos odit, scitote quoniam me priorem vobis odio habuit. Et 1. Pet. 4 Christo igitur

Cõformatio ad caput nr̃m.

igitur in carne passo, & vos eadem cogitatione armamini. Non decet à capite membra discedere. Non decet vbi caput est spinis coronatum, & cruentatum: corpus esse purpuratum. vnde 1. Petri 2. Quæ gratia si peccantes, & colophizati suffertis? sed si bene facientes patienter sustinetis, hæc est gratia apud Deum. In hoc vocati estis: quia Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplũ, vt sequamini vestigia eius. Qui peccatum non fecit &c. Ecce cõformitas capitis. De his duodecim disciplinæ fructibus, vt memoriæ mandentur sunt sequentes versiculi.

Purgat, & extinguit, securat, signat amorem.
Pignorat, exultat, solatur, vulnerat, sanat,
Excitat, ac animat, docet, & capiti similem dat.

De venatoribus, laqueis, canibus, & verbo aspero, & quibus liberentur.

PSAL. XC. SERMO. CXCV.

QVONIAM ipse liberabit me de laqueo venantium, & à verbo aspero. Primo considerandum, qui sint venatores, qui laquei, qui canes. Secundo quomodo post captionem venationis sequitur verbum asperum. Tertio, qui sint, qui possunt dicere: ipse liberauit me, &c.

Legitur Gene. 10. De Nemroth. Ipse cepit potens esse in terra, & erat robustus venator coram Domino: Nemroth, interpretatur apostata, vel profugium, hic est diabolus, qui apostatauit à Deo, & auertit se, & tunc factus est venator. Quia ex inuidia tetendit insidias, vt caperet hominem. Vnde dicitur Abacuc 1. Totum in hamo sublenauit. traxit illud in sagena: congregauit in rete suo, &c. Quotidie non cessat venari, & ponere laqueos, & retia. vnde sicut ipse dicitur venator ita, & homo bestia, comparatione astutiæ eius. Quando ergo capitur se agnoscat bestiam. vnde Beatus Bernar. Quid superbis, ò homo? Quasi te solum iactas? vide, quia bestia factus es, cui venando laquei præparantur. vnde de diabolo dicitur Gene. 3. Serpens autem erat callidior cunctis animantibus terræ. &c.

Diabolus venator homo bestia.

Et

Et Beatus Ber. Sicut ante venatorem bestia: sic ad eorum comparationem quantumlibet astutissimus hominum, nisi similes apostolo spirituales viri. Sicut 1. ad Corinth. 2. Vt non circumueniamur à Sathana, non enim ignoramus cogitationes eius.

Sicut venator considerat duo .s. tempus, & locum: ita diabolus. Venator considerat locum: ibi enim tendit vbi nouit multitudinem & frequentiam ferarum. vnde Ouidius. Scit bene venator ceruis vbi retia tendat. Et quæ frondosa valle moretur aper. Aucupibus noti frutices: q sustinet hamos, Scit bene quę multo pisce natantur aquę. Similiter diabolus loca nouit vbi melius possit venari, præterit tuguria pauperum, carceres captiuorum: nõ cessat circuire palatia regum & principum, cathedras episcoporum, conuenticula capitulorum. Nundinas mercatorũ. vnde glos. dicit. Super Matt. 4. Tentationibus loca congruunt. Quia, vt ibi dicitur de vana gloria tentauit sup pinnaculum, de cupiditate super montem. vnde ostendit ei o.r.m. de gula in deserto vbi penuria cibi. Simile.

Tẽpus etiam considerat: non .n. venatur bestiam quæ non est de saison. i. tempestiua, & in eo tempore quo bona est. Sic diabolus pauperes quasi bestias macilentas, & quę non sunt de saison non curat, sed abijcit. Diuites huius mũdi, & omnes carnales, qui indulgent ventri, & gulæ, explorat quasi feras pingues, & obęsas. Ideo dr Abacuc 1. In ipsis incrassata est pars eius, & cibus eius electus.

Laquei huius, & retia sunt concupiscibilia, & delectabilia huius mundi. Vnde angelus cuidam eremitæ apparuit oculos, vt ostenderet ei mũdũ torũ in spiritu. Et vidit sylua plenã laqueis. Nã pulchra mulier qd est nisi laqueus? Vñ Eccl. 7. Inueni amariorẽ morte mulierẽ. Sagena cor eius, &c. & oĩa alia laquei sunt. Vnde Eccle. 8. Cõmunionem mortis scito, quia in medio laqueorum ingrederis. Laquei & retia diaboli.

Venatores etiã sunt oẽs filij diaboli: vt luxuriosi, cupidi, superbi, & hmõi. & officium patris sui exercent. Sicut & filius vsurarij de more vsurarius est. Luxuriosus qd venatur nisi pulchras mulieres: & ad hoc nonne tendunt, quasi retia promissiones, munera, blanda verba? Venatores sũt luxurioſi.

Canes etiã hñt venaticos. Lenas q cõciliant lenociniũ. Canes venatici,

Vnde cum obtinet quod intendit, quasi de fera capta lætatur. Vnde Ouidius. Decidit in casses præda petita meos, Econuerso mulieres venantur, & capiunt viros: & hęc retia sunt earum, ornatus, capillatura, gestus, & huiusmodi. Vnde 1. Petri 3. Quarum sit non extrinsecus capillatura aut circundatio auri, aut indumenti vestimentorum cultus. Vnde Ouidius. Auferimur cultu: gemmis aurog; tegunter Omnia: pars minima est ipsa puella sui. Et Iudith 10. Cum intrasset Iudith ante faciem eius, statim captus est in oculis eius Holofernes.

Cupidi venantur lucra. Retia sunt doli, & contractuũ varietates: canes, mangones, & contractuum mediatores. Vnde Hierem. 5. Inuenti sunt in populo meo impij insidiantes, quasi aucupes laqueos ponentes, & pedicas ad capiendos viros: sicut decipula plena auibus: sic domus eorum plena dolo.

Venatores sunt superbi.

Superbi, & ambitiosi venatores sunt: & quid venantur nisi honores, & dignitates, & episcopatus? Retia eorũ sunt largitionum profusiones, commessationes, vestium collationes, promissiones', & huiusmodi. Quia iuxta verbum Aristotelis: omnis ambitiosus liberalis. Canes venatici hiraldi parasiti, & laudum præcones. Vnde Persius. Scis comitem horridulum trita donare lacerna: Et verum inquis amo, verum mihi dicito, de me. Quis populi sermo est? Et Eccl. 20. Qui edunt panem illius falsæ linguę sunt: neque enim quod habendũ erat directo sensu distribuit.

Post captionem diaboli sequitur verbum asperũ Quod est hoc verbum nisi illud affer, affer, percute, dilacera, cito interfice, excoria velociter, spolia detrahe. Sic venatores capta bestia clamant: tolle, tolle, & infige verubus. Impone prunis, & mille bullientibus impone lebetibus. Hoc est quod dicitur Amos 4. Ecce dies venient, & laudabunt vos in contis: & reliquias vestras in ollis feruentib. Hoc etiam significatum est, quando Domino capto exclamatum est, Tolle, tolle crucifige eum Matth. 26. Hoc verbum asperum sustinuisti domine: vt nos à verbo aspero liberares illo, scilicet. Ite maledicti &c

Pauperes spiritu liberantur.

Qui sunt, qui possunt dicere ipse liberauit me. &c. Pauperes spiritu, qui abdicauerunt omnia, & per hoc laqueos euaserunt. Vnde 1. ad Timo. 6. Habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti simus. Nam qui volũt diuites fieri, incidunt in tentationes, & in laqueo diaboli.

De variis diuersorum vijs: & angelorum erga nos officijs, & custodijs.

IN PSAL. XC. SERMO. CXCVI.

ANGELIS suis mandauit de te, vt custodiant te in omnib. vijs tuis, &c. Primo, considerandum est quot sint diuersitates viarum. s. viæ hominum, dæmonum, angelorum, Dei. Secundo, quibus gradibus dęmones de vijs nostris intendũt nos inducere in vias suas. Tertio, qualiter, & quibus gradibus viæ nostræ, & Angelorũ dirigunt. Quarto, quid sit officiũ angelorũ erga nos.

Viæ hominum

Viæ hominum sunt necessitas, & cupiditas: dæmonum, præsumptio, & obstinatio: angelorum, ascensus, & descensus: Dei, misericordia, & veritas. Necessitas ipsa est multiplex: & constat, q̃ errorem inducit viatori viarum ipsa multiplicitas. Vnde Ouidius. Sepè stat incertus, quòd nescit qua sit eundum, Cum videt ex omni parte viator iter. Quis autem dicere possit, q̃ multiplex est necessitas, in fame, & siti, &c. Ideo clamat Psalm. De necessitatibus meis erue me. Hæc via est arcta, quia nobis, & familijs nostris oportet prouidere. Vnde Eccle. 5. Vbi sunt multæ diuitiæ, multi sunt qui comedunt eas. Hinc contingit, q̃ dum multiplicatur necessitas, declinamus in viam cupiditatis. Vnde Eccle. 26. Propter inopiam deliquerunt multi: & qui quærit locupletari auertet sensum. Excusant se per filios, & vxores, quæ sumptuosæ, & pomposæ sunt. Vnde Hierem. 7. Filij colligunt ligna, patres incendunt ignem, & mulieres conspergunt adipem. Sub pallio ergo necessitatis supflua quærimus. Qui. n. soli necessitati vellet prouider, non haberet necesse ad cupiditatem declinare. Vñ Seneca. Parabile est q̃d natura desiderat: ad superflua sudatur. Itẽ. Quid est q̃ aduersam timere debeas fortunã? quod .n. ad necessitatẽ sat est, quamuis irata dabit.

Vnde 1. ad Timo. 6. Habentes alimenta, & quib. tegamur his contenti simus. Via ergo cupiditatis multiplicior est quã via necessitatis. De qua dicitur Eccl. 18. Post concupiscẽtias tuas nõ eas, & à voluntate tua auertere. Per hanc viam aïa à sua simplicitate recedit, & cũ reb. multiplicat. Vnde. A fructu frumenti, vini, & olei. s. mul. sunt. Et Eccl. 11. Fili si diues fueris, non eris immunis à delicto. Et 1. ad Timo. 6. Qui volunt diuites fieri, cadunt in tẽta. & in laqueũ diaboli. Radix oĩum malorũ cupiditas. De qua Nau. 2. Leo cępit sufficienter catulis suis, & necauit leenis su s: & impleuit præda spelunccas suas, & cubile suum rapina.

Viędemonum. Viæ dæmonum præsumptio, & obstinatio. De præsumptione. Esa. 14. Dixisti in corde tuo, ascendã in cęlum, super astra exaltabo soliũ meum. De obstinatione ibidem. Tu proiectus de sepulcro tuo quasi stirps inutilis, polluctus, & obuolutus cum ijs, qui interfecti sunt gladio. Polluctus per præsumptionem, inuolutus per obstinationẽ. Præsumptio enim causa est ruinæ. Vnde Prouer. 17. Qui altam facit domum suam, quærit ruinam.

Intentio dæmonũ. Intentio aũt dæmonum est nos inducere in vias suas. s. in præsumptionẽ, & obstinationẽ. Per tres gradus. Primus est dissimulatio ꝓprię infirmitatis, qñ aliquis sibi ipsi blãditur, & vult se videri aliquid cum nihil sit. Vnde 1. ad Corinth. 4. Quid habes non accepisti? &c. & iam cadit in ꝓsumptionẽ. Secũdus est excusatio peccatorum & defensio. Sicut Adã dixit Gen. 3. Mulier quam dedisti mihi sociam decepit me. & hoc ipsum est præsumptio. Tertius est contentus, & tũc cadit in obstinationẽ. Vnde Prouerb. 18. Impius cum venerit in profundum peccatorum contemnit.

Viæ angelorum. Viæ angelorum sunt ascensus, & descensus: vt Gen. 28. Vidit scalam Iacob & angelos ascendentes, & descendentes, &c. Ascendunt propter se ad Dei contemplationem: & descendunt propter nostri prudentiam. Vnde Heb. 1. Nonne omnes sunt amministratorij spiritus?

Viæ Dñi. Viæ Dñi sunt misericordia, & veritas. Vñ Psal. Vniuersæ viæ Dñi misericordia, & veritas. Ad has vias Dñi, & angelorũ viæ diriguntur, & hoĩum. Primus gradus, vt per misericordiã accedat ad Deũ: sibi ipsi primo factus misericors: vt Eccl. 30. Miserere aïæ tuæ placẽs Deo, & in hoc

Deo cõformamur. Misericordia enim fecit Deũ pro nobis pungi: eadem facit nos pro Deo compungi. Illa fecit in Deo punctionem, vt in nobis faciat compunctionem. Secundus gradus est quo de misericordia trãsimus ad veritatem, quod fit per confessionem qua vere nos accusamus. De qua Psal. veritas de terra orta &c. Viæ etiã angelorum ad eas dẽ tendũt. Dum enim descendunt ad nos, no biscum faciunt misericordiam, vt custodiant nos in omnibus vijs nostris: in quo sunt ministri nostri, & formam tenent vnigeniti Dei, qui non venit ministrari, sed ministrare. Dum autem ascendunt, ad veritatem tẽdunt, dum veritatem inquirunt.

Officium angelorũ. Officium angelorũ, vt custodiãt nos in omnib. vijs nostris. Secundo, vt per suas vias dirigant nos ad vias Dei. In vijs nostris custodiunt nos, ne cadamus in vias dæmonum. De via necessitatis in obstinationem, vel de cupiditate in præsumptionem. In nullo enim solent homines magis destituti esse quàm in eo quod ad necessitatẽ pertinet, vel pertinere videtur. Vnde cũ arguuntur: Respondẽt, nihil aliud possum. Tu si hic esses, aliter sentias Contra quos Prouer. 24. Si dixeris vires non suppetunt, qui inspector est cordium intelligit Deus. Et Galat. 6. Nolite errare, Deus non irridetur: De cupiditate ruit homo in præsumptionem. Impetus enim desiderij transportat peccatorem. Vnde Hierem. 8. Omnes conuersi sunt ad cursum suum quasi equus impetu vadens in prælium. Et Eccles. 30. Equus indomitus euadet durus: & filius remissus euadet præceps. Per vias autem suas reducunt nos ad vias Dei. verbi gratia. Cum intelligis, quòd angelus tam excellens creatura condescendit nobis ex charitate, multo magis fratri condescendas commonitus, & exemplo, & necessitate, & sic ingredieris viam misericordiæ. Vnde Eccle. 7. Non te pigeat visitare infirmum, ex his enim in dilectione firmaberis. Item, quòd angeli ascendunt ad contemplandam Dei veritatem excitat nos, qui rationales sumus, vt sursum corda leuemus ad veritatis contemplationem. Vnde ad Hebræ. 12. Aspicientes in auctorem fidei, & consummatorem Iesum.

Cantare in decachordo psalterio, & cithara, quomodo conueniat Christo, & nobis.

PSAL. XCI. SERMO. CXCVII.

IN decachordo psalterio cum cantico in cithara. Videndum primo quo conuenit Christo in psalterio decachordo cantare, & nobis et similiter respondere. Secundo quo in cithara. Tertio quo vtrunq; cum cantico.

Christus multipliciter laudatur.

Laudatur Christus, vt Deus nos creans, laudatur vt homo passus nos redimens.

Laudatur vt Deus in psalterio, in spiritus viuificatione per amorem æternorũ, & hoc significatur in psalterio, quod sonum habet à superiori. Laudatur vt homo pro nobis passus in carnis mortificatione, in qua conformamur ei, & hoc significatur per citharã, quæ sonat ab inferiori. Ideo dicitur, Cor meũ & caro mea exultauerunt in Deum viuum Et Illud. Iocundum est psalterium cum cithara.

In psalterio, & cithara decantauit nobis xps

Christus nobis decantauit tam in Psalterio, q̃ in cithara. In psalterio decachordo, quasi sonãs à superiori nobis cantauit in ascensione. Nam quasi x. chordæ fuerũt x. dies quibus præcepit apostolis: à Hierosolimis ne discederẽt sed expectarent promissionẽ patris, &c. Quibus x. diebus quasi x: chordarũ factæ sunt per affectionum incrementa extensiones: quia nõ bene sonat chorda, nisi tensa: nec cor nisi per discretionem tensum, & extensum, quod per dilectionem solet augeri. Cum autem misit spiritum sanctũ, tũc quasi psalterium sonum edidit. vnde Act 2. Factus est repente de cælo so. &c. Et de apostolis dr̃ similiter Act. 2. Loquebantur varijs linguis apostoli magnalia Dei. Et in ps. In omnẽ terram exiuit sonus eorum. Similiter & nos respõdere debemus ei in psalterij decachordo, s. in x. mandatorum obseruatione, ascendendo de actiua ad contẽplatiuam: de Lya quæ interpretatur laboriosa: ad Rachelem quæ interpretatur iocunda, vt de Iacob legitur Gen. 29. ió dicitur Eccl. 1. Fili concupiscens sapientiã, i. contẽplatiuã serua iustitiam, i. mandata. Hi sunt x. dies quibus manet puella Rebecca apud parentes suos anteq̃ proficiscatur, & traducatur, vt habetur Gen. 24. Quasi x. diebus manet apud parentes dum x. mandata obseruat, quasi post x. dies traducitur, dum quasi per contemplationem ad amplexus sponsi transfertur.

Laudatur vt homo passus in nostræ carnis mortificatione, in qua conformamur ei, nam in passione quasi cithara sonuit: dum 7. verba emisit, primum dum crucifigebatur, s. istud: pater dimitte eis, quia nesciunt quid faciunt: Luc. 23. Alia iam crucifixus de quib. alibi diximus. Vnum est quod latroni pœnitenti dixit, Luc. 23. Hodie mecũ eris in paradiso. Aliud quo clamauit ad patrẽ Matt. 26. Heli Heli, &c. Et Mar. 15. Heloy Heloy, &c. Tertium est in Luc. 23. Pater in manus tuas commendo spiritũ meum ibi dicitur clamans voce magna, & hic dicitur, expirauit, alij non dicunt quid dixerit, immo Matthæus dixit, Iesus iterum clamans voce magna emisit spiritum, & Mar. 15. Dicitur, & Iesus emissa voce expirauit.

Septẽ verbi Christi

Ioannes xix. ponit tria Mulier ecce filius tuus, & sitio, & consummatum est. In his. vij. chordis diabolus confunditur, quia in illo. pater ignosce, &c. Inimicis docuit ignoscere. Et hęc chorda sonat benignitatẽ. vnde dixerat Mat. 5 Orate pro pei sequentibus vos. In secundo cum dixit hodie, &c. nos facere debere plenam, & festinam remissionẽ ostendit. In tertio ad quem clamandum docuit, & in Deo solo cõfidendum dicens. Hely Hely, &c. Quarto suorum curam habere docuit, cũ dixit, pater in manus t. commen. spi. m. i. meorum, seu corporis mystici. In quinto curam maximẽ domesticorum iuxta ordinem charitatis habendam monstrauit, cum dixit: mulier &c. Quia sicut dicitur 1. Timot. 5. Qui curam suorum maximẽ domesticorum non habet, fidem negauit. Sexto quantum affectabat salutem nostram ostendit dicens. Sitio, & quantum siti re salutem amicorum debeamus, vel in sua siti quantam æternorum sitim habere debeamus monstrauit. vnde Psal. Sitiuit in te anima mea. Et iterum. Sitiuit anima mea ad Deũ fon. vi. Septimo non solum omnia completa, sed quàm studiose nobis in bono perseuerandum sit ostendit cum dixit: consummatum est. Et in his diabolus confutatur. vnde dr̃ His septẽ Ier. 16. Venter meus ad Moab sonabit. Venter est infirmi- Christi ver-

bis diabolus confu tatur.

tas carnis Chri, quæ ad Moab sonuit eũ in his verbis diabolo concluſit. Nos ẽt imitantes quantũ possumus citharã Chri, mortificantes per pœnitentiã mẽbra nostra, sonemus septẽ chordis similib., per inimicorũ beneficentiã, per ofensarũ remissionẽ plenã, & festinã, per auxilij à Deo postulationẽ, per Dei cõfidentiã, per subditorũ sollicitudinẽ, per domesticorũ curã, per desiderij feruorẽ, per virtutum perseuerantiã, & consummationẽ. Vel per septẽ chordas quas docet apostolus 2 ad Cor. 7. Ecce hoc ipsum cõtristari vos ſm Deũ, quantã operatẽ in vobis sollicitudinẽ, sed defensionẽ, sed indignationẽ, sed timorẽ, sed desideriũ, sed æmulationẽ, sed vindictã: quæ sunt affectiones verè pœnitentis, vt ibi exponit. Quod aũt dr, cũ cantico dyasiricũ sit, quia decantatio, & cũ psalterio, & cũ cithara inutilis est: nisi cũ animi fiat exultatione. vnde dr Matth. 6. Cum ieiunatis nolite fieri sicut hypocritæ tristes, &c. Et ad Roman. 11. Qui miseretur, in hilaritate sup. id faciat, &c.

Iustus quomodo comparetur palmæ in quatuor.

PSAL. XCI. SERMO. CXCVIII.

Iust' palmæ cõparatur.

IVstus, vt palma florebit, &c. Consideremus qũo iustus cõparatur palmæ quantũ ad staturã, fructum, florem, & foliorum figurã. Palma in inferioribus angustatur. In feriora nostra sunt, quæ pertinent ad inferiorem naturam corporis, in quibus debemus angustari, & restringi, vnde

Prima ꝓprietas palmæ.

1, ad Tim. 6. Habentes alimẽta, & quibus tegamur his cõtenti simus. vnde Esa. 30. Dabit vobis dns arctum panem & breuẽ aquã. Palma autem in superioribus dilatatur, sic spiritualis debet in eis, quæ sunt spiritus dilatari, de quo Zach. 10. Aperi libane portas tuas. Ideo dicitur Cãt. 7. Statura tua assimilata est palmæ. Et Esa. 54. Dilata locũ tentorij. t. & pelles tabernaculi. t. extẽde. Ne parcas, & Gen. 34. Locus apud nos spatiosus est ad manendũ. Et ps. Et ambulabam in latitudine. Hæc dilatatio fit dupliciter in intellectu, & affectu, qñ anima meditatur æterna & diligit. Qñ enim temporalia meditatur, & amat: angustat se, cum illa sint inferiora, & minora ipsa anima: ideo dominus euocans nos à tẽporalibus dicit, ego dominus Deus tuus, &c.

Dilatatos tuum & implebo illud. Quasi dicat ego; non aliud. Dilatatur etiam affectus per extensionem, quando ad contraria se extendit, quando nõ solum amicos, sed etiam inimicos diligit. Sicut Matt. 5. Dictum est antiquis diliges proximum tuum & odio habebis inimicum tuũ. Ego aũtẽ dico vobis: diligite inimicos vestros, &c. vt sitis filij patris vestri, qui in cœlis est, qui solem, &c. quãdo beneficus est bonis, & malis. Vnde dominus in cruce manus extendit ad dexteram, & sinistram. Matth. 5 Estote misericordes, &c. Item quando affectus proximi bonis congratulatur. & malis compatitur: primum fit per charitatem. Secundum per pietatem.

Dilatio dupliciter fit.

Secunda prosperitas.

Item palma nodos habet in stipite, per quos potest ascendi ad fructus. Hi sunt in iusto tribulationum, asperitas victus & vestitus austeritas, vigiliarum diuturnitas, oratio num assiduitas, per quæ ascenditur ad fructum vitæ. vnde Apoc. 1. particeps in tribulatione, & in regno.

Item palma non fructificat nisi post centesimum annum. Vnde ipsi Abrahę nõ est natus Isaac, qui interpretatur risus, nisi centenario, vt habetur Gen. 17. Vnde Prouerb. 30. Ridebit in die nouissimo. Hoc ipsum significatum est per archam, quæ non est consummata nisi per centum annos. Quod etiam patienter expectauit Noe, & qui cum eo erant saluandi, vt primæ Petri 3. Quando expectabant Dei patientiam. In diebus Noe cum fabricaretur archa in qua pauci, &c. Sicut ergo palma tardum habet fructum ita, & iustus, & tamen patienter expectat Vnde Iob 29. In nidulo meo moriar, & sicut palma multiplicabo dies. Et Iacob. 5. Ecce agricola patienter expectat precioſum fructum terræ, patienter ferens donec accipiat temporaneum, & serotinum. Palma significat crucem Christi: de qua Cant. 7. Ascendam in palma & apprehendã fructus eius. Iustus ergo, vt palma floret, qñ inscribitur titulo Christi, qui fuit super crucẽ. Iesus Nazarenus rex Iudeorũ, quod fit per confessionẽ. Nazarenus interpretatur floridus: Iudęus, confitens. Vt palma fructificat passionẽ. Christi in se representans super tẽtationes vincit, & cõsequitur vitã æternã Vnde significatur per Delborã prophetissam, de qua dicitur Iud. 4. Delbora prophetissa iudicabat populum

Palma crucem Christi significat

populum,& sedebat sub palma. Propheta est, qui præuidet bona æterna,& ideo contemnit temporalia. Delbora interpretatur apis, quæ operatur mel, & habet aculeum. Delbora ergo est qui contemplatur Dei misericordiam circa bonos:& iudicium circa malos,& vindictam. Sedet sub palma, qui in sua passione quieuit dum Christi constituerat passionem.1.Petr.4. Christo igitur passo, & vos eadem cogitatione armamini. Populum iudicat, qui actus suos discernit. Et in eos per flagellũ disciplinæ vindicat.

Quarta proprietas.

Item palma folia habet acuta,& iustus verba penetrantia. Vnde Eccle.10.Verba sapientum quasi stimuli,& quasi claui in altum defixi. Item folia palmæ conformia sunt gladio: & verba iusti sunt quasi gladius separans spiritualia à carnalibus. De quo Esa. 49. Posuit os meum quasi gladium acutum. Item folia palmæ signa sunt peregrinationis Hierusalem: falsa in illis, qui non sunt vere peregrini. Similiter in quibusdam verba sancta peregrinum mentiuntur. Contra quos Sopho. 1. Visitabo super eos, qui induti sunt veste peregrina.

Quinta.

Item palma sexum habet distinctum, & nisi ad palmæ vaporem masculi, fructus eius non maturatur.Sic & vir spiritualis distinguit inter liberi arbitrij virtutem, & gratiã,cui quasi masculus est gratia, sine qua nullus fructus venit ad maturitatem. Vnde Esa. 44. Effundam spiritum meum super semen tuum,& benedictionem meam super stirpem tuam. Item in altum fructus suspenditur, de quo Matthæ.6.Nolite thesaurizare, &c.

De testimonijs Domini.

IN PSAL. XCII. SERMO. CXCIX.

TESTIMONIA tua credibilia facta sunt.&c. De his testimonijs dicitur 1.Ioan.5. Tres sunt qui testimonium dant in cęlo: pater, verbum, Spiritus sanctus:& hi tres vnum sunt. Et tres sunt,qui testimonium dant in terra:spiritus,aqua,& sanguis:& hi tres vnum sunt. In cęlo angeli, in terra homines. Triplex testimonium in cœlo pro angelis bonis, & contra malos. Triplex in terra pro bonis hominibus, & contra malos. Angelis quidem, qui lucifero apostatante steterunt,merito testimonium perhibet visio Trinitatis: quia enim steterunt,in visione Trinitatis cõfirmati sunt. Vnde Gen.1. Vocauitque firmamentum cœlum. Sicut ergo alicui pro bene meritis possessio aliqua confirmatur, ita & in ipsis: quod & fit in nobis cum Spiritum sanctũ accipimus ad robur: propter quod inuentum est sacramẽtum confirmationis. Vnde. Cõfirma hoc Deus,quod operatus es in nobis. De cadentibus dici potest, Liquefacta est terra,& omnes, &c.De stantib. vero, illud: tu confirmasti columnas eius.Non debuit pater deesse in testimonio de potentia ijs, qui firmiter steterunt: nec filius de sapientia ijs,qui sapientia non elati sunt. Nec spiritus .s. de bonitate ijs qui nequaquam inuiderunt bonitati.

Triplex testimoniũ in cęlo, & triplex i terra.

Simile.

Mali autem non habent hoc testimoniũ pro se sed contra se.Ecce.n. pater loquitur eis,& cõtra eos,illud Malac. 1.Si ego pater sum vbi est honor meus &c. Ergo iusse testimonio patris caret, qui patrem non honorat, sed eius sibi gloriam vsurpat contra illud Esa.48. gloriã m.alteri non dabo.Sed nec filius ei testimoniũ perhibet,cuius cum patre æqualitatem zelauit. Quia sicut dicit in prouerbijs Gloria patris sapiens filius.De quo ad Phil.2.Qui cum in forma Dei esset,non rapinã arbitratus est se æqualẽ Deo. Diabolus aũt rapinã arbitratus est.vñ cum fur sit, nõ ei dẽ sapientia filius,sed potius cõtra ipsum testimoniũ perhibere poterit.Veritas .n.est,& testis non põt esse falsitatis, sed nec Spiritus.s. testis ei esse poterit,qui singularitatem appetijt,& scissurã, Vtpote qui amator est pacis,& vnitatis conseruator spiritus.vnde ad Ephe 4. Solliciti seruare vnitatẽ in vinculo pacis.hic enim est singularis ferus qui vineã illã cęlestem depastus est,etiã & de ea multi palmites excisi sunt,vñ singularis ferus depastus est eã. In hoc aũt singularitas notatur,quia angelorũ est stare, nõ sedere.tota stabat vniuersitas angelorũ.vñ Esa. 6. Vidi Dñm sedentẽ &c.Seraphim aũt stabãt, & Dan.7.Millia millium ministrabant ei,& decies centena millia assistebant ei.Singulariter ergo fuit cũ dixit. Sedebo in monte testa. & ero similis altissimo. vnde B.Bern. Sicut e vbi stant omnes,

vnusquis-

vniuersi ministrant, tu pacis inimice sedebis? Plane contrastas spiritum, qui habitare facit vnius moris in domo. Offendis charitatē, quia scindis vnitatē, & ideo Spiritus spiritus vnitatis, & pacis non tibi sed contra te testis est.

Qui Spiritus sancti testimonium amittunt.

Similiter omnes, qui potestati resistunt per inobedientiam, patris testimonium amiserunt. Qui inuident, qui singulares sunt, qui vnitatem rumpunt, & pacem: Spiritus san. testimonium amiserunt, communitas. n. non singularitas pertinet ad Spiritum. s. vnde 2. ad eorum vlt. Gratia Domini &c. & communicatio sancti Spiritus cum omnibus vobis amen. Similiter simoniaci, qui quantum in ipsis est, emunt vel vendunt Spiritus. s. gratiam, vt Simon de quo Act. 8. Date mihi hanc potestatem, vt cuicunq; imposuero manus accipiat Spiritum s. Cui Petrus. Pecunia tua tecum sit in perdi. &c. In felle amaritudinis es, &c.

Peccatū carcer dr.

Tres sunt, qui testimonium dant in terra, &c. In primo parente cecidimus vniuersi, & hoc quasi in carcerem lutosum, & lapidosum. Peccatum enim quidam carcer est: & de Petro dicitur Act. 12. Petrus autem seruabatur in carcere. Et Psal. Educ de carcere animam meam. Lutum est, eripe inquit me de luto, vt non infigar. Et Abac. 2. Vt quid aggrauas contra te densum lutum? Quando ventum est ad obstinationem, Lapis est. vnde Iob 41. Cor eius indurabitur. q. lapis. Et via impiorum cum lapidibus. Et Ioel. 11. Tollite lapidem. Quia ergo in carcere captiui, qa in luto inquinati, quia super lapides, confracti fuimus: venit ergo Christus redimere incarceratos, & captiuos, mundare inquinatos, adiuuare, & fouere confractos. Redemptionis precium refertur ad sanguinem: mundatio ad aquam. iuuamen infirmitatis, & consolidatio confractionis, ad Spiritum s. Ideo dicitur. Tres sunt qui testimonium igitur habet suæ redemptionis, qui redemptus sanguine Christi á seruitute peccati manet in libertate sua, nō iterū recidens. Qui autē fit iterum seruus peccati abiecit preciū suæ redemptionis, ideo dicit Apostolus 1. ad Corin. 6. Empti estis precio magno &c. Psal. Quæ vtilitas in sanguine meo, &c. Continentia igitur à peccato testimoniū habet redēptionis in sanguine: sed non sufficiat continētia nisi adsit, & pœnitentia, dolor de præteritis: & tunc

tunc habet testimonium ab aqua qui dicit. Laboraui in gemitu meo &c. Sed postquā aliquis est à carcere liberatus, quod nobis factū est precio sanguinis Christi, cū aliquis est etiam à sordib. primis aqua mundatus: quod fit in nobis aqua lachrymarū: adhuc ex longo cathenarum vsu, restat confractio, & collisio membrorum: ob quā incedere non possumus in via vitæ. vñ necessarium est tertiū testimonium sancti Spiritus. s. qui nos viuificet, & adiuuet infirmitatē nostrā. vnde dicitur in Psal. Dominus erigit elisos &c. Et 1. Pet 5 Ipse perficiet, & confirmabit solidabitq;. Recte ergo dicitur: Testimonia tua credibilia facta sunt &c. In cęlo pro bonis angelis, & cōtra malos. In terra pro electis hominibus, & contra malos.

Quomodo Dominus habeat populum suum, & hæreditatem in nobis, & quomodo humilietur.

IN PSAL. XCIII. SERMO. CC.

POPVLVM tuum humiliauerunt, & hæreditatem t. vexauerunt. Dominus in nobis habet populum suum, & hæreditatem. Populum in ratione: hæreditatem in affectione. Populum in ratione: motus rationales & discretos, & ad ipsi seruiēdum ordinatos, quasi sub eodē iure regis sui degentes. Populus. n. non est congregatio quorumcunque sed rationabilium tantū, sicut grex irrationabilium, & brutorum. Apud quosdam non est nisi grex. s. qui carnales sunt, & carnis curam agunt: & sunt porcarij diaboli. de quibus dicitur Iudicum v. Quare habitas inter duos terminos, vt audias sibilos gregum. Duo termini sunt natiuitas, & mors. In his habitat, qui vtianque miseriam cogitat cum Iob primo. Nudus egressus sum, &c. Inter illos habitat qui vtriusque miseriæ oblitus, voluptatibus præsentis vitæ vacat. tunc autem maximè plangendum est, cum hoc fit in spiritualibus viris, qui de spiritualibus fiunt carnales, in quibus populus, quasi gregem commutatur. vnde dicitur Hierem. primo. Grex perditus populus meus, pastores se duxerunt eos: quia qui prius po-

Populus Dñi in nobis.

pu ne

pulus, sit grex. Motus ergo spirituales, & rationales ordinati faciunt populum. de quo Esa. 26. Vade populus meus intra in cubicula tua.

Qñ populus domini humiliatur.

Populus iste humiliatur, quando rationalis animæ cogitationes ad ea, quæ inferiora sunt ipsa anima inclinantur, nam & de homine dicit Ouidius. Os homini sublime dedit cœlumq; videre iussit, & erectos ad sidera tollere vultus, &c. Eccl. 7. Deus fecit hominem rectum.

Tres hosteshuius populi.

Tres autem sunt hostes qui hunc populum humiliant, & captiuant, mundus & prudentia mundi: per cupiditatē. Vnde Esa. 29 Humiliaberis, & de terra loqueris, & de humo audietur eloquium tuum. Sunt enim multi, quorum verba non sunt nisi de terrenis, quanti annona vendatur, & de caritate temporis, & penuria rerum, cum potius deberent esse de spiritualibus, & æternis. Iuxta illud 1. Pet. 4. Si quis loquitur quasi sermones Dei.

Caro vel prudentia carnis humiliat hunc populum, tentans de voluptate, quando reddit solicitos de ijs solū, quæ pertinent ad curam carnis, more Epicuri: contra quod dicitur Matth. 6. Nolite solliciti esse animæ vestræ, id est victæ temporalis quod manducetis, aut corpori vestro, quid induamini, nonne anima plus est, quàm esca, & corpus plusquàm vestimentum? Rom. 13. Ne curam carnis feceritis in desiderijs. Ad Phil. 3. Quorum Deus venter & gloria in conf. &c. Hinc legitur, q̄ Nabuzardan, magnates, & optimates Hierusalem, captiuos transtulit in Babylonē: de pauperibus terræ reliquit vinitores, & agricolas 4. Regum vlt. Ideo de pauperibus hoc dicit, quia non habent vnde gulæ deseruiant. Sed de diuite dicitur Luc. 16. Homo quidam induebatur purpura, &c. & epulabatur quotidiè splendidè, &c. Sed de viro spirituali dicitur Iob 29. Clamorem exactoris non audit. Et Hier. 42. Si quiescentes manseritis in terra hac, ædificabo vos, & non destruam. Si dixeritis non sustinebimus, & egrediemur: gladius quem formidatis, comprehendet vos, & fames pro qua solliciti estis, adhærebit vobis in Aegypto.

Dæmones populum hunc humiliant, tentantes de vanitate. Vnde Psal. Laqueum parauerunt pedibus meis, & incuruauerunt animam meam Quando enim quis captat gloriam

gloriam sibi, dum stultè credit exaltari potius in'se recurvatur. Et dum se extendit supra se reflectitur, & reliditur. Vnde 2. Corinth. 10. Non audemus nos inserere aut comparare quibusdam qui seipsos commendant. Sed ipsi in nobis nosmetipsos metientes non in mensura gloriabimur. Non enim quasi non pertingentes ad vos superextendimus nos. Dum ergo quis se credit superextendere, in se incurvatur, & humiliatur. Vnde Esa. 52. Dixerunt animæ tuæ incurvare, vt transeamus.

Hæreditas quam in nobis habet dominus est charitas. Hæreditas dñi in nobis.

Hæreditas quam in nobis habet dominus est charitas. Primo, quia hæreditas est possessio ab hærendo dicta. Fides autem ipsa est de mobilibus. Vnde. Fides, & spes euacuabuntur, charitas autem nunquàm excidet 1. Corin. 13. Omnia temporalia mobilia sunt, etiam vita temporalis, & sicut antequam alienet hæreditatem, exponit quis omnia mobilia sua: ita pro charitate ne amittatur, est vita temporalis amittenda, & ideo Naboth 3. Reg. 21. Propitius sit inquit mihi dominus, ne dem hæreditatem patrū meorū. Petebat enim Achab sibi vendi, vt faceret vineā eius hortum holerum ad delicias suas. Si ergo vinum spiritualis iocunditatis quo te inebriat charitas, velit diabolus convertere in delicias temporales, quæ sunt hortus holerum, ne consentias. Hæreditas pascit dominum suum, & sola charitatis opera reficiunt in nobis Deum. Vnde Cantic. 6. Dilectus meus descendit in hortum suum, vt ibi pascatur in hortis, & lilia colligat, & ibi ego dilecto meo, & dilectus meus mihi: qui pascitur inter lilia, idest inter opera munda & perfecta. Et Psalm Inhabita terram & pasceris in diuitijs eius.

Permittit dñs hæreditē vexari non amitti.

Hanc hæreditatem permittit dominus in suis vexari, sed non amitti: ideo dixit, vexauerunt: quia ipsa vexatio prodest charitati. Vnde Esa. 28. Tantummodo vexatio dabit intellectum auditui. Et 2. Corinth. 12. Virtus infirmitate perficitur. Amitti non permittit: quia sicut dicitur Cantic. vlti. Aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem, &c. Et ad Rom. 8. Quis nos separabit à charitate Christi? &c.

De tribulatione, qui est cibus animæ, & de condimentis eius, & de electorum doloribus.

IN PSAL. XCIII. SERMO CCI.

Tribulatio cibus animæ amarus.

SECVNDVM multitudinem dolorū meorum consolationes t. lætificauerunt a. m. Tribulatio est cibus animæ, sed amarus, & quasi venenosus, & nocet si comedatur absque conuenienti salsa, & forti. Vix enim est aliquis cibus, qui condimento, seu salsa bona non fiat gustabilis, & estibilis: qui aliter non esset. Vnde Iob 6. Nunquid poterit comedi insulsum, quod non est sale condītum? aut gustare poterit aliquis quod gustatum affert mortem? Huius autem cibi quatuor sunt principalia condimenta. Primum est consideratio æternorum supplicio-

Cõdimenta quatuor huius cibi primum.

rum, quorum comparatione præsentis tribulationis, & transitoriæ flagellum nihil æstimatur. Est enim virga ferrea, quæ conterit ollam luteam. Psalm. Reges eos in virga ferrea. Et Esa. 30. Comminuetur sicut conteritur lagena figuli contritione perualida: & non inuenietur de fragmentis eius testa, in qua hauriatur parum aquæ de fouea. Vnde dives non potuit habere stillam aquæ ad refrigerū. Luc. 16. Præsens tribulatio virga est paruulorum, flagellū filiorum. Prou. 23. Si percusserit eum virga nō morietur, pœna æterna coluber est. De quo Exo. 4. dicitur q̄ proiecit Moyses virgam, & mutata est in colubrum, & expauit. Ideo dicebat August. Domine hic vre, hic seca, vt in æternum parcas. Et ideo Psal. Domine ne in furore tuo arguas me. Hoc est condimentum acetosum, scilicet timoris de quo Ruth. 2 Intinge buccellam tuam in aceto. Buccella est præsens tribulatio comparatione æternæ, quæ aceto intingitur cum comparatione æternæ pœnæ mitigatur.

Secundū. Secundum condimentum est cogitatio æternorum premiorum. De quo 2. ad Corinth. 4 Id quod in præsenti est momentaneum & leue tribulationis nostræ, supra modū in sublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis. Et ad Hebr. 10. Rapinam bonorum vestrorum cum gaudio suscepistis, cognoscentes vos habere melioremmanentem substantiam. Hoc condimentū est aromaticū quasi de specieb. quia generat spē, quæ odorat æterna. Vnde Canti. 5. Miscui myrrhā meā cū aro. m. i. spem æternorū p̄miorū miscui cū amaritudine p̄sētiū tribulationū.

Tertium. Tertium condimentum est consideratio passionis Christi: in qua qui considerat dignitatem patientis, & immunitatem culpæ: quātitatē pœnæ, & ignominiæ innocētis, & omni laude dignissimi, non reputat quod patitur. Vnde Psal. Quid retribuā Dño pro omnibus quæ retribuit mihi? Et Iob 9. Si voluero contendere eū eo, non potero respondere vnum pro mille. Et hæc est ,ppetica farina, de qua 4. Reg. 4. Helyseus amaras coloquintidas dulcorauit. ideo dicitur dulce lignum &c. Et Eccle. 38. Nonne à ligno dulcorata est aqua amara? Et tamen acetosum est hoc condimentū, & pungitiuū: quia Christus pungitur, nos cōpungimur. Chrs patitur, nos cōpatimur. Vnde 1. Petr. 4. Christo ergo passo, & vos eadem cogitatione armamini.

Quartū. Quartum est charitas, cui nihil amarum esse potest. omne enim amarum inquātum amarum gratū est, & placet. Ideo dicitur 1. Ioan. 4. Charitas foras mittit timorē. Timor. n. pœnam habet. At Dñs. Matth. 11. Iugū meū suaue, & onus meum leue. & Deuter. penul. Inundationis maris quasi lac sugent, & Esa. 24. Cum glorificatus fuerit Dominus, linuient de mari.

Quotiēs Dñs imittit dolorē tribuit, & cōsolatiōnem. Et ideo Dñs quotiēs immittit dolorē, immittit & consolationem. vnde 2. ad Corint. 1. Benedictus Deus & pater Domini nostri Iesu Christi, &c. qui consolatur nos in omni tribulatione nostra. Quia sicut abundāt passiones Christi in nobis, ita & per Christum abundat cōsolatio nostra. Quia vnumquodq; ferculū doloris, vel tribulationis debet habere propriū saporē vel condimentū ,ppriæ consolationis: qd patet si percurrantur oēs dolores sanctorum.

Dolor electorum multipl. Dolent quidem electi de incolatu huius miseriæ. Vnde Psal. Heu mihi quia incolatus meus ,plongatus est. &c. cui redditur consolatio quasi proprius sapor in fine Matthæi. Ecce ego vobiscum sum vsque ad consummationem seculi. Item dolent de dilatione patriæ. Vnde Psalm. Quando veniam, & apparebo ante faciem Dei? & ad Philip. Primo. Coarctor è duobus, desiderium

habens dissolui, & esse cum Christo &c. Huic redditur cõsolatio Apoca. in fine. Ecce venio cito, & merces mea mecum reddere vnicuique secundum opera sua.

Tertio, dolent pro defectu cõpunctionis. de quo Iud. 1. Pater dedisti mihi terram arentem lunge, & irriguam. Sed ecce consolatio. Esa. 54. Effundam aquam super sitientem, & pluam super aridam.

Quarto, dolent pro infestinatione hominum, contra quam Matth. 5. Beati eritis cum persecuti vos fuerint &c. gaudete, & exultate quoniam merces vestra, &c.

Quinto, dolent pro impugnatione dæmonũ. Vnde Luc. 22. Simon Sathanas expetiuit vos, vt cribraret vos sicut tri. Sed statim subditur consolatio. ego autem rogaui vt non deficiat fides tua. Et Exod. 14. Tulit ergo Pharao sexcentos currus electos &c. statim subditur cõsolatio: Aegyptios quos nũc videtis, nequaqã videbitis in sempiternũ.

Sexto, dolent de passione carnalium. Vnde ad Ro. 7. Video alteram legem, &c. Vnde exclamat Apostolus dicẽs. Infelix ego homo &c. contra quam habetur refrigerium. Luc. 1. Spiritus sanctus superueniet in te, &c. Thren. 4. Spiritus ori nostri Christus Dominus, captus est in peccatis nostris, cui diximus. In vmbra tua viuemus inter gentes .i. carnales motus. Vnde Iob. 5. Bestiæ terræ pacificę erunt tibi: & scies quòd pacem habeat tab. t. Si cubestiæ Danielem, & alios in carcere non tetigerunt.

Septimo, pro aliorum errore. de quo ad Roma. 9. Optabam anathema esse à Christo pro fratribus meis. Cui respondet consolatio .s. remuneratio pro hoc affectu 1. ad Thessal. 2. Quæ est nostra spes aut gaudium coram gloria eius: nonne vos ante Dominum?

Octauo, pro societate malorum. de quo Apocal. 2. Scio vbi habitas, vbi sedes est Sathanæ. contra quod dicitur Eze. 2. Ne timeas eos neq; sermones eorũ, qm̃ incredulí, & subuersores sunt tecum. Et cum scorpionibus habitas.

Nono, pro malorũ prosperitate, de quo Psal. Quia zelaui super iniquos, pacem peccatorũ videns. Et Hier. 12. Quare via impiorum prosperatur &c. Sed ecce consolatio. Vidi impium superexaltatum &c. Hoc est ergo quod dicitur, secundum multitudinem dolorum meorum, &c.

Anĩa

Anima debet Christo sponso, Domino, magistro, & iudici placere, vt sponsa, filiafamilias, vel villica, vt discipula, & vt iudicanda.

IN PSAL. XCIIII. SERMO. CCII.

DRAE OCCVPEMVS faciem eius in confessione, &c. Christus est sponsus animæ, Dominus, magister, & iudex. Est inquam sponsus, & ideo tanquam sponsa debet se anima præparare, vt comparere audeat ante faciem sponsi. Vnde 1. ad Corinth. 7. Quæ nupta est, cogitat quomodo placeat viro. Sicut fecit Hester cum debuit se exhibere ante faciem Assueri Regis. Vnde Hester 15. Ipsa roseo colore vultum perfusa, gratia ac nitẽtibus oculis tristem celabat animũ. Roseus color in vultu est ardens charitas in affectu, vel etiam patientia in effectu: quia scriptum est 1. ad Corint. 13. Charitas patiens est. Hoc est coccum bis tinctum in cortinis tabernaculi: charitas, & patientia, de qua Cant. 4. Sicut virtta coccinea labia tua sponsa. Oculi nitentes, & grati sunt puritas, & hilaritas intentionis: de qua Matt. 6. Lucerna corporis tui oculus tuus. Et Cantic. 4. Vulnerasti me, &c. in vno oculorum tuorum. Quia non solum puritas sed maximè hilaritas grata est in omni opere. Hoc est oleum quod nunquàm debet deficere. de quo Matt. 6. Cum ieiunaris nolite fieri sicut hypocritæ, tristes &c. Ideo dicitur rectè. Tristem celabat animum. Ad hoc autẽ vtuntur duobus. lauacro, & speculo. De lauacro dicitur Iudith. 6. Lauit corpus suum, & vnxit se myrrha optima, & induit se vestimentis iocunditatis suæ. Ideo dictum est, Confessio, & pulchritudo in conspectu eius. Confessio autem peccatorum locum obtinet ablutionis. Speculo vtuntur, de quo Exod. 38. Fecit & labium æneum de speculis mulierum. Hoc speculum nihil est aliud nisi prouitæ infirmitatis, & culparum recordatio. Et ideo dicitur mulierum. Vnde Iaco. 1. Si quis auditor est verbi, & non factor, hic comparabitur viro considerati vultum natiui tatis suæ in speculo. Sicut ergo sponsa sollicita est placere

Christus sponsus, aĩa nr̃a sponsa.

viro: sic & anima Christo. Vnde Eccle. 2. Qui timēt Dñm præparabunt corda sua: & in conspectu illius sanctificabunt animas suas. Quòd si sponsa nō extersis maculis suis appareret in conspectu sponsi sui: displicere ei posset. Vn de Eze. 7. Ponam contra te omnes abominationes tuas. & Esa. 3. Agnitio vultus eorum respondebit eis. & Psalm. Arguam te, & statuam te contra faciem tuam.

Dñs est.

Item Dominus est. & ideo vnusquisque debet se præparare tāquam filius patrisfamilias, vel villicus, quod fit p confessionem, quæ est computatio quædam. de qua Matt. 27. Post multū vero tēporis venit Dñs seruorum illorum & posuit rationem cum eis. Et Luc. 16. Homo quidam habebat villicum, &c. Sed sicut scriptum est Eccl. 19. Qui mi nima spernit, paulatim decidet. Dominus autē licet tu negligas. omnia scribit tanquam auditurus rationem. Vnde Matth. 9. Omnes capilli vestri numerati sunt. Et Iob 14. Tu quidem gressus meos dinumerasti. Diabolus etiam omnia scribit ad accusandum.

Chrs magister.

Magister etiam est. Vnde Io. 14. Vos vocatis me magister, & Dñe. & ideo more discipuli debemus nos ei præparare. Et hoc fit etiam per confessionem, quę obtinet vim examinationis. Vnde Psal. 93. Qui corripit gentes non arguet: qui docet hominem scientiam. Vnde Glo. Super illū versum Magister in schola etudiens committit tibi, vt te spondeas. Quæ ergo modo accipimus, statuemur ante magistrum, vt reddamus rationem de omnibus. Vnde ad Rom. 14. Vnusquisque vestrum pro se reddet rationem: qui verò incorrigibiles fuerint, statuentur postea ante magistrum, & tunc non audebunt rogare pro te, qui te multotiens excusserunt à flagello Spiritus sancti. quia scriptū est Prouerb. 6. Zelus & furor viri non parcet in die vindictæ: nec acquiescet cuiusquam pręcibus, &c. Tanto autē erit asperior quanto sæpius, & euidentius posuit per te dorsum ad flagella. Vñ Es. 53. Disciplina pacis nr̄ę sup eū.

Chrs iudex.

Item quia iudex, sicut dicitur 2. ad Corint. 5. Oēs adstabimus ante tribunal iudicis Christi, &c. debemus nos ei, vt iudicandos præparare. Vnde Eccle. 18. Ante iudicium interroga te ipsum, & in conspectu Dei inuenies propitiationem. Debemus etiam facere sicut qui habet aduersarium,

Simile.

tarium, & timet ne prius clamet, & ideo ipsemet prius clamat: confessio autem obtinet vicem clamoris, qua clamamus contra diabolum, ne in futuro ipse clamet contra nos. vt possit dici, quod habetur Apocal. 12. Proiectus est draco ille magnus, serpēs antiquus, qui vocatur diabol⁹, & Sathanas. & in eodem. Nunc facta est salus, & virtus, & regnum Dei nostri, & potestas Christi eius, quia proiectus est accusator fratrum nostrorum, qui accusabat illos ante conspectum Domini Dei nostri.

Item debes componere cum aduersario tuo, qui est seruo Domini, ne clamet contra te, & hoc est quod dicitur Matth. 5. Esto consentiēs aduersario tuo, dum es in via ne forte tradat te iudici, & iudex tortori.

Dñs faciē electis ostendit vultū autē reprobis.

Rectè autem dicitur pręoccupemus f. e. Faciem exhibebit electis: vultum reprobis. vnde pones eos, vt clibanum ignis in tempore vultus tui. Faciem autem exhibebit electis, quibus pulcher quasi lota facie apparebit. Ideo dicitur: Dominus regnauit decorem indutus est, quantum ad bonos. Indutus est fortē, quantum ad malos. vnde, & ipsi boni ipsam desiderant, & dicunt, quando veniam, & apparebo ante faciem Dei. Qui tamen non sustinebunt eum videre sine tremore, propter figuram iudicis: cui fient ipso tremore gratiores. Et hoc signatum est. Hester. 15. Cūque eleuasset Assuerus faciem, & ardentibus oculis furorem pectoris indicasset: regina corruit, & in pallorem colorē mutato: lassum supancillulā reclinauit caput. & rex festinus, & metuēs exiuit de solio suo, & sustētas eā vlnis suis donec rediret ad se, his verbis blandiebatur. Quid habes hester? Ego sum frater tuus, noli metuere, non morieris. Hic est timor gratus: de quo 1. Pet. 4. Et si quidem vix iustus saluabitur, miseri peccatores vbi parebunt?

De duplici homine, vetere scilicet & nouo, & vtriusq; cātico.

PSAL. XCV. SERMO. CCIII.

Hō dupl. vetus, & nouus.

CANTATE Domino canticum nouum, &c. Est vetus homo de quo ad Rom. 6. Scientes quia vetus homo nr̄ simul crucifixus est, vt destruatur corpus peccati. Est etiam nouus

homo. de quo ad Colos. 3. Expoliantes veterem hominē cum actibus suis, & induentes nouum, qui renouatur in agnitione Dei secundum imaginem eius, qui creauit illū. Vterq; autem canticum suum habet, & delectationes, & gaudia. ille mundo, & carni. Iste Deo canit, vel cantat.

Vetus hō pluribus causis cātat.

Vetus igitur homo cantat quandoque ex superbia. Vnde Iacob. 4. in fine. Nunc autem exultatis in superbijs vestris. Omnis exultatio talis maligna est.

Quandoque autem cantat ex gula, vel luxuria. Sicut aues garriunt tempore luxuriæ: & equus hinnit, & ipsi cantus, & hinnitus luxuriæ, & lasciuiæ attestantur. Vnde Amos sexto. Qui dormitis in lectis eburneis, & lasciuitis in stratis vestris. Qui canitis ad vocem psalterij sicut Dauid, putauerunt se habere vasa cantici bibentes in phialis vinum, & optimo vnguento delibuti: & nihil patiuntur super contritione Ioseph.

Quandoque pro lucri acquisitione. Vnde Zachar. 11. Benedictus Deus, diuites facti sumus.

Quandoque ex iactantia literarum, & scientiæ. Vnde Psalm. Qui dixerunt linguam nostram mag. &c. & ad Roma. 1. Dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt. Ideo dicitur Iacob 3. Quis sapiens est, & disciplinatus inter vos, ostendat ex bona conuersatione operationem suam in mansuetudine sapientiæ. Glo. Ne propter sapientiam suam, & bonam operationem alios despiciat. Quia sicut dicitur 1. ad Corint. 8. Scientia inflat. Et Ecclesiast. primo. Vbi multa sapientia: ibi multa est indignatio. Et 1. ad Corinth. 4. Vt nullus infletur aduersus alterum pro aliquo.

Quandoq; pro pacis securitate, pro amicorum, propinquorum, filiorum multitudine. Vnde Iob 21. Propinquorum turba, & nepotum in conspectu eorum. domus eorū sunt securæ, & paccatæ, & non est virga Dei super illos. Egrediuntur quasi greges paruuli eorum, & infantes eorum exultant lusibus. Tenent tympanum, & citharam, & gaudēt ad sonitum organi: ducunt in bonis dies suos, &c.

Quandoque ex potentia. vnde Iudith 1. Gloriabuntur quasi potens in exercitus sui potentia, & in gloria quadrigarum suarum.

Quandoque de dolore, & damno, & ruina aliorum. Vnde

Vnde Prouerb. 24. Cum ceciderit inimicus tuus ne gaudeas, & ruina eius ne exultet cor tuum: ne forte videat Dominus, & displiceat ei. Et Eccle. 27. Laqueo peribunt, qui oblectantur casu iustorum, dolor consumet eos antequam moriantur.

Quandoque est propria malitia. vnde Prouerb. 1. Lætātur cum malefecerint, & exultant in rebus pessimis.

Canticum autem noui hominis fit quandoq; ex opprobrijs, & hoc canticum verè est nouum. Solitum enim erat noui de his tristari. vnde Act. 5. Ibant Apostoli gaudentes à cō spectu concilij, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati. Cāticum noui hominis.

Quandoque ex tribulatione. vnde ad Roma. 5. Non solum autem sed & gloriamur in tribulationibus, scientes, quia tribulatio patientiam operatur. Patientia verò probationem: probatio verò spem: spes autem non confundit. Et Iacob 1. Omne gaudium existimate charissimi, cū in varias tentationes incideritis, scientes, quia probatio fidei vestrę patientiam operatur. Patientia autem opus perfectum habet &c. Et Psal. Tribulationem inueni, & nomē Domini inuocaui. Et item. In die mandauit Dominus misericordiam suam, & nocte canticum eius. Vnde Hieronymus dixit Eustochio. Esto cicada noctium.

Quandoque ex prosperis si quandoque succedunt, sed non sibi cantat sed Deo, quia in prosperis laudat Dei misericordiam tuam, & veritatem tuam per noctem.

Quandoque pro spe æternorum, vt gallina, quæ ouum fecit. vnde ad Rom. 12. Spe gaudentes, &c. per ouum .n. intelligitur spes, vt per panem charitas, per piscem fides. Vnde Lucæ 11. Quis ex vobis patrem petierit panē: nunquid lapidem dabit ei? &c. aut si ouum, nunquid porriget ei scorpionem?

Quandoque pro aliorum profectu. Vnde ad Philip. 1. Gratias ago Deo meo in omni memoria vestri: confidens hoc ipsum quia qui cœpit bonum in vobis perficiet in diē Iesu Christi.

Quandoque pro diuinæ præsentiæ consolatione. Vnde ad Philip. 4. Gaudete in Domino &c. Dominus prope est.

Quandoque pro fidelium multiplicatione. vnde Es. 35.

Lætabitur deserta, & inuia, & exultabit solitudo, & florebit quasi lilium. & 1. Reg. 2. Exultauit cor meum in Deo meo, &c. & Esa. 60. Tunc videbis, & affluues, & mirabitur, & dilatabitur cor tuum: quando conuersa fuerit ad te multitudo maris, fortitudo gentium venerit tibi.

Quandoque pro passionum carnalium extinctione, quæ significatur per Pharaonis subuersionem. vnde Exo. 15. Cantemus Domino gloriose, &c.

Distat autem gaudium noui hominis à gaudio veteris: quia noui durabile est. Vnde Tob. 5. Gaudium tibi sit sempiter. Et Ioan. 16. Gaudium vestrum nemo tollet à vobis. Gaudium autem veteris hominis transit. vnde Prouer. 14. Risus dolore miscebitur, &c. Sicut autem erubescerent qs cantare veterem cantilenam in choreis in seculo. Sic & in ecclesia debet timere cantare vetus canticum. Vnde nemo mittit vinum nouum in vtres vet. Sicut legitur Matth. 9. & 1. Reg. 2. Recedant vetera de ore ve. Et Esa. 16. Ingredietur gens iusta custodiens veritatem, vetus error abijt.

Simile.

De luce, & lætitia.

IN PSAL. XCVI. SERMO. CCIIII.

LVx orta est iusto, & rectis corde lætitia. Legitur Iob 38. Per quam viam spargitur lux, dividitur æstus super terram. Primum respondet ei quod dicitur, Lux orta est iusto, &c. Secundum ei quod dicitur, Rectis corde lætitia. Non est lætitia, vbi non est lux. Vnde Tob. 5. Quale gaudium mihi erit, qui in tenebris sedeo, & lumen cœli non video? Vbi ergo lux ibi initium est lætitiæ. ideo dicitur. Lux orta est iusto, &c. Primum pertinere potest ad incarnationem. Secundum ad spiritus sancti missionem. Tunc lux orta est iusto. Hoc est quod dicitur. Nunquid nosti per quam viã spargitur lux? Omnis creatura licet lux videatur, non est tamen nisi vmbra quædam primæ lucis. Vnde philosophi, qui hauserunt scientiam à creaturis, hauserũt lucem ab vmbris: sed sola lux vera est filius Dei. sapientia Dei. Vnde Io. 9. Quamdiu sum in mundo lux sum mundi.

Nõ est lætitia, vbi nõ est lux

Hanc lucem tenebat apud se pater ante incarnationem. In incarnatione effudit eã. Vnde Ioan. 1. Erat lux vera, q̃ illu. &c. & lux in tenebris lucet, & tenebræ eam &c. Item 3. Ego lux vera veni in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras quã lucem. Sed quæ est via per quã spargitur hæc lux? certe charitas: nam quasi in vase in corde patris tenebatur hæc lux inclusa. Sed fecit quasi vas inclinari, quando inclinauit cœlos, & descendit, &c. Ideo terra clamabat, Inclina cœlos, & descende. Charitas ergo via illa fuit. de qua dicitur 1. ad Corinth 13. Adhuc excellentiorem viam demonstro, &c.

Quod autẽ dicitur rectis: corde lætitia: cui aptatur illud: aut per quam viã diuiditur æstus super terrã: pertinet ad Spiritus sancti missionẽ. Tunc .n. fuit lætitia consummata, cum Spiritum sanctum misit. vnde Esa. 4. In illa die erit germen Domini in magnificentia, & gloria, & fructus sublimis, & exultatio ijs, qui saluati fuerint ex Israel. Germen dicit quantum ad natiuitatem: magnifi. & gloquantum ad resurrect fructus terræ sublimis quantum ad ascensionẽ. exultatio &c. quantũ ad Spũs san missionẽ.

Eo modo quo factus est homo, reformandus erat. Fuit autem in verbo principium formationis eius. vnde Gen. 1. dictum est: Faciamus hominem. In spiritu consummatus est, quando insufflauit spiritum vitæ. vnde Gene. 2. Formauit Deus hominem de limo terræ, & inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ: & factus est homo in animam viuentem. Sic & in verbo debuit esse principiũ reformationis: ideo missus est filius, qui præmiserat literas suas per multos prophetas. vnde scriptum est, qui mandas salutes Iacob: tandem venit ac si diceretur ei. Nil mihi rescribas attamen ipse veni. vnde ad Hebræ. in princ. Multifarie multisque modis olim Deus loquens patribus in prophetis, nouissime diebus istis locutus est nobis in filio, &c. Similiter & proficiendus fuit in spiritu: ideo misit Spiritum sanctum, qui est calor spiritualis vitæ: ideo dicitur per quem diuiditur æstus super terram. vnde dicitur Iohelis tertio. Effundam de spiritu meo super omnem carnem. Et Ioann. vigesimo primo. Insufflauit, & dixit: accipite Spiritum sanctum. Hæc sunt duo, quæ

Lætitia fuit consummata qñ misit. Dñs Spiritũ sanct.

quæ ab ore proficiscũtur. verbum & spiritus, vel halitus. Ab ore patris missum est verbum, & spiritus ideo dicitur. Verbo Domini cœli firmati sunt, & spiritu oris eius o. vir. corum. Primo facta est lux. vnde Gen. 1. Fiat lux Secundo firmamentum. Primo, illuminauit sapientia discipulos. Secundo firmauit eos Spiritus san. vnde Psalm. Confirma hoc Deus, quòd o. es. in no.

Reformatio nostra spũalis.

Eodem modo fit in nobis spirituali nostra reformatione. Primo illuminandus est intellectus per sapientiam. Secundo inflammandus affectus per Spiritus san. ardorẽ. Ante infusiouem lucis sumus cęci: ante infusionem spiritus frigidi, vel tepidi. Propter hoc Dominus quæsiuit ab Adam Gene. 3. Adam vbi es? & non respondit vbi esset, quia ignorabat. Peccator enim in tenebris est, & se ignorat. Primum ergo in reditu ad Deum, vt illuminetur, & se agnoscat. & Deus tunc ignoscet. tunc inueniet se prius perditum. Vnde diuus Augustinus inuenit se in regione dissimilitudinis, & incepit reuerti de ea. Vnde cogitaui vias meas, & conuerti pedes meos. Hæc autem inuentio non est sine gaudio, mixto tamen cum dolore. Gaudiũ est quia inuenit, vt de dragma perdita. Luc. 15. Congratulamini mihi, quia inueni dragmam quam perdideram; dolor de pręterita offensa, & vellet non offendisse. Hæc mixtio notatur Prouerb. 14. Cor quod nouit amaritudinem as. in gaudio eius non. mis. ex. Ideo dicitur. Lux orta est. ia n enim rectum habet cor. i. spirituale palatum. cui iam incipit displicere peccatum, & fœtere. & incipit odire, quod amabat prius dici poterat: quod dicitur Esa. 4. Væh qui dicitis bonum malum &c. Ex tunc incipit Deum amare, quia non potest Deum amare nisi incœperit malum odisse: & sic de lætitia permixta ascendit ad puram, & in permixtam, quæ non est nisi charitatis. Vnde ad Gal. 6. Fructus autem spiritus, charitas, gaudium, pax, patientia, &c. & secundæ ad Corin. 1. Gloria nostra hæc est testimonium conscientiæ nostræ.

Peccatoris inuentio cum gaudio dolori admixto.

Qui-

Quomodo anima sit ordinata secundum ordinationem citharæ, & de tribus partibus citharæ.

IN PSAL. XCVII. SERMO. CCV.

PSALLITE Domino in cithara, in cithara, & voce psalmi: in tubis ductilibus, & voce tubæ corneæ. Primo considerandum est quomodo anima ordinata est secundum dispositionem citharæ. Secundo quomodo cithara tres habet partes. Vnam quæ est in imo lata, vacua, vento plena: & hæc significat sensualitatem, quæ lata est, quia ambulat per viam latam, quæ ducit ad mortem. Vnde dicitur Matt. 7. Lata est via, quæ ducit ad perditionem. Vacua est. vnde Gene. in principio. Terra autem erat inanis, & vacua. Et Hierem. 4. Aspexi terram, & ecce erat vacua, & nihil. Item vento plena. Appetit enim temporalia, quæ nõ sunt nisi ventus, & non implent. Vnde Oseæ. 12. Effraim pascit ventum, sequitur æstum, tota die mendacium, &c.

Cithara tres hẽt partes animę cõparatas.

Prima.

Secunda.

Secunda pars citharæ super hanc ascendit, in qua sunt chordæ: & est ratio. Hæc est pectusculum eleuationis: de quo habetur Leuit. 7. Pectusculum eleuationis, & armũ separationis tuli à filijs Israel de hostijs eorum pacificis. Et Numer. 18. Carnes vero in vsum tuum cedent, sicut pectusculum consecratũ, & armus dexter tua erunt. Armus dexter est virtus rectè operandi. Pectusculum virtus intelligendi.

Tertia.

Tertia pars quæ supereminet est syndæresis. Vnde Eze. 1. Facies aquilæ desuper ipsorum quatuor, &c. Chordæ huius citharæ sunt virtutes, & dona, de quibus Iac. 1. Omne datum optimum, & omne do. per. &c. De sono autem sensualitatis habetur Esa. 16. Venter meus ad Moab quasi cithara sonabat. Per ventrem, qui est pars tenera in homine significatur sensualitas. Si ergo venter sensualitatis tantum sonat contra diabolum, quantum credis superiores partes citharæ sonare? Ille ergo in citharа psallit cuius sensualitas cogitur subesse rationi. Et ratio sub syndæresi. Vel potest dici quòd per illam iterationem, quę fit in cithara gradus spiritualis perfectus significatur.

Quisdicatur psallere in citara.

ficatur. Prima ergo cithara est mortificatio concupiscentiæ de qua ad Colo. 3. Mortificate membra vestra, quæ sunt super terram. Secunda cithara est mortificatio cogitationis curiosæ. Vnde Gen. 15. Descendebant volucres super cadauera, & abigebat eas Abraham, & 1. Reg. 16. Tollebat Dauid citharam, & percutiebat manu, & refocillabat Saul, & recedebat ab eo spiritus malus. & Esa 30. In citharis, & tympanis, & in bellis pcipuis expugnabit eos.

Studia spiritualis animæ.

Syndæresis ad laudem Dei ordinatur. Sicut dicitur Daniel 2. Anno secundo regni sui Nabuchodonosor vidit somnium. Primum enim studium spiritualis animæ est affectiones prauas reprimere. Secundum est cogitationibus imperare, & tunc per duos annos regnauit: tunc somnium dicitur videre, quia tunc per mentis excessum, & contemplationem diuinorum iudiciorum cognitionem meretur ex diuina reuelatione percipere.

Vox psalmi, quid.

Vox psalmi est manifestatio sanctæ, & deuotæ operationis. Vocis namque vim operatio habet. Vnde Iob 12. Loquere terræ, & respondebit tibi. & Ioan. 10. Opera quę ego facio testimonium perhibent de me.

Tuba ductilis.

Tuba ductilis est affectio attrita per compunctionē: tuba ductilis ratio extensa, per meditationem. De meditatione dicitur Prouerb. 9. Mens iusti parturiet sapientiā, lingua impiorum peribit. De compunctione dicitur Ecclesiast. 22. Pungens oculum, deducit lachrymas: & qui pungit cor, profert sensum.

Tuba cornea.

Tuba cornea supereminens est gratia contemplationis quia sicut cornua hærent in capite, & capiti super crescūt: ita gratia contemplationis de ratione oritur, & rationem excedit, vt Thren 1. Leuauit se supra se. vnde, & erexit cornu populi sui: Et hoc est quod legitur. Exodi 38. quod facies Moysi cornuta erat quando descendit de monte.

Facies Moysi tunc apparet cornuta, quando per ascensum contemplationis, quæ vix possunt intelligi reuelantur secreta mysteria.

Vnde filij Israel velabant facies suas, quia non audebant intueri faciem Moysi.

De ratione, deuotione, & prouidentia seu circunspectione significatis per Moysem, & Aaron, & Samuelem.

IN PSAL. XCVIII. SERMO. CCVI.

Officium Moysis, & Aaron, & Samuel

MOYSES, & Aaron in sacerdotibus eius: & Samuel inter eos, qui inuocant nomen eius: Moysi fuit officium: facienda præcipere, & omittenda prohibere. Moyses enim fuit legislator Aaron qui fuit summus sacerdos, ad ea quæ manda bat Moyses per orationem auxilium implorabat. Samuel propheta prædicebat quod præmium expectare debebat legis executor: & quam pœnam transgressor.

Tria in anima reperiunt.

Et ad similitudinem istorum tria reperiuntur in anima quæ verū tēplum Dei est. Moyses ergo in tēplo aīę est ratio. Aaron est deuotio. Samuel prudentia, & circūspectio.

Ratio ergo primū discernit, quid agendum. quid fugiēdū. Secundo videt, q̄ ea nō potest adimplere, & clamat cū Apo. ad Ro. 7. Velle mihi adiacet, perficere aūt bonū non inuenio. Tertio decernit, vt hō nō p̄sumere de se discat, & infirmitatē suā agnoscat. & hoc fit p̄ multa experimenta.

Primo, per sui ipsius accusationem. Vnde Prouer. 18. Iustus prior accusator est sui. & Luc. 15. Pater peccaui in cœlū, & coràm te. Secundo per sui ipsius in se vltionem, de quo Luc. 14. Publicanus stans à lōge percutiebat pectus suum dicēs. Deus propitius esto mihi peccatori.

Tertio, p̄ vigiliarū extēsionē. Vñ Eccl. 31. Vigilia honestatis tabefaciet carnes. Quarto, per ieiuniorū cōtinuationē Vñ Psal. Humiliabam in ieiunio animam meam. Quinto, per multiplicē carnis in frigore, & nuditate, & alijs afflictionē. Vnde 2. Corin. 6. In multa patiētia, in tribulationib in necessitatib. in angustijs, in plagis, in carceribus, in seditionib. in laborib. in vigilijs, in ieiunijs, &c.

Post hæc omnia videt corpus deficere, & dicit, vt dicitur ad Ro. 7. Nō est volentis neq; currētis, sed Dei miserantis. Et ideo habet necesse auxiliū implorare, quod est officiū sacerdotis, per orationē: & sic p̄cedit ad statū sacerdotis, & immolat vitulū præsumptionis, & superbiæ:

& abij-

& abijcit de se omnem confidentiam: & dicit iuxta Thob. 4. Superbiam nunquam in tuo sensu dominari permittas: sed dicit, In Domino confido.

Ara dupl. interior, & exterior.

Sed attende, quòd prius immolat in ara exteriori. Secundo in ara interiori. De prima dicitur Exod. 27. Facies altare de lignis sethim. De secunda dicitur Exod. 30. Facies, & altare ad dolendum. Ara exterior est sensus carnis, interior est affectus cordis. In ara exteriori fiunt præ dictæ hostiæ, ieiunia, labor, vigiliæ, & huiusmodi. Vnde ad Colossen. 3. Mortificate membra vestra, quæ sunt super terram, fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiscentiam malam, & auaritiam, quæ est idolorum seruitus.

In ara interiori, gemitus, suspiria, lachrymæ offeruntur. Vnde Iob 3. Antequam comedam suspiro. Et Psal. Sacrificium Deo spiritus contribu. cor. contri. & hu. Deus non de. &c. De ara exteriori ignis portatur ad interiorē: vt dicitur Exod. 27. Nam de afflictione corporis, ad cor trahitur vis doloris. Vnde Cant. 5. Manus meæ distillauerunt myrrham, & digiti mei pleni sunt myrrha probatissima. quod ideo dicitur, quia melior est myrrha cordis, quàm corporis. Vnde 1. ad Timo. 4. Exercitatio corporalis ad modicum vtilis est: pietas ad omnia vtilis est.

Ad offm sacerdotis duo spectant.

Duo autem sunt, quæ pertinent ad officium sacerdotis. Instructio, quæ pertinet ad Moysem: & oblatio quæ ad Aaron. Ideo dicitur Moysi, & Aaron in sacerdotibus eius. Quòd autem ad sacerdotem pertineat instructio: habetur Malac. 2 Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem Domini ex ore eius exquirent. Item quòd pro se, & pro populo Deum placare sacerdos habeat, dicitur ad Hebræ. 12. Sacerdotes primum pro suis delictis hostias offerunt: deinde pro populo.

Samuel, qd significet.

Sequitur. Et Samuel inter eos, qui inuo. &c. Samuel propheta, est prouidentia, quæ veram facit inuocationē, vt non incurramus supplicia, & consequamur præmia: & qui hæc non prouidet, non inuocat. Vnde in Cantico Moysi Deutero. 32. Gens absque consilio, & sine prudentia: vtinam saperent, & intelligerent, ac nouissima prouiderent. Et Eccle. 21. Cogitatio præscientiæ auertit sensum. Et

Et eiusdem 7. Memento iræ quoniam non tardabit: humilia valde spiritum tuum. Et ad Hebræ. 11. Rapinam bonorum vestrorum cum gaudio suscepistis cognoscentes vos habere meliorem substantiam, &c. & 12. Aspicientes auctorem fidei, qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem.

De prudentia cum simplicitate iungenda: & de ingressu & egressu bonis, & malis.

IN PSAL. XCIX. SERMO. CCVII.

POPVLVS eius, & oues pascuæ eius introite portas eius in confessione: atria eius in hymnis confitemini illi. Primo considerandum, quomodo prudentia, & simplicitas sociandæ sunt. Secundo, quis ingressus, & egressus bonus, & quis malus: & quòd per malum ingressum, & egressum vera prudentia, & vera simplicitas amittantur.

Prudētia, & simplicitas necessaria sunt iusto.

Populus tantum est rationabilium: ideo nomine populi prudentia intelligitur: nomine ouis simplicitas: & hæc duo necessaria sunt iusto. Vnde Matth. 10. Estote prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ.

Ingressus bonus.

Spiritales habent ingressum bonum: & bonum egressum per quem spiritualis prudentia non amittitur sed proficit: & ipsa simplicitas animæ augetur. Iste ingressus est quo ingrediuntur ad seipsos, reuocantes se ab exteriorib. de quo Esa. 26. Vade popule meus, intra in cubicula tua, &c. Ingrediuntur de sensu ad rationem, de ratione ad intimam affectionem. Vnde Eccles. 1. Radix sapientiæ cui reuelata est &c. & quis nouit multiplicationem ingressus illius? Ex hoc sapientia multiplicatur. Vnde Eccles. vlti. In me ipso inueni multam sapientiam. Cum ipsa sola sit post verbum primum, liber vniuersalis, ibi veram inueniat simplicitatem, & quanto plus ingreditur, magis simplificatur, eo quòd ea, quæ extra ipsam sunt, multiplicia sunt: Ideo dicitur Eccles. 11. Fili ne in multis sint actus tui. Et eiusdem 30. Contine, & congrega cor tuum in

sa-

sanctitate eius. Hūc ingressum sequitur, bonus egressus: quando anima egreditur à seipsa ad intima Dei. ex simplicitate enim, & intelligentiæ puritate meretur hoc. Vnde Exod. 4. Cumque minasset gregem ad interiora deserti, venit ad montem Dei Oreb. Moyses assumptus ab agis est spiritualis abiectis carnalibus desiderijs. hic minatones ad interiora deserti, quando simplices, & innocuas, & mundas cogitationes perducit ad contemplanda inuisibilia Dei. Et hoc est venire ad montem Dei Oreb, quod interpretatur siccitas. Rectè enim assumptus ab aquis. i. carnalibus desiderijs: peruenit ad siccitatem impermixtæ & incontaminatæ veritatis: & hi pascua inueniunt. de quibus Io. 10 Ego sum ostium, per me si quis introierit ingre. & egre. & pascua inue. & Iob 39. Circunspicit montes pascuæ, virentia quæque perquirit. Ideo dicitur. Populus eius. & oues pascuæ eius introite portas, &c. Portæ autem sunt initia virtutum, in quibus est angustia: attrito, & perfectio virtutum in qua est latitudo. Vnde Prouer. 4. Ducam te per semitas æquitatis, quas cum ingressus fueris non arctabuntur gressus tui. & currens non habebis offendiculum. Confessio autem peccatorum quæ fit in portis, facit mentis purgationem. vnde Psalm. Confessio, & pulchritudo eius &c. Post quam sequitur confessio laudis, quia vt dicitur Ecclesiast. 15. Non est speciosa laus in ore peccatoris: quia non est à Domino missus. Et Psalm. Rectos decet collaudatio. Et ideo rectè post ingressum portarum sequitur: in hymnis confite. illi.

Malum autem egressum malus operatur ingressus.

Malus egressus quis

Malus egressus est quo quis egreditur à seipso: & is amittit veram sapientiam, quærens prudentiam huius mundi, quæ est stultitia apud Deum, vt dicitur 1. ad Corinth. 1. Amittit veram simplicitatem, & curis mundi multiplicatur: quia quot habet possessiones, tot increscunt ei curæ & cogitationes. De hac prudentia dicitur Abdiæ 1. Perdā sapientiam sapientium, & prudentiam prudentium reprobabo. Et 1. Timoth. vlti. Qui volunt diuites fieri, incidūt in tentationes varias, & in laqueos diaboli, & desideria multa, & nociua. Egressi ego serpens ingrediuntur mundum per curiositatem, significati per Dinam. Gene. 34.

Quæ

Quæ cum egrederetur vt videret mulieres regionis, corrupta est à Sychem filio Emor: Sychem humerus, vel labor. Emor asinus interpretatur. Similiter dum pp contē planda cōcupiscibilia huius mundi à se egrediuntur: labore stulto corrumpuntur, significati per Esau. Gen. 27. Sume arma tua: & pharetrā, & arcum, & egredere foras &c. Sic & isti dum tpalia lucra venantes à se exeunt: benedictionē æternæ hæreditatis amittunt: significati per Abel, cui dixit Caym. Gen. 4. Egrediamur foras &c. Caym interpretat possessio: Abel luctus. Caym vocat: Abel ad egrediē dū, qñ cupiditas possessionis multiplicāde inuitat quēlibet ad exeūdū de clausto mētis suæ. Vel ad literā, quēcūq; religiosum egredientem de clausto pp tpale lucrū, curias regum, episcoporum & principum circuire, & in foris p strepere. In hoc egressu Caym Abel interficit. i. cupiditas mundanæ possessionis pœnitentiæ luctum extinguit. Isti sic ingredientes non inueniunt pascua, quia mundus non satiat. Vnde Eccl. 1. Non satiatur oculus visu, nec auris auditu implet, &c. & Prou. 14. Iustus comedit, & replet aīam suā. Venter aūt impiorū insaturabilis. De his dī Threno. 2. Facti sunt principes eius velut arietes, nō inuenientes pascua: abierūt absq; fortitudine ante faciē psequentis. Vnde propter hoc multi prius spirituales, & magni meriti, spiritualem amittunt pinguedinem, significati per boues septem quas vidit Pharao prius pingues, & postea totidem macilentas. Gene. 41. Caym possessio Abel lut⁹ interpretatur.

Do ijs, qui assistunt Domino, & de ijs, qui ministrant Domino.

IN PSAL. C. SERMO. CCVIII.

OCVLI mei fideles terræ, vt sedeant mecum: ambulans in via immaculata hic mihi ministrabat. Dñs officiales suos, ministros, & coadiutores & collaterales nō sine cā cōparat membris corporis. Quia sicut membra cum corpore sunt vnū corpus: ita familia Domini cum Domino vnū est corpus. sicut ergo caput debet ordinare actus membrorum: ita

Familia Dñi membris comparanda.

Simile.

dominus suorum sibi assistentium, & sibi ministrantiũ. Et sicut quis arguitur propter inordinationẽ motus mẽbri alicuius: ita etiam dns propter inordinationem familiæ. Ideo dicitur Matt 5. Si oculus tuus dexter scandalizat te, erue eũ, & proijce abs te. Et si dextera manus, &c. Quales autem quis debeat habere secum, describitur, cũ dicitur. Oculi mei, &c.

Fideles terræ domino assistunt.

Primo itaque videamus de illis qui assistunt. Secundo de illis qui ministrant & subditi sunt.

Fideles terræ sunt, qui etsi inter terrenos, & carnales sint, inter eos tamen munde viuunt, quod magnũ est: sicut Loth, de quo 2. Pet. 2. Iustum Loth oppressum à nefandorum iniuria, & à luxuriosa cõuersatione eripuit. Aspectu enim, & auditu iustus erat: habitans inter eos, qui de die in diem animam iustam iniquis operibus cruciabant. Fideles etiam terræ sunt, qui terrena tractant, & nihil sibi de eis per cupiditatem adhærere permittunt, sed per eos transeunt, sicut aqua per candelam: qui verè commendabiles sunt. Sicut in locis religiosis, quidam ministrãt omnia delitiosa hospitibus, & de eis non gustant: qui significantur per filios Israel: de quibus dr Exo. 14. Per exerũt per medium sicci maris. Tales debent assistere episcopis. Vnde Exo. 18. in fine. Prouide ex omni plebe viros potentes, & timentes Deum, in quibus sit veritas, & qui oderunt auaritiam: constitue ex eis tribunos, &c. Vnde Heliseus postquàm vidit quod fecerat Giexi: nõ pepercit ei, & dixit ei 4. Reg. 5. Lepra Naaman adhærebit tibi, & semini tuo vsque in sempiternum. Sed prælati nostri temporis si quos scirent Giezitas, sibi potius sociarẽt, quàm excluderent. Hos enim sibi sociant, qui melius nouerint tẽporalia venari, & acrius prædari socios: qui sibi faueant, & blandiantur, & veritatem audire non audeant, sed tantũ, quæ placeant. Socioſq; habent qui eos in errore suo defendant: quod prohibitum est, sub figura auium. Leu. 11. Hæc sunt quæ de auibus comedere non debetis, & vitanda sunt vobis. Aquilam, & halyetum, & miluum ac vulturem iuxta genus suum, & omne coruini generis in similitudinem suam: struthionem, & noctuam, & larum, & accipitrem iuxta genus suum: bubonem, & mergulũ, & ibim,

& ibim, & cygnum & onocrotalum, & porphyrionem, herodionem, & caradrion iuxta genus suum hupupam quoque, & vespertilionem, &c.

Aquila significat eos, qui fortes sunt ad rapiendum. Vn de Habac. 1. Equites eius de longè venient, & volabunt quasi aquila festinans ad rapiendum, vel comedendum. Aquila qd significet.

Halyetus auibus quibus prævalet infestus existit, & sunt quidam qui in solos pauperes violenti, ostendunt in alijs non sibi deesse voluntatẽ, sed potestatem: cõtra quos Esa. 3. Quare atteritis populum meum, & facies pauperũ commolitis? Miluus ex insidijs non virtute seu fortitudine, sed astutia rapit: Sic & quidam per calumnias, & per astutias tollũt aliena, & veniens auis fortior tollit ab eo. ideo dicitur Prou. 22. Qui calumniatur pauperem vt augeat diuitias, ipse dabit ditiori se, & egebit. Halyetus. Miluus.

Vultures sequentes exercitus propter cadauera: q sunt nisi qui sequuntur curias episcoporum, & funera expectant, vt in prębendas succedant? De quibus Iob. 28. Ignorauit viam auis, & non est intuitus oculum vulturis, id est intentionem huiusmodi. Vultur.

Struthio hypocritas notat, de quibus 1. ad Timo. 4. Attendentes spiritibus erroris, & doctrinis dęmoniorum in hypocrisi loquentium mendacium, &c. Structio.

Noctua quia secundum quosdam propheta est mortis eos significat, qui de morte cogitant aliquorum, vt succedant: & quia versantur circa sepulcra, & intentio talium circa funera. Vnde Iob 39. Vbicunq; cadauer fuerit adest. Noctua.

Larus natat in aqua, volat in aere, & significat duplices & profundo corde, qui volant quando apertè loquuntur, & communiter se habent: sed se in aquis immergunt quando profunda cordis non videntur. Vnde Esa. 26. Vęh qui profundi estis corde, & Eccles. 2. Væh duplici corde, &c. & peccatori ingredienti terram duabus vijs. Larus.

Bubo funesta eosdem, qui prius, Bubo etiam bibit oleũ de lampadibus, quæ lucent ad cultum Dei. Oleum est data eleemosyna ex pietate, scilicet omne quod in ecclesiam confertur: quæ bona, qui in voluptates suas consumunt, rectè bubonis nomine dicuntur. Bubo.

Merguli profundo corde, vt peius: vel aquæ populi, Mergulus

hi sunt qui se mergunt, qui facta per sua multorũ exempla defendunt. Vnde Eccl. 32. Homo peccator vitabit correptionem, & secundum voluntatem suam inueniet comparationem.

Ibis quæ serpẽtes deuorat sunt detractores, qui pascuntur veneno.

Cignus. Cygnus qui canit veniente morte, mundani quicunq; qui gaudent vnde deberẽt tristari de peccato, qđ est mors sua. Prouer. 1. Qui lætantur cum male fecerint, &c.

Hupupa. Hupupa quæ nidificat in stercore sunt ij, qui totã mentem suam posuerunt in temporalibus, quæ sunt stercora, ad Philip. 3. Hæc omnia arbitratus sum vt stercora. Vitantur alis pro pedibus, & eis terram tangit, pedes sunt affectiones, aut cogitationes, alis pro pedibus vtitur, quando ab affectionibus cogitationes trahuntur, & ad seruiendũ malæ voluntati scientia conuertitur: & hoc est cõuertere aquas in sanguinem scientiam ad rapinam. Exod. 7.

Vespertilio. Vespertiliones sunt quidam clerici curiales, qui clerici videntur, & non sunt: sicut vespertiliones aues videntur, & non sunt, & volare inter aues non audent: sic & tales inter rverè literatos comparere timent. Quid est ista non comedere, nisi tales per sociationem, & vitæ conformatem non sociare?

Idem per animalia significatur, quæ sunt Cameleon, stellio, lacerta, & talpa, quæ omnia immũda sunt. Leu. 11. Cameleon, qui colorem simulat rei cui adiungitur, adulator est, de quo Iuuenalis. Si dixeris æstuo, sudat, &c. Cornicula est alba: verum, inquit, est. Nam idem quem modo vituperando depresserat: mox si est, qui laudet, laudibus effert. Vnde Eccl. 33. Equus emissarius: sic & amicus subsannator sub omni supra sedente hinnit, ideſt ad vocem cuiuslibet applaudit. Et Eccles. 13. Diuiti decepto multi recuperatores. Locutus est superbus, & omnes iustificauerunt illum.

Stellio. Stellio guttatus significat varios, de quibus Zach. 11. Anima mea contracta est in eis. Siquidem, & anima eorum variauit in me, & moratur in ædibus regis, &c. Hi sunt aulici. de quibus Prouerb. 30. Stellio manibus nititur, &c.

Lacerta

Lacerta cui mutilata cauda recrescit, sunt ij qui consueti sunt redire ad vitam priorem 2. Petri 2. Canis reuersus ad vomitum, &c. Lacerta.

Talpa, quæ habet signacula oculorum, & non videt, sunt qui faciunt se prudentes, & non sunt 1. ad Corint. 1. Nonne stultam fecit Deus sapientiam huius mundi, &c. Talpa fodit terram, & ortos deformat, & clerici, qui cupiditatem sequuntur, multum deformant ecclesiæ decorem, quæ est ortus domini. Talpa.

Fideles ergo sunt qui assistunt, de quibus Psalm. Oculi mei semper ad dominum, &c. Mundi qui ministrant. de quibus. Ambulans in via immaculata h.mihi, &c. Vnde 2. ad Timo. 6. Qui curam suorum, & maximè domesticorum non habet, fidem negat, &c. Ideo inter cætera mirata est Regina Saba ordinem ministrantium, & vestes, &c. 3. Reg. 10. Et Beatus Bernardus ad Eugenium Papam dixit. Non est sanus qui dolet latera: subiunxit de familia. Non oportet vt vltimus domus tuæ mala scias: sacerdotes domestici, aut honestiores cęteris, aut fabula omnibus sunt, &c.

De cinere & pane, qui simul, & sedatim comeduntur, & à quibus comedantur.

IN PSAL. CI. SERMO CCIX.

QVIA cinerem tanquam panem manducabam, & poculum meum cum fletu miscebam. Considerare nobis primo competit quomodo in præsenti comedimus panem cinereum. Secundo quomodo in futuro panem sine cinere. Tertio quomodo mali comedent sine pane cinerem. Duo debemus cogitare, miseriam huius vitæ, vt humiliemur: beatitudinem, & iocunditatẽ futuræ, vt respiremus. Cinis dicitur huius vitæ miseria, quæ nos incinerat. Homo siquidem terra erat, quia de terra factus: postquàm autem ignis peccati accendit terram istã, redacta est terra naturæ humanæ in cinerem. Et ideo dicitur Eccl. 10. Quid superbis terra, & cinis. Duo cogitanda. Cinis miseria vitę.

Panis refectio patriæ.

Panis autem est refectio patriæ. Vnde Luc. 14. Beatus qui manducabit panem in regno Dei. Et Ps. Panem angelorum manducauit homo, &c. Et Ioan. 6. Ego sum panis viuus, &c. Et Gen. 49. Aser pinguis panis.

Hic panis est Christus, omnium gratiarum abundantia significatus. Rectè dicit, Quia cinerem tanquam panem manducauit. quòd enim manducamus in ore conuoluimus, & terimus, & tandem in ventrē traijcimus. Debemus enim miserias huius vitæ, mentis acumine, quasi quibusdam dentibus, per partes diuidere: sic faciebat Iob dicēs, c. 14. Homo natus de muliere breui viuens tempore, repletur multis miserijs, &c. Debemus ergo paucitatē dierum, & amaritudinē eorum, & velocem transitum attendere. De paucitate, & amaritudine habetur Gē. 47. Dies peregrinationis meæ parui, & mali, & nō peruenerunt vsq; ad dies patrum meorum. Et Eccl. 18. Numerus dierum hominū, vt multum c. anni. Posita sequitur de amaritudine eorū: quasi guttæ maris deputati sunt: De veloci transitu eorum habetur Iob 9. Dies mei velociores fuerunt cursore: fugerunt, & non viderunt bonum. Et proprer nimiam velocitatem comparatur vita nostra in sacra scriptura quādo q̄ fauillæ. Vnde Iob 34. Comparatus sum luto, assimilatus sum fauillæ, & cineri, qnq; folio. Vnde Iob 13. Contra folium quod vento rapitur ostendis potentiam tuam, &c. Quandoq; fęno. Vnde Eccl. 14. Omnes caro sicut fœnum veterascet. Quandoque vmbrę. Vnde Sapien. 2. Vmbrę transitus tempus nostrum, & non est reuersio finis nostri. Quandoque nebulæ. Vnde Sap. 2. Transiet vita nostra sicut vestigium nubis, & sicut nebula dissoluetur, quæ fugata est à radijs solis. Quandoq; comparatur. nuncio. auinaui. sagittæ. lanugini. spumæ. memoriæ hospitis vnius horæ. Vnde Sap. 10. Transierunt omnia illa tanq̄ vmbra, & tanq̄ nuncius præcurrens, & tanq̄ nauis, quæ pertransit fluctuantem aquam, & tanquàm auis quæ transuolat in aere. Aut tanquàm sagitta emissa in locum destinatū. Sic & nos nati continuo desiuimus esse & virtutis quidē nullum signum valuimus ostēdere. Et post sequitur. Spes impij quasi lanugo est, quæ à vento tollitur, & tanquàm fumus, qui à vento diffusus est, & tanquàm memoria hospitis vnius diei prætereuntis: Comparatur etiam vapori. Vnde Iac. 4. Vita nostra vapor ad modicum parens, &c.

Vita nr̄a pluribus rebus cōparata.

Similiter debemus recogitare gaudium patriæ ad desiderium excitandum, quod est panem comedere. de quo Esa. 32. Gaudium onagrorum, pascua gregū donec effundatur super nos spiritus de excelso. Et in eodem 33. Oculi bis. tui videbunt Hierusalem ciuitatem opulentam, tabernaculū, quod nequaquàm transferri poterit. Nec auferentur claui eius in sempiternum. Et omnes funiculi eius non rumpentur: quoniam ibi magnificus solummodo dominus Deus noster. Et ideo angeli, qui in his iugiter meditantur, dicuntur habere dentes apud Dionysium, cap. vlt. Hierarchiæ. vnde Cant. 7. Guttur tuum sicut vinum optimum, dignum dilecto meo ad potandum. Labijs, & dentibus eius ad ruminandum. Angeli autem comedunt panē sine cinere, nos cum cinere. vnde Cant. 5. Messui myrrhā meam cum aromatibus meis. Reprobi autem comedunt cinerem absque pane. De quo Prouerb. 24. Extrema gaudi luctus occupat.

Secūdum recogitan dum à nō

De comparatione vitæ humanæ ad vmbram, & hominis ad fœnum.

IN PSAL. CI. SERMO, CCX.

Vita nr̄a vmbrę cō paratur.

DIES mei sicut vmbra declinauerunt: & ego sicut fęnum arui. Vita nostra comparatur vmbræ propter proprietates vtriq; cōuenientes. Quarum prima est, q̄ vmbra est obscura, sicut & vita nostra. Vnde Iob 5. Viro, cuius abscondita est via, & circundedit eum. Deus tenebris. Et Tob. 5. Quale gaudium mihi erit, qui in tenebris sedeo, & lumen cœli non video? Et hoc est, quod habetur 1. Cor. 13. Videmus nunc per speculum, & in ænigmate, &c.

Proprietates vmbrę multæ.

Secundo, quia vmbra visa apparet tāquàm aliquid magnum, sed manu contracta nihil inuenitur. sic vita præsens. Vnde Iacob. 4. Quæ est vita nostra? Vapor ad modicum parens, & deinceps exterminabitur. Et Sap. 2. Et trāsibit vita nostra tanquàm vestigium nubis, & sicut nebula

dissoluetur, quæ fugata est à radijs solis.

Tertio, quia vmbram suam non apprehendit, qui eam sequitur. Vnde Eccles. 11. Si secutus fueris non apprehendes, & non effugies si præcurreris. Sic & vita nostra fugit velut vmbra, & contineri à nobis non valet: quia sæpe cũ maximè viuere optamus, & confidimus, morimur: vt patet de diuite illo. Luc. 11. dicente. Anima, habes multa bona, postea in annos plurimos quiesce, comede, bibe, epulare. Dixit autem illi Deus. Stulte, hac nocte animã tuam repetunt à te. Quæ autem parasti cuius erunt? Maximè autem in senio reuneri non potest. Vnde dici solet, quòd senectus est incurabilis morbus.

Quarto, quia vmbra in meridie pene annihilatur: sic & vita nostra in feruore contemplationis ferè nulla videtur. Vnde in figura Gen. 19. Abraham consurgens mane vbi steterat prius cum dño: intuitus est Sodomam, & Gomorram, & vniuersam terrã regionis illius: viditq; ascendentem fauillã de terra, quasi fornacis fumũ, q. d. aliud nihil supererat. Et 3. Reg. 18. Inuocabant nomen Baal, & de mane vsque ad meridiẽ: cum aũt esset meridies, illudebat eos Helias dicens: Clamate voce maiore, Deus enim est, & forsitan loquitur, aut in diuersorio est, aut in itinere, aut certè dormit. Clamabant ergo voce magna, sed postquàm transijt meridies, non audiebatur vox: neque aliquis respõdebat. Quinto, quia sicut vmbra à ceruis, ab operarijs & ab æstuantib. desideratur, sic, & hæc vita à feruore peccati feruentib. Vnde Iob 7. Sicut ceruus desiderat vmbrã, & sicut mercenarius pstolatur finẽ operis sui, sic & ego habui mẽses vacuos, & noctes laboriosas enumeraui mihi.

Sexto, quia vmbra deleta nõ relinqt sui vestigiũ, similiter nec vita nra. Vnde Sap. 5. Quid nobis profuit superbia, aut diuitiarũ iactantia quid cõtulit nobis? Trãsierunt oĩa ilia tanq̃ vmbra. Sequitur. Et ego sicut fœnũ arui. Fœnum fit de herba preciſa, & homo arescit à Deo præcisus. Vnde Esa. 40. Oĩs caro fœnũ: exsiccatũ est fœnũ, & cecidit flos. Verè fœnũ est populus. Itẽ fœnũ cibus est iumentorũ, & hominis insipientis. Vnde Iob 11. Et Dan. 4. Fœnum quasi bos comedet. Et Psal. 4. Producens fœnum iumentis.

Fœno etiã vitanra cõparat.

Item sicut fœnũ plaustris portatur in fœnile: ita homo mortuus feretro ad sepulchrũ. Amos 2. Ecce ego stridebo subter vos, sicut stridet plaustrum onustum fœno. Itẽ subternitur discũbentibus, & homo sepultus terram conculcantibus. Vnde Matt. 14. Cum iussisset turbã discumbere super fœnũ, &c. Mich. 4. Congregauit eos quasi fœnũ areę. Item homo tanquàm fœnum velociter aresect. Psal. 36.

De lapidibus, qui placuerunt Beato Stephano, quomodo & ad quid acuti, & duri fuerunt.

PSAL. CI. SERMO. CCXI.

QVONIAM placuerũt seruis tuis lapides eius, & terræ eius miserebuntur. Primo, videndum est qũo illud legi potest de lapidibus B. Stephani. Secundo, & ad quid acuti, & duri fuerunt, & tamen precioſi. Cum Beatus Stephanus protomartyr sit, primipilarius ecclesiæ Dei, inter tot, & diuersa genera tormentorum, quare potius lapide quàm ferro passus sit, certe mysterio non est credendum. Neque enim sine causa voluit dominus potius à lapide, quàm à ferro, vel igne, vel aqua initium sumere tam diuersa genera passionum.

Cur btũs Stephanus lapide potiꝰ quã ferro fit passus.

Lapides quidem Beati Stephani, & si duri, & acuti, tamen precioſi fuerunt. Duri quidem, & acuti, & ideo carnem infirmam attriuerunt, sed precioſi effecti, quando eius sanguine rubuerunt: quia precioſa est in conspectu Domini mors sanctorum eius. Si enim dulce lignum, dulces claui, quibus dominus est affixus: dulces sunt etiam lapides quibus miles est lapidatus. vnde dicitur. Lapides torrentis dulces illi fuerunt: quia duri, & acuti, carne demoliti sunt: quia precioſi, vitam mortalem in immortalem mutauerunt: ideo & ipse dixit. Adhæsit anima mea post te: quia caro mea lapidata est pro te.

Lapides Stephani duri acuti sed precioſi fuerũt.

Non sine causa fuerunt lapides isti duri, & acuti, & tamen precioſi. Fuerunt enim lapides acuti, instrumentum olim ad circuncisionem. Solent lapides duri esse ad componendam, & sternendam viam. Solent lapides precioſi competere ad ædificandam, & ornandam coronam. In passione Stephani, si bene attendis, videbis ecclesiam circuncidi, nouam viam stratam, siue calciatam, ac paui-

men-

uimentatam ad cęlum sterni, coronam victoriæ fabri cari. Igitur propter circuncisionem fuerunt lapides acuti: propter viam sternendam, duri: propter coronam fabri candam, precioſi. In Stephano merito dicitur corpus Ecclesiæ circuncisum. Sponsa quidem sponsum, ecclesia Christum, quantum potest, æmulatur: Christus autem primū quidem fuit circuncisus, postea passus. In circuncisione fuit sanguis eius prælibatus. In passione copioſe effusus: & tunc fuit apud eum copiosa redemptio. In circuncisione quasi nostræ redemptionis narratio. Similiter decuit esse de corpore eius mystico, ideſt de ecclesia. primū debuit circuncidi: postmodum in morte plurimorū martyrum copiosus sanguis effundi. quia ergo in Stephano fuit sangūis ecclesiæ prælibatus: in multitudine martyrū copioſe effusus: quid est Stephani passio nisi sacrosancti corporis ecclesiæ circuncisio?

Constat autem, quòd in veteri testamento circuncisio primum quidem cultris lapideis, deinde autem cultris ferreis fieri consueuit. Baptismus vero in nouo semper in aqua. Vnde Exodi 4. Tulit ergo Sophora petram acutiſſimam, & circuncidit præputia filij sui. Vnde quòd circa circuncisionem facta est mutatio instrumenti: circa baptismum autem nulla, manifeste ostendit circuncisionem esse tollendam, & mutandam, Sed baptismi immutabile esse sacramentum. & quòd ad primum instrumentum petra pertinebat. Baptismus autem faciendus erat in aqua: quando Moyses percussit petram, & fluxerunt aquæ, euidenter ostendit, quòd de circuncisione debebat procedere baptismus. Vnde Iob 28. In petris riuos excidit, &c. Vt ergo ostenderetur, quòd in Stephano tanquam in membro sancti corporis ecclesiæ fiebat circuncisio, quia sanguis ecclesiæ in ipso erat prælibādus: postmodum in alijs copiosius effundendus, merito debuit passio eius in lapide fieri. & tanquam instrumento circuncisionis in lapide consecrari.

In passione B. Stephani nouā ad cęlū parat via.

In passione ergo Stephani circuncidebatur ecclesia, & ideo in lapide passus est. In passione ergo Stephani noua ad cęlum parabatur via, noua strata noua calciata seu nouum pauimentum. Noua non antiqua, per antiquæ enim de

delitijs putant se transire ad delitias, quod Hieronymus impossibile putat. Vnde Iob 22. Nunquid semitam seculorum custodire cupis quam calcauerunt viri iniqui? sublati sunt ante tempus suum. Aliam stratam habēt mali, quæ ducit ad infernum. De qua Eccl. 20. Via peccatium complantata lapidibus, & in finem illorum inferi, & tenebræ, & pœnæ. De structura illorum lapidum dicitur Amos 6. Nunquid currere queant in petris equi, aut arari potest in bubalis? Equi nisi prius ferrati in petris currere non possunt: Christus in ferro, & clauis passus est. Equi ergo ferrantur, quando pij super passione Christi meditantur, & ea armantur, iuxta illud 1. Petr. 4. Christo igitur passo in carne: vos eadē cogitatione armamini. Tunc item poterunt in petris currere, ideſt passione protomartyris se conformare. Bubalus timet rubrū, significans eos, qui non peruenīūt ad effusionem sanguinis, sed in pœnitentia saluantur. In bubalo ergo arāt: qui terram carnis suæ per bonorum operum exercitium operantur. Vnde Eccle. 21. Qui operatur terram suam, calcabit aceruum frugum. Item ideo decuit vt lapidibus pateretur, vt quasi ad parandam viam sterni lapides cerneretur: vt impleretur quod dicitur Esaiæ 54. Ecce ego sternā per ordinem lapides, vt componatur via. quasi dicat. In tuæ passionis æmulatione volo nouam viam ad cœlum quasi stratis lapidibus præparare. Fundabo te in saphyris. Saphyrus, qui cœlestis est, & aerei coloris, contēplationem designat: tunc autem rectè fundata fuit in Saphyris, dum in lapidatione Stephani, quasi fundamentum ecclesiæ ponebatur: & eidem cęlum contemplandum aperiebatur: sicut ipse exclamauit Actuum 6. in fi. Video cęlos apertos, &c.

Corona victoriæ in passione B. Stephani. Simile.

Item in passione Stephani victoriæ fabricatur corona: ideo non debuit aurum deesse, nec lapides precioſi: Solent enim artifices, qui dicuntur incluſores, in auro gemmas includere, & aurum lapidibus precioſis consignare. Vnde Eccle. 32. Gemma carbunculi in ornamento auri: Aurum igitur est patientia beati Stephani. Aurum probatum, de quo Sap. 3. Tanquam aurum in fornace probauit illos, & quasi holocausti hostiam accepit illos, & quasi holocausti

sti hostiam accepit illos: quasi carbunculi lapides eius sanguine rubricati. Tunc ergo verè dici potuit. Gemma carbunculi in or. auri. Eccl. 50. Quasi vas auri solidum omni lapide precioso ornatum. Solidum propter fidem, spem, charitatem. Fidem, quam confessus ostendit in prædicatione. Spem, qua firmus stetit in passione. Charitatē, quā exhibuit in lapidantium se compassione, pro quibus orauit flexit genibus. Vnde Actuum 7. Domine ne statuas eis hoc peccatum. Omni lapide precioso ornatum, quia omnes lapides quibus obruebatur ad ignominiam, conuertabātur ei in gemmas ad coronā: vt impleretur quod dicitur Iob 28. Locus sapphyri lapides eius, & glebæ illius aurum. Et 22. Dabit pro terra silicem, & pro silice torrentes aureos. Rectè ergo dicitur, Placuerunt seruis tuis lapides eius, idest sanctis. Lapides Beati Stephani, quia necessarij ad stratam componendam, precioso ad coronā ædificandam.

De sensualitate seruo malo, & de animo bene ordinato, qui est seruus bonus.

IN PSAL. CI. SERMO. CCXIII.

Filii seruorum tuorum habitabunt: & semen eorum in seculum dirigetur. Primo videndum quomodo per seruum bonum intelligitur sensualitas ordinata: & quomodo proprietas, & diuersitas seruorum competunt ei. Secundo, quomodo seruus iste libertate donabitur si bene seruierit. Tertio, quod sit semen huiusmodi seruorum, & quomodo dirigitur. Est seruus malus. i. sensualitas inordinata, de quo Eccl. 33. Seruo maliuolo tortura, & compedes: mitte illum in operatione ne vacet: multam enim malitiam docuit ociositas. Et in eodē. Cibaria & virga, & onus asino: panis & disciplina, & opus seruo. Et reuera panis .i. refectio debetur sensualitati. Vnde Ecclesia. 34. Sine iudicio nihil ei facias graue.

Seruus bonus est animus ordinatus, & obediēs: de quo etiam Eccl. 33. Si est tibi seruus fidelis, sit tibi quasi anima tua. Ideo autem animus ordinatus, & obediens dicitur seruus: quia sicut seruus non habet velle vel nolle, immo sensum, & voluntatē Domini sui sequitur, non suam: & audit quod dicitur Eccle. 18. Post concupiscentias tuas non eas: ideo se exhibet seruum spiritualē: quia recognoscit gratiam redemptionis. Vnde Eccles. 23. In sanguine animæ tuæ comparasti illum.

Item seruus dicitur à seruando, sic & animus dictus est seruus: quia captus in bello contra diabolū, post bellū seruat. Vnde Psal. Saluauit sibi dexterā eius, & brachium sanctum eius. Et alibi. Captiuam duxit captiuitatem.

Item seruus dicitur, quia quasi quatuor denarios censuales debet de capite suo, scilicet bonam cogitationē, & voluntatem, & bonum opus, & perseuerantiam in his. Et hoc est quod habetur Lucæ 2. quòd ibant singuli, vt profiterentur in suam ciuitatem.

Seruus multipl.

Itē animus est seruus vernaculus. s. in domo ecclesię, sacramentis nutritus. Vñ Oseæ 2. Ego nutritius Effraym.

Item est seruus emptitius, sicut iam dictum est Eccles. 23. In sanguine animæ tuæ comparasti tibi illum. Et 1. Corinth. 6. Empti sunt precio magno, &c.

Itē ipse animus est seruus originarius, siue seruus ascriptus glebæ: quia sensualitatis terram operatur. Vnde Eccl. 7. Opera laboriosa ne oderis, & rusticationem ab altissimo creatā. De his seruis dī Gen. 17. Eadē die circuncisus est Abrahā, & Hismael filius ei⁹, & oēs viri dom⁹ illi⁹ tā vernaculi q̄ emptitij. Vñ de phase nō licebat comedere nō circūcisis. Nec ād Corp⁹ Dñi accedere licet immūdis. Vñ Exo. 12. Hæc est religio phase: oīs alienigena nō comedet ex eo: oīs aūt seruus emptitius circuncidet, & sic comedet: & aduena, & mercēnarij nō edēt ex eo. Et 1. Corin. 11. Probet aūt se homo, & sic de pane illo edat. & de calice bibat.

Simile.

Et sicut cōsuetudo est q̄ p qñ aliq⁹ bene seruierit, liberta donat: sic faciet dñs de seruis suis. Vñ Eccl. 7. Seruus sensatus sit tibi dilectus sicut aīa tua, ne defraudes illū libertate. Ideo dī Exod. 21. Si emeris seruū, sex annis seruiat tibi, & in septimo egredietur liber gratis. Sex anni sunt præsens vita: septimus erat sabbatū quietis æternæ. In quo egredietur liber, qñ à seruitute corruptionis liberabit.

Vnde

Vnde ad Ro. 8. Ipsa creatura liberatur à seruitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei. Et in eodem. Cum serui essetis peccati: liberi facti estis iustitiæ.

Filij seruorũ bonorũ sũt opa bona

Huiusmodi seruorum filij, sunt bona opera quæ manebunt, de quo Eccle. 24. Omne opus corruptibile in fine deficiet: & qui illud operatur, ibit cum illo: & omne opus bonũ iustificabitur: & qui illud operatur, honorat in illo.

Sequitur, semen eorum in seculum dirigetur .s. seruorum, vel filiorum. Semen seruorum est timor, vt filiorũ amor. Semen ergo seruorum dirigetur, quando, quis qui non nisi propter pœnam peccare deserit: tandem propter offensam Dei peccare desistit. Vnde 1. Ioan. 4. Perfecta charitas foras mittit timorem, quoniam timor pœnam habet. Item semen filiorum dirigitur quando carnalis dilectio in gratuitam commutatur: carnales enim non nisi se diligunt, vnde curui sunt. De quo habetur Cantic. 1. Recti diligunt te, quia carnales non diligunt nisi se.

De retributionibus, & donationibus Domini naturalibus, & gratuitis, & quare sunt memoria retinendæ.

IN PSAL. CII. SERMO. CCXIIII.

Dona naturalia, & gratuita retributiones sũt Dñi.

NOLI obliuiſci omnes retributiones eius. Retributiones Domini seu donationes, sunt dona naturalia, & dona gratuita. De his dicitur. Iacob 1. Omne datum optimum, & omne donum perfectum &c. Vulneratum si quidẽ fuerat genus humanum in naturalibus: & gratuitis spoliatum, & in his reparatum est à Domino Iesu. & ideo dicit. Noli obliuiſci omnes retributiones eius.

Extriplici causa aliqua à memoria nõ recedũt.

Ex triplici autem causa aliqua à memoria non recedũt scilicet quia rara, vel noua, vel quia magna, vel quia de ipsis aliquid memoriale habetur. hæc tria autem concurrunt in operibus recreationis, & reparationis. Noua siquidem fuerunt opera illa, vnde Hiere. 31. Nouum creauit Dominus super terram: fœmina circundabit virũ, &c. Magna etiam fuerunt, vnde Magna ope. do. exquisita in omnes voluntates eius. Exquisita siquidem fuerunt, ideſt excogitata, & hoc est quod alibi dicitur. Annunciate inter gentes studia eius. Item de illis operibus magnum remansit memoriale, vt illa nunquam à memoria nostra excidant. hoc autem memoriale sacramentum est altaris. Vnde & dominus Iesus Christus dixit discipulis: Lucę 22. Hoc facite in meam commemorationem, & hoc est quod habetur in psalmo. Memoriam fecit mirabilium suorum mi. & m. Dominus: escam dedit timentibus se. Et Cant. 1. fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi &c. Hoc sacramentum nobis est in signum: vt nunquam à memoria nostra excidant, vel recedant opera recreationis. Sicut solet fieri signum pro aliqua re, quam in memoria volumus habere. vnde Exod. 14. Eritque quasi signum in manu tua, & quasi monimentum ante te.

Sacramẽtũ altaris est memoriale.

Mensa ergo altaris nobis conseruat memoriam Domini, quod significatur 4. Reg. 11. Vbi dicitur: Athalia interfecit omne semen regium, Iosaba autem tulit Ioas filium regis, & abscondit eum 7. annis, quem tandem sacerdos Ioiadas interfecto Athalia coronauit in regem. Athalia interpretatur temporalis dominatio. Et re vera, dominium temporalium, & abundantia conantur in nobis extinguere omne semen regium .s. timorem Dei. peccati pudorem, & consimilia: & ipsum Ioas, qui interpretatur memoria Domini. Prosperitas enim parit obliuionem beneficiorum Dei, de quo habetur Deut. 7. Obserua ne obliuiscaris Domini Dei tui, & negligas mandata Dei, & iudicia eius, ne postquàm comederis, & saturatus fueris, domos pulchras ædificaueris, & habitaueris in eis habueris que armenta, & ouium greges, argenti, & auri, & cunctarum rerum copias, eleuetur cor tuũ. & non reminiscaris Domini Dei tui, qui eduxit te de terra Aegypti.

Et mirum est, quòd hæc nos ab eo reuocant, quę potius eius memoriam deberent facere. Sed nos ipsis donis Dei armamur contra ipsum, ideo rectè dicuntur Effraym, & Manasses fuisse fratres. Effraym. n. interpretat fructificatio Manasse obliuio: qa fructificatio tpalium cognata est obliuioni Dei: & hæc pugnãt cõtra aiam Gene. penul. Sed succurrit Iosaba, q̃ interpretat saturitas Dei: hæc est mensa altaris, quæ est saturitas à Dño: in qua fit memoria ipsius,

Effraim fructificatio Manasse obliuio interpretatur.

sius, & ideo nutrit Ioas 1. Memoriã Dei per 7. Annos 1. per totam vitam istam pr ęsentem. Vnde Mat. vlt. vobiscũ sum vsque ad consum. seculi: & tandem Ioiadas coronauit Ioas. Ioiada interpretatur cognitio Domini. Nihil autem parit magis contemptum terrenorum quàm cognitio æternorum. & sic Ioiada interficit Athaliam, & coronat Ioas. Quia memoria Domini coronabitur cognitione ipsius, quia hæc est vita æterna, vt cognoscant te, & quẽ misisti Iesum Christum. Ioan. 17. & Sapien. 15. Nosse te consummatio iusti est, & hoc est quod sequitur, qui coronat te misericordia, & miserationibus.

Vtilitas cognitionis æternorum.

Anima spiritualis quomodo cœlo comparatur, & quomodo Deus in ea paret sedem suam.

IN PSAL. CII. SERMO. CCIIII.

DOMINVS in cęlo parauit sedem suam, & regnum ipsius omnibus dominabitur. Videbimus hic quare spiritualis anima cęlo comparetur. Quomodo, & per quæ Deus paret sedem in anima.

Cœlum est spiritualis animus de quo Gene. 1. Vocauit firmamentum cælum. Per gratiam enim hoc cœlum sit firmamentum. vnde ad Hebræ. vlt. Optimum est gratia stabilire cor non escis, quæ non prosunt ambulantibus in eis. Ideo autem nomine cęli animus spiritualis intelligitur: Cęlum enim immutat, & disponit inferiora, & ab illis non immutatur, sic & spiritualis animus ordinat inferiora sua, ideſt totum exteriorem hominem: vnde Iob 38. Nunquid nosti ordinem cęli, & rationem eius pones in terra? Item cęlum continet omnia naturalia, & à nullo continetur. Sic spiritualis animus continet sensualitatem & omnia quę eius sunt, & non ècontrario, ideo dicitur Psalm. 103. Extendens cęlum sicut pellem. Pellis enim ita circa corpus extenditur, quòd totum in ea includitur, & si enim contineri videatur à corpore quantum ad situ, tamen continet quantum ad dominium. Item cęlum circulariter mouetur: sic & spiritualis animus quando de se cogitat quasi per motum circularem in se reflectitur. vñ Eccles. vlt. Multam in me ipso inueni sapientiam, & multum profeci in ea. Et circulariter mouetur quando æterna contemplatur, quæ non habent principium, vel finem sicut nec circulus. vnde illud, & annos æternos. i. æternitatis in mente habui. Tunc etiam reuertitur in se, qñ à lumi nositate diuinæ lucis reuerberatur. vñ Abacuch 3. Incuruati sunt colles mundi ab itineribus æternitatis eius. Itẽ cęlum habet solem, lunam, & stellas, sic & spiritualis animus. Nam secundum quod est contemplatiuus. q. solem habet domum sapiẽtiæ. Sol. n. est fons caloris, & luminis in mundo. Sic se habet donum sapientiæ in anima, illuminat enim intellectum, & inflammat affectũ. vnde Esa. 10. Erit lumen Israel in igne, & sanctus eius in flamma. Et Actu. 2. Apparuerunt apostolis linguæ dispertitæ tanquã ignis & 4. Reg. 2. Obsecro, vt duplicetur spiritus t. in me. Sol secundum quod est actiuus habet lunam, & stellas. nam via actiua nobis est, in qua velut luna lucet virtus prudentiæ: stellæ autem sunt aliæ politicæ, vel naturales virtutes. De quibus iudicum 5. Stellæ manentes in cursu & ordine suo aduersus Syſaram pugnauerunt.

Item cęlum habet polum arcticum, & polũ antarcticũ. Fides quæ in nobis lucet, & apparet est polus arcticus. Spes quæ latet est polus antarticus. Spes enim est de abconditis. vnde ad Roman. 7. Spes autem quæ videtur non est spes.

Fides est polus arcticus spes polus antarticus.

In hoc ergo cœlo. i. in animo spirituali parauit Dñs sedem suam. vnde supra in Psal. Iustitia & iudiciũ præparatio sedis eius. Iustitia est virtus reddens vnicuique quod suũ est. Igitur per eã prælato reddamus reuerentiã, & obedientiam. Est autẽ duplex, vna cordis, altera corporis: qã non sufficit exterius maioribus obtemperare, nisi ex intimo affectu sublimiter de eis sentiamus. Vñ sit prælatus indignus, tñ pp eum qui præposuit eum, est honorãdus. Quia sicut dicitur ad Ro. 12. Qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit. Consilium & auxiliũ fratribus impendamus. Hæc autem non consistunt solum in verbo, sed etiã in exẽplo. Cõsilio ignorãtia eruditur: auxilio infirmi tas iuuat: nã & volumus nobis hæc impẽdi. Ad Gala. vlti.

Sedes Domini in animo spirituali paratur.

Anima spiritualis cęlũ dr.

Alter alterius onera portate, &c. Subiecto custodiam, & disciplinam si habes: si non habes, non deest tibi corpus tuum, cui hæc debes: quia tibi commissum est regendum. Vnde 1. ad Timo. vlti. O Timotheæ depositum custodi deuitans prophanas vocum nouitates, & oppositiones falsi nominis scientiæ, &c. Iumentum tuum est, de quo Eccl. 33. Cibaria, & virga, & onus asino, panis & opus, & disciplina seruo. Vas fictile etiam est, ideo cautè seruandum. Vnde 2. ad Corinth. 4. Thesaurum habemus istum in vasis fictilibus.

Columnę domũ sapientia p parantes.

Hæc sex sunt columnæ sex, quæ præparant domum sapientiæ. De qua Prouerb. 9. Sapientia ædificauit sibi domum, excidit columnas septem. Iudicium enim est septima, quod est quantum ad nostri propriam accusationem. Diligit enim Deus animam, quæ in conspectu eius est, & sine intermissione considerat, & sine dissimulatione semetipsam: & hoc iudicium non nisi propter nos à nobis exigit. Quia sicut dicitur 2. ad Corinth. 11. Si nosipsos dijudicaremus, nõ vtique dijudicaremur. Item quantum ad insufficientiam meritorum: sicut dicitur Iob 9. Verebar omnia opera mea. Et illud Luc. 17. Cum omnia bene feceritis, dicatis &c. Hoc est iudicium de quo Psalm. Honor regis iudicium diligit.

De confessione ad moniales.

IN PSAL. CIII. SERMO. CCXV.

CONFESSIONEM & decorem induisti, &c. Considerandum hic est quomodo electi sunt vestis domini. Quomodo confessio cum suis anvestis in cillis facit hanc vestem. De decore vestis in quibus consistit.

Electi vestis dñi dicuntur.

Electi dicuntur domini vestis, quia in eis ornatur. Vnde Esaiæ 49. Omnibus his quasi vestimento vestieris. Quamdiù ergo permanent in munditia, eos habet pro vestimento: quam cito autem polluuntur, deponit eos. Vnde Zach. 3. Auferte vestimenta sordida ab eo, & dixit ad eum: abstuli à te iniquitatem tuam, & indui te mutatorijs.

Qui

Qui ergo peccat quantum in se est, dominum spoliat, & qui permanet in sorde peccati quantum in se est, dimittit eum nudum. Vnde de ipsis potest intelligi illud Matt. 25. Nudus fui &c. Ideo dicit Esa. 58. Cum videris nudum, operi eum. Reputat ergo nos dominus vestimentum, & domum. Vnde qui peccat, expellit eum de domo, & contumeliam facit ei. Et hoc est, quod habetur ad Heb. 10. Quanto magis deteriora putatis supplicia, qui filium Dei conculcauerit, & sanguinem testamenti pollutum duxerit, & spiritui gratiæ cõtumeliam fecerit. Et Sap. 1. Spiritus sanctus disciplinæ effugiet fictum, & corripietur à superueniente iniquitate: Et attende q̃ dicit confessionem, & deco. indu. & præmisit confessionem. Est enim confessio, quæ præparat domino vestem, & habet ancillas sub se, quæ seruiunt. Dolor enim incidit vestem, timor cõsuit, lachryma lauat maculam, pudor autem colorat vestem. De actu ergo doloris habetur Iohel. 1. Scindite corda vestra, & non vestimenta vestra. Timor consuit: est enim penetratiuus. Vnde Psal. confige timore t. car. meas. De lachryma habetur similiter in Ps. Lauabo per singulas noctes lectum meum, lachrymis. m. &c. Et Ezech. 16. Laui te aqua, & emundaui sanguinem tuum ex te. & Esa. 1. Si fuerint peccata vestra quasi coccinum, quasi nix dealbabuntur. Pictor autẽ colorat, & primo inducit ruborem, qui quasi rudis primo substernitur colori lucidiori, & ardentiori charitatis.

Qui peccat domi- num spoliat.

Confessio vestẽ dño prępparat.

Ancillæ confessionis.

Est autem duplex pudor. Bonus, & malus. Malus pro quo quis erubescit confiteri peccata, & non erubescit peccare. Et hunc ruborem habet in sanguine peccati, & diabolus conculcat vestem suam in sanguine peccati, sicut fullo. vnde Ezech. 16. Transiens in te vidi te conculcari in sanguine tuo, & Esa 9. Vestimentum concretum, seu mixtum sanguine erit in combustionem, & cibus ignis. Bonus pudor est, quãdo quis erubescit de peccatis factis. de quo in psalmo. Erubescant, & conturbentur vehementer, &c. Et ad Rom. 6. Quem fructum habuistis in quibus nunc erubescitis. Et sicut timor expellit timorem, sic rubor ruborem. Post ruborem enim de peccatis accenditur anima igne charitatis, & hos duos rubores significat coccus bis tinctus. De quo Exod. 35. Hic est, quòd Exod. 12.

Pudorma lus.

Bonus pudor.

præcepitur postes intingi sanguine agni, & superliminare. Per postes significantur pœnitentes, qui domum ecclesiæ ingrediuntur. Per superliminare, quod est superius: iam proficientes. Primi intinguntur sanguine, id est rubore de peccatis. Secundi ardore caharitatis. ideo dicitur. Cant. 4. Sicut vitta coccinea labia. t. sponsa. Labia pertinent ad confessionem, coccus ad vtrunque rubore m. Et bene dicitur, sicut vitta coccinea. Quia quãdo quis labijs interiora conscientiæ exterius confitetur: fluxæ cogitationes, & carnales affectiones, quasi vitta capilli circa caput mentis restringuntur.

Perfectus decor in duob. consistit. Confessio ruborem, & candorem inducunt.

Perfectus decor in duobus consistit, in candore, & rubore: confessio autem vtrunque inducit, quia lauat, & erubescere cogit. ideo rectè dicitur, confessionem & decorem induisti. ideo dicitur Prouerb. 30. Purpura & byssus indumentum eius, & Cant. 5. Dilectus meus candidus, & rubicundus. Ad hæc duo deseruiunt oculi, & os. Oculi enim lachrymis mundant, & acquirunt candorem.

Fullo est Spiritus sanctus, qui parat nobis hic vestimenta gratiæ, in futuro gloriæ. Vnde Mar. 9. Et vestimenta eius facta sunt candida velut nix, & qualia fullo non potest super terram candida facere. Per multam animæ contritionem candor acquiritur. vnde & dicuntur lineæ, quia linum multo labore perducitur ad candorem.

Quomodo montes sint contemplatiui, & campi actiui, & quomodo dominus vtrisque fundauit locum, & posuit terminum.

IN PSAL. CIII. SERMO. CCXVI.

ASCENDVNT montes, & descendunt campi in locum quem fundasti eis. Primo videndum quomodo per montes significentur contemplatiui: per campos actiui. Secundo, quomodo dominus vtrisque locum fundauit. Tertio, quomodo vtrisque terminum posuit.

Contẽplatiui dñr montes.

Montes sunt viri contemplatiui propter tres montium proprietates. Mons enim aquas celitus susceptas inferiori terræ influit & ipsi sapientiam, de quo Iohel. vltimo. In illa die stillabunt montes dulcedinem, & Psalmista. Suscipiant montes pacem, & colles iustitiam. Item mons solo pede terram tangit, & contemplatiui terrena curant, tantummodo propter sustentationem. De quo 1. ad Timoth. 6. Habentes alimenta, & quibus tegamur his contenti simus. Item mons est locus aptus munitionibus, sic & ipsi defensioni Ecclesiæ. vnde diabolus illus præcipuè impugnat. Et de hoc conqueritur ecclesia Iudith. 4. Præoccupauerunt omnes vertices montium. Item mons locus aptus est speculationi. vnde Hier. 31. Statue tibi speculam, pone tibi amaritudines. Speculatorum est præuidere insidias, & ipsi maximè possunt prodere castrum. vnde Oseæ. 5. Audite hæc sacerdotes, & attendite domus Israel & domus regis auscultate: quia vobis iudiciũ est: quoniam laqueus facti estis speculationi.

Proprietates mõtis.

Per campos viri actiui significant

Campi autem sunt viri actiui, campus est locus discursionis: & actiui sunt in discursu. Vnde Lucæ 10. Martha satagebat circa frequens ministerium, & de Tobia dicitur eiusdem primo. Statim exiliẽs de acubitu suo, relinquens prandium ieiunus properauit ad corpus, vt sepeliret. Item campus locus est pascualis: sic & boni actiui præbent bona, scilicet in alimentum indigentibus & sunt eis pascua, quæ renascuntur consumpta, quia ex hoc magis abundant. Vnde Esa 58. Frange esurienti panem tuum, &c. Et statim subiungitur remuneratio, tunc erumpet quasi mane lumen tuum, & sanitas tua orietur. Item locus campestris facilè à bestijs capitur, & actiuorum valdè periculosus est status, quia dum sunt inter medias illecebras, ab eis facilè depascuntur: quia iuxta verbum Hieron. Nemo potest securus iuxta scorpionem dormire. Et hoc est, quod dicitur Actum 24. Quod Paulo mittente sarmenta in ignem, momordit eum vipera. Ignis est omnis tribulatio, in ignem mittit sarmenta, qui in se per pœnitentiæ castigationem consumit infructuosa opera. Sed mordet eum vipera, dum latenter surrepit inepta, vel inanis iactantia. Sarmenta prendit, qui peruersos mores corripit. In ignem mittit, qui comminatur pœnam æternam.

Vita actiua, & contẽplatiua adelectos pertinet.

Ad electos autem pertinent tantum istæ duæ vitæ. vnde Deut. 11. Terra ista montuosa est, & campestris, de cœlo expectans pluuiam, quã dominus Deus tuus semper immisit: & oculi eius in ea sunt, à principio anni vsque ad finem eius. Attende autem q̃ idem sunt montes, & campi, qui ascendunt per contẽplationem & descendunt per compassionem. vnde 2. ad Cor. 5. Siue mente excedimus Deo, siue sobrij sumus vobis. Locum autem fundauit dominus Iesus campis, idest actiuis, quia eis exemplum humilitatis præbuit. Non enim venit ministrari, sed ministrare. Matt. 22. Vnde dicit Matt. 11. Discite à me quia mitis sum & humilis corde. Et Ioan. 13. Exemplũ dedi vobis quemadmodum ego feci vobis, ita & vos faciatis. Hunc locum dicitur fundasse, de quo Amos 9. Qui ædificat ascensionem in cœlo, &c. Item post resurrectionem fundauit in se locum contemplationis. vnde Matth. in fine, discipuli abierunt in Galilæam in mõtem quem constituerat eis Iesus.

Termin9 contẽplatiui.

Sequitur. Terminum posuisti quem non transgredientur. Terminum enim posuit contemplatiuo, de quo Eccles. 3. Maiora te ne quæsieris. Item terminum posuit actiuo. vnde Gen. 26. Ne descendas in Aegyptum, idest ne consideres malos tibi in exemplum.

De anima comparata horto, & arbori Dan. 4. Et de angelis comparatis volucribus dulciter in arbore concinentibus, & de fugatione eorum.

IN PSAL. CIII. SERMO. CCXVII.

SVPER ea volucres cœli habitabunt: de medio petrarum dabũt voces. Primo, videndũ quomodo anima horto: angeli volucribus comparentur. Secundo, quomodo dulces in ea concentus faciunt. Tertio, qualiter ab ipsa compelluntur recedere.

Verno tempore solent in hortis volucres super arbores virides insidere, & dulciter modulari, & est maxima delectatio illum cõcentum quem faciunt: sicut citharistæ, aut alij modulatores viellis, audire. Anima quandiu fuerit in statu

Alia iusti dr hortus.

statu gratiæ est quasi paradisus amenus, & quasi hortus domini: quãdo in peccato, quasi desertum, & solitudo. Vt de Iohel 2. Quasi hortus voluptatis coràm eo: & post eum solitudo deserti. De hoc paradiso dicitur Eccl. 40. Timor domini sicut paradisus benedictionis, & super omnẽ gloriam operuerunt illum De hoc horto Eccles. 24. Signabo hortum plantationum, & inebriabo partus mei fructum.

Ad hunc hortum conueniunt volucres cœli, id est angeli, qui per volucres designantur. Vnde Iob. 28. Abscondita est ab oculis omnium viuentium: volucres quoque cœli latent, idest angelos: q̃ licet sublimius intelligant alijs creaturis: sapientiam tamen Dei non plene percipiunt. Volucres cœli sunt angeli.

Ibi dulces concentus personant, dum cogitationes, & sanctas affectiones inspirant, & sublimia secreta reuelãt. Concẽtus dulces.

Et hoc rectẽ dicitur fieri de medio petrarũ, idest de medio duorum testamentorum, quia maximẽ illis animab. diuina misteria reuelantur, & inspirantur, quæ sanctarum scripturarum scrutinio delectantur. Vnde Ecclesiast. vltimo. A iuuentute mea inuestigabam eam: inclinaui mo dicẽ aurem meam, & accepi illam. Et hoc est: meditatione mea exard. ig. Sicut enim ex collisione lapidũ exilit ignis, sic ex applicatione verbi mentis, & verbi legis. Et hoc est: de medio petrarum dabunt voces. Simile.

Voces ergo istæ sunt inspirationes angelicæ. Dulcis vox inspiratiua castitatis: vox autem est turturis. De quo Cant. 2. Vox turturis audita est in terra nostra. Voces angelorum.

Quando autem anima peccato polluitur, ab angelorum visitatione destituitur. & tunc fit quasi vox illa: exeamus ab his sedibus. Et hoc significatur Danielis 4. Videbam, & ecce arbor in medio terræ, & altitudo eius nimia, & magna arbor, & fortis, & proceritas eius attingens cœlum. Aspectus illius vsque ad terminos terræ, folia eius pulcherrima, & esca vniuersorum in ea. Subter eam habitant animalia & bestiæ, & in ramis eius conuersabantur volucres, & ecce vigil & sanctus de cœlo descendit, & clamauit. Succidite arborem: præcidite ramos eius. Fugiant bestiæ, quæ sub ipsa sunt, & volucres de ramis eius. Interpretatio visionis Nabuchodonosor.

Arbor ista est animus spiritualis: quæ dicitur magna

ad bona gerenda, vel agenda: fortis siue robusta ad mala patienda: procera & contingens cœlum, ad sublimia contemplanda.

Altitudo eius nimia. Quandoque enim per præsumptionem animus euanescit. Vnde Ecclesiast. 3. Altiora te ne quæsieris, Aspectus eius vsque ad terminos terræ, quando à bonis diligitur, & à malis timetur. Folia pulcherrima, ideſt verba, De quibus Gen. penultimo. Neptalim ceruus emissus dans eloquia pul Fructus, ideſt scientia magna: esra vniueosorum in ea, ideſt abũdans doctrina. Subter eam habitabant animalia, & bestiæ, ideſt homines animales, & carnales. In ramis eius conuersabantur volucres, ideſt angeli, & viri spirituales.

Arbor succiditur, quando virtus animi in occulto tollitur ramus præciditur, quando opus virtutis in aperto deficit. Folia excutiuntur quando gratia bene loquendi aufertur. dispergitur, quando etiam gratia rectè intelligendi subtrahitur. Bestiæ fugiunt, quando carnales ipsum contemnunt. Volucres de ramis fugere, est angelos ipsum destituere, vel viros spirituales ipsius consortia deuitare. Vnde Eccl, 22. Qui mittit lapidem in volatilia, deijciet ea.

Sequitur. Veruntamen germen radicis eius in terra finite: quod tunc fit cum propositum pœnitentiæ post ipsum peccati reseruatur. Nam quasi radices arbor amittit, quando in desperationem cadit. Vnde Es. 14. Proiectus est quasi stirps inutilis.

De pane Paschali, & vino Pentecostes.

IN PSAL. CIII. SERMO, CCXVIII.

NOn educas panem de terra, & vinum lætificet cor hominis. Primum horum duorum pertinet ad Resurrectionem. Secundum ad Pentecosten. Panis iste dominus Iesus Christus, de quo Ioan. 6. Ego sum panis viuus, qui de cœlo descendi. Panis iste est subcineritius, & hordeaceus secundum humanam naturam. Subcineritius, ex altera parte tantum habens cinerem, scilicet cinerem pœnæ, & non culpæ. Hordeaceus, quia non est nisi pauperũ cibus, de quo dicitur Luc. 14. Beatus qui manducabit panem in regno Dei: & qui sunt illi, nisi pauperes: de quib. Matt. 5. Beati pauperes spiritu, &c. Non enim vocat dñs diuites. Sicut dicitur Luc. 14. Cum facis prandium, aut cœnam, noli vocare amicos tuos, neque fratres tuos, neq; cognatos tuos, neq; vicinos, neq; diuites: ne forte ipsi reuocent te. & fiat tibi retributio: sed voca pauperes, &c. Hic est panis, subcineritius quem (sicut dr Iud. 7. vidit Gedeon volui, & descendere super castra Madianitarũ, & subuertere, & terræ funditus coæquare. Madian interpretatur cõtradictio: castra Madianitarũ sunt castra dæmonũ, qui militant contra nos, vel tentationum carnalium. Vnde Apostolus Ephes. 6. Non est nobis colluctatio aduersus carnẽ, & sanguinem, sed aduersus principes: & potestates tenebrarum, &c. Hæc castra subuertuntur, quia per fidem, & sumptionem corporis Christi potestas dæmonum debilitatur, & tentationes reprimuntur, & quasi terræ coæquantur, dum subijciuntur.

Idem panis est similagineus secundum diuinam naturam, id est delicatissimus. De quo Gen. penul. Aser pinguis panis, &c. non est panis nisi regum. Iste panis de terra eductus, bis coactus.

Primo de terra eductus, quia de vtero virginis. Psalm. Terra dedit fructum suum: vnde & significatur per Bethleem quæ interpretatur domus panis. Ipsa enim Beata Virgo est archa. i. la met in qua ponitur panis paruulorũ. Sicut enim fit in domibus mediocrium, ꝙ paruuli quando habent famem vadunt capere panem ea la met. Similiter si tu vis panem, vade ad Beatam Virginem. Secundo de terra eductus est in Resurrectione. Vnde siggificatur per Ionam, qui tribus diebus fuit in corde terræ. Matt. 16. Bis coctus primo in vtero Beatæ Mariæ Virginis igne mulcebri Spiritus Sancti. Vnde dictum est ei. Luc. 6. Spiritus sanctus superueniet, &c. Secundo, igne passionis. Vnde Hier. 11. Mittamus lignũ in panẽ eius & eradamus eum de terra, i. mittamus ipsum qui est panis in lignum crucis, quia quasi in clibano crucis excoctꝰ est hic panis.

Iesus xps panis est.

Panis iste de terra eductus.

Panis iste bis coctꝰ.

Hunc

Hunc panem secum portare dicuntur, quia bis coctum q̃ transeunt mare mundi, ne forte dicant. Percussus sum, vt fœnum, & aruit cor meum: quia oblitus sum comedere panem meum. Quod ergo dicitur, vt educas panẽ de terra, pertinere potest ad resurrectionem.

Spũs san. vinũ dr. Quod sequitur. Et vinum lætificet cor hominis, ad pentecosten. Spiritus enim sanctus hoc vinum est: & sicut est vinum secundum differentias personarum, vinum .s. mediocrium, & vinum nobile, regum & magnatum: ita Spiritussanctus est minoribus quasi pauperibus, & incipientibus .s. pœnitentibus, vinum compunctionis: de quo Psalm. Potasti nos vino compunc. Vinum autem iocunditatis est perfectis, & contemplatiuis. Vnde Hester. 1. Vinum .s. vt magnificentia regia dignum erat, abundans & præcipuum ponebatur, nec erat qui nolentes cogeret: sed sicut rex statuerat: vt sumeret vnusquisque quod vellet. quod de vtroque vino verum est. Nam ad pœnitentiã nullus cogitur, quia voluntaria est: & pro possibilitate, & voluntate suscipientibus imponitur: ideo significatur per calicem qui est poculi mensura. Similiter nullus haurit de vino, contemplationis, nisi secundum extensionem voluntatis.

Vitis, q̃ fudit hoc vinum. Hoc vinum fudit vitis quæ dicit Ioan. 15. Ego sum vitis vera. Vinũ non in quo est luxuria, sed de quo Zach. 9. Quid bonum, & quid pulchrum nisi frumentum electorum, & vinum germinans virgines? Vinum nouum, vinũ vetus. Vetus quidem quia ab æterno: sed nouum nobis, de quo beatus Bernar. In cœlis quidem copiosissime redũdabat, non in vtribus, vel in vasis testeis, sed cella vinaria & spiritualibus apothecis. Fluebat per vicos, & plateas: sic cœlum vino proprio fruebatur, quod terra interim nesciebat. Sed nec terra ipsa penitus inops, carne Christi gloriabatur, cuius præsentiam cœlum nihilominus sitiebat: Factum est ergo fidelissimum, gratissimumque commercium inter cœlum, & terram, inter angelos, & homines, vt exhiberetur illis caro Christi, istis vinum cœlicesque in terra spiritus: caro in cœlis: & deinceps omnia in omnibus communia in æternum.

Leoni

Leoni cur comparetur animus spiritualis: & de catulis eius.

IN PSAL. CII. SERMO. CCXIX.

CATVLI leonum rugientes, vt rapiant, & quærant à Deo escam sibi. Leo est spiritualis animus. Tum quia leo dormit apertis oculis, & similiter vir spiritualis in somno contemplationis oculos habet apertos ad videnda æterna. Vnde Cantic. 5. Ego dormio, & cor meum vigilat. Et Iob 33. Quando irruit sopor super homines, & dormiunt in lectulo, tunc aperit aures virorum, & erudiens eos instruit disciplina. Et Iob 4. Porro ad me dictum est verbum absconditum, & quasi furtiue suscepit auris mea venas susurrij illius in horrore visionis nocturnæ, quando solet sopor occupare homines, &c. Animus spiritualis leo dr.

Item leo naturaliter febricitat, quod prouidit ei natura ad refrenationem superbiæ ipsius. Sic infirmitas data fuit Paulo, ne magnitudo reuelationum extolleret eum 2. Corinth. 12.

Catuli istorum leonum spiritualium sunt famelica eorum desideria. De quibus Iob 4. Tigris perijt eo quòd nõ haberet prædam: & catuli leonis dissipati sunt. Quod fit quando desideria non consequuntur quod quærunt. Hi sunt leunculi de quibus 3. Reg. 10. Duodecim leunculi stantes super gradus. & rectè duodecim. Duodecim enim constant ex duobus senarijs. Senarius autem perfectus numerus est. Duodecim igitur significant duplicem perfectionem: cognitionis .s. & affectionis. Super sex gradus dicuntur esse, quia sex gradus sunt in contemplatione. Primus est in imaginatione secundum imaginem. Secundus in imaginatione secundum rationem &c. Rugitus autem istorum leonum sunt feruida cœlestium, & æternorũ concupiscentia. Solent enim rugire quando esuriunt. Vnde Iob 6. Nunquid rugiet onager cum habuerit herbam, & mugiet bos? Item de hoc rugitu habetur Iob. 3. Antequàm comedam suspiro, & sicut inundantes aquæ, sic rugitus meus. Inundantes aquæ ascendunt: sic desideria Catuli leonũ spũalium. Sex gradꝰ contẽplationis.

spiri-

Simile. spiritualis viri surſum tendunt. Inundantes aquæ poſt aſcenſum reſident. Sic ſpiritualis animus cum non poteſt per ſe ſurgere poſt conatum reſidet in ſeipſo. vnde Gen. 7. Reuerſæ ſunt aquæ euntes, & redeuntes.

Rectè autem ſubiungitur, vt rapiant, propter impetum feruentium deſideriorum. vnde Matth. 11. A diebus Ioannis Baptiſtæ regnum cęlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud, hoc eſt à diebus gratiæ Dei, quæ in mentem aquam ſapientiæ infundit.

Sequitur. & quærant à Deo eſcam ſibi. i. huiuſmodi appetitus refectionem. Quia non niſi à Deo ſatiari poſſunt. vnde Iob 38. Nunquid capies leenæ prædam, & animam catulorum eius implebis, quando cubant in antris, & in ſpecub. inſidiatur? quaſi dicat, nō: ſed ſolus ego hoc facia.

Sequitur. ortus eſt ſol &c. Ecce quomodo Deus prębet eſcā, ſol eſt fons totius luminis, hic eſt Deus ſolus, qui eſt fons ſapientiæ. De quo Eccle. 1. Fons ſapientiæ verbum patris in excelſis &c. Item ſol eſt fons totius caloris. Et de Domino dicitur. Quoniam apud te eſt fons vitæ. Iſte ſol menti oritur, cum animus radio diuini luminis illuſtratur. Et hoc ſole vniuerſaliis & in formis anima ſatiatur, & ipſe quoslibet eius ſinus replet. Veritas eſt ideo repletus intellectum. Bonitas, eſt ideo affectum, & tunc verum eſt quod ſequitur: & congregati ſunt. vnde in Hierar. 1. c. Ad congregantis patris vnitatem &c. Sequitur in cubilibus ſuis collocabuntur. Hoc pertinet ad ſomnum æternæ contemplationis. vnde Eſa. 26. Vade populus meus, intra in cubiculum tuum, claude oſtia ſuper te, & abſconde modicum, &c.

Qñ ſol oriatur mẽti.

De nauibus triplicibus in mari, & de actiuis per naues ſignificatis.

IN PSAL. CIII. SERMO. CCXX.

ILLIC naues pertrãſibunt. Sunt naues quæ mare pertranſeunt, & tamen in periculo ſunt. Sunt quæ non pertranſeunt, ſed ſubmerguntur. Sunt naues, quæ fluctus non timent. Na-

Naues quæ mare pertranſeunt, licet in periculo ſint, ſunt actiui in mundo. Qui comparantur naui. Primo, qa ſicut nauis licet fragilis, tamen portat merces precioſas: ita & ipſi. Vnde 2. Corin. 4. Habemus theſaurū iſtū in vaſis fictilib. Itē nauis eſt clauſa ad mare, & ad cœlum patula: & hoc etiā conuenit iuro viſto. Vndē Gal. 6. Mihi mundus crucifixus eſt, & ego mūdo. Et Dani. 5. Feneſtris aperiis in cęnaculo ſuo tribus temporibus in die flectabat genua. Item nauis dū mare tranſit calcat ipſum: & de viro iuſto dicitur Philip. 3. Propter quē (ſ. Chriſtū) oīa detrimentum feci, & arbitror vt ſtercora, vt Chriſtum lucrifaciā &c. Item nauis habet arborem altam. ſ. malum: & velum dependens quaſi linteum. Malus eſt crux Chriſti, quę eſt arbor de qua canitur: Flecte ramos arbor alta. Linteū ſignificat Chriſti ſepulturā. Vndē Luc. vlti. Procumbens Petrus vidit linteamina poſita ſolo. Et Matt. 27. Accepto corpore, Ioſeph inuoluit illud in ſyndone munda. Habet velum nauis, qui habet memoriam paſſionis, & ſepulturæ Chriſti. Mouetur enim nauis quando vētus à velo dependente de malo recipitur: ſic & animus ad bene agendum dirigitur, quando ex memoria paſſionis, & ſepulturæ Chriſti, charitate, quæ eſt ventus Spiritusſancti, vehementius agitatur. De quo flatu dicitur Ezech. 1. Vbi erat impetus ſpiritus, illic gradiebatur. Nauis anchoram habet, qua contra fluctus tumultuantes firmatur: & iuſtus ſpem pro anchora: de qua Heb. 6. Fortiſsimum ſolatium habeamus, qui confugimus ad tenendam propoſitā ſpem, quam ſicut anchoram habemus animæ tutam, ac firmam.

Quis dicat habere velum nauis ſpiritualiter

Anchora nauis.

Naues quæ confringuntur, & ſubmerguntur, ſunt mali actiui in mundo. vnde 1. Timothæ. 6. Qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum diaboli, & deſideria multa inutilia, & nociua quæ mergunt homines in interitum, & perditionem. De his dicitur tertio Regum vlti. Rex Ioſaphat fecit claſſes in mari, quæ nauigarent in ophir propter aurum, & ire non poterant, quia confractæ ſunt in Aſyongaber. Ophir interpretatur herboſum, vel irritum. Aurum ophir diuitiæ ſunt temporales, quæ infirmæ ſunt, & tranſito-

Mali actiui ſunt naues q̄ ſub mergunt

tiæ, quas qui quærunt naufragium faciunt: & rectè iuxta Asyongaber, quod interpretatur colles sublimes: quia diuitum vermis est superbia. Et ipsi propria superbia colliduntur. vnde Matt. 11. Et tu Capharnaum (quæ interpretatur villa pulcherrima) nonne vsque in cęlum exaltaberis, & vsque in infernum descendes?

Habent istæ naues malum suum, non crucem Christi, sed afflictionem mundi: quæ est crux latronis à sinistris: quia sicut dicitur Eccleſiast. 10. Labor stultorum affligeet eos &c. Habent, & velum suum, non memoriæ Christi, vel sui, sed obliuionis, & ignorantiæ: quo velantur oculi eorum, & ducuntur ad patibula infernalia, sicut latro velatis oculis, quod in Aman signatur, de quo Hester. 4. Vix verbum de ore regis exierat, & cooperuerunt vultũ eius. Habent & anchoram: falsam spem, de qua Sapientiæ 5. Spes impij quasi lanugo quæ à vento tollitur, & quasi spuma gracilis, quæ à vento dispergitur. Hæ naues vętis agitantur contrarijs, & procellosis, quos spirat diabolus. In Epistolæ Iudę medio de talibus dicitur. Nubes sine aqua, quæ à ventis circunferuntur &c. Fluctus sæui maris despumantes confusiones suas. Naues quæ fluctus non timent, de quibus 1. Machab. 13. Vbi dicitur, quòd Simon super sepulchrum patris, & fratrum suorum fecit ædificium altum visu, & interposuit columnas: & super columnas arma in memoriam æternam: & iuxta arma Naues sculptas, quæ videntur ab hominibus nauigantibus mare. Simon, idest obediens, est omnis clausſtralis, cui motus est carnalis affectus, & ideo ædificat sepulturam patri, & fratrum. Deute. 33. Qui dixerit patri suo, & matri suæ nescio vos, & fratribus suis ignoro illos: & nescierunt filios suos: hi custodierunt eloquium tuum, & pactum tuum seruauerunt. &c. Ipsa religio mundi sepulchrum est. Super hoc ædificat ædificium altum visu: quia talium conuersatio in cęlis est. Columnæ magnæ, & immobiles sunt contemplatiui in clausſtro manentes. Arma bellica clausſtralis disciplina, ieiuniorum, vigiliarum: quę sunt ad memoriam æternam, quia memoria talium cum laudibus viuit in æternum. Eccles. 44. Omnes in generationibus gentis suæ gloriam adepti sunt, & in diebus suis

Mali venti diaboli agitantur.

habentur in laudibus. Naues sculptæ sunt boni inter eos actiui: qui propter negotia gerenda discurrere videntur, & hi non sunt naues veræ. & ideo maris fluctibus non submerguntur: sed sculptæ. Res enim sculpta rei non tenet veritatem, cuius imaginem habet, sic & dum tales exterioribus occupantur: non sicut mundani actiui, earum fluctibus submerguntur: dum ad sua interiora reuocantur. Sed tunc iuxta se sunt, cum remoti videntur. Si quis autem negotijs secularibus quasi maris fluctibus se implicauerit, iam non sculpta nauis, sed vera est, nec stat supra petram, sed aquis iactatur.

Naues sculptæ q̃ sint.

Qui negotijs secularibus se implicãt aquis iactantur.

Videre est nonnullos hodie pulsare palatia: exercere lites: circuire fora: lucris incumbere: pro consanguineis, pro nepotibus, pro amicis, causis se ingerere: doctiores de genealogijs hominum, quàm de euangelijs disputare. O, naues istæ quando videntur ab hominibus nauigantibus mare, quàm notantur subtiliter? quàm hostiliter deridentur: de quibus dici potest illud 2. Petri 2. Per quos via veritatis blasphematur.

Quod quærentibus temporalia non est lætandum, sed quærentibus Dominum: & cur ter dicatur quærite: & cur Deus cum vbique sit, non vbique inueniatur: & vbi indubitanter inueniatur.

PSAL. CII. SERMO. CCXXI.

LAETETVR cor quærentiũ Dominum: Quærite Dominum & confitemini: quærite faciem eius semper. Quia dicitur Thren. 3. Bonus Dominus sperantibus in eum, animæ quærenti illum. Primo considerandum quomodo non est lætandum quærentibus temporalia. Secundo, quomodo qui quærunt Dominum, habent vnde lætentur. Tertio, quare dicitur ter, quærite. Quarto, quòd quum vbique sit secundum quod Deus, vbique inueniri potest: sed non invenitur. Quinto, vbi nam indubitanter inueniatur.

Tpailaq̃rẽtib. nõ sunt bona

Temporalia non sunt bona quærentibus, quia peccatum generant, & peccatum ipsum generat punctionem: sicut

sicut quum aliquis quærit rosam, plærunque incurrit spi
nam. Vnde dicuntur legere mel super spinam, qui tem
poralibus delectantur. Vnde Iob 30. Esse sub sentibus de
litias computabant. Sic & dum in ape mel quæritur, stimu
lus incurritur. Vnde Boethius metro. 7. lib. 3. Habet hoc
voluptas omnis Stimulis agit fruentes. Apum q; partu-
lätium, Vbi grata mella fudit. Fugit, & nimis tenaci. Ferit
icta corda morsu. Et Esa. 7. In illa die sibilabit Dominus
muscæ: quæ est in extremo fluminum Aegypti: & api
quæ est in terra Assur, &c.

Tpalia ni hil sunt.

Item qui quærit temporalia, & si credit se aliquid in-
uenisse, nihil inuenit: quia nihil sunt. De quibus dicitur.
Dormierunt somnum suum, & nihil inuenerunt &c. Et
ipsi dicere possunt illud Lucæ 5. Per totam noctem labo-
rantes nihil cœpimus.

Item pleraque quæruntur, & quantumcunque quæsi-
ta non inueniuntur, quia nihil sunt, & non inuenit homo
nisi laborem pro illis. Vnde Eccle. 11. Si secutus fueris
non apprehendens: & non effugies si præcurreris. Est ho-
mo laborans, & festinans, & dolens impius: & tanto ma
gis non abundabit.

Dñs bonꝰ est querẽ ti illum.

Sed Dominus quærentium dum quæritur, bonus est.
Quia primo sentiuntur aliquid de ipso, licet non plene:
sicut canis venaticus sentit prædam, & illectus sequitur.
Vnde Cantico. 1. Curremus in odorem vnguentorum
tuorum. Et sicut cæcus odorem sequitur. Item incassum
non quæritur: quia à fideliter quærentibus inuenitur.
Vnde Matt. 7. Quærite, & inuenietis, pulsate, & aperietur
vobis. Tertio, quia quasi Dominus ludit nobis ludo, qui
dicitur absconsionis, & tenebrarum. Abscondit enim se,
& tamen vult inueniri. Vnde sicut quis ponit signa quib.
res inuenire possit: ita Dominus posuit multa quibus in-
ueniri possit: scilicet creaturas, & sacramenta, quæ sunt
vestigia creatoris. Vnde Sapien. 10. A magnitudine enim
creaturæ poterit creator cognoscibiliter videri. Item ad
idem instituit sacramenta. Vnde. Nebulam sicut cinerem
spargit. Et Daniel vltimo, præcepit Daniel pueris suis: &
attulerunt cinerem: & per totum templum cribrabant co-
ram rege. Item vestigia sanguinis sui ipsum ostendunt;
& ad

& ad ipsum perducunt. Vnde Exo. 12. Erit vobis sanguis
iste in signum, &c.

Sequitur. Quærite dominum, &c. Verbum quæ-
rendi tei repetitui &. Primo adiungitur verbum læ-
titiæ, secundo verbum firmitatis, tertio verbum per-
petuitatis. Tres enim sunt status. Primus incipientium. Status tres.
Secundus proficientium. Tertius perfectorum, & perue-
nientium. Primus exhilarat dominus per internam iocun
ditatem. Vnde. Cantemus domino: glorioseenim, &c.
Exodi 15. Et ista lætitia est iustificatorum. Sed sequitur
tædium tentationum, & bellorum vsque ad transitum
Iordanis. In quibus est necessaria firmitas fortitudinis,
& tolerantiæ. Vnde Ecclesiast. 2 Fili, accedens ad seruitu-
tem Dei, sta in iustitia, & timore, & præpara animam
tuam ad tentationem, & Tobiæ 12. Quia acceptus eras
Deo, necesse erat vt tentatio probaret te. Status tertius
est eorum, qui nondum arbitrantur se comprehendisse,
qui vt dicitur ad Philip. 3. dicunt. Quæ retro sunt obli-
uiscens ad anteriora me extendo. Et Psalmista: hic monet
ipsum quantumcuuque inuentum quærere. Ideo dicitur,
semper non solum per ænigmaticam visionem, sed facie
ad faciem. Vnde Exodi 33. Ostende mihi gratiam tuam.

Licet deꝰ vbiq; sit, non tamẽ vbiq; inuenitur.

Quarto, quòd quum vbique sit secundum quòd Deus,
vbique potest inueniri, sed non inuenitur. Verè quidem
vbique est. Vnde Actum 17. Quamuis non longè sit ab
vnoquoque nostrum. Et Iob 36. Omnes homines vi-
dent illum, vnusquisque intuetur procul.

Ideo autem non inuenitur: quia aliud pro eo ample-
ctimur, scilicet quasi vmbram eius, sicut stultus esset,
qui crederet se inuenisse hominem, quia inuenisset eius
vestem. Omnes enim creaturæ vestes eius sunt. Vnde in
Psalmo. Confusionem & decorem induisti amictus lumi-
ne, id est luminosis creaturis sicut vestimentum. Sic elu-
sus legitur Saul à Michol, quando in lecto inuenit sta-
tuam pro Dauid caprinis pellibus inuolutam. primi Re-
gum 19. Item non inuenitur, quia quæritur vbi non est,
qui tamen vbiq; est, cum autem peccatum nihil sit, in pec
cato nõ inuenitur. Vnde Iob. 38. Sapientia vbi inuenitur?
Mare loquitur: non est mecũ, abyssus dicit: nõ est in me.

Non inuenitur in terra suauiter viuentium. Non inuenitur in mari, ideſt in ſuperbis, tumidis, anaris, & inuidis. Nec eſt in abyſſo, ideſt in cupidis, & corde profundis. Nec in terra ſuauiter viuentium, ideſt in luxurioſis, & guloſis.

Vbi indubitanter Deꝰ inuenitur.

Quinto, conſiderandum vbi indubitanter inuenitur. In præſepio. Vnde Lucæ 2. Et hoc vobis ſignum inuenietis infantem pannis inuolutum: & poſitum in præſepio. &c. Et notanter in præſepio, non in palatio vel ſolio, ideſt in corde humili, non elato: in ſenſu ſimplici, non alto, & ſupercilioſo. Inuenitur in templo diſputans inter doctores. Lucæ 2. in fine. Exiſtimantes eum in comitatu ſuo eſſe. vnde & factum eſt poſt triduum. Inuenerũt eum in templo ſedentem in medio doctorum, & audientem illos. In comitatu ergo .i. in turba ſecularium non eſt quærendus, ſed in congregatione doctorum, & hoc poſt triduũ. In quo ſignificatur, quòd poſt purgationem mentis, oris, & operis ab ijs, qui ſtudioſe inſiſtunt, facile inuenitur. Inuẽtus eſt bis in horto: ſemel ante paſſionem, & tunc comprehenſus eſt: & ſemel poſt reſurrectionem, & tunc nõ eſt primo agnitus. In quo ſignificatur quòd qui ſunt in delicijs, & ſi eum inueniunt, dum intellectu inquirunt, non eum cognoſcunt, licet agnoſcere ſe credant. vel inuentum comprehendunt, & quaſi crucifigunt. Quid enim eſt inuentum comprehendere, & crucifigere, & male tractare: niſi poſt veritatem agnitam, poſt cognitionem contemnere, conſpuere, & quaſi operibus contrarijs, & flagitioſis, quantum in ſe eſt, perſequi & deſtruere? Inuenitur in Crucis patibulo. vnde dicitur Ioan. 19. Medium autẽ Ieſum. Vtrique latrones à dextris, & à ſiniſtris paſſi ſunt pro malis ſuis, & peccatis: Chriſtus pro alienis. Qui ergo alienis damnis, infirmitatibus, periculis, & alijs malis cõpatitur. ab ipſo in Cruce Chriſtus inuenitur. Inuenitur etiam à via in duobus euntibus in Emaus, & tunc non eſt primo agnitus ab eis: ſed cognouerunt eum in fractione panis. Luc. vlti.

Dñsĩ hor to bis inuẽtꝰ fuit.

FAMEM

Famem quomodo ſibi quærant delicati, & repleti: & quomodo nobis famem ſpiritualium quærere debeamus: & per quæ appetitus excitetur.

IN PSAL. CIIII. SERMO. CCXXII.

VOCAVIT famem ſuper terram &c. Primo conſiderandum eſt, quomodo delitioſi, & repleti quærunt ſibi famem: Secundo quomodo in fame ſpirituali hoc eſt faciendum.

Delitioſi quẽrũt ſibi famem

Delitioſi, & repleti quærunt ſibi famem: quod non cedit ad honorem, & gloriam, ſed ad luxuriam. Pauperes autẽ eam non habent neceſſe famem vocare ad ſe, quia venit ad eos, etiam inuitos: & ideo mendicant, vt famem à ſe repellant. Vnde de Lazaro 16. Erat quidam mendicus nomine Lazarus: qui iacebat ante ianuam eius ſcilicet diuitis: cupiens ſaturari de micis, &c. Et nemo illi dabat. Voluptuoſi autem, & faſtidioſi, quia nimis repleti, ſibi famem quærunt, quæ vix venit ad eos intantum repleti ſunt.

pauperes autẽ eam expellere nitũtur.

Pluribus modis voluptuoſi famẽ ſibi quærunt.

Quærunt autem primo ſpatiando, & loca delectabilia peragando. Sic quæſiuerat ſibi Eſau. de quo Gene. 15. Cum veniſſet de agro laſſus ait. Da mihi de hac coctione tua ruffa, quia oppido laſſus ſum &c. & iterum. En morior. Vnde inualuit vſus, qꝫ qui eſurit dicit: morior fame.

Secundo, appetitum ſallis, & condimentis ſeu ſaporib. acuendo, & excitando. vnde ſumptuoſas conficiunt ſapores, & hoc non eſt laudabile. Vnde Seneca. Fames palatũ tuum excitet, non ſapores. Fames etenim ſalſa claræ vallis etiam amara dulceſcere facit. vnde Prouer. 37. Anima ſatiata calcabit fauum. Anima vero eſuriens etiam amarum pro dulci ſumet. Bene dicit: non ſapores, quia hoc eſt luxurię, & valde pernicioſum: maximè illis qui ad paupertatem deueniunt. Vnde Bernard. Delicioſa fames ſi quando receſſit ab aula, Perſonæ tenui pernicioſa venit. Quod oſtendit ſubiungens. Prodigit æs, male cõflat opes, & auita ligurit. Quem bonus illexit, detinuitque ſapor.

Tertio, guſtando vel guſtare tentando. vnde ſolet vulgariter dici. Bouche que ſe meut, menger velut. Eſuriunt quæ ſe ſæpius ora mouẽt. Quarto, noua cibaria, & inſueta, &

ta,& mutatoria quęrendo, & in vasis precioſis apponendo. vt Heſt.1.Bibebant qui inuitati erant aureis poculis, & alijs atque alijs vasis cibi inferebantur,&c. Nec iſtud laudabile eſt. vnde Lucanus Cõquiſitorum terra pelagoque ciborum Ambitioſa fames,& lautę gloria menſę. Et Bernardus. Quęrit vt expoliet venatibus,alite,piſce.Guſtus humum:guſtus aereã:guſtus aquas. Et Seneca.Faſtidientis ſtomachi eſt multa deguſtare:quæ vbi varia ſunt, & diuerſa,inquinant:non alunt.Et Iuuenalis. Quanta eſt gula, quæ ſibi totos ponit apros , animal propter conuiuia natum .

Secundo,quomodo hoc facere in fame ſpirituali , ideſt æternorum deſiderio,laudabile eſt: quia modis omnibus eſt procuranda,& quærenda fames huiuſmodi : quia non niſi famelici admittuntur ad menſam Domini. Vnde.Eſurientes impleuit bonis &c. Qui ergo ſe impleuerunt ſiliquis temporalium,non admittentur ad menſam, quæ eis parata erat : ſed pauperes famelici , qui vix habent de tẽporalibus ſuſtentationem,& tanto minorem habent ęternorum eſuriem. Vnde Iob 5. Cuius .ſ. diuitis meſſem, quæ .ſ. parata ei erat,ſi vellet pauper eſſe , famelicus comedet:& ipſam rapiet armatus. Rectè dicit: ipſam rapiet armatus.Pauperes enim Chriſti ſunt quaſi raptores armati:qui fame compellente rapiũt omnia ab eis qui ſunt inermes. Ipſi quidem armati ſunt virtutibus: mundani aũt inermes:& ideo à diabolo vulnerati ad mortẽ, repugnare non poſſunt. Et rectè dicuntur raptores:quia ſicut dicitur Matth.1. Regnum cœlorum vim patitur , & violenti rapiunt illud. Et ita eſt quòd rapiunt ab iſtis inermibus,qui intrare non permittuntur.

Quõ fames ſpũalis quærẽda ſit.

Sicut autem quęritur fames corporalis ſpatiando : ita & ſpiritualis loca cœli delectabilia animo pertractando: præmium coniugatorum, virginum,& continentium cogitando.Vnde dicitur Ieb 39. de viro ſpirituali. In ſpecie onagri circunſpicit montes paſcuæ : virentia quæq; perquirit.Et Eccle.49. Gratiam, & ſpeciem deſiderabit oculus tuus, & ſuper hęc virides ſationes .

Secundo,ſapores debet acuere dominicæ paſſionis. De quo Psal.In ſiti mea potauerunt me aceto. Vt etiam redoleat clauos crucis:ſicut claui qui dicuntur gariophili condiendis ſaporib.apponuntur.Vñ dicitur. Dulce lignũ dulces clauos,&c.De aceto dicitur Ruth.2.Intinge bucellam tuam in aceto.

Tertio præguſtando,quia ipſe guſtus ſpũalis per experimentum prouocat,& generat famem.Vñ ad guſtandum nos inuitat Pſalm.dicens: Guſtate,& videte,&c. Et Prou. 30 Guſtauit,& vidit &c.Et Eccl.24.dicitur. Qui edũt me, adhuc eſurient,&c.Et Mat.17. Petrus quia parum guſtauerat,non poterat auelli à gloria. Vnde dixit. Bonum eſt nos hic eſſe.Ideo quaſi guſtum ſubſtractum ſibi reddi volebãt Pſal.dicẽs. Redde mihi lætitiam ſalutaris tui. Ita .n. facit nobis dñs,ſicut ſtruthionarius, ſeu falconarius accipitri, qui dimittit eum guſtare prædam, vt prouocet,& ſtatim abſcondit.Accipiter .n. ſatiatus non poſſet volare,ne que prædam capere:ideo conſeruatur in macie ſua,& ſemper in appetitu cum volaturus eſt. Sic viris ſpiritualibus facit Dominus. Vnde temporalibus quaſi faſtiditi, & pleni,ad prædam æternæ vitę volare non peniter.Vnde dicitur Num.21. Anima noſtra nauſeat ſuper cibo iſto leuiſſimo. Ideo dicitur Matt.5. Beati qui eſuriunt, &c. Simile.

Quinto fames prouocatur propter nouitatẽ & mutationẽ vaſorum & ferculorum,&eorundẽ decorẽ:qđ bene nobis competit.Noua .n.fercula quæ nobis apponuntur, agnus eſt aſſus.Io.6. Ego ſum panis qui de cęlo deſcẽdi,in nouis vaſis .i. nouis ſacramẽtis.Vnde Eccl.36. Innoua ſigna,immuta mirabilia. Et poteſt dici ſicut vulgariter dici tur:Deus aide ble nouel. Nouæ fruges ſunt quæ in veteri teſtamento offerebantur. Vnde Pſal Adipe frumẽti ſatiatę.Et hæc nouitas ſignatur per panes recentes, Exod. 25. qui ponebantur ſuper menſam:& dum rollebantur ſemp recentes ſubſtituebantur. Sic poſt nouitatem gratiæ ſequitur nouitas glorię.Vñ.Renouabit vt aquilæ iuuẽtus tua. Et ſup panes paterna aurea ĩ qua grana thuris.Quid ergo paterna aurea,niſi æternitatis cognitio plena , & manifeſta?Quid thus qđ habet redolere & ardere in igne,niſi deuotio ſuauiſſima affectionis æternæ,pcedẽs ex charitatis ardore? De quo thure dr̃ Eccl. 50. Quaſi thus redolens in dieb.æſtatis.Quaſi ignis effulgens,& thus ardens in igne.

Aquæ fluminis quid sit, & quid eleuare virgam, & aquas conuerti in sanguinem: item quid significent pisces.

IN PSAL. CIIII. SERMO. CCXXIII.

CONVERTIT aquas eorum in sanguinem, & occidit pisces eorum. Exod. 7. dicitur. Eleuans virgam percussit aquam fluminis coram Pharaone, & seruis eius: quæ versa in sanguinẽ: & pisces qui erant in fluuio mortui sunt: computruitque fluuius, &c. Primo igitur considerandum quid sit aqua fluminis. Secundo, quid eleuare virgam, & aquas conuerti in sanguinem. Tertio, quid intelligendum per pisces.

Aqua fluminis q̃ sit.

Aqua fluminis est sapientia mundi, & sapientia carnis. Prima est contentiosa. Secunda immunda. Cõtra quæ duo dicitur Iaco. 3. Sapientia quæ desursum est, primũ quidẽ pudica est, hoc contra sapientiam mundi. Sapientia mundi solum naturalibus innititur, & fidem non recipit: & ita corrumpit intellectum. Sapientia carnis corrumpit affectum. Illa caput vulnerat, ista cor. Vnde Esa. 1. Omne caput languidum, & omne cor mœrens. Omne caput languidum, ideſt fides infirma. Omne cor mœrens, & hoc per sapientiam carnis.

Sapientiã mũdi, & carnis dãnauit crux Xp̃i.

Vtranque damnauit crux Christi: quæ intelligitur per virgam. Nam contra sapientiam mundi erat ꝙ Filius Dei moreretur, & hoc impossibile iudicabant Philosophi. Et contra sapientiam carnis, ꝙ per crucem suam ostendit molestiam esse præferendam voluptati. Ideo dictum est. Eleuans virgam percussit aquam fluminis. Quid est virgã eleuare. ſ. Crucẽ: nisi manifestare Christi passionẽ? Et quid aquas fluminis peuti, nisi vtrãq; sapiẽtiã condẽnari.

Per sãguinem carnalis affectus signi ficatur.

Secundo quid per sanguinem? Carnalis affectus, vel intellectus rectè significatur per sanguinem: quia sicut dicit Aristoteles, in lib. de natura animalium 12. Sanguis spissus est pluris cibi eorpori, & minoris sensus, sanguis mũdus calidior est, & maioris sensus, & conuenientior intellectui. Et propter hoc apes, & quædam alia animalium genera sanguinis expertia, plus habent intelligentiæ animalibus habentibus sanguinem. Ideo dicitur Gene. 9. Om-

Omne quodmouetur, & viuit, erit vobis in cibum, excepto quod carnem cum sanguine non comedetis. Carnem cum sanguine comedit, qui carnaliter intelligit, vel carnaliter afficitur, vel sentit. Curiosi ergo qui naturalia nimis perscrutantes sapientiæ mundanæ intendunt, pro aqua sanguinem bibunt. de quibus Sap. 11. Pro fonte sempiterni luminis humanum sanguinem dedisti iniustis. Fons sempiterni luminis est sacra scriptura, ad quam inuitat Dñs Ioan. 7. Si quis sitit veniat ad me &c. Profonte ergo sempiterni luminis humanum sanguinem bibit, qui pro cęlesti sapientia humanam sectatur sapientiam. Voluptuosi .n. pro aqua bibunt sanguinem, dum per carnis sapientiam, carnalem sequuntur voluptatem. vnde se bestias agnoscere debent, quia sanguis non est potus hominũ, sed bestiarum, & sanguisugarum. Vero ergo sanguisugæ sunt. de quibus Prouerb. 30. Duæ sunt sanguisugæ filiæ &c. Hæ sunt vanitas, & voluptas. sed hoc non omnes intelligunt. immo pro aqua sanguinem bibunt, nisi Dominus intelligere hoc faciat. Dominus autem per Moysem aquam in sanguinem conuertit, quando non aquam. sed sanguinem esse ostendit. quãdo in mundana sapientia, carnalem esse intellectum ostendit. quod qui aduertit, videt aquam cõuersam in sanguinem: Item aquã in sanguinem cõuertit, quando sapientiam mundi, & sapientiã carnis peccatũ esse ostendit. quia sanguis peccatum est. Vnde Oseæ 4. Sanguis sanguinem tetigit.

Quis dicatur carnẽ cũ sanguine comedere.

Qñ aquã in sangui nẽ cõuertit.

Aquã in sanguinem conuertit, qñ vtranque abominabilem reddit. Vñ Act. 19. Multi de ijs qui fecerunt sectas, contulerũt libros, & cõbusserũt corã multitudine. Et nota ꝙ hoc dr̃ fieri corã Pharaone, & seruis eius. Serui Pharaonis sunt curiosi, & voluptuosi. coram quib. aqua in sangui nem conuertitur qñ & sapientia mundi, & sapientia carnis, peccatũ esse & mors, aperte ostẽditur. & propter hoc dicitur, ꝙ tanto magis peccãt, si ab eis non desistunt. Multi enim licet hoc intelligant, non desistunt à sapientia seculari & huiusmodi propter spem q̃stus. sicut dicitur Actu. 16. Puella quædam Phitonissa præstabat magnum quæstum dominis suis diuinando. à qua quum Paulus eiecisset dæmonem, videntes quòd cessabat spes quæstus eorũ,

eęperunt Paulum infestare, incarcerare, & affligere. Et item. Democritus, & Alexander ærarius, qui faciebant ædes argenteas Dianę, & præstabant magnum quæstum artificibus, suscitauerunt seditionem in Paulum.

Per pisces fideles intelligunt.

Tertio, videndum quid significetur per pisces. Pisces habent nutriri in aquis. Hi sunt fideles, qui habent nutriri in aquis baptismi, in aquis sapientiæ cęlestis, extra aquã vel in sanguine moriuntur. Sapientia enim mundi, & sapientia carnis, sanguis est, & quasi mare mortuum: in quo nihil viuit sed moritur morte animæ. Ideo dicitur Esa. quinquagesimo. Computrescent pisces sine aqua. Idem sunt pisces, & homines, pisces significant actiuam, homines significant contemplatiuam. Pisces enim habent oculos in latere, sic & boni actiui, quia circunspecti debent esse, & cauere sibi ab omni latere in medio huius nationis prauę, & peruersæ: quia sicut dicit Bernardus. Ipse non est sanus qui dolet latere. Et Seneca. Socrati, & Lælio, & Catoni bonitatem suam multitudo dissimilis excutere potuisset. Et idem: Malignus socius candido, & simplici animo rubiginem suam plerunque affricuit. Quorum oculi virtus prudentiæ, & donum scientiæ. Homines habent oculos in anteriori parte, sic & contemplatiui: qui semper speculantur æterna. Vnde Psalm. Annos æternos in mente habui. Et Apostolus Philip. 3. Quæ quidem retro sunt obliuiscens, ad ea vero quæ sunt priora extendens meipsum. Quorum oculi sunt intellectus, & sapientia de æternis. De his oculis dicitur. Ecclesiast. 2. Sapientis oculi in capite eius.

Pisces immundi.

Item pisces immundi sunt, qui non habent squammas, & pinnulas: sicut habetur Leuit. 11. Squammas continentiæ contra iacula voluptatum. Pinnulas intellectus, & sapientiæ, contra insidias, & cauillationes hæresum, & errorum. His debent exilire à rete sapientiæ mundanæ, ne capiantur. vnde Prouer. 1. Frustra iacitur rete ante oculos pennatorum. His debent exilire de fluuio extra sanguinem: alioquin oportet eos mori: quia sententia lata est. Qui sunt in flumine moriuntur.

De

De duplici iustitia, & iudicio: deque disputatione animæ contra carnem. & quare peccatum fugiendum.

PSAL. CV. SERMO. CCXXIIII.

Iudicium duplex.

BEATI qui custodiunt iudicium, & faciunt iustitiam in omni tempore. Duplex est iudicium: examinationis, & discretionis. De iudicio examinationis legi potest quod dicitur. Beati qui custodiunt iudicium &c. Habemus enim intra nos aduersarios iugiter litigantes. Vnde ad Galat. 5. Caro concupiscit aduersus spiritum, & è contrario. Allegat autem spiritus contra carnem, innitens rationibus, & allegationib. Conuincit autem quatuor rationibus peccatum esse fugiendum, scilicet propter turpitudinem ipsius, sterilitatem, damnum & pœnam. Propter turpitudinem, quia delet imaginem Dei, & facit hominem brutescere. Vnde Thren. 4. Denigrata est super carbones facies eius. Et Daniel. 4. Tibi dicitur Nabuchodonosor: regnum tuum transiit à te, & ab hominibus eijcient te, & cum bestijs atque feris erit habitatio tua: fœnum quasi bos comedes. Item propter sterilitatem, & damnum. quia nihil boni confert, & multa bona aufert. Vnde ad Roma. 6. Quem fructum habuistis? &c. Et Lucæ 10. de illo qui incidit in latrones dicitur, quòd spoliauerunt eum, scilicet virtutibus suis. Et Prouerb. 6. Precium scorti vix est vnius panis. Mulier autem precioſam viri animam capit. Item propter pœnam. quia pro momentanea delectatione redditur pœna æterna. Vnde Eccles. 21. Quasi rumphea bis acuta omnis iniquitas, & plagæ illius non est sanitas. Et mirum, quòd vix aliquis vnquam tantam habuit delectationem in aliquo peccato, quòd maiorem non habeat pœnam in modica febri. Vnde Ecclesiast. vndecimo. Malitia vnius horæ obliuionem facit maximæ luxuriæ.

Peccatũ fugiendũ est quatuor rationibus.

Auctoritatibus etiam innititur, & inducit quod habes Ecclesiastic. decimo octauo. Post concupiscentias tuas non eas. Et ad Roma. decimoquarto. Non in comessationibus, & ebrietatibus, &c. Et Ecclesiasti. vigesimoquarto. Aufer à me concupiscentias ventris,

& con-

Disputatio carnis contra spiritum.

& concubitus. Habet etiam aduocatum Spiritum sanctũ, qui (vt habetur ad Rom. 6.) interpellat pro nobis, gemitibus inenarrabilibus. E contrario allegat Caro contra spiritum, nihil tamen compositè pro ponens sicut solent aduocati, sed more incomposito loquens omnia sine consilio dicens, verba spiritus interrumpens, & clamose omnia pronuncians, & ideo bruto comparatur, & vox eius dicitur vlulatus. Vnde Iob 39. Vbi audierit buccinam, dicit vah. procul odoratur bellum, exhortationem ducum, & vlulatũ exercitus. Et quia interrumpit suasiones, quasi inquieta. dicitur Prouer. 7. Et ecce mulier occurrit illi in ornatu meretricio præparata ad decipiendas animas, garrula, & vaga, & quietis impatiens. Et quia clamosa dicitur Prouerb. 30. Duæ sunt sanguisugæ filiæ: quæ semper clamant, affer, affer. Vnde caro rectè potest significari per Calphurniam improbam mulierem: quæ dedit causam edicto ne mulier postularet. Et hoc est, qđ dicit Apostolus 1. ad Tim. 2. Mulier in silentio discat. Mulieri autẽ docere non permitto. Aduocati ei adsistunt, dæmones, & mundana delectabilia. Dæmones decipiunt rationibus falsis, & quasi quibusdã paralogismis. Et hæc sunt excitationes ducum. de quibus Iob 49. vt iam dictum est. Mundana autem delectabilia decipiunt secundum accidens: quia reputantur dulcia, quæ amara sunt. Vnde Esa. 4. Væh, qui dicitis bonum malum, & malum bonum, &c. Liberum autem arbitrium sedet iudex inter ista, & intelligit, & discernit, quæ proponuntur, inter bonum, & malum distinguit, & paralogismos diaboli soluit: sicut Neemias. 2. Esdræ 12. Non est (inquit) factum secundum verba, quæ loqueris. De corde enim tuo componis hæc omnia. Rectè ergo iudicat liberum arbitrium: sed non custodit iudicium, qui non facit iustitiam. Ideo dicitur. Beati qui custodiunt iudicium, & faciunt iustitiam in omni tempore. Deterius peccat, qui nouit iudicium, & iustitiam non facit. Vnde 2. Petri 2. Melius erat eis viam iustitiæ non cognoscere, quàm post agnitionem retrorsum conuerti ab eo, quod eis trad. tum est sancto mandato. Et est sicut iudex: qui punit non puniendos, & absoluit, vel non punit quos nouit puniendos. Punit non puniendos, vt Paulus dixit Act. 24. Princeps Sacerdotum Ananias præcepit astantibus percutere os Pauli: tunc Paulus. Percutiat te Deus paries dealbate, & tu sedens iudicas me secundum legem, & contra legem iubes me percuti. Non punit puniendos: sicut scriptum est. Maleficum non patieris viuere. Et Matth. 6. Si oculus tuus scandalizat te, erue eum, &c. idest aufer ab eo malum vsum. Vnde Iosue 10. Reges quinque à Iosue iubentur suspendi super quinque stipites. Tales crucifigunt Iesum, idest spiritum, seu nouum hominem, & dimittunt Barabbam, quia puniunt sensualitatem, vel veterem hominem. Vnde dicitur Matthæi 27. Dimisit illis Barabbam. Iesum autem flagellatum tradidit eis, vt crucifigeretur.

Magis peccat, q nouit iustitiam, & non facit.

Mare quomodo sit cor peccatoris quod increpatur, & siccatur à Deo, & quomodo per ipsum exsiccatum fiat transitus.

IN PSAL. CV. SERMO CCXXV.

INCREPUIT mare, & exsiccatum est, &c. Primo vidẽdum quare mare dicitur cor peccatoris. Secundo quibus modis hoc mare à Deo increpatur, quomodo Deus ipsum primo increpat. post exsiccat. Tertio quid sit illud siccari, & quid transire per medium sicci maris, quod fit facta exsiccatione.

Cor peccatoris mare dr.

Mare est cor peccatoris. Mare enim tumet: tale est cor superbi, & fœtet, & tale est cor luxurioſi, & immundi. Et est falsum, & insatiabile, & tale est cor auari. De inflatione dicitur 1. Corinth. 1. Hæc autem transfiguraui in me. nequis vestrum infletur aduersus alium pro alio. Et eiusdem. 8. Scientia inflat, charitas verò ædificat. Et Ionæ 1. Mare ibat, & intumescebat super eos.

De fœtore 2. Macc. 9. Odore illius & fœtore exercitus grauabatur, quia multi corrumpuntur exemplo.

De salsedine insatiabili Ioan. 4. Qui bibit ex hac aqua, sitiet iterum. Mare fœtet, & hoc est luxuria. Mare salsum est, in quo sitibunda auaritia intelligitur. Ideo dr Thrẽ. 2. Magna velut mare contritio tua. Et Esa. 56. Cor impi quasi

quasi mare feruens, quod quiescere non potest.

Mare illud à dño increpat.

Hoc mare increpat Deus per prædicationem, vel tribulationē. Vnde in Psal. Propter iniquitatem corripuisti hominem. Mare rubrum increpat, quum aliquem facit erubescere de peccatis. Exsiccat, quum fluxum concupiscētiæ sistit. Exsiccatio mari completur, quod dicitur Exo. 14 Filij Israel ambulauerunt per medium sicci maris. Rectè dicit medium sicci maris. Mare enim est afflictio disciplinę claustralis: medium maris est secundum discretionē afflictio mensurata. Sunt enim claustrales, qui nō sunt in mēdio, sed in terminis. Terminus religionis in summo, est nimius feruor. Terminus in imo, est nimia remissio. Qui ergo nec nimis feruētes sunt, nec nimis remissi, ingrediūtur per medium sicci maris. Contra primos dr Eccl. 7. Noli esse nimis iustus. Et Cant. 2. Adolescentulæ dilexerunt nimis. Contra secundos Prouerb. 14. Qui mollis est, & dissolutus, frater est sua opera dissipantis. Nō est ergo de Israel, qui à communi conuentu per alterutrum recedit. Ideo dr ad Ezechielem 3. Includere in medio domus tuæ.

Qui p me diū maris ingrediantur.

Per mare siccum religio designatur.

Et nota q̄ per mare siccum designatur religio. Mare autem istorum non est siccum, qui quum ieiunando, aut vigilando afflicti fuerint, postmodum abundantius epulis, quieti indulgent. Vnde Ecclesiast 20. Hodie fœneratur quis, & cras expetit, & odibilis est homo huiusmodi. Item mare siccum est afflictio: cuius comes est cōtinentia, quia etsi affligamur pro præteritis, nihil est nisi caueamus de futuris. Vnde Eccl. 33. Vnus ædificans, & vnus destruens, quid prodest illis nisi labor? Et Hierem. 12. Nūquid auis discolor facta est hæreditas mea? Nunquid auis tincta per totum? Item per siccitatem potest; soliditas notari. Qui ergo sic habet amaritudinem de præteritis, vt contra futura stet robustus: huius mare siccum est. Vnde in Ps. Factū est cor meum tanq̄ cera liquescens Ecce maris amaritudo. Quod autem sequitur. Aruit tanq̄ testa virtus mea, ad siccitatem maris pertinet. Oportet enim vt recordatio peccatorum nos molles inueniat ad dolendum, & tentatio quum imminet, duros, & fortes ad resistendum, quæ duo notantur Prou. 30. ibi. Mulierem fortem, &c. In muliere significatur mollities: in forti resistentia.

Quod natura tendat ad separationem indebitè commixtorum, & quibus modis fiat separatio, & mala commixtio.

IN PSAL. CV. SERMO. CCXXVI.



T commixti sunt inter gentes, & didicerūt opera eorum, &c. Primo notandum, q̄ natura tendat ad separationem, sicut gratia. Secūdo, quibus modis fiant separationes. Tertio, quibus male fiant commixtiones.

Natura ad quid tendat.

Natura in omni operatione sua tendit ad hoc, vt separet nobile ab ignobili. Vnde finis, & nobilissima plantarū est palma, in qua separatur actiuum à passiuo, ideſt masculinum à fœminino. Et homo nobilissimum animal est: in quo maximè separatum est ad dextrum à sinistro. Similiter electio gratiæ ad hoc tendit, vt separetur prætiosum à vili. Et hanc separationem ostendit dominus debere fieri. Gen. 1. Viditque lucem quòd esset bona: diuisitque lucem à tenebris. Et propter hoc dicitur. Spiritus Domini ferebatur super aquas, quia spirituales debent à carnalibus superferri: sic clerici debent separari à laicis. Vnde Numeri 2. Tribum Leui noli numerare, vt ponas summam eorū cum filijs Israel: sed constitues eos super tabernaculum testimonij, & cuncta vasa eius. Ideo dicitur 1. Petri 2. Vos estis genus electū, regale sacerdotium &c. Hęc autem separatio intelligitur, vel attenditur quantum ad officium, habitū, scientiam, & vitā. Item separati sunt clerici à laicis: sic inter clericos debet esse separatio, qa separati sunt prælati à subditis, & claustrales à sæcularibus. Vnde Beatus Greg. Tantum debet præcedere vitam populi vita prælati, quantum præcedit conuersationem gregis vita pastoris. Vnde ad Heb. Omnis pontifex ex hominibus assumptus, pro hom. consti. in ijs quæ ad Deum. Et Genes. 49. Gad accinctus præliabitur ante eum, & ipse accinget retrorsum &c. Hic est prælatus. Nunc commixti sunt clerici quantum ad habitum, & quantum possunt imitantur vestes sæcularium, & tonsuram. Contra quos Soph. 1. Visitabo superbos, qui induti sunt veste pere-

Separatio.

Contra clericos.

peregrina. Et Hier. 46. Dispergam eos in omnem ventũ, qui sunt attonsi in comam.

Item commixti sunt quantum ad officium. De quo secundi Machab. 4. Ita vt sacerdotes iam non circa altaris officia dediti essent: sed contempto templo, & sacrificijs neglectis, sanctificarent participes fieri palæstræ.

Item ad conuersationem commixti sunt maximè, per cupiditatem, & incontinentiam: cum tamen dicat Augustinus. Tam turpis est negotiatio in clerico, quàm vsura in laico. Ideo dicitur Esa. 24. Et erit sicut populus, sic sacerdos. Item per incontinentiam, quod significatum est primi Machab. 1. In diebus illis, exierunt de filijs Israel viri iniqui, & suaserunt multis, dicentes. Eamus, & disponamus testamentum cum gentibus: quia ex quo recessimus ab eis, inuenerunt nos multa mala, & fecerunt sibi præputia, & recesserunt à testamento sancto. Quod nihil aliud est, quàm clericos, qui circuncisi sunt spiritualiter, incircuncisos, & solutos imitari. immo vincere per incontinentiam. Item quantum ad scientiam. Plerique enim prælati sunt quasi illiterati. Vnde Oseæ. 4. Quoniã tu scientiam repulisti, ego repellam te, ne sacerdotio fungaris mihi. Et Esa. 56. Ipsi pastores ignorauerunt intelligentiam, omnes in vias suas declinauerunt: vnusquisque ad auaritiam suam: à summo vsque ad nobilissimum.

De filijs & filiabus, id est operibus fortibus, & debilibus, quæ immolantur dæmonijs.

IN PSAL. CV. SERMO. CCXVII.

Opa fortiã filij dicuntur in firma vero filiæ.

ET immolauerunt filios suos, & filias suas dæmonijs. Filij sunt fortia opera. Filiæ, infirma. Vnde Exo. 1. Legitur ꝙ Pharao præcepit masculos proijci in fluuium, & fœminas reseruari. Masculi in fluuium proijciuntur, qñ fortia opera per concupiscentiã absorbentur. Inuidet diabolus strenuis operib⁹, Vñ dr Apoc. 12. Signũ magnũ, &c. stetit draco ante mulierẽ, vt quũ peperisset, deuoraret, &c. Hinc Herodes cœpit interfici

interfici omnes pueros à bimatu & infra. Infra bimatũ sunt Iudæi paruuli, qui non habent confessionem peccatorum, sed laudis, quia altera non sufficit. Vnde Psalm. bis dicit, Confitebimur tibi Deus, confitebimur.

Qui filias suas dæmonijs immolent.

Quidam ergo immolant filias suas dæmonijs, qui opera infirma, & de genere malorum faciunt: quæ diabolo sunt accepta, vt mundani. Alij non solum filias, sed & filios. Filios enim dæmonijs immolare, est opera de genere virtutum, causa inanis gloriæ, facere.

Dæmonijs autem dicit pluraliter, quia diuersis. Quidã enim immolant mammonæ, vt cupidi, cum dicatur Luc. 16. Facite vobis amicos de mammona iniquitatis. Ideo dicit Apostolus ad Ephe. quinto. Auaritia, quæ est idolorum seruitus.

Alij Nabuzardan, qui est Deus ventris, scilicet gulosi. De quibus ad Philip. 3. Quorum Deus venter est.

Alij priapo, vel idolo tentiginis, vt luxurioſi, qui dicitur Deus hortorum .i. deliciarum. De quibus dicitur Es. primo. Qui sacrificant in hortis quos elegeratis, &c. Hic deterret aues, idest viros spirituales: quorum est fugere voluptatem, quæ aliter non vincitur. vnde primæ ad Corin. 6. Fugite fornicationem. Ideo huiusmodi Deus vocatur formido. Baruc in fine. Sicut in cucumere nihil custodit formido.

Alij immolant Baal, scilicet superbi, & inanis gloriæ cupidi. Interpretatur enim superior. Vnde Oseæ 2. Dedi eis argentum, & aurum, & fecerunt sibi Baal.

Quidã filias nõ autem filios Deo immolant.

Sunt autem qui immolant filias suas Deo, & nolunt ei filios immolare: infirma sua opera, & mala fato, vel fortunæ, vel infirmitati naturæ, quam Deus condidit: quæ aũt bona sunt sibi præsumptuose ascribentes: cum dicatur Zacha. 1. Maledictus dolosus, qui habet in grege suo masculum, & votum faciens immolat debile Domino. Prius discutiendum est quale sit, quod Domino immoletur. Vnde arguitur Ipthe, qui vouit quod primum sibi occurreret, se Domino immolaturum. & occurrit ei filia, quam immolauit, vt habetur Iudicum 11. Si ergo occurrerit tibi filia, idest opus infirmum, noli Domino immolare. Nos autem filios nostros debemus Domino immolare

lare. Nos autem filios nostros debemus Domino immolare: qui sustinuit filium suum immolari pro nobis.

Immolatio filiorũ, i, operũ bonorũ tripliciter fit.

Tripliciter autem fit hæc immolatio. Primo, ipsi bona opera ascribendo. Vnde Esa. 26. Omnia opera nostra operatus es nobis Domine. Secundo, propter Deum solum faciendo. Vnde Psalm. Quoniam propter te mortificamur tota die. Et primæ Petri 4. Nemo vestrum patiatur quasi homicida aut fur &c. Non debemus circuncidere masculos nostros propter Dinam, ideſt propter inanem gloriã, vt fecit Sichem, & fratres eius. Gen. 34. Sed castrare propter regnum cœlorum, vt in Euangelio Matth. 19. habetur. Tertio, gratiarum actiones referendo, quia ficut dicitur Eccles. 1. Ad locum vnde veniunt flumina, reuertuntur. Vnde propterea post omnia dicitur. Benedicamus Domino. Deo gratias.

De sedentibus in tenebris, ideſt de consuetudine peccandi.

IN PSAL. CVI. SERMO. CCXXVIII.

SEdentes in tenebris, & in vmbra mortis vinctos in mendicitate, & ferro. Consuetudo peccandi notatur quum dicitur. Sedentes, & est deliberatio peccandi. Sedere enim notat moram, & est situs hominis. Sedet ergo

Quis sedeat in peccato.

in peccato qui ex deliberatione peccat, & moram facit in peccato: Vnde de bono viro dicitur, quòd in cathedra pestilentiæ non sedit. & Zacha. 5. Ecce mulier sedens in medio amphoræ. Medium amphoræ est feruor cupiditatis, qui per medium significatur, quia plerunque aqua amphoræ in superficie calida, sentitur in medio frigida, sed cum in medio calida sentitur, feruet amphora.

Multa mala à peccatiõ suetudine causant.

Consuetudo peccati mala multa facit. Primò excęcat, quod notat quum dicit, in tenebris. Vnde Esa. 6. Excęca cor populi huius, &c. Et Exo. 10. Extendit Moyses virgam in cœlum, & factæ sunt tenebræ horribiles in vniuersa terra Aegypti tribus diebus. nemo vidit fratrem suum, nec mouit se de loco in quo erat. Item

Item timorem incutit, quod notat dicens, in vmbra mortis. Peccatum autem dicitur vmbra mortis. quia sicut vmbra in linea mentis corpus effigiat: sic peccatum quodam modo respondet pœnæ. quia secundũ quantitatem culpæ, erit quantitas pœnæ. Vnde Apoca. 18. Quantum glorificauit se, & in delicijs fuit, tantum date ei tormentum & luctum. Ibi erit ignis materialis, hic spiritualis. Vnde Psalm. Supercecidit ignis, & non viderunt solem. Omnis enim concupiscentia ignis est. Vnde Eccles. 23. Homo nequam in ore carnis suę non desinet, donec incendat ignem. Ibi vermis conscientiæ: similiter & hic. Vnde Esa. in fine. Vermis eorum non morietur. Ibi tenebræ exteriores, hic interiores. Vnde Matth. 25. Ligatis manibus & pedibus proijcite eum in tenebras exteriores.

Item sicut per vmbram scimus aliquid prope esse: sic per peccatum scimus pœnam alicui imminere. Et hoc est quod dicitur. Appropinquauerunt vsque ad por. mor. Et illud. Vita nostra inferno appropinquauit.

Peccatũ timidum facit.

Peccatum ergo merito facit timidum atque sollicitum. Vnde Sap. 17. Frequenter præoccupant pessima redarguẽte eos conscientia, cum sit timida nequitia data est in condemnationem. Et Leuit. 16. Terrebit eos sonitus folij sonantis, & ita fugient quasi gladium, cadent nullo persequente. Est enim peccator sicut latro, qui nunquàm securus est, & semper timet deprehendi. Item consuetudo peccandi indigere facit: ideo hic dicitur: in mendicitate. Vnde dicitur Lucæ 18. Quod cæcus sedebat secus viam mendicans. Et Apoca. 3. Tu dicis quia diues sum & locupletatus, & nullius egeo, & nescis quia miser es, & miserabilis, & pauper, & cæcus, & nudus &c. Item ligationem facit: quam notat dicens, ferro. De quo Leuit. 26. Confregi catenas cerui cum' vestrarum, vt incederetis erecti. Et Hierem. 28. Catenas ligneas contriuisti, & facies pro eis catenas ferreas. Et Daniel. 4. de Nabuchodonosor. Et alligetur vinculo ferreo, & æreo in herbis quæ foris sunt, & cum feris pars eius in herba terræ. Cor eius ab humano commutetur, & cor feræ detur ei, & septem tempora mutentur super eum.

Peccator est sicut latro.

De ebrietate, & sobrietate trium virium animæ.

IN PSAL. CVI. SERMO. CXXIX.

TVRBATI sunt & moti sunt sicut ebrius &c. Videamus de ebrietate trium virium animæ. Vnaquæque enim vis animæ propriam habet ebrietatem, sicut & sobrietatem. Ebrietas rationis est in nimia inquisitione. Ebrietas concupiscibilis in immoderata delectatione. Ebrietas irascibilis in nimio zelo. in appetitu vindictæ, in intima turbatione.

Ebrietas rationis.

Ebrietas rationis in immoderata inquisitione. Vnde Prouerb. 23. Noli laborare vt diteris, sed prudentiæ pone modum, ne erigas oculos tuos ad opes, quas non poteris habere. quia facient sibi pennas sicut aquilæ, & volabunt in cœlum. Et Prouerbi. 25. Mel inuenisti, comede quod sufficit tibi: ne forte satiatus, euomas illud.

Ebrius nescit quo vadat: sic nec præsumptuosus inquisitor, de quo Eccles. 10. Labor stultorum affliget eos, quia nesciunt pergere in vrbem.

Item Ebrius non præuidet foueam: nec præsumptuosus errorem. Ebrius vertiginem habet capitis, & titubationem pedum: sic & præsumptuosus quum incurrit titubationem fidei: tandem incidit in foueam erroris. De hoc Esa. 19. Dominus miscuit in medio Aegypti spiritum vertiginis, & errare fecit Aegyptum in omni tempore, scilicet sicut errat ebrius, & vomens. Et 1. ad Timoth. 1. Habentes fidem, & bonam conscientiam: quam quidam repellentes, circa fidem naufragauerunt. Et 2. ad Timoth. penult. Qui ducuntur varijs desiderijs, semper discentes, & nunquam ad scientiam veritatis peruenientes.

Ebrietas cõcupiscibilis.

Sequitur de secunda ebrietate: quæ ideo dicitur ebrietas: quia voluptas memoriam aufert, & discretionem, sicut ebrietas. Vnde Esa. 28. Hi quoque præ vitio nescierunt, præ ebrietate absorti sunt à vino: errauerunt in ebrietate, &c.

Item mortificat sensum, ita ꝙ si ebrius trahatur, vel pungatur, non sentit, sic nec voluptuosus sentit commina-

tionem Dei, & timoris punctionem. Vnde Prouerbiorũ 22. Eris quasi dormiens in medio mari, & quasi sopitus gubernator amisso clauo, & dices. Verberauerunt me, & non dolui. traxerunt me, & non sensi. Item somnum inducit. de quo dicit Iohel 1. Expergescimini ebrij, & flete, & vlulate omnes qui bibitis vinum. Item ebrius impune percutitur: sic voluptuosus à diabolo. Vnde 2. Reg. 14. Obseruate quum temulentus fuerit Amon, & dixero vobis, percutite eum, & interficite, nolite timere: ego sum qui præcipio vobis. Item post solutam ebrietatem libenter redit ad potationem, & voluptuosus ad voluptatem. Vnde Prouerb. 23. Quando euigilabo, & rursus vina reperiam?

Ebrietas irascibilis est zelus absque scientia. Ebrietas enim nullum habet decretum, sic nec ira. Vnde Proue. 15. Quæ viderunt oculi tui ne proferas in iurgio cito: ne postea emendare non possis, quum dehonestaueris amicum tuum. Ebrius seipsum præcipitat: sic & ira. Vnde Eccl. 1. Iracundia animositatis, subuersio illius. Item ebrietas irascibilis est furor, & pertinacia. De quibus Gene. 49. Symeon, & Leui fratres, vasa iniquitatis bellantia, &c. in furore suo occiderunt virum. Maledictus furor eorũ, quia pertinax: & indignatio eorum quia dura.

Ebrietas irascibilis.

De terræ sterilitate, & de cæteris damnis, quæ infert homini peccatum, præsertim ingratitudinis non soluendo debite decimas.

IN PSAL. CVI. SERMO. CXXX.

POSVIT terram fructiferam in salsuginem, à malitia inhabitantium in ea. Primo ad literã verum est ꝙ quũ terra sicut cætera elementa seruit homini, quando homo qui seruire debet Deo, ipsum seruitio suo defraudat: in hoc punitur ipsa terra ei beneficium denegat, in hoc creatorem vlciscens, sicut dicitur Sapien. 5. Armabit creaturam ad vltionem inimicorum. Et hoc cõtingit propter peccata laicorum,

Terra denegãs beneficium peccatori vlciscitur creatorẽ.

corum, qui subtrahunt decimas, vel debito modo non reddunt. Propter etiam peccata clericorum qui debito modo non seruiunt, vt dicitur Aggæi 2. in fine. Cum accederitis ad aceruum 20. modiorum, & fierent 10. & intraretis ad torcular, vt ex primeretis 50. lagenas, & fiebant 20. percussi vos vento vrente, & vredine, & grandine omnia opere manuum vestrarum, & non fuit qui reuerteretur ad me.

Quando autem debito modo se habent ad Deum, dat eis Dominus abundantiam. Vnde Malach. vlti. Inferte omnem decimationem in horreum meum, vt sit cibus in domo mea, & probate me super hoc dicit Dominus: si nō aperuero vobis cataractas cęli, & effudero vobis benedictionem vsque ad abundantiam, & increpabo pro vobis deuorantem: & non corrumpet fructū terræ vestræ: nec erit sterilis vinea in agro, dicit Dominus exercitum, & beatos vos dicent omnes gentes. eritis enim vos terra desiderabilis.

Terra fructifera est aīa in statu gratiæ.

Moraliter, terra fructifera est anima in statu gratiæ, abundans fructibus bonorum operum. Habet enim in se lignum vitæ portans huiusmodi fructus. Istud lignū est fides informata charitate. Ideo dicitur Abacuc 2. Iustus ex fide viuit. Fides sine charitate lignum est aridum, & mortuum, & non fructiferum, quia sicut dicitur Iaco. 2. Fides sine operibus mortua est. Huius ligni vitæ flos odoriferus, est spes. Vñ de aīabus meritorum confidentia sperantibus dicitur Cantic. 1. Vineæ florentes odorem dederunt. & Cantic. 7. Mandragoræ dederunt odorem in partibus nostris.

Portæ quibus aīa vitā æternā ingreditur.

Portæ quibus aīa ingreditur vitam æternā, sunt duæ: cogitationes, & affectiones. In quibus mandragoræ dant odorē, qñ animus spei præsentit beatitudinis æternæ delectationem. Folia aūt ligni vitæ, sunt verba spiritualia. Vnde quia verba viri iusti nunquā debent esse otiosa. dicitur in Psal. Et folium eius non defluet. Et Iob 29. Intenti tacebant ad consilium meum, & verbis meis nihil addere audebant. Fructus autem sunt opera spiritus. De quibus ad Gala. 5. Fructus autem spiritus, charitas, gaudiū, pax, patientia, benignitas, longanimitas &c.

Econtrario. Peccatorum lignum aridum est, non habēs folia, neque fructus. de quo Ecclesiast. 6. Non te extollas in cogitatione animæ tuæ velut taurus, ne forte elidatur virtus tua per stultitiam, & folia tua comedat, & fructus tuos perdat, & relinquaris velut lignum aridum in eremo .i. in deserto. Quando autem quis transit de statu gratiæ ad statum culpæ, & non rediens per pœnitentiam consuescit peccare: tunc enim inhabitant dæmones & vitia, & terra prius fructifera vertitur in salsuginem, propter malitiam inhabitantium in ea. Ideo dicitur Iohel 2. Quasi hortus voluptatis terra coram eo. & post est solitudo deserti, ideſt terra sterilis: quæ dicitur terra salsuginis. Vnde quia diabolus inhabitat huiusmodi animam: deipso dicitur in figura onagri. Iob 29. Cui dedit in solitudine domum, & habitationem in terra salsuginis. Onager enim asinus est syluester, & significat diabolum: à quo debuit aliena esse stultitia, quæ significatur per asinum. De quo onagro dicitur Eccles. 14. Venatio leonis onager in eremo. Leo est Christus, vel prædicator quicunque: qui nihil aliud venatur in eremo, ideſt in anima peccatrice, quàm onagrum, ideſt diabolum.

Similiter de Pentapoli, ideſt ciuitatibus Sodomorum dicitur Gene. 14. quòd antequam subuerteret Dominus Sodomam, erat sicut paradisus Domini, & postea versa est in terram salsuginis. Quæ autem est Pentapolis nisi anima hominis habens quinque sensus, quasi quinque ciuitates, & hæc merito peccatorum conuertitur in terrā ardentem sulphure, & cupiditatis, & luxuriæ. Sed hunc ardorē non videt nisi fidelis, & quum gratia illuceſcit, qualis significatur per Abraham. de quo Gene. 19. Abraham. (ecce fidelis) mane consurgens (ecce lucem gratię habens) vidit ascendentem fauillam de terra, quasi fornacis fumum. Sic ergo à terra animæ fructifera conuertitur in terram salsuginis propter malitiam inhabitantium in ea ideſt dæmonum, & vitiorum. Vnde dicitur Sophp. secundo. Moab quasi Sodoma erat, ideſt illi qui imitantur diabolum patrem. de quibus Ioann. octauo. Vos ex patre diabolo estis, & filij Amon quasi Gomorrha, scilicet illi qui imitantur vitam communem, vitam videlicet

Pentapolis aīa est hominis.

licet malorum. De quibus Ecclesiast. 30. Homo peccator vitabit correptionem: & ad volūtatem suam inueniet comparationem. Siccitas spinarum, & acerui salis, & desertum vsque in æternum. Siccitas spinarum, propter æternæ combustionis materiam. Acerui salis, propter omnium bonorum sterilitatem, & inopiam.

De exercitu spiritus in carnem & ducibus Iuda, & Symeone, ideſt confeſſione. & obedientia,

IN PSAL. CVII. SERMO. CCXXXII.

Ordinatio exercitus spūs cōtra carnem.

IVDA rex meus. Moab lebes spei meæ. Primo considerandum, q̄ spiritus debet ordinare exercitum suum contra carnem: cuius rex debet esse Iudas 1. confessio, quoniam caro concupiscit aduersus spiritum, vt habetur Gala. 5. Ideo spiritus debet ordinare exercitum suum, & Iudam constituere regem exercitus sui cōsilio Matathiæ, qui vt habetur 1. Macca. 2. dixit. Ecce Symeon frater vester, scio quòd vir consilij est, ipsum audite semper, & ipse erit vobis pater, & Iudas Machabæus fortis viribus à iuuentute sua sit vobis princeps militiæ. Item Iudic. 1. Consuluerunt filij Israel Dominum. quis ascendet ante nos contra Cananeum, & erit dux belli, & dixit Dominus. Iudas ascendet. Ecce dedi terram in manu eius. Et Iudas ait Symeoni fratri suo. Ascende mecum in sortem meam, & pugna contra Cananeum, & ego pergam tecum in sortem tuam, & abijt cum eo Symeon. Symeon interpretatur obediens. Iudam autem Symeon sequitur. quia qui confessus est peccata sua, postmodum obediens est in agenda satisfactione. Iudas autem in exercitu suo habet tres ordines .ſ. confessionem oris: contritionem cordis: satisfactionem operis. Vnde 1. Mach. 5. Et venit Iudas tribus ordinibus post eos, & cognouerunt castra Timothei, quia Macchabæus est, & refugerunt à facie eius. Fugit. n. diabolus, & exercitus vitiorum à facie confessionis. Iudas .i. autem, ideſt confessioni attribuitur dignitas regnandi, quia quum peccator fiducialiter confitetur, & electa vere cundia peccata enormia aggreditur, reliquus exercitus spiritus

Symeon obediens interpretatur.

Iudas .i. confessio

spiritus fortiter animatur, & sub tali principe hostes viriliter conculcat. Sed dum Iudas tepide agit, totus exercitus infirmatur. Vnde 1. Macchab. 9. Iudas cecidit, & cæteri fugerunt. Et in eodem 5. dixit Timotheus. Quum appropinquauerit Iudas, & exercitus eius ad torrentē aquæ si transierit ad nos prior, non poterimus sustinere. Si aūt timuerit transire, transfretemus ad eos Torrens est animi motus fluctuantis. quando scilicet peccator & confiteri appetit pro salute, & confiteri erubescit peccatorum enormitate. Iudas timet transire torrentem, quando præ erubescentia omittit calcare huiusmodi mentis fluctuationem, & tunc aduersarius prævalet. Si vero Iudas cum exercitu transierit, aduersarium perimit. Vnde quia Iudas primus transijt mare rubrum, meruit regnum.

Duo impedimēta confessionis.

Duo enim sunt, quæ plerunque impediunt Iudam. Rubor, & onus pœnitentiæ faciendæ, quia cogitat quomodo tam turpia confitebitur, & quomodo poterit facere dignā pœnitentiam pro tantis peccatis. Quando autem vincit ista Iudas meretur regnum. Et hoc est transire mare rubrum, quando propter ruborem, & amaritudinem pœnitentiæ eam non dimittit.

Duo genera peccatorum.

Et nota, quòd Iudas dextrum cornu denicit, sed à sinistro occisus est. sicut habetur 1. Maccha. 9. Duo. n. sunt genera peccatorum: quædam vsitata, vt fornicatio, rapina, & consilia. Quædam autem inusitata, vt enormium peccatorum adinuentiones. Ista duo genera quasi duas acies contra Iudā dirigunt .i. contra confessionem: & primum genus est quasi dextrum cornu: quia ad confitendū minus molestum. Secundum est cornu sinistrū. & sepè fit vt peccator ista taceat. & sic Iudas perimitur.

Sequitur. Moab lebes seu olla spei meæ. Moab est caro corrupta, limosa, & fragilis. & ideo ollæ comparatur. Ignis est inimici suggestio. Vnde Hiere. 2. Ollam succensam ego video. Hunc ignem succendit diabolus. Vnde Iob 41. De narib. eius procedit fumus sicut ollæ succensæ atque feruentis. Halitus eius prunas ardere facit, &c. Et infra. Feruescere faciet quasi ollam profundum mare. Olla crepat & deficiet in igne nisi intus aqua sit. Hæc est diuina gratia qua cōseruatur olla .i. caro infirma. Et quā-

to ignis ollam magis incendit, tanto aqua intus magis feruescit, & quanto magis caro vexatur, tanto magis gratia cumulatur. Vnde 1. Cor. 10. Fidelis est Deus, qui nō patiet vos tentari supra id quod potestis: sed faciet cū tentatione prouentum. Et in Psal. Qui tribulant me, exultabunt si motus fuero: ego autem in misericordia tua speraui. Ideo dī. Moab olla spei, i. in qua feruet spes: quia quanto magis caro tribulationibus affligitur, tanto amplius spes præmij accenditur, & roborat. Ad Ro. 5. Tribulatio patientiā operat. Patiētia ꝓbationē: ꝓbatio spē: spes vero nō cōfundit.

De episcopatu spirituali, & eius officio, & cur ab eo quis deponatur.

IN PSAL. CVIII. SERMO. CCXXXII.

IANT dies eius pauci, & episcopatū eius accipiat alter. Primo considerandū est, quid sit episcopatus spiritualis, & quod officium episcopi. Secundo qūo, sicut aliquis meritis suis deponitur ab episcopatu tēporali, ita & spirituali: & nō diu permittitur Dnari, sed alio cōceditur. Vnde dicitur fiant dies eius pauci &c. Scriptum est 1. ad Timoth. 2. Si quis episcopatum desiderat, bonum opus desiderat. Hoc maximè intelligendum est de episcopatu spirituali: quo ratio sensualitati dominatur: regit populum, cogit affectionem, & plebem operationum quinque sensuum. Debet etiam vnusquisque attendere, quomodo in seipso debet episcopi sui summi sacerdotis officium exercere. Vnde dicitur 1. ad Timoth. 2. Oportet episcopum domui suæ bene esse præpositum, filios habentem subditos cum omni castitate. Si quis autem domui suæ præesse nescit, qūo Ecclesiæ Dei diligentiā habebit? Domus est conscientia: filij, rectæ cogitationes, & puræ affectiones, & bona opera. Episcopi officium est clericos ordinare: virgines consecrare: paruulos confirmare. Clerici ordinantur, quando contemplatiuę cogitationes, & ad sortem Dei electæ, & separatæ diuinis officijs, & laudibus, vt incommutabili veritati inhæreant deputantur, & debent dicere. Dominus pars hæreditatis meæ, &c. 3. Reg. 10. Beati serui tui, hi qui stant coram te semper, & audiunt sapientiam tuam.

Episcopatus spiritualis.

Et attende, quòd ratiocinijs obligatus, non debet in clericum promoueri: & animus sæcularibus negocijs occupatus, non potest ad contemplationem admitti. Nemo militans Deo, implicat se sæcularibus negotijs.

Officium.

Virgines consecrantur, quando castæ, & incorruptæ affectiones Deo dedicatæ diuinæ bonitatis castissimis amplexibus sociantur. Despondi (inquit Apostolus 2. ad Corint. 6.) vos vni viro virginem castam exhibere Christo. Paruuli confirmantur, quando infirmi adhuc cogitatus, & affectus certitudine propositi per spiritum sanctum roborantur. Vnde Psal. Confirma hoc Deus, &c & item Liquefacta est terra &c & ego confir. co. eius.

Officium Episcopi est delinquentes pro modo delicti suspendere, seu interdicere, vel excommunicare, vel deponere. Sensus quando peccandi occasionem præstant, merentur suspensionem ab officio, & etiam à beneficio. Vnde gratia. Si visus introduxit concupiscetiam, sicut Thre. 3. Oculus meus deprædatus est animam meam in cunctis filiabus vrbis: puniatur, coerceatur, ab officio videndi talia suspendatur, retrahatur, & interdicatur vsque ad condignam satisfactionem. Visum suspendebat Iob dicens, capitul. 31. Pepigi fœdus cum oculis meis, vt ne cogitarem quidem de virgine. Eodem modo gustus suspendendus est ab officio per ieiunium, si per crapulam fecit peccare, & excedere. Et etiam à beneficio. Beneficium erat quando delicioſa, & multa concedebantur ei, & quia abulus est, subtrahenda sunt, sic de omnibus sensibus agendum est, vt possit dici illud Genes. 41. Absque imperio tuo non mouebit quisquam manum, vel pedem, &c. Vnde & sic potest intelligi illud Psalm. In salicibus in medio eius suspendimus organa nostra, id est sensus nostros propter infructuosa, & damnosa opera, quæ salicibus cōparantur.

Sensus quō merentur ab officio videndi

Peccata ipsa non solum merentur suspensionem, sed etiam excommunicationem, & omnimodam separationem. Vnde 1. Corinth. 5. Si is qui frater nominatur inter

vos,

vos, fornicator est aut auarus, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax, scripsi vobis cum huiusmodi nec cibum sumere &c. Secus est de sensibus, qui non sunt excommunicandi, nec possunt omnino separari. Vnde Iosue 11. Equos eorum subneruabis: non dicit occides, & quod dicitur Matth. 5. Si oculus tuus fuerit nequam &c. Intelligendum est de vsu, quia ab officio est suspendendus. Heu quot inuenimus qui suspensi sunt, & interdicti per confessionem, & nihilominus officia prohibita exercuerunt: quas quæso, & quãtas irregularitates cõtraxerũt? Quot inuenimus: qui postquàm peccata sua excommunicata nouerunt, scienter eisdem communicare præsumpserũt: & ideo excommunicati à Deo, quia vt habetur Eccles. 13. Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea. & 2. ad Cor. 6. Quæ conuentio Christi ad Belial? aut lucis ad tenebras?

Suspẽsio fit ab officio excõmunicatio à communione depositio à dignitate.

Suspensio igitur fit ab officio, Excommunicatio à communione. Depositio à dignitate. Si quis intruserit se temere in aliquam dignitatem, ab ea deponendus est. Si quando sensualitas præsumptuose ascenderit cathedram rationis, deponenda est, & detrudenda, sicut Iezabel præcipitata est ab arce .i. caro à dominatione 4. Reg. 9.

Non est officium episcopi alienos clericos iudicare, vel suspendere, vel excommunicare. vnde sententia non tenet lata à non suo iudice. Stultus est qui suos non iudicat, & delinquentes non peruenit, & iudicat alienos. Hic est qui opera sua non dijudicat, & opera aliorum condẽnat: contra qualem dicitur ad Ro. 14. Tu quis es qui seruum alienum iudicas? & 1. ad Corinth. 4. Qui iudicat me Dñs est. Itaque nolite ante tempus iudicare &c. Mihi aũt pro minimo est vt à vobis iudicer aut ab humano die.

Propter, qd ratio ab Episcopatu spirituali deponatur.

Tertio considerandum est quomodo ratio meritis suis ab episcopatu deponitur: propter commissum, & negligẽtiam. Negligentia est, quando malas suggestiones non reprimit, & non vtendo dominatione, eam amittit: sicut priuilegium amittitur non vtendo. Amittit etiã committendo: malo scilicet consentiendo, & ideo quia male regit. datur in reprobum sensum. Amittit dominium. vnde comminatur Dominus per Ioannem Apoca. 2. Memor esto vnde excideris, & age pœnitentiã, & prima opa fac. Sin autem, venio tibi & mouebo candelabrum tuum de loco suo, nisi pœnitentiam egeris. Vnde in confusionem rationis permittit dominus sensualitatem regnare. Sicut simile dicitur Iob 33. Regnare facit hominem hypocritã propter peccatum populi. Et hic rex signatur per Saul. De quo dicitur 1. Reg. 8. Quod datus est in iram. Vnde Prou. 30. Per tria mouetur terra, & quartum non potest sustinere, per seruum, cum regnauerit: per stultum, cum saturatus fuerit cibo: per odiosam mulierem, cum in matrimonium fuerit assumpta, & per ancillam, quum hæres fuerit dominæ suæ.

Quod vsura sit peccatum duobus modis, & quid auferat, & quis sit fœnerator, & quòd in tuto thesaurizandum est, & de spiritualibus diuitijs.

IN PSAL. CVIII. SERMO. CCXXIII.

SCRVTETVR fœnerator omnem substantiã eius, & diripiant alieni labores eius. Primo considerandum est, quomodo vsura peccatum sit duobus modis, & quid auferat, & quis sit fœnerator. Secundo, quòd in tuto thesaurizandum est. Tertio, quòd de spiritualibus diuitijs.

Vsura spiritualis.

Fœnerator dicitur vsurarum exactor. Vsura spiritualis est peccati multiplicatio, quæ fit per frequentem consuetudinem. Vnde Hierem. 2. Quàm vilis facta es nimis iterans vias tuas. Fit ergo per deriuationem de corde ad os: & de ore ad cor. Vnde Eccl. 5. De propitiatu peccatorũ noli esse sine metu: neque adijcias peccatum super peccatum.

Exactor vsurę spiritualis é diabolus.

Exactor iste est diabolus, de quo Iob 3. Non exaudierunt vocem exactoris, & 49. Vocem exactoris non audit. Iste aufert exteriorem substantiam, post scrutatur etiam interiorem. Exteriorem aufert, quãdo ab exterioribus bonis cessare facit: vt ire ad ecclesiam, audire missam, dare eleemosynam, honeste vestiri. Per corticem notatur exterior conuersatio. Hic ordo notatur in illo, qui incidit in latrones, qui spoliauerunt eum, ecce de corticatio, & plagis

gis impositis abierunt semiuiuo relicto, & hoc est tollere post corticem medullam. Vnde Iohel. 1. Posuisti vineam meam in desertum: ficum meam decorticasti. Interiorem scrutatur, quando finem, & intentionem peruertit, & sanctas meditationes, & affectiones excludit, & hoc est scrutari: de quo hic dicitur, Scrutetur fœnerator omnem substantiam eius. Vnde & 1. Mach. 1. dicitur. Et accepit thesauros occultos quos inuenit, & sublatis omnibus abijt in terram suã. Et Esa 38. Auferentur omnia quæ in domo tua sunt, & quę thesaurizauerunt patres tui vsq; ad diem hanc. Ideo cautè, & in tuto thesaurizandum est, scilicet in cęlo. Vnde Matth. 7. Thesaurizate vobis thesaurum in cœlo: vbi nec erugo, nec tinea demolitur: vbi fures non effodiunt, nec furantur. Qui enim thesaurizat in terra, timere potest rapinam. Hanc Psalm. non timebat dicens. Substantia mea apud te est. Et alibi. In petra exaltauit cor meum, &c.

Thesauri zandũ est de diuitijs spũalib.

De diuitijs spiritualibus faciendus est thesaurus, quis de transitorijs non est thesaurizandum, quæ seruando seruari non possunt. Vnde Iacobi 5. Agite nunc diuites plorate, &c. diuitiæ vestræ putrefactæ sunt, &c. Spirituales siquidem diuitiæ sunt virtutes, Vnde Esa. 33. Erit fides in tẽporibus tuis diuitiæ salutis sapientia, & scientia, timor domini ipse thesaurus eius. De tuis thesaurizandum, de alijs non. Vnde 1. ad Tim. in fi. Diuitibus huius seculi præcipe non sublime sapere, in incerto diuitiarum: sed in deo viuo, qui præstat nobis omnia abundè ad faciendum, bene agere, diuites fieri, in operibus bonis facilè tribuere communicare, thesaurizare sibi funda mentum bonum in futurum, vt apprehendant vitam æternam.

Virtutũ distinctio

Harum virtutum quædam ad vsum quotidianum tanquàm expensæ deputantur, scilicet quatuor cardinales, & hæ pertinent ad actiuam. De quibus Sap. 8. Sobrietatem docet, & prudentiam, & iustitiam, & virtutẽ, quibus vtilius non est in vita hominibus. Quædam sursum tãquàm in intimo gazophilatio reponuntur, scilicet fides, spes, charitas, quæ pertinent ad contemplatiuam. De quibus 1. ad Corinth. 13. Primæ quasi in loco non satis muniti ponuntur: ideo egent custode. Vnde 2. ad Corinth. 4. Habemus

bemus thesaurum istum in vasis fictilibus. Ideo dicitur Cant. 3. En lectulum Salomonis fortes ambiunt ex fortissimis Israel, omnes tenentes gladios, & ad bella doctissimi. Et 1. Machabæorum 12. Cum Sol occidisset, præcepit Ionathas suis vigilare, & esse in armis, Quia actiua peccatum incurrit. Secundus autem thesaurus in tuto est. Ideo dicitur Mattt. 6. Thesaurizate vobis thesauros in cœlo: vbi nec erugo nec tinea demolitur: vbi fures non effodiunt, nec furantur. Sicut legitur in libro de Natura animalium de aue Rahan: cuius pulli non inueniuntur, nec oua. Qui autem thesaurizat de terrenis, quasi perdix oua ponit in terra. De qua Ouidius. Propter humum volitat, ponitq; in septimus oua. Item Esa. 10. Inuenit manus mea, quasi nidum fortitudinem populorum, & sicut colliguntur oua, quę derelicta sunt, sic vniuersam terram ego colligo, Sequitur. Et deripiant alieni labores eius. Illi alieni sunt demones, de quibus Prouerb. 5. Ne des alienis honorem tuum, & annos tuos crudeli, &c.

Infirmitas interioris hominis quæ sit, & quomodo perueniat ex ieiunio spirituali, & quæ infirmitas exterioris.

IN PSAL. CVIII. SERMO. CCXXXIIII.

GENVA mea infirmata sunt à ieiunio, & caro mea immutata est propter oleum. Primo considerandum est in infirmitate interioris hominis, & quomodo prouenit ex ieiunio spirituali. Secundo de infirmitate exterioris.

Per genuum fortitudinem, & stabilitatem, significatur fortitudo interioris hominis. Genuum enim fortitudo vtilitas intelligendum, & currendum. Stare pertinet ad contemplationem. Vnde dicitur Esa 6. Seraphim stabant. Currere ad actiuam. Vnde 1 ad Corinth. 9. Omnes quidem currũt: sed vnus accipit brauium. Sic currite, vt comprehendatis. De vtroque dicitur ab Heb. 12. Remissas manus quantũ ad actiuam, & soluta genua erigite, quantum ad contemplatiuam. Genuum infirmitas impedit stare, & impedit currere. Stare est ad superna spectacula mente erigi, per

contem-

contemplationem, & desiderium. Vnde 3. Reg. 18. Deus meus, ante cuius vultum sto, &c. Et Esa. 21. Super custodiam meam ego sum stans totis noctibus, & Habac. 2. Super per custodiam meam stabo, & figam gradum super munitionem: & contemplabor, vt videam quid dicatur mihi. Currere, est profectu virtutum, & bonorum operum ad vitam æternam properare. De quo ad Galat. 5. Currebatis bene: quis vos impediuit veritati nō obedire? Et ad Heb. 4. Festinemus ingredi in illam requiem. Et nota, q̄ nullus potest currere sine viatico. Ideo in cœlum tendentibus necessarius erat panis cœlestis, vt panem angelorum manducaret homo: non enim isto pane communi fit hæc sustentatio Vnde angelus dixit. Tob. 11. Videbar vobis manducare, & bibere, sed ego cibo inuisibili, & potu, qui ab hominibus non potest videri, vtor. Cibus iste est diuinum lumen: quod illuminat intellectum, & roborat affectum. Vnde 1. Reg. 14. Illuminati sunt oculi mei, eo quòd gustauerim paruulum de melle isto, & 3. Reg 19. Comedit, & bibit, & ambulauit in fortitudine cibi illius 40. dieb. Hinc

Cur dicat terrā supernę p-missionis fluere lac & mel.

est, q̄ terræ supernę promissionis dicitur fluere lac, & mel propter candoris claritatem, & gustus dulcedinem. Sed quia plerunque vir sanctus interius occupatus, minus habet de lumine interiori, quæritur se ad standum, & ambulandum infirmatum, ac si diceret. Percussus sum vt fœnum, & aruit cor meum: quia oblitus sum comedere panem meum. Et hoc est. Genua mea infirmata sunt à ieiunio.

Infirmitas exterioris hominis.

Sequitur de infirmitate exterioris hominis, de qua dicitur. Et caro mea immutata est propter oleum, & caro, i. exterior homo immutatus est à pristino vigore propter oleum. Oleum sunt septem opera misericordiæ: quorum sex docentur in euangelio Matt. 25. Septimum Tob. ca. 1. vbi dicitur. Diuidebat vnicuique prout poterat de facultatibus suis, & post sequitur. Atque occisis sollicitus sepulturam exhibebat Caro autem vt infirma suo exercitio tabescit, & deficit: sic spiritus suo proficit. Non autem plangeret vir spiritualis de carne tabescente si spiritu profecisset. Immo diceret cum Apostolo. 2. ad Corin. 4. Sed licet is qui foris est noster homo corrumpatur, tamen is, qui intus

intus est renouatur de die in diem. Et Eccl. 31, Vigilia honestatis tabefaciet carnes, & cogitatus illius auferet somnum. Sed vterque defectus meritò est ei onerosus & plangēdus. ideo dicit: Genua mea, &c. Vel de hypocritis. Quidam enim sunt qui genua flectunt, labia mouent pectus castigant, vel tundunt quando videntur ab hominibus. Matth. 6. Cum oratis, non eritis sicut hypocritæ tristes: qui amant in angulis platearum stantes orare, vt videantur ab hominibus: amen dico vobis receperunt mercedem suam. Et Luc. 18. Pharisæus. Non sum sicut cęteri hominum, &c. Hi dicere possunt. Genua mea infir. Quando dicantur genua infirmari à ieiunio.

Simile.

Sequitur. Et caro mea immutata est propter oleum, i. defecit à labore, quia oleum laudis defecit. de quo Psalm. Oleum peccatoris non impinguet caput meū. Sunt enim sicut axis plaustri: qui quando portat fœnum stridet, nisi vngatur. Et isti hypocritæ dum portant onera pœnitentię sub eis murmurant, nisi laude vngantur, & demulceātur. vnde Ouidius. Laudataq; virtus crescit, & immensum gloria calcar habet. Si essent vncti oleo Spiritus sancti, non murmurarent. de quo Esa. 10. Cōputrescet iugum à facie olei, idest omnis angustia, ante charitatem, quia charitas omnia leuia facit. Vnde Matthæi 11. Iugum meum suaue est, &c.

De animæ duplici perfectione requisita in prælato, & quòd prælatus vti debet potestate sibi tradita.

IN PSAL. CIX. SERMO CCXXXV.

VIRGAM virtutis tuæ emittet dominus ex Syon, &c. Primo considerandum est quomodo duplex est animæ perfectio, quæ maximè exigitur in prælato. Secundo, quomodo prælatus virga potestatis suæ debet vti.

Perfectio animę duplex.

Duplex est perfectio animæ, scientia, & virtus. Scientia dicitur virga. similiter & virtus. Vnde hic dicitur. Virgā

virtutis

virtutis tuæ,&c. & Alibi dicitur. Virga directionis virga regni tui. Virga scientiæ dirigit, quia scientiæ discretio rectificat operationes, vnde iudicium præcedit iustitiam. Vnde Psalm. Feci iudicium, & iustitiam. Prouer. 4. Oculi tui videant recta, & palpebræ præcedãt gressus tuos: Propter hoc dicitur. Virgam virtutis. Syon enim interpretatur speculatio, quæ pertinet ad rationem. Quando ergo per considerationem rationis opus dirigitur, quasi à Domino ex Sion virga virtutis emittitur. Virga virtutis mẽsuratur, quando non secundũ scientiæ, sed charitatis quantitatem, quantitas præmiorum mensuratur. De his dicitur Zach. 11. Assumpsi duas virgas. Vnam vocaui decorẽ, scilicet scientiam: quæ est decor intellectus. Alteram vocaui funiculum, scilicet virtutem, & maxime charitatem, cuius est mensurare, vt dictum est: & paui gregem, quia hæc duo in prælato exiguntur, qui virgam habet potestatis. Vnde Moyses virgam accepit in signum quòd missus esset à Domino. Virga igitur virtutis prælati est potestas. Hæc duo debet habere, zelum & scientiam. Vnde dicitur. Virgã virtutis tuæ emittet dominus ex Syon, & hoc quantum ad scientiam. Et Esa. 11. Egtedietur virga de radice Iesse, hoc quantum ad zelum. Iesse enim interpretatur incendium. Cum ergo qui præficitur zelum, & scientiam habet, tunc verè dicitur. Virgã virtutis tuæ emit. &c. & egredietur virga de radice Iesse, & necessarium est vtrunque habere. Vnde Num. 24. Consurget virga de Israel. quod interpretatur directus cum Domino Deo. Directus, ecce scientiæ rectitudo, cum Domino Deo, ecce zeli æmulatio, & confringet duces Moab, & hoc est, quod hic dicitur. Dominare in medio inimicorum tuorum. Licet enim virga principaliter instituta sit ad corrigendum malos, & sustinendum bonos: tamen plerunque vtitur ea prælatus ad conterendum iniquos. Vnde 2. ad Corinth. 4. Secundum potestatem quam dedit Dominus mihi in ædificationem, non in destructionem. Hinc est, quòd non sine causa virga proiecta in terram, vertitur in colubrum. Exodi 4. Virga in terram proijcitur, cum potestas in terrenos, & malos exercetur. Vnde Esaiæ 10. Væh Assur: virga furoris mei, & baculus ipse est: cor eius non ita æstimabit, sed ad conterendum cor eius. Virga non occidit sed verberat. Vnde Prouer. 23. Si percusserit eum virga non morietur sed coluber occidit. vnde in eodem. Nouissimo mordebit vt coluber. Et attende q̃ Moyses fugit & expauit: in quo notatur q̃ prouidus prælatus totiens dolet, & abhorret, quotiens in contumaces & incorrigibiles potestatem suæ vltionis exercet. Vnde Ouidius. Est piger ad pœnas &c. & propter hoc Roboam dignus fuit regnũ perdere, qui gaudebat virgam in colubrum conuerti. Vnde 3. Reg. 12 Pater meus cecidit vos flagellis: ego autem cædam vos scorpionibus. Vnde Moyses statim caudam colubri apprehendit, & in virgam coluber iterum conuertitur. Colubrum conuertere est potestatem ita moderari, vt non infe ratur pœna vindictę zelo, sed iustitiæ: & hoc fit cum cauda comprehenditur. i. cum finis propriæ potestatis attenditur: & timet incidere in potestatem Dei viuentis, & iudicis tremendi. Vnde Prouer. 27. Diligenter agnosce vultum pecoris tui, tuosque greges considera: non enim habebis ingiter potestatem. Qui hoc facit, signum est q̃ sit missus à Domino. Ex consideratione enim propriæ infirmitatis debet pensare alienam: & tunc virga virtutis ex Sion emittitur, quæ interpretatur speculatio. Vnde ad Galat. Si deprehensus fuerit quis in aliquo delicto, corripe hominem huiusmodi in spiritu lenitatis: considerans te ne & tu tenteris. Debet etiam attendere, & speculari defectus suos: vt dicat Thre. 3. Ego vir videns paupertatẽ meam: & suos defectus corrigere, & postmodum alienos: & tunc virga emittitur ex Sion. i. speculatione: alioquin dicetur ei quod habetur Matth. 7. Hypocrita eijce primũ trabem de oculo tuo, & tunc videbis eijcere festucam de oculo fratris tui.

Quando virga virtutis mentis mensuratur

Prælatus zelum, & scientiam habere debet.

Quid sit cõuertere colubrũ in virgam.

Quòd Christus est sacerdos secundum ordinem Melchisedech.

IN PSAL. CIX. SERMO. CCXXXVI.

TV es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech &c. De Christo dicitur propter tria. Primo, quia Christus fuit sacerdos, ita tamen quòd rex

Christus

Sacerdos fuit secũdũordinẽ Melchisedech.

ortus de stirpe regali, & sacerdotali, sicut dicitur Matt. 1. sic Melchisedech, vt habetur Gen. 14. Secũdo, quia ad morem Melchisedech, qui obtulit panem, & vinum: Christus sub forma panis, & vini obtulit corpus, & sanguinẽ proprium. De Melchisedech dicitur Gen. 14. At vero Melchisedech Rex Salem proferens panem, & vinum (erat enim sacerdos Dei altissimi) benedixit ei. De Christo habetur. Matth. 26. Accepit panem, & benedixit, & fregit, & dedit discipulis suis, & ait. Hoc est enim corpus meum. Et accipiens calicem gratias egit, &c. Hic est sanguis meus, &c. Tertio, quia legitur Melchisedech: vt habetur ad Hebr. 7. sine patre, sine matre, sine genealogia: neque initiũ dierum, neque finem vitæ habens. Vbi dicit glossa, non q̃ nõ habuit: sed quia scriptura prouide non memorat in figura Christi. Sic enim & Christus sine patre fuit secundum carnem: sine matre secundum deitatem: sine genealogia, quia filios carnis non habuit: neque initium dierum, neque finem vitæ habens, quia coæternus patri Spiritui.

Chrs sacerdos magnus.

Prælatus debet esse sacerdos sec̃ũdum ordinem Melchisedech.

liter; Similiter quilibet, maximè prælatus, debet esse sacerdos secundum ordinem Melchisedech propter dicta tria. Primo rex debet esse & sacerdos. Regnum pertinet ad rationem. Vnde quidam. Tunc omnia iure tenebis, Cũ poteris rex esse tui. Sicut enim bonus non permittit malũ in regno suo: sic nec recta ratio peccatum. Vnde Pro. 20. Rex qui sedet in solio iudicij, dissipat omne malum intuitu suo. Sicut rex bonus fouet & protegit innocentes: sic ratio conseruat mundas, & castas cogitationes, & affectiones, & operationes. Hoc ipsum conseruat regnum eius. Vnde. Prouerb. 20. Misericordia, & veritas custodiunt regem: & roborabitur clementia thronus eius. Et Eccl. 10. Iudex rapiens iudicabit populum suum, & principatus sensati stabilis erit.

Regnum rationis, sacerdotium voluntatis esse dẽt.

Sacerdotiũ ad voluntatem pertinet.

Sacerdotium pertinet ad voluntatem. Voluntas enim sola omnes Deo facit immolationes, & non nisi per eam placere possunt. Vnde Psal. Volũtarie sacrificabo tibi, &c. Ideo obedientia quæ voluntatis est, ptæfertur omni victimæ, sicut dicitur 1. Reg. 15. Melior est obediẽtia, quàm victima. Hic sacerdos solus vera est imago Christi: quia Christus non sicut sacerdotes veteris legis obtulit boues, & oues,

& oues, & huiusmodi: sed seipsum Deo patri. Sic voluntas nihil immolat quod Deo placeat, nisi primum immolet seipsam. Vnde Psalm. In me sunt vota tua, quæ reddam laudationes tibi, &c. Et iterum. Sacrificium Deo spiritus contribulatus, &c. Et ideo sacerdos magnus est ad similitudinem Christi. Paruus erat sacerdos veteris testamenti offerens animalia. Magnus sacerdos Christus: qui non animalia, sed seipsum obtulit: sic voluntas seipsum immolat, nec immolat animalia, nisi spiritualia; vt porcum luxuriæ, bouem superbiæ, hędum petulantiæ, & huiusmodi oues, & agnos innocentiæ. Hic est sacerdos de quo dicitur Ecclesiast. 48. Ecce sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit Deo, & inuentus est iustus, & in tempore iracundiæ factus est reconciliatio. Tempus est iracundiæ, quando spiritus concupiscit aduersus carnem, & è contrario: vt habetur ad Galat 5. Sed hic sacerdos quasi bonus mediator reducit pacem, quando bona voluntas carnem facit consilio spiritus obedire, & tunc secundum quod dicitur Iob 5. Bestiæ terræ erunt pacificæ tibi, ideſt motus carnis, & scies quòd pacem habeat tabernaculum tuum. Rectè autem dicitur. Tu es sacerdos in æternum: quia iuge debet esse eius sacrificium: quia iugis debet esse contritio. Sunt enim qui ad horam agunt opera pœnitentiæ, & statim ad delicias & voluptuosa opera reuertuntur: immo hoc ipso amplius indulgent. Ideo dicitur in Psal. Propter te mortificamur tota die. Si ergo hæc duo concurrunt, quod regnum sit rationis in nobis, & sacerdotium voluntatis, vere dici poterit illud 1. Petri 2. Vos estis genus electum, regale sacerdotium. Et Apocal. 1. Fecit nos reges, & sacerdotes Deo & patri.

Secundo, quia Melchisedech obtulit panem, & vinum, debet bona voluntas offerre Deo panem spiritualem, maximè in prælatis, panem prædicationis verbi Dei, & vinum compunctionis. Multi compunguntur de proprijs peccatis, & hi offerunt vinum. De quo Psalm. Potasti nos vino compunctionis: sed non compunguntur de alienis, nec alijs prædicant, vt compungantur, & pœniteant, & ita non offerunt panem verbi: sed vinum sine pane: quod accere non sufficit prælato. Alij prædicant, sed de peccatis

proprijs nequæquàm compunguntur, & horum arida est prædicatio: sicut panis aridus cibus, & insipidus sine vino, & vita derogat doctrinæ eorum, & hi offerunt quasi sine vino. Vnde quia displicet eorum doctrina: dicitur Eccles. 31. In pane nequissimo murmurat ciuitas. Ideo ne cõtra ipsum murmuraretur dixit Paulus 1. ad Corinth. 9. in fi. Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo: ne quũ alijs prædicauerim, ipse reprobus efficiar. Vtrunque populus à prælato requirit. vnde dicitur Thren. 2. Matribus suis dixerunt: vbi est triticum, & vinum, cum deficerent quasi vulnerati in plateis, ideſt in lata via huius vitæ, vel in manifestis peccatis. Vel per panem intelligentur opera actiuæ: per vinum, studia contemplatiuæ, quia sicut post panis cibum, vel sumendum est, & non ante, ita post opera actiuæ demum sequi debent studia contemplatiuę, non ante. Vnde Eccl. 4. Fili concupiscens scientiam seruа iustitiam, & prius dicitur Cant. 5 Comedite amici: post inebriamini charissimi. Quia panis, & aqua decent pœnitentes, prima opera actiuæ bona, & fletus pro peccatis. vnde dicitur 3. Reg. 19. de Helia. Ecce ad caput eius subcinericius panis, & vas aquæ. Panis & vinum nutriunt, & decent perfectos, ideſt opera egregia actiuæ, & iocunditas contemplatiuæ, de qua dicitur Eccl 31. Vinum in iocunditatem creatum est, de vtroque dicitur Zach. 9 Quid bonũ, & quid pulchrum eius, nisi frumentum electorum, & vinum germinans virgines? Frumentum electorum, opera bona actiuorum: quibus reficitur anima. Vinum germinans virgines, iocunditas est contemplationis, putificans. Panem igitur, & vinum offert, qui opera actiuæ, & studia contemplatiuæ non sibi sed Deo ascribit.

Panis, & aqua pœnitentib. cõueniũt

Tertium est, q̃ legitur sine patre, & matre, & genealogia: talem se debet reputare prælatus. Vnde Deuteronomi penult. Qui dixerunt patri, & matri: nescio vos, & fratribus suis ignoro illos, & nescierunt filios suos, hi custodierunt eloquium tuum, &c. Sed nullus hodie secundum ordinem Melchisedech est sacerdos: quia quibus Deus abstulit filios, dedit diabolus nepotes, & genealogiam, vt primum promouentur extendunt, & plures habent de parentela, de quibus dicit Michææ. 3. Audite hoc iudices domus

Qualẽ se reputare debeat p̃latus.

domus Israel, qui abominationi iudicium, & omnia recta peruertitis: qui ædificatis Syon in sanguinibus, & Hierusalem in iniquitate, principes eius in muneribus iudicabant, & sacerdotes eius in mercede docebant.

De Christi in nos beneficijs nobis necessarijs: & quòd sit nobis hostia, vita, cibus: & quæ in cibo sumendo considerandа.

IN PSAL. CX. SERMO. CCXXXVII.

MEMORIAM fecit mirabilium suorum, &c. Primo considerandum est, quę beneficia nobis contulit Christus de se ipso. Corpus enim proprium tradidit in mortem.: sacrificium in escam. Christus igitur in hostia, vita, cibus. Adam enim Deum offenderat, ideo opus erat hostia, per quam reconciliaretur, & hæc fuit Christus. de quo Ecclesiast. 24. Ecce sacerdos magnus, qui in die. s. pla. Deo, & inuentus est iustus, & in tempore iracundiæ factus est reconciliatio. Et Esa. 9. post omnia dicitur: princeps pacis. Quia in ira Dei de paradiso proiectus erat, opus habebat Adam eo qui pro se moreretur: quia ipsi Adæ necessitas erat moriendi, & qui non esset obnoxius morti pro seipso: & hic est Christus. vnde ad Hebræ. 2. Vt gratia Dei pro omnibus gustaret mortem. Decebat enim eum propter quẽ omnia, & per quem omnia, qui multos filios in glóriam adduxerat auctorem salutis eorum per passionem consummari. Ioan. 18. Expedit vt vnus moriatur, &c. Et prima Petri 3. Christus semel pro peccatis nostris mortuus est, iustus pro iniustis, vt nos offerret Deo. Opus etiam erat cibo vitali, quia expulsus erat, ne sumeret de ligno vitæ. vnde Genesi 3. Nunc ergo ne forte mittat manum suam, & sumat etiam de ligno vitæ, & comedat, & viuat in æternum. Emisit eum Dominus de paradiso voluptatis, vt operaretur terram de qua sumptus est,

Beneficia à Chro nobis collata.

eiecitq; Adam, &c. Ideo ipse se dedit in esum, qui est lignum vitæ. vnde Prouerb. 3. Viæ eius viæ pulchræ, & semitæ eius pacificæ. Lignum vitæ est ijs, qui apprehenderunt eam, &c. Viæ eius viæ pulchræ, quantum ad incarnationem, quia natus est de Virgine. Semitæ eius pacificæ, quantum ad passionem, propter mortis angustiam qua reconciliauit nos patri. Lignum vitæ quantum ad sacramentum altaris, quo nos quotidiè pascit. Duæ autem sunt speciales causæ quare se dedit in escam, vna vt figuras compleret. Verbi gratia de manna in deserto quod significat corpus Christi. Manna quidem interpretatur, qđ est hoc. Et si quæratur de manna quid est: Respondeatur. Manna, i. quid est hoc, Vnde Exo. 16. Quod quum vidissent filij Israel, dixerunt adinnicem Manhu, quod significat, quid est hoc? tandem absoluit Christus quæstionem dicens Mat. 26. Hoc est corpus meum. Cui consonat quod dicit ibi Moyses. Iste est panis, quẽ dedit vobis dñs ad vescendum. Secunda causa est, vt memoriam sui in nobis imprimeret. Vnde dicit Luc. 22. Hoc facite in meam cõmemorationẽ. Si. n. naturaliter memores sumus illius qui nos pascit, quanto magis illius, qui seipsum nobis in cibum dedit? Vnde 1. Esd. 4. Memores sumus salis quod in palatio comedimus: quia legiones regis videre nephas ducimus, &c. Nihil maius potuit facere. Vnde Oseæ. 11. Declinauit ad eum, vt vesceretur. Ideo dr Prou. 24. Qñ sederis, vt comedas cum principe, diligenter attende quæ sunt posita ante faciem tuam. Nihil magis nobis prodest cõtra oblectationem temporalium, quæ ingerunt obliuionem Dei, quàm beneficium illud, quo se Christus nobis dedit in cibum: quod quotidiè iteratur, quod significatur 4. Regum 11. vbi dicitur quòd Athalia voluit interficere omne semen regium, sed Iosaba filia Regis Ioram tulit Ioas de medio interficiendorum, & nutriuit eum 6. annis: cui Ioada sacerdos imposuit diadema. Athalia quæ interpretatur tempus domini, significat bona temporalia, quæ in nobis tentant extinguere semen regium omnis virtutis. Semen regium sunt de quibus procedunt bona opera tanquàm ex semine fructus Iosaba interpretatur saturitas domini. Ioas sperans. Quid per hoc significatur

Causę specialesdu cur Xps in escam se dederit

Vtilitas cibi dñi.

tur nisi quòd saturitas domini, ideſt mensa altaris nutrit in nobis semen regium, ideſt spem vitæ æternæ extingui non permittit, & nutrit: & hoc sex annis, id est toto tempore vitę præsentis: quia singulis diebus immolatio Christi repræsentatur. Ioada qui interpretatur domini cognitio, dicitur Ioas coronare, quia de fide sacramenti peruenimus ad cognitionem spei, quæ erit nobis corona gloriæ.

Secundo considerandum est cum se dederit in escã, quid significet ipse modus comedendi. In comestione sunt tria, labor in masticatione, in gustu delectatio: in digestione nutrimentum atque fructus cibi. Hinc dicitur Cant. 5. Comedite amici, inebriamini charissimi. Comedit ille qui laborat in gemitu. Vnde Psalm. Laboraui in gemitu, &c. qui portat crucem post Iesum, cui adhuc oneri est ipsa regio Bibit, cui iam gratia reddidit leuem: vt iam non sit onus in humeris, sed fasciculus in pectore. Vnde Cant. 1. Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi: inter vbera mea commorabitur. Inebriatur, qui non solum non sentit, sed etiam delectatur. Primus sustinet, quia oportet. Secũdus, quia expedit. Tertius, quia diligit: vt Andreas qui ait. Amator tui semper fui, & desiderauit te anima mea, ò bona crux.

In comestiõe tria sunt.

Quomodo Christus pro nobis fuit fideiussor, obses, et redemptor seu liberator, & tamen nos in illum ingrati.

PSAL. CX. SERMO. CCXXXVIII.

REDEMPTIONEM misit dominus populo suo, &c. Fideiussor est, qui se obligat pro alio: vt si non soluerit, ipse soluat. Plus est obsidem esse, qui se ponit personaliter pro alio in carcere. Sed quandoq; de fideiussore fit redemptor: vt quando pro eo pro quo facta est fideiussio, fit persolutor. Ex obsidem autem liberator, cum ille qui obses est, pœna qua alter pro quo obses est, damnandus erat, damnatur. Christus pro nobis fuit fideiussor. Vnde Eccl. 29. Gratiam fideiussoris tui ne obliuiscaris: dedit enim pro te animam suam. Sed quia non fuimus soluendo, nec potuimus satisfacere,

Fideiussor quis.

Chrs pro nobis fuit fideiussor

soluit pro nobis. Iustus enim miseretur, & tribuet, & factus est tunc redemptor. Vnde hic. Redemptionem misit dominus populo suo. Et 1. Pet. 2. Scientes, q̃ non corruptibilibus auro, vel argento redempti estis, &c. sed pretioso sanguine quasi agni immaculati Christi Et Oseæ 13 De manu mortis liberabo eos: de morte redimam eos.

Circ prima die Ianuarij celebret circuncisio domini.

Hinc est, quòd cum Ianuarius primus sit mensis anni vsualis, non sine causa prima die Ianuarij Circuncisio celebratur: quia tunc incipit annus gratię, annus redemptionis nostræ De quo Psal. Benedices coronæ anni benignitatis tuæ. In passione totum precium est persolutum, quando totus Christus sanguis effusus est: sed quasi arra data est in circuncisione. Rectè dicit, coronæ anni, quia octaua die fit circuncisio, quæ quum redit ad caput, circulus describitur: quod significat, q̃ quum vitijs circuncidimur, quasi corona gloriæ nobis fabricatur.

Obsęs fuit Christus.

Fuit etiam obsęs, quia personaliter voluit teneri pro nobis. Vnde Ioan. 18. dixit. Quem quæritis? at illi dixerũt. Iesum Nazarenum Respondit & dixit. Si ergo me quæritis, sinite hos abire. Vnde & dixerat Ioan. 10. Ego sum pastor bonus: bonus autem pastor animam suam ponit pro ouibus suis.

Liberator.

De obside factus est liberator, quando detentus est mortuus. Vnde Ioan. 18. Expedit vt vnus moriatur homo pro populo. Et hoc est quod dicitur Leuit. 18. da hirco emissario. Tunc offerat hircum viuentem, & posita vtraq; manu super caput, confiteatur omnes iniquitates filiorum Israel: quæ imprecans capiti eius emittet illum per hominem paratum in desertum. Et Esa. 53. Dominus posuit in eo iniquitates omnium nostrum, ipse peccata multorũ tulit, pro transgressoribus orauit.

Ingratitudo nostra de beneficijs.

Nos autem ingrati sumus omnibus his beneficijs. Vnde Eccles. 29. Repromissorem peccator fugit, & immundus. Bona verba repromissoris sibi ascribit peccator, & ingratus sensu derelinquit liberantem se. Vir repromittit de proximo suo: & quum perdiderit reuerentiam, derelinquetur ab eo. Ciuitatem suam habet dominus in anima, & populum suum, videlicet motus rationis, & sicut gregem fragilẽ motus sensualitatis. De hoc grege dicitur

Iudicum

Iudicum 5. Quare habitas, nter duos terminos, vt audias sibilos gregum. Item inter duos terminos habitat, qui nec ex toto peccatis consentit, nec tentationi viriliter resistit, vel contradicit. Sibilos gregum audit quando quærulos motus sensualitatis: qui eum quiescere non permittunt, ex tuto non reprimit. Anima igitur est Deo quasi ciuitas: in qua populus sunt motus sensualitatis: quasi superbiũ, vel villa rusticana, in qua greges. Populus ille per peccatum à diabolo captiuatur. vnde potest dici illud Thren. 1. Quomodo sedet sola ciuitas plena populo? facta est quasi vidua domina gentium, princeps prouinciarum facta est sub tributo. Populus iste liberari non potest, quia nihil quod facit anima ex se sufficit, ad redimendum de peccato: nec lachryma, nec dolor, nec afflictio, quia existenti extra charitatem non sunt opera meritoria, & sunt sicut moneta falsa: quia non recipiuntur. Sed dominus immittit gratiam, & ipsa est precium redemptionis. Vnde Oseæ 13. Perditio tua Israel: tantummodo in me auxilium tuũ. Et Esa. 44. Narra, siquid habes, vt iustificeris, & dem. Nõ emisti mihi argento thalamum: & adipe victimarum tuarum inebriasti me. Ego sum, qui deleo iniquitates tuas propter me, & peccatorum tuorum non recordabor. Et 42. Gratis venundati estis, & sine argento redimendi, &c. Et Iob 6. Vtinam appenderentur peccata mea; quibus irã meruit, & calamitas, quam prior in statera, quasi arena hæc grauior apparet. Et ideo precium est mundi: quia prę ponderauit se toti mundo. Vnde Ioan. 3. Sicut Moises exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis. Et in exaltatione præponderauit. vnde Ioan. 12. Ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum. Aliter homo nõ poterat redimi. sed aliter poterat saluari.

Anima ẽ quasi ciuitas Dei.

Opa sine gra nihil valent.

De modo faciendi opera misericordiæ iocunde, & gratis.

IN PSAL. CXI. SERMO. CCXXXIX.

Modus faciẽdi opa misericordiæ.

IOcundus homo qui miseretur, & commodat, &c. Hic describitur modus faciendi opus misericordiæ, & eius fructus. Modus, quia hilariter, & gratis. Hilariter per hoc quod

quod dicitur. Iocundus homo. Gratis per hoc quod dicitur. Miseretur. Gratis enim ex pura compassione fit, non propter lucrum, vel aliquam compensationem, Auarus nihil facit iucunde, mercennarius nihil facit gratis. hinc est quod dicitur Ecclesiast. 14 Oculus malus ad mala, nō satiabitur pane indigens, & cum tristitia erit super mensam suam. Et Apostō. ad Ro. 12. Qui miseretur in hilaritate. & 2. Corint. 9. Vnusquisque prout destinauit in corde suo, non ex tristitia, aut ex necessitate &c. Nam hilarē datorem diligit Deus, & Ecclesiast. 35. In omni dato hilarem fac vultum tuum, & in exultatione decimas tuas sacrifica.

Mercennarius nihil dat gratis. vnde Eccles. 20. Datum insipientis non erit vtile tibi: oculi enim eius septemplices sunt, exigua dabit, & multa improperabit: & apertio oris illius inflammatio est. Et Seneca. Decipi dignus est, qui dum daret de recipiendo cogitauit Luc. 6. Date mutuum nihil inde sperantes. Ideo dicitur Hierem. 50. Disperdite satorem de Babylone &c. Sator Babylonicus, est qui dona sua reputat semina multipliciter recepturus.

Fructus misericordiæ.

Sequitur. Disponet sermones suos in iudicio. Ecce fructus. Hoc facere est sermones suos disponere quib. in die iudicij obijcientibus valeat respondere, vel alij quasi aduocati sui. Pauperes erunt aduocati nostri, & stabunt pro nobis, ideo eleemosyna comparatur aduocato, & dicitur consurgere sicut aduocatus surgit pro cliente suo. vnde Ecclesiast. 29. Et postea resurget, & retribuet illi retributionem in caput suum. Vel resurget, quia quasi mortua videbatur, & iterum. Conclude eleemosynam in sinu pauperis, & hæc pro te exorabit pro omni malo. Et sic eleemosyna intercessori comparatur. Comparatur etiam armato propugnatori. Vnde super solium potentis &, super lanceam aduersus inimicum tuum pugnabit. Comparatur etiam thesauro in sacculo: quia non potest melius thesaurizari quàm quòd erogatur pauperi. Sicut enim quod quis thesaurizauit ad suam necessitatem est: sic eleemosyna. vnde Ecclesiast. 29. Pone thesaurum in præceptis altissimi, & proderit tibi magis quàm aurum. Comparatur palpebræ, vel cilijs. Hæc enim duo custodiunt pupillam

Eleemosina intercessor dr

Eleemosina palpebræ cō parata.

lam oculi, quia prohibent venire ad ipsam extrinsecum impedimentum. Vnde nullum quadrupes habet cilia in inferiori palpebra: sed solus homo in vtraque, quia natura prouidet ei maius iuuamentum tanquam animali nobiliori. Pisces autem palpebram non habent, quia viuunt in aquis, vbi quia pauciora sunt impedimenta, non egent defensorio. Sicut pupilla illuminat hominis oculum, ita gratia opus nostrum. Sicut palpebræ, & cilia custodiunt pupillam, sic eleemosyna gratiam. Palpebræ, & cilia prohibent peruenire impedimenta vsque ad pupillam: similiter virtus eleemosynæ per intercessionem pauperum, non permittit tentationes prævalere contra charitatem. Ideo plus commendatur eleemosyna quàm ieiunium. Ideo dicitur. Gratiam quasi pupillam conseruabit.

Auarus autem non disponit sermones suos in iudicio, quia non poterit ibi mutire, nec dabitur ei audientia vnde Sapientiæ 3. Et si celerius defuncti fuerint, non habebunt spiritum: nec in die agnitionis allocutionem. Vnde Matt. 22. dicitur. Quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialem? At ille obmutuit. Nec erit qui pro eo loquatur, sed contra eum multi. Clamabunt pauperes, quos fraudauit debito, & merito suo. vnde Eccles. 4. Inclina pauperi sine tristitia, aurem tuam: & redde illi debitum tuum, & responde pacifice. Itē. Eleemosynā pauperis ne defraudes. Hi enim modo clamant, & non exaudiuntur à te: sed tunc clamabunt, & audientur contra te à Deo. vnde dicitur Ecclesiast. 4. Maledicentis tibi in amaritudine anima exaudietur deprecatio illius: exaudiet autem eum qui fecit illum.

Cōtra auarū clamabunt multa in iudicio.

Peccata propria, & opera mala etiam accusabunt illū. vnde Abacuc 2. Concidisti populos multos, & peccauit anima tua. Lapis de pariete clamabit, & lignum quod inter iactutas ædificiorum est, respondebit.

Tempus quod consumpsit, & vendidit clamabit contra ipsum. vnde Thren. 1. Vocauit aduersum me tempus.

Pecunia sua, & quæcunque alia bona quæ captiua tenet, testimonium ferent contra ipsum, & omnis creatura qua abusus est. vnde Oseæ 2. Sumam frumentum meum in tempore suo, & vinum meum in tempore suo: & liberabo

Universidad de Deusto Biblioteca

rabo lanã meã, & linum meum quæ operiebant ignominiam eius. & Sapi. 5. Armabit creaturas ad vltionem inimicorum. Et iterum. Pugnabit cum illo orbis terrarum contra insensatos.

Diabolus etiam accusabit, & clamabit. Crucifige crucifige eum. Hoc non timuit qui dixit. Ipse liberabit me de laqueo venantium & à verbo aspero, quia talis in æternum non commouebitur, quem tunc liberabit Dominus à verbo aspero, quia in memoria æterna erit iustus: ab auditione mala non timebit.

Quadruplex audi tio erit malis in iudicio.

Quæ auditio mala, vel verbũ asperum in iudicio, quadrupliciter malis insonabit. Prima n. auditio est tumultus terribilis, cum Dñs ad iudiciũ veniet 1. ad Thessalo. 4. Qñ in iussu & voce archangeli, & in tuba Dei descendet de cœlo. Secunda auditio siue verbum asperum erit in voce disceptationis: cum iam sedens in iudicio dicet illud Matth. 25. Esuriui & non dedistis mihi manducare, &c. Tertia erit tumultuantis & sibi contradicentis cõscientiq. Vnde Sapien. 1 In cogitationibus impersj interrogatio erit. Et Sapien. 4. Venient in cogitationibus peccatorum suorum timidi, & traducent illos ex aduerso iniquitates ipsorum. Quarta erit vox illius duræ &, districtæ sententiæ Matth. 25. Ite maledicti in ignem æternum. Bonis autem dicet. Venite benedicti patris mei. &c.

De puris moraliter, & qui verè pueri sint, quas proprietates habeant.

IN PSAL. CXII. SERMO CCXL.

Qui ambulant in nouitate vitæ Pueri sunt.

LAVDATE pueri Dominum, laudate nomen Domini. Pueri sunt quicunque ambulant in nouitate vitæ. Vnde de Naaman in figura dicitur 4. Regũ 5. ꝙ postquam mersus est septies in Iordane, restituta est caro eius quasi caro pueri parvuli. Puer non repercutit nec vindicat se. Sic & electis dicitur ad Ro. 12. Non vosmetipsos defendentes charissimi, sed date locum iræ. Et de Christo dicitur Esa. 42. & Mat. 3. Ecce puer meus electus quem elegi: dilectus meus, in quo bene complacuit animæ meæ, non contendet neque clamabit. Puer etiam si læditur non solum non se vindicat, sed facile prouocatur ad lachrymas: aliam nescit vindictam: sed in seipsum conuertitur. Et ideo in persona electorum dicitur in Psal. Pro eo, vt me diligerent detrahebant mihi, ego autem orabam. Et iterum. Ego autẽ quũ mihi molesti essent, induebar cilicio Et Tob. 2. de Sarra iuuencula. Tribus diebus, & tribus noctibus non manducauit neque bibit, sed in oratione persistens cũ lachrymis deprecatur Deum, vt ab improprio liberaret eam.

Puer gratias, & virtutes suas etiam laudatus nõ attendit. Vnde Iesus interrogatus à discipulis. Matth. 18. Quis putas maior est in regno cœlorum: aduocans paruulum statuit eum in medio eorum, & dixit. Nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruulus iste, non intrabitis in regnum cœlorum. Quicunq; humiliauerit se sicut paruulus iste, hic est maior in regno cœlorum.

Puer nuditatem suam non erubescit. Sic & electi non erubescunt nudationem pro Christo à temporalibus. Vnde Thren. 4. Gaude & lætare filia Edom quæ habitas in terra Hus: ad te veniet calix manus Domini, inebriaberis atque nudaberis. Hanc pueritiam seu puerilem simplicitatem habebant Adam, & Eua ante peccatũ. Vnde Gen. 2. Erat autem vterque nudus, & non erubescebãt se nudos. Iob non erubescebat se nudum cum dixit ca 2. Nudus egressus sum de vtero matris meæ &c. & de Esa. ca. 20. dicitur quòd nudus incessit per medium ciuitatis.

Puer non prohibet canem à cibo suo. Non erant in hac pueritia qui dicebant Matth. 9. Quare cum publicanis, & peccatoribus manducat magister vester? sic Iesus puer erat, qui canes à se non prohibebat .i. peccatores. Vnde Marc. 2. Et factum est eo discumbente in domo Leui: multi Publicani, & peccatores venientes discumbebant cum Iesu. Similiter non prohibuit Iudam, immo cum eo manum in Paropside intingebat: vt dicitur Ioan. 13.

Puer pro pomo dimittit aurum: & quæ mundus multum, puer parum appreciatur, & ècontrario. Pomũ quod inter fructus magis sphericum vt cœlum est, vita æterna est, quia non reputatur magni valoris: sed puer, ideſt electus magis reputat hoc pomum quàm totum mundum.

De

De hoc dicit Augustꝰ. Nihil vilius quum emitur, nihil carius quum possidetur. De hoc etiam dicitur Matth. 16. Dimissa turba ascendit in nauiculam, & venit in fines Maiedan. Sic & imitatores Christi dimittunt turbam .i. exemplum plurimorum, qui non currunt ad temporalia, sed ascendunt in nauiculam .i. Crucem Christi, quæ est nauis de ligno vitæ, & veniunt in fines Maiedan, quod interpretatur poma, & significat hortum: de quo Cantic. 5. Veniat dilectus meus in hortum meum. Et Cantic. 4. Hortus conclusus soror mea .i. vita beata. Veniunt igitur in fines Maiedan, dum persecutiones sustinendo & labores crucis, inde trāseunt ad terram viuentium, vt ibi habeant consolationem. Vnde ad Hebræ. 10. Rapinam bonorum vestrorum cum gaudio suscepistis: cognoscentes vos habere meliorem, & manentem substantiam.

Pueri ad laudandū Dñm inuitantur.

Tales pueri hic inuitantur ad laudandum, cum dicitur, Laudate pueri Dominum. Et de istis alibi dicitur. Ex ore infantium, & lactentium perfecisti laudem. Istorū puerorum laus perfecta est. Vnde constitutum est ad designandum laudis perfectionem, vt dicant pueri in fine Benedicamus Domino.

Hi sunt pueri Hebræorum, qui dicunt Matth. 21. Benedictus qui venit in nomine Domini. Agnoscitur si sit puer Hebræorum si inuenitur vt Moses. De quo Exod. 2. Videns eum mater elegantem abscondit tribus mensibus quumq; iam celare non posset, sumpsit fiscellam scirpeā, & liniuit eam bitumine ac pice, imposuitque intus infantulum, & posuit eum in carecto fluminis: inueniens filia Pharaonis miserta dixit De infantibus Hæbreorum est. Beatus de quo potest dici: de infantibus Hebræorum est.

Simile.

In prædictis notantur tres virtutes. Charitas, humilitas, patientia. Fiscella scirpea est humilitas: & propter diminutionem vocabuli. Et sicut fiscella contexitur ex scirpis vilibus: sic & humilitas ex multis infirmitatibus, & miseriarum nostrarum congerie. Paulus ædificator corbium hanc fiscellam contexerat, cum ait 2. ad Corinth. 6. In laboribus plurimis, in carceribus abundantius: in plagis supra modum, in mortibus frequenter, & cætera quæ ibidem enarrat. Item fiscella linitur bitumine, & pice,

pice, & humilitas informatur charitate ne sit ficta sicut hypocrysis. Vnde Ecclesiast. 9. Est qui se nequiter humiliat & interiora eius plena sunt dolo. Ne sit deiecta vt pusillanimis. Vnde Eccle. 12. Noli esse humilis in sapientia tua. Et ad Titum 2. Hæc loquere, & argue, & exhortare cum omni imperio, &c. Debet esse informata charitate Dei, & proximi: & hoc est ꝙ fiscella debet esse linita bitumine .i. charitate Dei: & pice .i. charitate proximi: vt in omni opere quæratur, & Dei gloria, & proximi vtilitas. Et hoc est quod dicitur Matth. 5. Sic luceant opera vestra coram hominibus, vt glorificent patrem vestrum qui in cœlis est. Per hoc autem ꝙ in carecto ponitur, patientia designatur. Carectum secat manus tangentis: sic & impatiens se nō permittit tractari: sicut Phariseus, qui dicebat. Lucæ 11. Magister & hæc dicens nobis contumeliam facis. De quibus Prouerb. 29. Viro qui corripienti se dura ceruice contemnit, repentinus superueniet ei interitus. A tali ergo carecto caro tenera pueri dissecarentur, nisi in fiscella humilitatis, & patientiæ poneretur.

De exitu Israel de Aegypto, & de quatuor in eo considerandis.

IN PSAL. CXIII. SERMO. CCXLI.

IN exitu Israel de Aegypto. &c. Quatuor notantur in exitu filiorum Israel de Aegypto. Primo persecutio Pharaonis. Secundo, quòd diuisæ sunt aquæ ad percussionem virgæ Moysis. Tertio, quòd quum Aegyptij viderunt aquas cedere populo Israel dixerunt. Fugiamus Israelē, quia Dominus pugnat pro illo. Quarto, ꝙ mare conuersum est super caput Aegyptiorum, cum vellent ipsos sequi per viam maris: & submersi sunt, ita ꝙ nec vnus euasit. Quæ quatuor in quolibet exeunte à mundi tenebris perpendi peccati possunt perpendi. Primo inimici sequuntur, & possunt ī persequūtur eum .i. diabolus, caro, mūdus. Vnde Gen. 31. quoliber legitur de Iacob ꝙ eum secutus est Laban cum septem exeūte à fratribus suis, qui Laban, ideſt eandidatio cum fratribus suis .i. cum vniuersitate vitiorum, bene mundum figurat. Primum,

Quatuor peccati possunt perpendi

cum

cum omnibus vitijs suis, qui pœnitentem omnem sequitur, & tentando persequitur. Diabolus etiam persequitur: quia sicut legitur Matthæi 4. Post baptismum ductus est Iesus in desertum, vt tentaretur à diabolo. Quòd etiam caro, ideſt carnales concupiscentiæ tententur patet: quia quo plus inimico resistitur, tanto quis plus ab ipso impugnatur, & donec alter vincitur lis exasperatur. Vnde Gen. 14. Egressus est autem rex Sodomorũ in occursum eius, scilicet Abraham, postquàm reuersus est à cæde Chodorlaomor. Rex Sodomorum est caro vel carnalis voluptas, quæ post victoriam vitiorum occurrit.

Secundũ. Secundo autem aquæ diuiduntur, sed in vigilia matutina reuertuntur, quum in prima recogitatione peccati cor peccatoris in aquas lachrymarum resoluitur. Vnde Ecclesiast. 1. Qui addit scientiam, addit & dolorem. Tunc enim cor scinditur & aquæ lachrymarum reuertuntur, quum virga directionis, ideſt scientia tangitur: & propter hoc dono scientiæ luctus adaptatur. Matth. 5. De hac reuersione dicitur etiam Deutero. penult. Dan catulus leonis fluet largiter de Basan. quia catulus leonis de tribu iuda, qui interpretatur confessio, est nouam formam pœnitentiæ assumens. De quo Psalm. Rugiebam à gemitu cordis mei. Et Iob 3. Antequam comedam suspiro, & tanquam inundantes aquæ, sic rugitus meus. Ille quidem est Dan. 1. iudex sui, fluens largiter aqua lachrymarum ex Basan. 1. ex confusione peccatorum suorum. Cum quis enim fidelis est iudex sui, confusus multitudine peccatorũ suorũ reuertitur, & dicit cum Dauid. Miserere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam, & secundum multitudinem miserationum tuarum. Magnitudinem misericordiæ implorat contra peccatum magnum: miserationum multitudinem, contra peccatorum numerositate. & Dan. 2. legitur quòd Arioth introduxit Danielem, vt regi somniũ interpretaretur. Daniel interpretatur vir desideriorum. Arioth ad sollicitudinem dirigens: qui separat à curis mundi, vt se discutiat. Arioth Danielem introducit, dum iudicium excitat vel desideriũ: seu dum districtio æquitatis iudicij deuotionem inducit. Regi somniũ aperitur, cũ peccati obscuritas per cõfessionẽ Deo reuelat.

Ter-

Tertiũ. Tertio autem Aegyptij stupefacti dicunt: Fugiamus Israelem, &c. quia quum lachrymarum copia in pœnitentia funditur, dæmones fugam parant, & stupidi efficiuntur, quia lachrymarum irrigationem, nec videre, nec ferre queunt: sicut psittacus non potest pluuiam sustinere. Lachrymę enim peccatoris calidę sunt vnde eis timet vti diabolus, & excaldari. Quorundam verò lachrymæ sunt frigidæ, aut tepidæ, quas non timet diabolus. vnde de his dicitur Gen. penult. Ruben primogenitus meus ne ere scas, alia litera dicit: ne ebullias. vnde dicunt, dominus pugnat pro eo. Cum enim quis pro peccato suo intra se turbatur, tunc à Domino visitatur. vnde Naum 3. Dominus in tempestate veniet, & in turbine viæ eius. Sed nota. quòd turbo excitatur à vento: tempestas ab aquis, & oritur à profundo maris. vnde Esa. 55 Mulierem derelictam, & mœrentem spiritu vocauit dominus. Vocat Deus mulierẽ derelictam in abyssо vitiorum, & mœrentem spiritu, ideſt ab immo cordis suspiria trahentem pro delictis: quum animam miseram in peccatis diu detentam per cordis cõtritionem vocat, & tunc ab imo maris tempestas oritur. Turbo autem à vento excitatur; cũ interiora cordis gratia inspirante turbatione, & dolore peccatorum suorum quis concutitur. Tunc autem tempestas in aquarum superficie oritur: quum lachrymarum aquæ late funduntur. Hanc turbationem & tempestatem dominus in seipso ostendit Ioan. 11. Quum in morte Lazari turbatus amare fleuit. Quid autem de hac turbatione siue turbine dicatur ostenditur. Oseæ 2. Vbi dicitur. Dabo vallem Achor ad aperiendum spem, quia turbatio mentis dat bonis spem de ęternis vallis: siquidem Achor, humilitas turbationis. Quòd autem ad hanc turbationẽ fugiat diabolus monstratur. 3. Reg. 18. Vbi dicit Helias Achab. Iunge currum tuum, & descende in ciuitatem, ne præoccupet te pluuia, vbi per Achab diabolus, per pluuiã lachrymæ pœnitentis designantur. Currum iungit, quum quatuor procellæ affectionum cessant à tentatione de quibus Boetius: Gaudia pelle, pelle timorem spemque fugato. Nec dolor adsit. Nubila mens est vinctaque frenis,

Lacrimæ peccatoris calidas timet diabolus.

Turbo spiritualis.

frenis, hæc vbi regnant. Et propter hoc Aegyptij bene dicunt. Fugiamus.

Quarto, Pharao, & omnis eius exercitus obruitur, cũ aquæ reuertuntur: quia lachrymarum vbertas iterata frequentius, penitus inimici insidias, & ipsum inimicum extirpat. vnde Iob 10. En. reuersus me mirabiliter crucias, & post sequitur. Nec vnus remansit. vnde Psalm. Operuisti omnia peccata eorum. Vitia & etiam inimici nisi insidias lachrymę delent Iosue 10. Non dimisit in ea saltem paruas reliquias.

De ijs qui os. 1. scientiam habent, & non loquuntur in confessione aut prædicatione: & qui oculos circunspectionis habẽt, & non vident. Aures obedientiæ, & non obediunt. Nares discretionis boni, & mali, & non discernunt. Manus 1. potestatem faciendi bonum, & non palpant. 1. non faciunt. Pedes 1. scientiam proficiendi habent: & non ambulant, & qui sint nõ clamates in gutture suo, sed alieno aut nullo.

IN PSAL. CXIII. SERMO, CCXLII.

Qui dicãtur habere os, & nõ loqui.

OS habent, & non loquentur, oculos habent, & non videbunt. Sunt qui os habent, & non loquuntur: scilicet qui habent scientiam, & potẽtiam confitendi, & non confitentur. de quibus Luc. 11. dicitur, erat Iesus eijciens dæmonium, & illud erat mutũ, & quum eiecisset, loquebatur mutus. Dæmon enim sciens interpretatur. vnde per dæmonium mutum, bene sciens confiteri, & tamen existit mutus à peccati, & laudis confessione, designatur. vnde Hiere. 5. Forsitan pauperes sunt, & stulti ignorantes viam Domini iudiciũ Dei sui: ibo igit ad optinantes & loquar eis. ipsi. n. cognouerũt viam Dñi, & iudiciũ Dei sui, & ecce magis hi simul cõfregerũt iugũ, ruperũt vincula. Similiter. Multi peritiã hñt cantandi, & ad caminũ domus suæ cãtarent, & in Ecclesia Dei tacent. Multi hñt scientiã prædicandi, & requisiti non prædicant. Hi sunt qui talentum abscondunt, de quibus Matt. 25. Abiens, in terra abscondit pecuniã domini sui. Sed quum dæmon eijcitur. i. quum ex scienti asturo fit simplex

plex stultus, quandoq; ad confessionem os aperit. vnde Apost. 1. ad Corin. 3. Si quis inter vos videtur sapiens esse in hoc seculo stultus, fiat vt sit sapiens. sicut Dauid 2. Reg. 6. in fine dixit ad Michol. Viuit Dñs, quia ludam ante dominum, qui elegit me potius, quàm patrẽ tuum, & q̃ oẽm domũ eius, & præcepit mihi q̃ essem dux super populum Domini in Israel: & ludam & vilior fiam plus quàm factus sum: & ero humilis in oculis meis.

Sunt & alij qui oculos habent, & non vident. i. oculos habent circunspectionis quibus se circunspicere pñt, & tñ se nõ circunspiciunt. vñ Nu. 24. Dixit Balaã filius Beor dixit homo cuius obturatus est oculus, dixit auditor sermonũ Dei, qui visionem Dei omnipotentis intuitus est qui cadit, & sic aperiuntur oculi eius. Se dico nõ circunspiciunt, sed ad exteriora vagantes se negligunt: & dimissis proprijs aliena negocia curant. In alijs videat multa arguenda & corrigẽda: in se nihil, quibus dr Matt. 7. Vides festucam in oculo fratris t. & trabẽ in oculo tuo nõ vides.

Aures habẽt, & nõ audiũt, q̃ sciũt obediendum esse, & nõ obediũt.

Sunt qui habent aures & non audiunt. i. qui sciunt qualiter, & quibus, & in quib. obediant, nullã tñ superiorib. obedientiam seruãt. De eius opposito dr Prou. 21. Inauris aurea & margarita fulgens, qui arguit sapientem & aurem obedientem, & Apo. 2. Qui habet aures (obedientiæ videlicet) audiat obediendo.

Qui nares hñt, & nõ odorant.

Sunt qui nares habent & nõ odorabũt. i. qui discretionem habent mali vitæ præsentis, & boni vitæ æternæ, & tñ præsentia amplectuntur, & hi sunt de quibus Thre. 4. Qui nutriebantur in croceis amplexati sunt stercora. In croceis nutriuntur, qui in morũ doctrinis, & virtutibus instruuntur. Sed stercora amplectuntur, quum rerum tẽporalium superfluitates toto affectu diligunt: temporalia enim stercora sunt. vnde Philip. 3. Omnia arbitratus sum vt stercora. Sed super tales erit væh. de quo Esa. 5. Væh qui dicitis malum bonum, & bonum malum, & Hier. 2. Dereliquerunt me fontem aquæ viuæ, & foderunt sibi cisternas dissipatas, quæ continere non valent aquas. & Leuit. 21. Quod si paruo, vel grandi, vel torto naso fuerit &c.

Sunt qui manus habent, & non palpabũt, scilicet scientiam

Qui scientia habẽt bene operandi, & non operãtur manus hñt, & nõ palpant.

tiam operandi bonum nec tamen faciũt. de quo Leuit. 13. Dicitur quòd sacerdos intingat dextrum pollicem in sanguine. Tunc enim dextrum policem in sanguine agni intingit sacerdos, quum opus suum quod discernit ipsum perficiendo in passione Christi intingit, quia omnis nostra passio in passione Christi dedicatur. Vnde dictũ est Thomæ Io 20. Mitte manum tuam, &c.

Qui pedes hñt, & nõ ambulant.

Sunt qui pedes habẽt, & non ambulant qui finẽ operis cognoscentes non tamen perseueranter & finaliter in bono opere persistunt, quum tamen dicatur Leuit. 14. Quòd sacerdos intingat extremum pedem in sanguine agni. Hunc pedem intinxerat Apostolus dicens ad Philip. 3. Præteritorum oblitus in anteriora me extendo. Nam hoc pede est semper antecedendum, & non retrocedendum more cancri, ne dicatur nobis: quoniam Iordanis conuersus est retrorsum.

In guttur suo clamãdũ, & nõ in alieno.

Sunt qui in gutture suo nõ clamant, nec in suo gutture, sed in alieno cantant, & orant, sed puto qui pro eis cantat & orat in fine orationis & cãtus pro eis mercedẽ recipiet. Contra quos Oseæ. 8. In gutture tuo sit tuba quasi aquila super domum Domini. Ideo sicut aquila, vt quod cantat ad Deum referat: quia aquila non conniuendo intuitur solem: & rectè intelligat: quia aquila acute videt. Clamãt gutture non suo prælati, qui per ignorantiam compelluntur per alios prædicare. Esa. 56. Speculatores eius omnes cæci, vniuersi canes muti non valentes latrare &c. Ideo propter prædicta rectè cõparantur idolo. Vnde Zach. 11. O pastor & idolum &c. Et Psal. Similes illis fiant qui faciunt ea. Sic qui tales creant Episcopos, & tales promouent, similes illis fiunt.

De pastore malo qui cõparatur idolo: & tacet propter quatuor.

IN PSAL. CXIII. SERMO. CCXLIII.

Qui positus erat ante Psal. CXXXV.

Pastor malꝰ idolo comparatur.

OS habent & non loquentur &c. Pastor non pascens gregem suum verbo doctrinæ idolo comparatur. Vnde dicitur Zacha. 11. O pastor & idolum derelinquẽs gregem. Idolum imitatur rem viuam & non viuit. Vnde Apocal. 3. Scio opera tua: nomen habes quòd viuas, & mortuus es. Item ars in idolo repræsentat & effigiat exteriora secundum figuram: sed non interiora. Similiter pastiores quidam per exteriora prætendunt virturis signa. Habitus enim, & tonsura, & indumenta pontificalia mystica in eis sunt & virtutũ indicia: cum dicatur Zacha. 13. Nec operientur pallio saccino, vt mentiantur. Et 2. Timo. 3. Speciem pietatis habentes: virtutem aũt eius obneganres. Et Iudic. 18. Venerunt filij Dan in domum Miche: & inuenerunt ibi Ephot & sculptile atque conflatile. Ephot est sacerdotum indumentum: sculptile est peruersio operis, & conflatile malæ locutionis.

Itẽ idolũ auro vestitur & preciosis indumẽtis exterius: sic & prelatus auro & argento & preciosis vestibus foris præiucet, sed interius est luteus. Vnde Daniel. 14. Ne erres imi rex, Bel iste est intrinsecus luteus, extrinsecus æneus.

Item idolum est cui nihil est simile in natura. Talis .n. est ordo naturæ ꝙ quædam facit superiora, quædã inferiora: & superiora inferioribus intendunt: vnde de beneficio cęli omnis fertilitas & pulchritudo & generatio in terra & aqua, & aere. Ideo dicitur Iob 38. Nunquid nosti ordinem cęli & pones rationem eis in terra? &c. Sed non sit è contrario. Qui ergo superiores constituti sunt prælati, & inferioribus non intendunt, meritò idolo comparantur, cui non est simile in natura.

Item superiora non recipiuntur ab inferioribus, sed è conuerso: sic & prelati non debent recipi à subditis, sed è conuerso. Vnde 2. Corint. 12. Non quæro vestra, sed vos. Nõ .n. dñt filij thesaurizare parentibus, sed patrẽs filijs.

Itẽ idolum prostat. i. pro quæstu stat. Sic & tales prælati. Vnde Mich. 3. Principes eius in muneribus iudicabãt: & sacerdotes eius in mercede docebant: & prophetæ eius in pecunia diuinabant. Et 1. Timoth. 6. Existimantes quæstum pietatem.

Item idolum adoratur & iuuare non potest: sic & prælati quibus genua incuruantur. Vnde Sap. 13. Non erubescit loqui cum eo qui sine anima est: & propter sanitatem infirmum deprecatur: & pro vita rogat mortuum:

& in adiutorium inutilem prouocat: & pro itinere petit ab eo qui ambulare non potest: & de acquirendo, & de operando, & de omnium rerum euentu petit ab eo qui in omnibus est inutilis.

Tria in p̃latis rep̃hendũtur

Et nota q̃ tria reprehæduntur in eis: taciturnitas, ibi: Os habent & non loquentur: ignorantia, ibi. Oculos habent, & non videbunt. Ociositas, vel negligentia operandi, ibi: manus habent, & non palpabunt.

Propter quatuor tacet Prælatus.

Tacet autem prælatus propter quatuor, scilicet cupiditatem, prauam conscientiam, timorem & ignorantiam. Propter cupiditatem. Vnde Deutero. 16. in fine. Munera excæcant oculos sapientum, & mutant verbum iustorũ. Et Eccl. 22. Encenia & dona excecant oculos iudicũ, &c.

Propter prauam conscientiam, quia necesse est, vt vacillet lingua cui subest ægra conscientia. vnde Ezech. 16. Vt recorderis & confundaris, & non sit tibi vltra aperire os præ confusione tua.

Propter timorem: ideo laudatur Ioannes Baptista qui non timuit Herodem dicens Marc. 6. Non licet tibi habere vxorem fratris tui. Et Helias de quo Eccle. 48 In diebus suis non pertimuit principes, & in potẽtia nemo vicit illũ.

Propter ignorantiam. Vnde Esaiæ 56. Speculatores eius cæci, omnes nesciuerunt. Vniuersi canes muti non valentes latrare.

Et quia ignorãtia impedit oculos, manum, & linguam vt nesciant rectè videre, & discernere: nec bene operari, nec bene loqui, ideo dicitur Zacha. 11. O pastor & idolum &c. Gladium super brachium eius, & super oculum dexterum eius. Brachium eius aridatate siccabitur, & oculus eius dexter tenebrescens obscurabitur.

Sequitur similes illis fiunt qui faciunt ea. &c. Vnde Sap. 15. Digni sunt morte qui spem habent in talibus, & qui faciunt illos, & qui diligunt, & qui colunt.

De stimulo & gustu contemplantium.

IN PSAL. CXIIII. SERMO. CCXLIIII.

COnuertere anima mea in req. t. quia do. bene fecit tibi. In hoc versu loquitur vir contemplatiuus, & duo

duo connumerat, quæ ad cõtemplationem excitant. Vnũ est stimulus mundanæ tribulationis, alterum suauitas gustus contemplationis. Pro primo dicitur. Conuertere anima mea in req. t. Pro secundo, quia dominus bene fecit tibi. Gustauerat enim illam Dauid dulcedinem cum dixit. Quid mihi est in cœlo, & à te quid volui super terram? & Petrus quum dixit Matt. 18 Bonum est nos hic esse, quia vt dicit. Greg. Gustato spiritu desipit omnis caro. Et accidit contemplanti sicut accipitri. Accipiter enim cum capit prædam, illa non ipsi datur, sed ostenditur, & ei semel tantum rostro tangi permittitur, & sic auidus redditur ad venandum, & sic contemplatiuus auidus fit, dum partem per gustum recipit ad concupiscendũ. vnde Dan. 2. Nabucho, vidit somnium, & statim fugit ab eo, & doluit multum, & congregatis sapientibus Chaldęis non valebant ei illud interpretari, s. sapientes mundi, sed Dan. 1. vir desideriorũ interpretatus est, quia desiderium æternorum gratiã dat interpretationi, sed sapientia huius mundi non solum contemplationem non iuuat, sed impedit. vnde Matt. 11. Confitebor tibi pater dñe cœli, & terræ, quia abscondisti hæc à sapientibus, & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Et Eccles. 38. Sapietiam scribe in tempore vacuitatis, & qui minorat actum percipiet eam. Cõuertere igitur anima mea in re t. quia mundanorum stimulus te agitat. Vnde Io. 16. In mundo pressuram habebitis, sed confidite, quia ego vici mundum. Et Sap. 8. Intrans in domum meam conquiescam cum illa, vnde Gen. 8. Columba exiens de arca, & non inueniens vbi pes eius requiesceret, redijt ad Noe i. ad requiem. Sic contemplatiuus in mundanis affectibus non inuenit requiem, immo potius tribulationem, reuertendum est ei ad Christum per contemplationem, vt sic stimulus tribulationum mundanarum eum faciat festinare. vnde Exodi 12. Vrgebant Aegyptij populum de terra exire velociter, & Gen. 31. Legitur q̃ Laban multoties decipit Iacob commutando ei mercedem. Sic & mundus quum bona promittit, mala persoluit. Hic est stimulus quo equos, idest viros sanctos quibus ipse insidet, & in quibus requiescit, stimulat. Sinistrum latus eorum stimulat, quum aduersitates in rebus temporalibus eis immittit.

Duo ad contẽplationẽ excitant.

Simile.

Sapientia mũdi impedit contemplationem.

Universidad de Deusto Biblioteca

1. ſt. Stimulat autem latus dextrum, quum permittit, vige re tentationes vitiorum. Hic eſt ſtimulus de quo Act. 12. Percuſſoque latere Petri excitauit eum. & de quo 2. ad Corinth. 12. Ne magnitudo reuelationum extollat me, da tus eſt mihi ſtimulus Sathanæ &c. Iudic. 3. Hæ ſunt gen tes quas reliquit Dominus, vt erudiret in eis filios Iſrael. In ſiniſtro latere pungunt homines temporalia detrahen do, diabolus dextrum pungit tentationes immittendo. Sed de liberatione ſtimulorum eorum dicit Pſalm. Cadent à latere tuo mille, & decem millia à dextris tuis, ideſt da mones. plus enim & grauius tentant dæmones quàm ho mines, & propter hoc ſub maiori numero dæmones po nit. Cuſtodiatur ergo vtrunque latus à ſtimulo ne vulne retur ſed magis dextrum: quia magis eſt eligendum. Sed heu iam omnes latus ſiniſtrum cuſtodiunt, dextrum autem negligunt. Quod egregie ſignificauit Dominus in paſſione ſua, qui in dextero latere mortuus vulnerari voluit, vt habetur Ioan. 19. ſignificans, quòd quum quis in dextero latere vulneratur, non ſentit, ſed quaſi mor tuus præterit. quod tamen mirum eſt: quum ad dex trum latus eos expiret à quo vita exit. vnde Prouerb. 4. Omni cuſtodia cuſtodi cor tuum, quoniam ab ipſo vita procedit. Vulnus autem ſiniſtri lateris quiſq; tam cito ſen tit, quoniam quum quis temporalium modicum nobis ab ſtrahit, ad requirendum, & vendicandum omni diligen tia laboramus.

De morte ſanctorum quomodo preciosa eſt in conſpectu Domini.

IN PSAL. CXV. SERMO. CCXLV.

Mors ſan ctorũ pre cioſa ĩ cõ ſpectu do mini mũ di autem vilis.

PRECIOSA eſt in conſpectu Domini mors ſanctorum eius. Bene dicit in con ſpectu Domini, non mundi, quia vilis eſt eis mors ſanctorum, paſſi ſunt enim à tyrannis omne genus tormentorum. vnde Sapientiæ 2. Contumelia, & tor mento interrogemus: & poſt morte turpiſſima condemnemus

nemus eum. Sed quanto fuit vilior mors eorum in terris, tanto glorioſior corona in cœlis: quod quum mali in die Iudicij videbunt ſuper, eos pœnitentiam agentes illud Sa pient. 5. gementes præ anguſtia ſpiritus dicent. Hi ſunt quos habuimus aliquando in deriſum, in ſimilitudinem improperij, nos inſenſati vitam illorum exiſtimabamus inlaniam, & finem illorum ſine honore. Ecce quo modo computati ſunt inter filios Dei, & inter ſanctos ſors illo rum eſt? Et propter hoc bene dixit, ꝓ in conſpectu Domi ni mors ſanctorum preciosa eſt, & non mundi. Dominus enim mortem ſanctorum quæ vilis fuit, morte ſua fecit glorioſam, quia ſanctorum paſſio nihil profeciſſet, ſi Chri ſtus paſſus non fuiſſet: immo triplex damnum intuliſſet ſcilicet oblationem delectationis in temporalibus, & ſpa tium vitæ corporalis, & tertium gehennæ pœnam. Venit autem Chriſtus, & impoſuit precium morti eorum, mu tans vtilitatem illam in precioſitatem, ſicut rex mone tam quum non acceptatur mutat in meliorem. Vnde primo. Machabeo decimoquinto. Permitto tibi facere percuſſuram proprij numiſmatis in regione tua, ideſt in eccleſia. Sic Chriſtus mortem martyrum, & omnes pœnas huius vitæ primo pro nobis patiendo. Vnde Apoſtol. primæ ad Corinth. ſexto in fine. Empti eſtis precio magno, glorificate, & portate Deum in corpore veſtro. Et 1. Petri 1. Scientes quòd non corruptibili bus &c. Tunc auferebantur temporalia: modo dat Deus æterna. Vnde Zacha. 3. Auferte veſtimenta ſordida ab eo. & dixit ad eum. Ecce abſtuli à te iniquitatem tuam, & in dui te mutatorijs, & dixit. Ponite cydarim ſuper caput eius, ideſt coronate eum gloria æterna. Et Helias dum vellet cœlum aſcendere, dimiſit pallium ſuum cadere. Vnde quarto Reg. 2. dicitur de Heliſeo. Leuauit pal lium Heliæ.

Dñs mor re ſua ſan ctor. mor tẽ glorio ſam fecit

Simile.

Tortores auferebãt vitam temporalem, ſed Dominus dat æternam. Vnde Iob 22. Dabit pro terra ſilicem, ideſt pro fragili corpore glorificati corporis ſoliditatem: & ꝓ ſilice torrentes aureos. i. plenam diuinitatis cognitione. Ipſi tunc in infernum deſcendebant: nunc autem Domi nus dat regnum. Ipſe enim nobis ſeipſum pontem fecit, ꝓ quem

Dñs ſeip ſum no bis pontẽ fecit.

quem nos transiremus hoc mare manum & spatiosum. Ideo dicitur pontifex. Vnde ad Hebræ. 2. Vt misericors fieret & fidelis pontifex ad Deum, vt repropitiaret delicta populi. Et cap. 3. Considerate Apostolum, & Pontificem ad Deum, vt repropitiaret delicta populi. Et cap. 3. Considerate Apostolum, & Pontificem confessionis nostrę Iesum. De hoc transitu dicitur Nume. 20. Obsecramus vt nobis transire liceat per terram tuam &c. Cui respondet Edom. Non transibitis per me: alioquin armatus occurram vobis: dixeruntque. Per tritam gradiemur viam. Sic & nos transire debemus mundum, & cogere regem Edom, vt transeamus sicut hospites, & peregrini. Sequitur. Et si biberimus aquas tuas, idest concupiscentias mundi nos .s. secundum rationem, & pecora nostra secundum sensualitatem: dabimus quod iustum est .s. pœnitentiam: nulla erit in precio difficultas. Sic & Dominus etiam precium regni cœlestis pro nobis dedit: ita tamen si nos posse precium adaugeamus, vel pro ipso moriendo vel saltem vitia in vobis mortificando: omnes pœnæ particulares, scilicet fames, sitis, frigus, & huiusmodi dicuntur denarij domini: sed marcham integram domino offert, qui se totum offert in holocaustum: vtrisque tamen & marcha, & denatijs regnum Dei emitur: quia quantum quis habet, tantum valet. Tantum enim meruit vidua mittens duo minuta in gazophilacium, vt habetur Lucæ 22. in principio: quantum Zacchæus, qui dimidium bonorum suorum dedit pauperibus. De quo Lucæ 19. in principio. Vnde Augustinus. Nihil vilius regno cœlorum dum emitur: nihil carius quum possidetur. Hæc commutatio patet Matt. 5. vbi pro paupertate datur regnum cęlorum. Beati (inquit) pauperes spiritu &c. & sic de alijs ibidem numeratis. Hypocritæ falsarij sunt huius monetæ, quod percipitur quum examinantur. Vnde Ezechiel. 22. Versa est mihi domus Israel in scoriam, in medio fornacis scoria argenti facti sunt.

Particulares pœnæ denarij dñi dicuntur.

De

De veritate domini, quæ manet in æternum, quibus sit gaudio & quibus timori.

IN PSAL. CXVI. SERMO. CCLVI.

VERITAS domini manet in æternum. Triplex est veritas in esse, facto, & verbo, quæ in solo Deo per se certa est, & ideo sola veritas domini, & quæ à domino est, manet in ęternũ. In homine quidem non est veritas essentiæ: per peccatum enim præuaricationis Adæ, meruit non solum damnari, sed etiam aboleri, & nisi super eum confirmata esset misericordia domini qua adhuc eũ conseruat, iam tum abolitus esset, & ita quia ens & verum conuertuntur, homo verus non est, sed omnis homo mendax. Consimiliter, quia omnis creatura à conseruatione creatoris dependet: nulla per se vera est: Vnde cœlum & terra transibunt dicit dominus: & Psal. ad ipsum. Opera manuum tuarum sunt ęęli: ipsi peribunt, tu autem permanes. Vnde solus dominus verè esse dicitur: ideoq; de se dixit. Ego sum qui sum, & qui est, misit te: quapropter hic dicitur, Veritas domini manet in æternum.

Veritas triplex.

In homine non est veritas essentiæ.

Item in facto, homo, & angeli peccantes in veritate nõ steterunt, & qui non peccauerunt, quia peccare potuissent æternam hanc veritatem non habent saltem à se. In facto autem multiplex ab homine committitur mẽdacium, per simulationem, per dissimulationem, per hypocrisim. Vnde dominus Matth. 7. Attendite à falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium: intrinsecus autẽ sunt lupi rapaces. Et Luc. 12. Attendite à fermento Pharisæorũ quod est hypocrisis. Et quia multi aliud in corde, aliud in ore, aut facto gerunt, dicitur Hierem. 17. Prauum est cor hominis, & inscrutabile. Veruntamẽ vt dicitur Prou. 17. Qui peruersi cordis est non inuenit bonum. Et ideo nec verum.

Mẽdaciũ multiplex ab homine.

In factis etiam hominum non est veritas, quia vt dicit Horatius. Mortalia facta peribunt: quod de factis exterioribus intelligendum est. Nam iuxta dictum Sallustij. Virtus æterna est: sed per Deum conseruantem animam:

quæ

quæ est subiectum eius. Opera autem Dei, quæ æterna esse voluit, æterna erunt, quæ transitoria transibunt: omnia igitur vera: nam nõ omnis fictio, aut simulatio mendacium est: vt domini tentantis Philippum, & fingentis se longius ire.

Nõ ẽ certa ṽitas ĩ verbo hominis.

Præterea in verbo hominis non est certa veritas: nam vt dicitur Iacob 3. Si quis in verbo non offendit, hic perfectus est vir. At vt dicitur 2. Ioan. 1. Si dixerimus quoniã peccatum non habemus ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est. In verbo igitur offendimus omnes: omnis igitur homo mendax. Diabolus etiam mendax, & pater mendacij. Veritas autem domini manet in æternũ, quia & ipse veritas est, quæ nec fallit, nec fallere nouit.

Sol' Deꝰ veritas ẽ.

Manet autem bonis ad inenarrabile gaudium, vt qui audituri sunt illud, Matt. 25. Venite benedicti patris mei, possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi. Et in fine: Ibunt iusti in vitam æternam: quod quia veritas domini asseruit: bene admonet nos Psalm. dicens: Laudate Dominum omnes gentes, laudate eum omnes populi: quoniam confirmata est super eos misericordia eius, & veritas domini manet in ætrrnum. Quasi dicat, non solum per misericordiam eius consecuti sumus peccatorũ veniam: sed etiam per veritatem eius æternorum bonorum certitudinem: quæ ad consummationem illius summæ beatitudinis maximè est necessaria.

Veritas dñi bonis adgaudiũ malis ad horrorẽ erit.

E contrario veritas domini manet in ęternum malis ad ineffabilem horrorẽ: vt qui audituri sunt à veritatis ore. Discedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo, & angelis eius. Quo verbo nescio an quid horribilibus à constitutione mundi creatum, aut prolatum sit. Superat enim omnem horrorem, si quis iustè cogitet, quid sit discedere à summo bono ad intollerabile malum illudque æternum: quod quia æternum, etiam si intensiuè parum esset, quia infinitum extensione durationis immensum est. Precemur igitur Deum, vt eorum ascribamur numero: qui cum gaudio Deum laudant, quoniam confirmata est super ipsos misericordia eius: & veritas dominj manet in æternum.

Cogitãdũ est qd sit discedere à summo bono ad intolerabile malum.

De

De exercitu triplici circundante corpus nostrum.

PSAL. CXVII. SERMO. CCXLVII.

OMNES gentes circundederunt me, &c. In hoc psalmo ter dicitur circundederunt me: ad signandum, quòd tres sunt exercitus, siue machinæ quibus impugnatur castrum corporis nostri. Primus, motus carnales: Secundus exercitus sunt tenebrarum principes. Tertius principes seculares. Primus exercitus motus carnales, qui bene gentes dicuntur, quia nobiscum genti sicut in Ethicis dicitur. Quoniam connaturales. & contemporaneæ vitæ sunt hæ passiones, vt Iudic. 3. in principio. Hæ sunt gentes quas dominus dereliquit, vt erudiret in eis Israelem. Et nota ꝙ dicit, circundederunt, quasi ex omni parte. Exterior enim homo, ideſt quinque sensus obsident interiorem, & incarcerant. Nec tñ huius carceris habitatione carere possumus. Vnde Ber. Hæc est magna miseria, ꝙ nostrum laqueum nobiscum portamus, & hostem nostrum pascere compellimur: sicut ille qui pascit eum qui se incarcerat, & tamen hoc fit in nomine domini, quia vltus sum in eos. Quia sicut homo exterioribus sensibus peccat, ita & per eosdem expurgatur. Per visum enim haurimus mortẽ, & per oculos tanq̃ per fenestras intrat mors. vnde Thr. 3. Oculus meus deprędatus est animam meam in cunctis filiabus vrbis meæ. Et Gen. 3. Videns mulier, quòd bonum esset lignum ad vescendum. & pulchrum oculis aspectuq; desiderabile, tulit de fructu illius & comedit. & 3 Reg. 11. in principio. Accidit quadam die vt surgeret Dauid de stratu suo post meridiem, & deambularet in solario domus regiæ, viditque mulierem se lauantem ex aduerso super solarium suum: erat autem mulier pulchra valde. Misit ergo rex, & requisiuit quæ esset mulier &c. sic per visum vitam hauire debemus si oculos in lachrymis abluẽdo. Vñ Ps. Exitus aquarum deduxerunt oculi mei, &c. & hoc est quod dicit, quia vltus sum in eos. Sic & in ęteris sensibus, medelam assignat Apostolus ad Romanos 7. circa finem. Humanum

Tres exercitus impugnãtes castrũ corporis nr̃i

Miseria nostra.

Per eosdẽ met sensꝰ pugnatio per quas & pctm.

dica

dico propter infirmitatem carnis vestræ. Sicut enim exhi buistis membra vestra seruire immunditiæ, & iniquitati ad iniquitatem, ita nunc exhibete membra vestra seruire iustitiæ, & sanctificationi. Sic fecit Maria Magdalena, qa per oculos peccauit, post lachrymando lachrymis pedes domini rigauit: & quia crinibus superbiuit, ideo illis pedes domini tersit. Osculos pedes terigit, ad quod prius multos illicirè inuitauit. Vnde Lucæ 7. Et stans retro secus pedes eius, lachrymis cepit rigare pedes eius: & capillis capitis sui tergebat, & osculabatur pedes eius, & vnguento vngebat. Vnde ibi dicit glossa, qp tot de se fecit holocausta quot in ea fuerant oblectamenta. Quinque sensus sunt quinque reges. De quibus Iosuæ 10. Percussit Iosuæ, & interfecit eos, atque suspendit super quinque stipites. Ité dicitur Hierem. 50. Præparamini contra Babylonem per circuitum omnes, qui tenditis arcum debilitate eam: non parcatis iaculis, quia domino peccauit. Clamate aduersus eam, vbique dedit manum, ceciderunt fundamenta eius, quoniam vltio domini est. Vltionem accipite de ea: sicut fecit facite illi. Et hoc est quod dicit: Vltus sum in eos.

Quinq; sensus, quinque sũt reges

Secundus exercitus tidiè impugnant hominem, sub quibus militat diuersitas vitiorum. Vnde Thren. 3. in principio. Circumædificauit aduersum me, vt non egrediar, &c. & hoc fit quãdo homo quũ non cadit aduersitate, tentatur prosperitate, vel è contrario. Sed quandoque qui non vincitur aduersitate, vincitur prosperitate. Vnde Iohel 1. in principio. Residuum erucæ comedit locusta, & residuum locustæ comedit brucus, & residuum bruci comedit rubigo. Eruca vermis est herbam rodens, & toto corpore serpit, & luxuriam significat: quia sicut eruca in herbis nascitur, & ipsas consumit, sic motus luxuriæ in nobis nascuntur, & nos consumunt, & sicut eruca toto corpore serpit, sic & luxuria per totũ corpus serpit. Primo visum inficit: colloquium illaqueat, tactus coinquinat, osculum defœdat, tandem in ipso actu totus in luto homo voluitur, & de ea delectatus labe tãdem moritur.

Secũdus exercitus hominẽ ĩpugnãs.

Eruca luxdrism significat.

Si autem luxuria vincitur: superbia grassatur, & hoc est quod dicitur. Residuum erucæ comedit locusta. Locusta enim breuem habet volatum, & deciduum: sic & superbia. De quo Prou. 30. Regem locusta non habet, quia superbus nullum vult sibi habere superiorem, de quo etiam dicitur Eccles. 12. Florebit amigdalus, qui flos castitatem significat, quia temperatum fructum germinat, qui caloremi intemperatum mitigat. Vnde & fabricantes vtuntur amigdalis. Impinguabitur locusta. Dissipabitur capparis: per hanc herbam æstus designatur luxuriæ, quia calida herba est, & nutrit luxuriam. Hæc castitate dissipatur, sed multoties ex hoc surgit superbia. Et hoc est quod dicitur, Impinguabitur locusta, ideſt augmentabitur superbia. Si autem euadat superbiam, incidit in gulã, quod notatur quum dicitur. Residuum locustæ comedit brucus. per quẽ benegula designatur, quia totus est in ventre, & flore quũ vescitur, & fructu defraudatur, sic & gulosus totus in procurando ventre est, & hi sunt quorum Deus venter est, & dum his delectabilibus, quæ quasi flos quidam sunt, pascuntur, æterno fructu defraudantur.

Per locusta superbia intelligitur.

Brucus gulam designat.

Si aurem hæc deuincitur, vix auaritia euaderur, quia hæc etiam senectutem sequitur. vnde etiam ibidem dicitur. Residuum bruci comedit rubigo. per quam egregie auaritia designatur, quòd ferrum quod à terra tanguur rubigine roditur, sic & cor auari, quod à terrenis tãgitur, rubigine auaritiæ roditur. Rubigo etiam in segetibus nascitur, quum rore noxio percutiuntur. Hic ros nõ ab aere puro nascitur, sed à paludibus resoluitur, & non est ros cęli, sed terræ. Hic est ros rerum temporalium: quo rore quum segetes, ideſt cogitationes cordis nostri tanguntur, rubigo auaritiæ innascitur. Sed vlciscimur in eos quum de his pœnitemus: quia singula opera pœnitentiæ dæmonibus sunt supplicia. Oratione qua dominus vngitur, vitiatur, & torquetur: eleemosynis quibus dominus reficitur quasi lapidibus obruitur, quot panes pauperi porrigũtur tot lapides in eum iaciuntur. Et dignum est, vt qui dixit Matth. 3. Dic vt lapides isti panes fiant: ei panes in lapides conuertantur. Ieiunijs nostris maceratur & debilitat.

Rubigo auaritiã importat

Per opa pœnitẽtię vlciscimur indę mones.

Tertius exercitus sunt principes seculares, qui alijs nocendo, sibipsis primo nocent, & hoc est, quod dicit, quia vltus sum in eos. Vnde Augustinus. Qui alij nocere desiderat

Tertius exercit⁹.

derat, fieri potest vt non noceat alij, sibi autem semper nocet, &c. & Psalm. Vniuersi vos interficitis, &c. & Eccl. 10. Qui scindit ligna vulnerabitur ab eis.

De beneficijs Dei, quomodo sit nobis fortitudo laus, & salus.

IN PSAL. CXVII. SERMO. CCXLVIII.

Quatuor Dei beneficia dua in præsenti, & duo in futuro.

FORTITVDO mea, & laus mea dominus, & factus est mihi in salutem. Primo considerandum quomodo quatuor beneficia suis impendit dominus: duo in præsenti, s. remissionem peccatorum, & fortitudinem resistendi peccatis, duo in futuro: laudem, & salutē. Tria hic notantur fortitudo, laus & salus: quartum quod præcedere debet, notatur in illo cantico. Eccl. 15. Cantemus domino, &c. vbi idem versus continetur, & præceditur.

Equus peccati materia. Quando equus & ascensor mare pro ijciantur.

equum & ascensorem proiecit in mare. Equus, peccati materia. Ascensor, diabolus, qui in huiusmodi militat aduersus nos. Equus & ascensor in mare proijciuntur, quū per pœnitentiæ amaritudinem non solum peccatum, sed & peccati materia longè abijcitur, vt in illis, qui mundo renunciant. Vnde Esa: 2. In illa die proiecit homo idola argenti sui, idest longè à se iaciet argentum suum, ex quo fit idolatria. Vnde Crates Thebanus proijciens aurū in mare inquit. Item pessum pessimæ diuitiæ: ego submergam vos ne submergar à vobis. sic, & in fornicatione faciendum. Vnde Gen. 19. Ne stes in omni circa regione, & 1. ad Cor. 7. Fugite fornicationem.

Secundo fortitudinem præstat. Vnde Esa. 40. Qui dat lasso virtutem, & ijs qui non sunt, fortitudinem, & robur multiplicat. Vtrunque notatur in Psal. Saluasti nos de affligentibus nos, ecce remissio peccatorum, & odiētes nos disperdidisti. ecce fortitudo.

Duo in futuro, laus & salus. Laus, vnde Esa. 41. Dominus Deus germinabit iustitiam, & laudem coram vniuersis gentibus. Iustitiam quantum ad malos. Laudem quantum ad bonos. Christus enim quasi speculum in iudicio statuetur, in quo & vniuersorum bonorum iustitiæ, & malorum

malorum maculæ resultabunt. De salute Esa. 33. Dominus legifer noster, Dñs rex noster, ipse veniet & saluabit nos. In salutem dicit. quia talibus inuenietur: in laudem & gloriam retributionis.

Secundo videamus quib. hæc beneficia impendat Deꝰ. quod dicitur Esa. 28. Erit Dñs corona gloriæ & sertū exultationis, & spiritus iudicij sedenti super thronum. & fortitudo reuertentibus de bello ad portā. Spiritus iudicij sedenti super thronum dicitur quantum ad pœnitentes quibus fit remissio peccatorum. Sedet super thronum in spiritu iudicij dum facta sua iudicat. Vnde Prouer. 20. Rex qui sedet in solio iudicij dissipat omne malum intuitu suo. & Gene. penulti. Dan iudicabit populum suum. Sedere autē pœnitentis est, vt iacere peccantis. Vnde Cantic. 2. Sub vmbra illius quem desiderabam sedi. Vmbra est fides. Sub vmbra iacet qui fidem habet, & in à peccato nō abstinet. Sedet qui pœniter ꝑ parte depressionis, per recordationem peccatorum. Vñ Psal. Super flumina Babylonis illic sedimus, & fleuimus dum recordaremur tui Sion. Pro parte erectus, propter propositum pœnitendi. Fortitudo in nomine ibi notatur. Laus ibi dicitur, corona gloriæ. Vnde Esa. 35. secundum aliam transl. In capite eorū laus tanquam corona. Laus ibi dicitur sertum exultationis. Quibus hoc fiat notatur per hoc quod additur: reuertentibus ad portam. de proficientibus dici non potest: quia plerunque in tentationibus succumbunt. de certantibus, & vincentibus nōn potest: quia multi post bella strenua inaniter gloriantur. vt 1. Maccab. 6. Eleazarus. De reuertentibus ad portam potest, quia hi sunt qui redeunt ad iudicium sui, iuxta illud Lucæ 17. Quum omnia quæ præcepta sunt vobis feceritis dicite serui inutiles sumus, &c. & Iob 3. Sedens in sterquilinio testa saniem radebat.

Peccatorū remissio pœnitentib. impetitur.

Tertio videamus quomodo alij excludantur, & q. d. non factus est in salutem illis qui quærunt auxilium mūdi. De qb. Oseæ 5. Abijt Effraim ad Assur & misit ad regē vltorē, & ipse nō poterit saluare nos. Itē nō illis qui q̄rūt laudē humanā. Vnde 2. ad Cor. 12. Qui gloriatur, in dño glorietur. Videns apostolus hominē nobilē creaturā à desiderio gloriæ non posse compesci quia noxiū est in suo,

vel in alterius testimonio gloriari, saluberrimū inuenit consilium in Deo gloriari. Ideo sequitur. Non enim qui seipsum commendat, ille probatus est, sed quem Deus cōmendat. Vnde idem Apostolus. Nihil mihi conscius sum, nec tamen in hoc iustificatus sum: multo minus quem alius commendat, quia minus nouit de eo, vnde B Bernardus. Vt quid alieno vel meo testimonio contentus sū &c.

Tria Domini nomina Iesus Christus, & filius Dei.

Item non illis qui alibi quærunt salutem. vnde Gen. 47. Salus nostra in manū tua est. Hæc sonant tria nomina. Iesus Christus, filius Dei. Inquantum Christus, ipse vngit ad pugnam & dat fortitudinem. Inquantum Iesus, quia salus, sit nobis ad salutem. Inquantum filius Dei, in laudem. Vnde dicit. Psal. In Deo laudabimur tota die. i. in vita æterna. De qua dicitur. Melior est dies vna in atrijs tuis super millia. Fortitudo mea, quam mihi dedit per suam infirmitatem. Laus, quam dedit mihi per opprobriorum suorum contumeliam. Salus, quam mihi dedit per sui dānationem & mortem.

De die resurrectionis Dominicæ quomodo eam fecit Dominus, & quæ sit dies quam non fecit Dominus.

IN PSAL. CXVII. SERMO CCXLIX

Dies resurrectionis à dño specialiter facta dicitur. Sol iustitiæ diuersos in nobis facit dies.

HAEC est dies quam fecit Dominus, exultemus & lętemur in ea. Hanc diem specialiter dicitur fecisse, etsi omnes fecit, quia maiora & excellentiora operatus est in illa die. s. in die resurrectionis. quæ bene dicitur dies: quia ante illam nox fuit. Sol enim absconditus erat sub terra. Veniente autem Sole iustitiæ ortus est dies gratiæ. Sol autem iste secundum diuersos radios, diuersos in nobis facit dies. Primus fuit radius naturalium bonorum & ex his radijs facta est prima dies. Secundi radij bonorum gratuitorum, & ex his secunda dies. Tertia autem dies oritur ex radijs gloriæ. Vnde dicitur Oseæ 6. Viuificabit nos post duos dies: in tertia die suscitabit nos. vnde Eccl. 43. Tripliciter Sol exurens montes. i. mentes excellentes: & radices igneos insufflās. De hoc Sole dicitur Malach. 4. Vobis timentibus nomen meum orietur Sol iustitiæ &c. Bene dicit timentibus oriri Solem,

Solem, quia sicut Lucifer diem & aurora Solem, sic præcedit timor amorem. Vnde Iob 38. Nunquid post ortum tuum præcepisti diluculo & ostendisti auroræ locum suū? Et nota ꝙ Sol duo facit, splendet & calefacit: sic Christus lucis suæ splendore illuminat intellectum, & calore suo accendit affectum, & non æqualiter omnibus. Vnde Eccl. 33. Quare dies diem superat: quia dies gratiæ maior est quàm sit dies naturæ, dies gloriæ maior quàm sit dies gratiæ. Vnde Psal. Melior est dies in atrijs tuis super millia.

Duo effectus solis

Dies quā non fecit Dominꝰ.

Est & dies quam non fecit Dominus, & Deo dicitur: dies hominis Hiero. 17. Non sum turbatus te pastorem sequens & diem hominis non desideraui &c. Bene igitur dicitur de hac die. Hæc est dies quam fecit Dominus. De hac die dictum est Exod. 12. Habebitis hanc diem in monimentum. s. resurrectionis, & celebrabitis eam solemnē Domino in generationibus vestris cultu sempiterno. Debemus enim esse memores resurrectionis Christi propter tria. Primo ad gratiarum actionē: quia propter nos surrexit: & si non fecerimus, obuiat nobis illud Matt. 11. Cecinimus vobis & non saltastis. De morte autem eius debemus ei compati. quia si non fecerimus obuiat nobis illud quod sequitur. Lamentauimus vobis & non planxistis, quia dicitur 2. ad Timoth. 2. Si commortui sumus, & conuiuemus: si sustinebimus & conregnabimus: si negauerimus, & ille negabit nos, &c.

memoria habenda de resurrectione pp tria.

Secundo ad imitationem: Vnde ad Ro. 6. Vt quomodo Christus resurrexit a mortuis per gloriā patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. Quia sicut ipse surrexit liber ab omni pœna, sic nos ab omni culpa. Vnde ad Ro. 6. Christus resurgens a mortuis iam nō moritur &c. & post. Non ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore, sic nec nos rursum moriamur morte peccati. Sed euenit ꝙ post resurrectionē nituntur dæmones iterum hominem mortificare. Vñ legitur Ioan. 11. ꝙ quum Dominus Lazarum suscitasset, Iudæi volebant cum interficere, sic & diabolus conatur occidere resurgentem.

Tertio reminisci debemus Christi resurrectionem ad futuræ resurrectionis certitudinem. Vnde 2. Corinth. 15. Si mortui non resurgunt, neque Christus resurrexit, quòd

si Christus non resurrexit, vana est fides nostra. Bene autem dicitur, Celebrabitur Dño, non nobis in epulis & luxurijs. Sunt.n. quidam religiose se habentes per totã quadragesimam: sed ad Pascha incipiunt viuere sicut prius, Prouer. 26. Sicut canis qui reuertitur ad vomitum suum: sic imprudens qui iterat stultitiam suam. Et Gen. 19. Noli respicere post tergum &c. & tales nõ faciunt pascha. i. trãsitum, immo potius reditum contra Ezech. 1. Aãalia ibant. s. bene viuendo, & non reuertebantur. s. recidiuando. De horum autem festiuitate dicitur. Esa. 1. Calendas vestras & sabbata vestra odiuit anima mea.

De die festo in anima celebrando in condensis vsq; ad cornu altaris.

IN PSAL. CXVI, SER. CCL.

COnstituite diem solennem in condensis vsq; ad cornu altaris. Primo considerandum quõ dies festus in anima celebratur. Secundoq, vbi celebrare constituite. Tertio, quod est quod dr in condensis. Qaarto, quid ꝙ vsque ad cornu altarit.

Festiuitas ĩ duobus consistit.

Festiuitas in duobus consistit: in vacatione à seruilibus operibus. Vnde Hier. 18. Custodite aãas vestras, & nolite portare pondera in sabbato. Et in gaudio. Vnde ad Ro. 12. Qui miseretur in hilaritate &c. Dies solemnis in aãa celebratur quasi duplex festum, qñ puræ sunt cogitationes & mundæ affectiones. vnde Esa. 1. Lauamini, mundi estote quantum ad munditiam affectionum. Auferte malum cogitationum, quantum ad impunitatem cogitationum. Duplex festum hẽt qui hẽt sapientiam contra hæreses, errores & seductiones, & patientiam contra tribulationes. Et hæ sunt duæ alæ de quibus Apoca. 12. Et datæ sunt mulieri duæ alæ &c. Ideo dr in Psalm. Paratum cor meum, paratum cor meum. Sed quia pauci hæc habent, recte dicitur Thren. 1. Viæ Sion lugent eo ꝙ non est qui veniat ad solemnitatem.

Festũ cuiuslibet quãdo cõstituatur.

Constituite dr. Festa. n. cuiusq; sancti constituuntur ex aliqua speciali deuotione, quã hẽt cõstituẽs ad illũ. Singulæ virtutes sunt in aãa, quia qui habet vnã habet omnes. Et Iacob 2. dr. Qui in vno offendit, omnium est reus. Et hoc est quod dr Iob. 1. ꝙ simul comedunt filij Iob & filiæ, & simul obruuntur. Sed qñ quis in aliqua virtute præualet & magis exercetur, ab ipso quasi illius virtutis festum constituitur. Alius quidem exercetur in eis quæ sunt prudentiæ quæ prævalent in consilijs, & iste quasi prudentiæ festum videtur constituere. Alius in fortitudine quia prævalet in aduersis &c. De his quatuor dr Sap. 8. Sobrietatẽ, & prudentiã docet & iustitiã & virtutẽ, qbus nihil vtilius in vita hominib. Inter festa Apostolus nõ modice cõmendat festũ pietatis dicẽs 1. Tim. 4. Exerce te ipsũ ad pietatẽ. Nã pietas ad oĩa vtilis est. Et 1. Tim. 2. Vt quietã & trãquillam vitam agamus in omni pietate & castitate &c.

Opera rara festiuitates deturpant.

In condensis dr, vt non sint opera rara. quia sicut pauci tas capillorum caput deturpat & raritas plãtarũ hortum, & raritas monachorum claustrũ: ita aãam raritas bonarũ cogitationũ & affectionũ & operum. Turpe pecus mutilum &c. Cõdensitas aũt pulchritudinẽ operatur. Hinc laudatur Absalon 2. Reg. 14. Ibi põderabat capillos capitis sui cc. siclis pondere publico. Tricæ ẽt decent mulierem. Vñ Cant. 4. Vulnerasti cor meum &c. in vno crine colli tui. Ideo dr Numeri 24. Quàm pulchra sunt tabernacula tua Iacob, vt valles nemorosæ. Decor aĩæ consistit in multitudine bonorum operũ. Vñ Iob 24. Quũ sederẽ quasi rex circunstante exercitu &c. & Prou. 14. In multitudine populi dignitas regis, & in paucitate plebis ignominia principis. Tres aũt fuerunt præcipuę festiuitates in veteri testamento, vt hĩ Exo. 23. Pascha, Pentecoste, Scoenophogia, q̃ significant in aãa tres festiuitates spirituales. Primam facit castimonia, quæ offert agnum quantum ad innocẽtes, & hœdum quantum ad pœnitentes. Vnde dr Exod. 12. Erit agnus absq; macula masculus anniculus. quod est dicere, erit innocentia munda, fortis & diuturna. Et sequitur. Iuxta quem itum tolletis & hœdum. Iuxta eundẽ ritũ hędus tollitur: quia sicut innocentia, ita pœnitentia à Dño acceptatur. Secundã facit charitas. s. pentecosten, in qua spũs sanctus missus est ad remissionẽ peccatorum. Vnde in Iubileo debita remittebantur, vt habetur Leuit. 24 Qui igit

Præcipuę festiuitates in veteri testõ.

ex charitate proximo dimittit offensam, celebrat pentecosten. In castimonia destruuntur propria peccata, in charitate aliena debita remittuntur. ad quod Dominus inuitat dicens Matth. 5. Si offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduersum te, relinque ibi munus tuum ante altare: & vade prius reconciliari fratri tuo &c. Vindicantes ergo se non faciunt hoc festum. de quibus Eccl. 28. Qui vindicari vult a Domino inueniet vindictam. Homo homini reseruat iram & Charitas a Deo quærit medelam &c. Hoc autem festum duplū est; duplū festum dr. quia charitas non solum condonat, sed etiam donat. Vnde Lucæ 6. Dimittite & dimittemini: date & dabitur vobis. Iniquus non facit hoc festum, quia retinet rancorem: nec auarus, quia nihil erogat. Iniquus iram, Auarus retinet pecuniam. Tertiam facit spes. Infixionem tabernaculi dū enim militamus in hac vita, spes est quasi clauus tabernaculi nostri, figens animam vt non moueatur aduersus, & nihil vulnerat ita diabolum, sicut cōstantia spei. & hoc est, quod legitur Iudic. 4. vbi dicitur q̄ Iael defixit in capite Sisaræ clauum tabernaculi: Diabolus clauo tabernaculi trā sfigitur, quando qui gauderet de desperatione, spe nostra confunditur & cruciatur: Hæc est anchora tenens nauem cordis, ne fluctibus tentationum auellatur. vnde ad Heb. 7. Fortissimum solatium habeamus qui confugimus ad tenendam propositam spem, quam sicut anchoram habemus animæ tutam ac firmam, & incedentem vsq; ad interiora velaminis.

per altare humilitas significatur.

Sequitur. Vsq; ad cornu altaris. Altare est humilitas q̄ post omnia est seruanda, & ita fit, vsque ad cornu altaris. Ipsa meretur exultationem. Vnde Eccl. 11. Erexit eum ab humilitate sua. Altare vt habetur Exod. 27. Erat de terra & concauum, quatuor cornua habes. De terra erat, & humilitas dicit Eccl. 10. Quid superbis terra & cinis. Erat concauum, & humilitas se reputat vacuum. dicit enim Esa. 3. Non sum medicus: nec est panis in domo mea: nec vestimentum &c. quasi dicat nihil habeo. Quatuor cornua habens, & humilitas in quatuor consistit: quæ sunt. Spernere mundum: spernere nullum: spernere esse. Spernere se sperni. Cornu autem altissimum, est spernere se sperni. Vsque ad cornu altaris diem solemnem constituit, qui ad hunc gradum humilitatis pertingit.

De via & semita ad cœlum, & de maculis vitandis.

IN PSAL. CXVII. Aleph. SERMO. CCLI.

BEATI immaculati in via qui ambulant in lege Domini. Vita communis eorum qui in mūdo sunt, via dicitur. Semita, vita clausturialiū, quia arctior est: ex vtrisq; nonnulli saluantur. De vtrisq; dicitur. Vias tuas domine demonstra mihi, & semitas tuas edoce me. De via dicitur: demonstra, quia præsēs est. Via demonstratur, quando qualiter incedendum est in ea per Spiritum sanctum instruimur. Quia sicut dicitur Exod. 8. Digitus Dei hic est. De semita quia magis occulta & paucioribus nota dr edoce. i. perfecte doce. & itetum deduc me in semitā mandatorum &c. quasi ignoras quærit ducem. De vtrisq; dicitur Prouer. 4. Viam sapientiæ monstrabo tibi, & ducam te per semitas æquitatis &c. Hæc via quia trita est & à multis conculcata, multos sordes & lutum contrahit, & vix quis potest non coinquinari. & ideo magnum est per eam incedere: & non inquinari. Vnde Eccl. 31. Beatus diues qui inuentus fuerit sine macula &c. Quis est hic, & laudabimus eum. Fecit enim mirabilia in vita sua. Non est quandoque inferior religioso, quia magnum est esse in mundo, & non labi. esse in igne, & non vri. Ideo dicit Fecit mirabilia in vita sua. Ideo dicitur Iac. 1. Religio munda & immaculata apud Deum & patrem. hæc est, visitare pupillos & viduas in tribulatione eorum, & immaculatum se custodire ab hoc seculo.

Vita cōmunis via dr.

Vita claustrialium semita.

Quando via demōstretur.

Via communis sordida.

Est autem multiplex macula. Rubiginis, quæ est ex cōtractu metalli, vt ferri & huiusmodi. & hæc est cupiditas siue auaritia. de qua dicitur Iaco. 5. Argentum & aurū vestrum æruginauit, & ærugo eorum in testimonium vobis erit. Maxime aūt turpis est hæc macula in viro literato, q̄ significatur per argentū. Vnde Prou. 25. in principio. Auferr rubiginem de argento. i. cupiditatem de viro literato: & egredietur vas purissimum. quia ex scientia multa bona

Multiplex macula.

facerent nisi se ad cupiditatem conuerterent. Vnde Prou. 20. Multitudo gemmarum & vas preciosum, labia scientiæ. Eadē dr̄ macula luti & stercoris. Vnde Abach. 2. Væh qui congregat non sua, vt quid aggrauat contra se dēsum lutum Stercoris. vnde ad Philip. 3. Omnia arbitratus sum vt stercora, & Thren. 4. Qui induebantur croceis, amplexati sunt stercora.

Decolorationis quæ contrahitur ex humo. & hæc est macula ebrietatis & gulositatis: qua pulchritudo animæ quasi vestis decoloratur & detingitur. His sese maculant qui sunt in conuiuijs. Vñ in epistola Iudæ in medio. Hi sunt in conuiuijs maculæ conuiuantes, sine timore seipsos pascentes. s. mutuo pp quod dr̄ Luc. 14. Quum facis prandium aut cœnam noli vocare amicos tuos neq; fratres tuos, neq: cognatos, neq; vicinos, neq: diuites, ne forte & ipsi inuitent te & fiat tibi retributio &c. Ex his maculis fit lorica diabolo, quia in tantum inoleuit consuetudo, q̄ vnus per alterius exemplum se defendit vnde dr̄ Eccl. 43. Quasi lorica induit se aquis. i. exemplis multorum. & eiusdem 32. Homo peccator vitabit correptionem, & secundum voluntatem suam inueniet comparationem.

Menstrui macula quæ.

Menstrui, hæc est macula libidinis. de qua i. ad Corint. 6. Omne peccatum quodcunq; fecerit homo, extra corpus est: qui aūt fornicatur in corpus suū peccat. Simplex aūt fornicatio est macula mēstrui. de quo dr̄ Hiere. 2. Omnes qui quærunt eam, non deficient in menstruis suis inuenient eam. Hæc tanta est q̄ inficit speculum. i. scientiam doctorum. Vnde Eccl. 47. Inclinasti femora tua mulieribus; dedisti maculā in gloria tua. Et hæc est macula picis, quæ significat peccatum adulterij: pix quidem inficit vasa, & quid est coniugata nisi vas viri. de quo dr̄ 1. ad The. 4. Vnusquisq; sciat vas suum possidere in sanctificatione. Et 1. Petri 3. Viri cohabitantes secundum scientiam, impertientes honorem infirmiori vasculo. De hac pice dicit. Eccles. 13. Qui tangit picem, inquinabitur ab ea, id est coniugatam. Vnde Prou. 6 Sic qui ingreditur ad vxorem proximi sui, non erit mundus quum tetigerit eam.

Macula bitūinis.

Et est macula bituminis, libido cōtra naturā. Vnde dr̄. Gen. 23. Vallis sylueſtris multos hēbat puteos bituminis. Et

Et in epistola Iudæ in principio. Sicut Sodoma & Gomorra & finitimæ ciuitates simili mō exfornicatæ. i. extra naturam fornicatæ, & abeuntes post carnem alteram, factæ sunt exemplum ignis æterni &c.

Macula vredinis.

Est macula vredinis, qua spicæ segetū pcutiūtur & hæc est superbia, q̄ est ventus vrens, fructus. s. bonorū operū corrumpens. Vñ Amos 4 Percussi vos in vento vrente, & in aurugine multitudinem hortorum vestrorum.

Macula fellis, & sāguinis.

Est & macula fellis, & hæc macula inuidiæ. vñ Act 8. In felle amaritudinis et obligatiōe iniquitatis video te eē.

Et est macula sanguinis & hæc est iræ vel odij. Vñ 1. Ioan. 3. Oīs qui odit fratrem suum, homicida est, & scitis q̄m oīs homicida non hēt vitam æternam in seipso manē tē & Matt. 5. Oīs qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio. & Esa. 9. Vestimentum mixtum sanguine erit in combustionem, & cibus ignis, & Thren. vlt. Errauerunt in platea: polluti sunt sanguine.

Macula tabefactionis.

Est ēt macula tabefactionis, & hæc est tristitiæ vel accidiæ: q̄ tabefacit aīam. Vñ Psal. Tabescere fecit sicut aranea aīam meam, & Prou. 27. Spūs tristis exsiccat ossa. & hæc senectutē corporis & desperationē mentis inducit. vñ Eccl. 30. Tristitiam longe expelle à te: multos occidit tristitia, & nō est vtilitas in illa. Zelus & iracūdia minuūt dies, etenim tēpus senectā inducunt. Eadē. s. tristitia est macula atramēti quo scribit diabolus elemēta desperationis in aīa, sicut & Spiritus sanctus elementa spei, fidei, & charitatis scribit in corde hoīnis. Vñ Hiere. 31. Dabo legē meā in visceribus eorum &c & 2. ad Corint. 3. Epistola mea, vos estis scripta &c Qui ergo in vita huius mundi has maculas non cōtrahūt, de eis dr̄. Beati immaculati in via &c. De qbus in epistola Iudæ in fine. Odientes & eam q̄ carnalis est, macula tā tunicā: ei aūt q̄ potens est nos cō seruare sine peccato, & cōstituere ante conspectum gloriæ suæ immaculatos in exultatione, in aduentu Domini Iesu Christi gloria &c. Hi sunt qui ambulant in lege domini. Lex. n. dñi est quasi lux quæ ostendit viam lutosam vt declines. Vnde Prouer. 6. Mandatum lucerna, & lex lux. Ostendit etiam mundam viam, vt pontem vel plantā, per quam transeat. i. imitationem passionis & mortis Christi.

Lex Dñi quasi lux dicitur.

Planta

Planta ista de ligno crucis. Pons de lapide sepulcri. & hæc est niunda via, de qua Prouerb. 6. Via vitæ increpatio disciplinæ. quæ fit ad similitudinem passionis Christi.

De speculo sacræ scripturæ quomodo inspiciatur.

IN PSAL. CXVIII. Aleph. SER. CCLII.

Facies duplex ita, & speculum.

TVNC non confundar cum prospexero in omnibus mandatis tuis. Satyricus poeta Iuuenalis dicit. Descendit de cœlo γνῶθι σεαυτον .i. cognosce te ipsum. Sicut homo exterior non potest suam exteriorem faciem videre, ita nec interior. quare vt exterior ad eam intuendam inducit speculum, ita & interior. Vnde Iob 5. ad fi. Visitans speciem tuam non peccabis. Speculum illud lex est diuina. Vnde Prouerb. 6. Mandatum lucerna est, & lux. & via vitæ increpatio disciplinæ. Speculum autem operatur vt deprehendamus maculas nostras, & nos tergamus, vel lauemus: sic & sacra scriptura. vnde Iacob 1. Si quis auditor est verbi. & non factor, hic comparabitur viro consideranti vultum natiuitatis suæ in speculo. Consideravit. n. se & abijt & statim oblitus est qualis fuerit.

Dupl. macula hoīs

Homo duplicem habet maculam. Pœnæ, & culpæ, & vt videat quam sit deformis, in quo est excœcatio rationis corruptio cōcupiscibilis, & infirmitas irascibilis: oportet vt detegat speculum sacræ scripturæ. In speculo enim nihil potest intueri nisi per radium lucis. similiter in speculo legis diuinæ, nisi irradiet lumen cœlestis sapiētiæ. Hūc radium petebat qui dixit Sap. 9. Da mihi sedium tuarum assistricem Sapientiam. Causam subdit dicens. Et si quis erit consummatus inter filios hominum, & abfuerit ab illo sapientia tua, in nihilum computabitur. Et post. Mitte illam de cœlis sanctis tuis &c. & Psalm. Reuela oculos meos, & considerabo mirab. de leg. t. Applicari debet mentis liber ad verbum legis, & illuminandus per verbum puræ mentis.

Item quædam sunt quæ videre possumus absque speculo,

culo, vt manus & pedes, & consimilia. Alia quæ non: sed ad ea intuenda speculum habemus. Canos enim nostros & rugas in facie non videmus nisi dum speculum consulimus. Similiter quædam sunt in interiori homine quæ etiam videmus sine speculo scripturæ, quædam subterfugiunt intellectum & cognitionem nisi diuinæ legis speculum applicemus. Multi enim sunt qui corpore paulatim senescunt, nec percipiunt: ita interior homo noster relabitur in senectutem, nec deprehendimus. vnde poeta Dum serta, vnguenta, puellas. Poscimus, obrepit non intellecta senectus. Et Oseæ 7. Comederunt alieni robur eius: sed & ipse nescivit: sed & cani eius effusi sunt in eo: & ipse ignorauit. Cani attestantur frigiditati. Cani igitur interiori homini nascuntur in capite, quando cogitationes, & affectiones quæ esse solebant fluentes, tepescunt: immo algescunt in mente. Matth. 20. Refrigescet charitas multorum & Ioan. 18. Stabant autem serui & ministri ad prunas, quia frigus erat &c. Sed mirum est quando videmus iuuenem canum. similiter quando videmus nouitium qui in initio fuit feruens, tepescere. Canos istos ignoramus, quando in nobis tepescere feruorem non deprehendimus. Et Iob 16. Rugæ meæ testimonium dicunt contra me. Rugæ interioris hominis sunt duplicitates mentis. Quàm multi duplices sunt qui se duplices non aduertūt? Sed quum verbum prædicationis audiunt, quod seipsos sibi ostendit canos suos, & rugas, & alios defectus suos vident. Siquis loquitur de fratre suo qui superuenit, & statim silet, duplex est. Vnde Ecclesiast. 10. Si mordeat serpens in silentio, nihil eo minus habet qui occulte detrahit. Quàm multos salutamus, quàm multis brachijs, & in osculo occurrimus, quos absentes esse, vel penitus non esse vellemus? Vnde Eccles. 2. Væh duplici corde & labijs scelestis, & manibus male facientibus, & peccatori ingredienti terram duabus vijs.

Quædam videre possumus sine speculo, & quæda nō

Cani in interiori homine.

Rugæ interioris hominis.

Item in speculo quot sunt intuentes, tot resultant imagines. similiter in lege diuina quot sunt meditationes, tot mysticæ eliciuntur significationes. Ideo dicitur Sap. 7. Hæsit enim in illa spiritus intelligentiæ sanctus multiplex, vnicus, subtilis &c. Vnde significatur per manna,

Lex diuina speculo cōparata.

quod

quod erat gustanti cuius vellet saporis. Vnde Sap. 16. Qui bus dedisti concupiscentiam delectamenti sui nouum sa porem. Item speculum repræsentat motum & figuram, sed non sonum. Intueatur quis in speculum & moueat labia, videbit labiorum motus, sed nō audietur sonus. In quo significatur quòd diuinæ legis speculum inspectores suos non informat ad sonum, ideſt ad bene loquendum: sed ad motum, ideſt ad bene operandum. Rhetorica & lex mū dana docet loqui. Ideo dicitur Aggæi 1. Factum est ver bum Domini in manu, non in ore, Aggæi prophetę. Non conformabant se Domini speculo pharisæi. de quibus di citur Matth. 23. in fine. Dicunt, & non faciunt. Et 1. Co rinth 13. in principio. Si linguis hominum loquar & an gelorum, charitatem autem non habeam, factus sum ve lut æs sonans &c. cymbalum tinniens. Sed natura ipsa do cuit nos debere esse tardiores ad loquendum, quàm ad fa ciendum. quia instrumentum loquendi tardius alijs expe ditur. prius enim audit homo, videt, palpat, olfacit, gustat quàm possit loqui. Ideo dicitur Iacob 1. Sit autem omnis homo velox ad audiendum, tardus autem ad loquendum &c. Item mulier patiens menstruum quum speculum, in spicit, ipsum speculum rubiginem contrahit. Sangnis est peccatum. Sanguis in vasis contentus, peccatum occultū. Fluxus sanguinis, manifestatio criminis. Mulier ergo menstruum patiens speculum contaminat. Et peccator notorius quādo prædicat, vel docet doctrinam deformat. Vnde de Salomone Eccleſiast. 47. Quemadmodum eruditus in iuuentute sua &c. & post. Dedisti maculam in glo ria tua. Solet speculum induci, vt maculas deprehendat, & purget. Econtrario eis accidit: qui speculum deformāt, qui per ipsum purgari debuerant. similes Naaman, qui vix voluit acquiescere prophetæ, vt lauaretur in Iordane, vt habetur 4. Reg. 5. Naaman interpretatur decorus sibi, & significat qui non intelligit maculas suas. Iterum de illo dicitur. Erat diues sed leprosus Virgo ancilla vxoris eius quæ suasit ire ad Helisæum prophetam, ratio est quæ ser uit sensualitati, quam Naamam, ideſt carnalis animus si bi coniugio copulauit, quando carnaliter viuere statuit. Sed ancilla suadet ire ad prophetam, quando ratio suadet inspi-

Tardiores esse ad loquēdū quam ad faciendū natura dedit.

Simile.

inspicere scripturam, vel audire prædicationem, quæ per prophetam intelligitur, & ita fit quod dixit propheta. Vade & lauare septies in Iordane, ideſt abluere perfecte lachrymis pœnitentiæ. Iordanis enim interpretatur descensus. Et de pœnitente legitur 2. Reg. 12. Ingressus Dauid seorsum iacuit super terram.

De via adolescentis quæ est quartum quod penitus ignorauit Sap. & de tribus illi difficilibus: hoc est de quatuor animi carnificibus seu pastonibus.

IN PSAL. CXVIII. Beth. SERMO. CCLIII.

IN quo corriget adolescentior viam suā: in custodiendo sermones tuos. De hac via adolescentis dicitur. Prouerb. 30. Vbi dicit Sapientia: Tria sunt mihi difficilia, & quartum penitus ignoro. Viam aquilæ in cęlo, viam colubri super terram, viam nauis in mari, & viā viri in adolescentia. Sed quid est quòd dicit, tria sibi difficilia, & quartum penitus ignorare, quum omnia sciat? Dicitur autem ignorare, ideſt reprobare vnde dicitur. Ignorans ignorabitur. Ignorans se ignorabitur, ideſt reprobabitur à Deo, sicut virgines illæ fatuæ quibus dixit Dominus Matth. 25. Nescio vos. vnde & Canti. 6. Nescii, & statim sequitur. Anima mea conturbauit me, & quare? Propter quadrigas Aminadab 1. propter quatuor affectiones spontaneas. Aminadab enim interpretatur spontaneus, & significat animū suæ voluntatis. vnde ait, Nesciui, quia anima quando abit in regionem longinquam per peccatum faciens ibi diuturnam moram, seipsam nō cognoscit: sicut homo quando exulauit diu: rediens nō cognoscitur. Vnde Thren. 4. Denigrata est facies eorum, scilicet animarum, sicut carbones, & non sunt cogniti in plateis, ideſt in manifesto. Et Iob 2. Cūque eleuassent oculos procul non cognouerunt eū. & exclamātes plorabāt.

Ignorare pro reprobare sumitur.

Econ-

Aia seipsam frequēter videns bene se cognoscit.

Econtrario est de puero quem pater frequenter videt. & licet crementum filij si abesset induceret patrem ad ignorandum, quia præsens est non tollit cognitionem. Sic anima seipsam frequenter videns se bene cognoscit. Vnde Iob 5. in fi. Visitans speciem tuam, ideſt animam, non peccabis. Sic paterfamilias sollicitus intra cellaria sua respicit frequenter vasa sua, si scissa sint, ne vinum spargatur. Sic nos animam si quod peccatum commisit, circunspectione circuire debemus. Vnde Psalm. Anima mea in manibus meis semper. Dicit ego anima de se. Nesciui .i. me. quia quatuor affectionibus quasi quatuor vijs à me recessi. Quæ supra dictis quatuor designantur. Prima affectio siue via, est vana lætitia, quæ trahit hominem supra se. Secunda, tristitia, quæ trahit hominem infra se. Tertia, timor, qui trahit hominem à se. Quarta, desiderium quod trahit hominem extra se

Affectiones quatuor.

Prima.

Prima affectio scilicet vana lætitia, dissoluit hominem nunc in superbiam vitæ, nunc in inanem gloriam. & hæc est via aquilæ in cælo, quæ in altum volat. Vnde Abdiæ 1. Tu dixisti in corde tuo, quis detrahet me in terram? Si exaltatus fueris vt aquila & si inter sidera posueris nidum tuum, inde detraham te: dicit Dominus, nidum inter sidera ponere, est virum carnalem se velle inter spirituales computari: sed in terram deijcitur, quando et quantus sit demonstratur.

Secunda.

Secunda affectio, siue via colubro comparatur in pectra repenti propter tria. Quia coluber toto corpore repit: sic qui tristitia angustiatur in acquisitione terrenorum. Item coluber vultum habet deiectum in terram, sic tristis desperans declinatum habet vultum in terram. Vnde dicitur Gen. 4. Caym. Quare facies tua concidit? Ouidius. Quid nisi secretæ læserunt phillida syluæ? Item vmbras solitudinum petit: sic tristis semper solitarius esse quærit, & hoc faciendo etiam quandoque inijcit manus in seipsum .s. occidendo. Vnde Matth. 27. dicitur de Iuda, q proiectis argenteis abijt & laqueo se suspendit. Vnde dicitur Ecclesiast. 20. Tristitiam longe fac à te. multos enim occidit tristitia.

Tertia affectio.

Tertia affectio est timor, & hæc est via nauis in mari, vbi

vbi pericula multa. Vnde Psalm. Omnis homo timet in mari. Inter enim mortem, & vitam non est nisi lignum fragile. Vnde Sap. 24. Alius nauigare cogitans & per feros fluctus iter facere incipiens, ligno portante se fragilius lignum inuocat &c. Tunc autem surgit tempestas timoris, quando timet damnificari in temporalibus, & tunc Iesus, ideſt fides dormit in mari, ideſt in homine: sed debet excitari: à discipulis .i. à disciplinatis cogitationibus. Hæc sunt tria illa difficilia.

Quarta.

Quarta vero affectio .s. desiderij, est via viri in adolescentia: per bona enim desiderija venitur ad gaudia: per mala ad supplicia. De quibus Eccles. 18. Post concupiscentias tuas non eas & à voluntate tua auertere. Et Eccle. 2. Omnia quæ desiderauerunt oculi mei, non negaui eis. Cum igitur anima istis quatuor affectionibus recessit à se, bene dicit se nescire. Vnde & Dominus eam quater reuocat dicens Cant. 6. Reuertere reuertere sunanimiter, reuertere, reuertere, vt intueamur te .i. ego intuear te, & tu intuearis te. Difficillimum est ergo quartum, in quo penitus ignoratur via viri in adolescentia sua. Vnde Proverbiorum 22. Adolescens iuxta viam suam, & quum senuerit, & non recedet ab ea.

De incola, & agricola, & officio eius.

IN PSAL. CXVIII. Gymel. SER. CCLIIII.

Incola terræ, & incola in terra.

INcola ego sum in terra, non abscondas à me mandata tua &c. Est incola terræ & est incola in terra .s. peregrinus huius mūdi. Incola terræ qui bene colit terram, suæ carnis, ne sentibus vitiorum obruatur. Sed multi sunt qui hanc culturā odio habent, contra illud Ecclesiast. 7. Opera laboriosa ne oderis, & rusticationem ab altissimo creatam. De fructu vero huius laboris dicitur Ecclesiast. 20. Qui operatur terram suam, inaltabit acervum frugum.

Incola quatuor facit.

Nota quatuor quæ facit incola. Primo terram arat. Secundo sulcos scindit. Tertio seminat. Quarto semina occul-

occultat. Aratur terra per confessionem. Sulci franguntur per contritionem. Seminatur per operum satisfactionē. Semina occultantur per humilitatem, non exponendo per iactantiam. Terram arat qui cor scindit. vnde Oseæ 10. Arabit Iudas, ideſt confeſſio. Vnde Iohelis 2. Scindite corda veſtra. De hoc aratore dicitur Eccleſ. 28. Qui tenet aratrum, ideſt qui continuat confeſſionis propoſitum (ſcd & Dominus vult dicens Lucæ 9. Nemo mittens manum ſuam ad aratrum, ideſt ad confeſſionem, & reſpiciens retro &c.) & gloriatur in iaculo, ideſt in correptione quā facit in eo ſacerdos. Tunc autem gloriatur in iaculo, qñ gaudet de correctione ſui. vnde Prouerb 9. Argue ſapientem & amabit te. & Eccleſiaſt. 10. ante fi. Vir prudens, & diſciplinatus non murmurabit correptus. Stimulus bouēs agitat. Boues ſunt quinque ſenſus tardi ad bonum, quos debemus agitare, ideſt excitare ad bonum, & hic ſtimulus qui retro pungit ſignificat memoriam peccatorum prætereitorum. vnde Eſa 38. Recogitabo omnes annos meos in amaritudine animæ meæ. & Eccleſiaſt. 22. Pungens oculum deducet lachrymas. & qui pungit cor profert ſenſum. Et conuerſatur in operibus eorum, ſcilicet non ceſſando bene operari. Vnde Prouer. 14. Vbi apparent plurimæ ſegetes ibi manifeſta fortitudo bouis. Et narratio eius in filijs taurorum. Tauri ſunt antiqui patres, filij eorum Apoſtoli. & Martyres, quorum vita debet eſſe narratio iuſti. Cor ſuum dabit ad verſandos ſulcos. Verſare ſulcos eſt præterita peccata ad memoriam reuocare. Vnde Pſalm. Vniuerſum ſtratum eius verſaſti. Secundo, arator ſulcos confringit. Vnde Oseæ 10. Confringet ſibi ſulcos Iacob. Iacob eſt luctator contra vitia, qui debet per contritionem cor confringere. Vnde Pſalm. Lauabo per ſingulas noctes lectum meum lachry. m. i. peccata. Et hoc eſt q̄ Moyſes comminuit vitulum conflatilem. Vnde Exod. 32. Arripiens vitulum quem fecerant combuſſit: & contriuit vſque in puluerem, quem ſparſit in aquam. & dedit ex eo potum filijs Iſrael. Vitulus comminuitur quando ſingulis peccatis & eorundem circunſtantijs peccator contritur. Vitulus comminutus bibitur quando de contritione, & amaritudine delectatur.

Boues qn que ſens⁹ dicuntur.

Confringēdi ſunt ſulci cordis per cōtritionē.

Ter-

Tertio, agricola ſeminat. & hoc quo ad ſatisfactionem operum. Vñ Oseæ 10. Seminate vobis in veritate iuſtitiā. & merito in ore iuſtitiæ. In hac auctoritate notat duplex eſſe ſemen. ſ. ſpirituale verbi Dei & operis boni. Qui aūt ſeminat bonum opus tm̄, nunc ſeminat, & non metet donec in futuro. Qui aūt ſeminat ſpirituale, & hic & in futuro metet. qđ notatur quum dicitur. Seminari & poſt metite: vnde melius eſt hoc ſemen. Vñ Eccl. 28. Nonne ardorem refrigerabit ros: ſic & verbū melius quàm datū. Bene aūt dicit, & metite in ore. quia prædicator quaſi falcē habet os, qua metit malos vt fiant boni, abſcindendo eos à corpore diaboli. Vnde Iob 40. in fine. Concident eum amici, diuident illum negociatores.

Seminare eſt opibus ſatisfacere.

Bene etiam dicit in veritate: non in vanitate inanis gloriæ, quia tunc non multiplicabitur. vnde Deutero. 28. Sementem multam iacies in terram, & modicum congregabis, quia locuſtæ deuorabunt omnia. Quarto, ſemen occultat per humilitatem, quia aliter aues cœli tollerent illud. Vnde Lucæ 8. Aliud cecidit ſecus viam & conculcatum eſt, & volucres cæli comederunt illud.

Per humilitatē ſemē eſt occultandū.

De quatuor firmiter hærentibus & vitijs per ea ſignificatis.

IN PSAL. CXVIII. Deleth. SERMO. CCLV.

ADHAESIT pauimento anima mea &c. Pauimentum hic ſignificat quālibet creaturam temporalē, cui dñari dēmus, ſicut pauimentum pedibus calcatur. Vnde Ioſue 1. Omnis locus quē calcauerit pes veſter. i. affectus, veſter erit. Sed ſunt quidā qui non poſſident res, ſed à rebus poſſidentur. contra quos dicit Poeta. Et mihi res, non me rebus ſubmittere conor. ſed hoc non niſi mali faciunt. Vñ Gen. 4. Adam eiectus de paradiſo genuit Caym, ſic recedens quis ab amore ſpiritualium, ſtatim diligit temporalia. Et bene Caym qui interpretatur non poſſidens, quia tales non poſſident res, ſed ab eis poſſidentur. Vnde dicit. Adhæſit pauimento anima mea &c. quia talis non poteſt auelli: contra quod dicitur in euangelio, Leuate capita veſtra.

Pauimentum quid ſignificet

Quatuor firmiter hęrent. Luxuria, & gula duæ filiæ sanguisugæ.

Quatuor aũt sunt quæ firmiter hærẽt. Sanguisuga, lappa, naufragus, porcẽb. piscis seu porcellus. Sanguisuga. Vnde Horatius. Non missura cutem, nisi plena cruoris hirudo i. sanguisuga. de hac dicitur Prouer. 30. Duæ sunt sanguisugæ filiæ, quæ semper clamant, affer, affer, scilicet gula & luxuria, & hæ nunquàm satiantur. Et hæc significata per meretricem illam, de qua Eccles. 7. Inueni amariore mortem mulierem, quæ laqueus venatorum est .i. dæmonum qui venantur animas canibus suis, ideſt lenis quę conciliant stupra. Abachuc 1. Totum hamo sub leuauit in sagena sua, & congregauit in rete suum. Sagena cor eius. Sagena diaboli est mulier quæ paruos, & magnos admittit, sicut sagena paruos & magnos pisces capit de viuario Domini, quod est clauſtrum. Duæ pinnulæ huius piscis, sunt timor & amor. cauda vero est discretio. Bufones vero & ranæ sunt loquaces & gulosi qui foras proijcuntur quando ventum est ad littus. quos aues, ideſt dæmones comedunt. Et nota q̃ Dominus quando vult facere festum, tunc mittit mortem pro magno pisce .s. lucio .i. bono clauſtrali, vt veniat ad mẽsam cœlestẽ. Sed pone morte dignus esset qui contra voluntatem regis piscaret. Sic & mulier mala, morte digna est. Sequitur, vincula super manus eius. & bene dicit, vincula. quia quanto magis homo se nititur explicare, tanto magis stringitur: sic luxurioſus, quanto magis luxuriatur, tanto magis ligatur. Sequitur. Qui placet Deo, effugiet illam.

Mulier sagena est diaboli.

Lappa cupiditatẽ significat.

Secundo, lappa quæ est herba ad modum vitis crescentis super sæpes, quæ adhæret capillis, & vestibus. quæ significat cupiditatem, quæ semper adhæret temporalibus, quæ per capillos, & per vestes significantur: quia capilli ex superfluitate humorum oriuntur. De hac dicitur Oseæ 9. Desiderabile argentum eorum vrtica hæreditabit, ideſt pęna æterna. Et nota quòd argentum dicitur ardor gentium: vrens gentem. Sequitur. Lappa in tabernaculis eorum, ideſt corporibus.

Tertio naufragus, cui valde periculoſum est succurrere quando nauis confringitur: si aliqua tabula remanet, potest quis euadere, si autem non remanet, non potest. Diabolus naufragium passus est in primo peccato: sed nulla

nulla tabula remansit ei .s. pœnitentię, sicut homini. Pœnitentia enim est secunda tabula naufragium passo. Vnde Psalm. In spiritu vehementi conteres naues Tharsis. qd interpretatur exploratio. Diabolus enim æqualitatem filij Dei explorare voluit, & quasi transfretauit vt auferret aurum de Ophir. Vnde legitur 3. Regum vlt. de rege Ioſaphat qui misit naues suas vt auferrent aurum de Ophir: sed confractæ sunt iuxta Asiongaber. Rex Ioſaphat est diabolus qui voluit habere aurum de Ophir, scilicet sapientiam Dei patris, ei se adæquando. Ophir enim interpretatur viride. & significat sapientiam quæ desursum est, scilicet Filij Dei. Sed naufragium passus est iuxta Asiongaber, quod interpretatur collis sublimis. & significat superbiam per quam ille cecidit. sic & naufragium passus, omnia quæ capit non dimittit. Vnde Apocalip. 12. Cauda draconis tertiam partem stellarum traxit secum. Et Exod. 8. dicitur Pharaoni .i. diabolo. Dimitte populum meum, quia sine violentia nunquam permittit hominem abire.

Quartum est vt dixi porcebus seu porcellus, quod est spongia maris. Dicitur enim quod est animal quod tantum inhæret lapidi & non habet vitã nisi hærendo. quàm cito auellitur, tam cito moritur. Vnde dicunt ipsum esse continuationem plantarum & animalium. Plantam dicunt esse, quia plantarum est hærere. Animal, quia spiritum habet sensibilem. Significat autem consuetudinẽ prauam, à qua homines quidam ante mortem vix auelluntur. & væh illis sicut dixit Aug. Væh illis qui tunc habẽt finem luxuriæ quando & vitæ. Vnde Prouerb. 2. Inclinata est ad mortem domus eius, & ad inferos semitæ illius. sic sunt quidam diuites & peccatores in ecclesia. in lecto sepè cogitant terrena despicere & cęlestia amare. & totiẽs inueniuntur mendaces: sed tandem velint nolint, relinquunt alienis diuitias suas. vnde Iob 18. Euellatur de tabernaculo suo, & calcet super eũ quasi rex interius, ideſt mors. Et in eodem. Brachia eius quasi primogenita mors. Primogenitus habebat duplicem partem, sic & iſte in corpore, & anima punietur.

Natura spongiæ.

Consuetudo praua

De ambulantibus extra viam, in via, & per semitam.

IN PSAL. CXVIII. He. SER. CCLVI.

DEDVC me in semita mandatorum tuorũ, &c. Quidam ambulant in via, quidam extra viã, quidam per semitam. Primi boni. Secundi mali. Tertij optimi. Qui extra viam ambulant sunt in peccato mortali. Isti quamuis opera de genere bonorum faciant, tñ ad brauium æternum nunquam perueniunt. Vñ Augu. Opera bona extra charitatem facta, sunt quasi cursus magnus extra viam. Vnde Eccle. 10. Labor stultorum affliget, eos qui nesciunt pergere in vrbẽ. s. cœlestem Hierusalem. Tales etiam confitebuntur se esse lassatos. vnde Sap. 5. Lassati sumus in via iniquitatis & perditionis & ambulauimus vias difficiles, &c.

Ambulãtes extra viã sunt in peccato mortali

Per viam ambulãt qui charitatẽ hñt.

Per viam ambulant qui hñt charitatem, quæ via dicit. vnde 1. ad Cor. 12. in fi. Adhuc excellentiorem viã vobis demonstro. Hæc est recta via de qua Prou. 14. Ambulans recto itinere & timens Deum, despicietur ab eo qui infami ambulat via. de qua via dicitur in eodem. Est via quæ vĩ homini iusta, vel recta, & nouissima eius deducunt ad mortem. Recto itinere ambulat qui in charitate pficit. vñ Can. 1. Recti diligunt te, distorto autem qui tpalia diligũt. Rectũ est cuius medium non exit ab vltimis. Mediũ, hõ extrema Deus. Qui dicit Apoc. 1. Ego sum alpha, & ω cui debentur primitiæ & decimæ bonorum operum, quia inchoatio boni, & perfectio ei ascribenda. Quibusdam aũt non sufficit in via ambulare: sed vt citius perueniant, cõnantur per semitã ire: vt intrantes claustrũ, Vita aũt claustralis pp quatuor comparatur semitæ: quia arcta, cõpendiosa, solis cõpatrioti nota, pedestribus non equestribus meabilis. Arcta autem est in 4 cibo, potu, vestitu, somno. His quatuor se stringunt: meerant autem se per cibi & potus parcitatem. Vñ Esa. 30. Dabit tibi Dñs panem arctũ & aquã breuem. Stringunt se in vestitu. Vnde de Ioan. dr Mat. 3. Vestimenta habebat de pilis camelorũ, & zonam pelliceã circa lumbos suos. esca aũt eius erat locusta, & mel syluestre. Vñ dr 1. ad Timo. 6. Habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti simus. Isti bene se stringũt, quia si volueris contendere cũ eis in iudicio & tunicã tollere: dimittẽt tibi & palliũ: vt habetur. Mat. 5. Non autem hoc faciunt qui hñt mutatoria vestium. Somno se stringũt per vigiliarum assiduitatẽ. Vñ Psal. Si dedero somnũ oculis meis, &c. & iterũ Castigatio mea in matutinis. & Eccl. 31. Vigilia honestatis tabefaciet carnes &c. & post. Infirmitas grauis sobriã facit aĩam. Et dignũ est, vt qui noluit ieiunare sanus, ieiunet infirmitatis causa. & Gen. 31. Die noctuq; æstu vrgebar & gelu: fugiebatq; somnus ab oculis meis. Cõpendiosa est, quia momentanea & breui pœna hic redemit pœnam purgatorij & acquirit vitã ẽternã, & gloriã æter. Vñ 2. ad Corin. 4. Id momentaneũ in pñsenti & leue tribulationis nr̃æ, supra modũ in sublimitate æternũ, gloriæ põdus operatur in nobis. Et Eze. 4. Diẽ pro anno, diẽ inq̃ pro anno dedi tibi. diem. s. in præsenti, p̃ anno in futuro. Solis compatriotis nota. Non .n. nisi experti sciũt q̃ leue sit iugum Dñi, vnde & ipsi delectant. vñ Deuter. 33. Inundationes maris quasi lac sugent. maris. i. amaritudinem. s. in claustro, & thesauros absc̃oditos arenarũ. Thesaurus iste est vita æterna: quæ est abscondita sub arena, ideſt sub vtilitate tribulationis, quæ vilis est, sicut videtur diuitibus, sicut ipsi confitebuntur. vnde Sapien. 5. Hi sunt quos aliquando habuimus in derisum, & in similitudinem improperij &c. Solis istis reuelatum est quanta sit dulcedo illa. Vnde Gene. 18. Nunc celare potero Abraham quæ gesturus sum? & Matt. 11. Confiteor tibi pater Domini cęli, & terræ, quia abscondisti hæc à sapientibus, & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. vnde Psal. Incola ego sum in terra, non abscondas à me mãdata tua. Et 4. Regum quarto. Dominus celauit à me & non indicauit mihi.

Qui p semitã ambulent.

Vita claustralis semitæ cõparata.

Claustralis vita cõpendiosa.

Thesaurus vita æter.

Pedestribus meabilis, ideſt pauperibus non equitibus, qui a illi suffarcinati sunt nimio pondere diuitiarum, vnde transire non possunt sicut legitur de illo iuuene cui dixit Dominus Luce 18. Si vis perfectus esse, vade & vẽde omnia quæ habes & da pauperibus. Qui contristatus est valde, & dixit dominus. Quàm difficile qui pecuniam habent, regnum Dei intrabunt. Facilius enim est &c.

Regular. vita pauperibus meabilis.

Oportet ergo descendere de equo suo, quia sicut dicitur. 1. Esdræ tertio. Non erat locus iumento cui insidebam, vt transiret. Et Lu. 19. dixit Dñs Zacchæo. Festinans descende, quia hodie in domo tua oportet me manere. Et sicut dr̃ Gene. 24. Rebecca viso Isaac descendit de camelo.

De anima & interioris hominis multiplici dilatatione.

IN PSAL. CXVIII. Vau. SERMO. CCLVII.

Dilatatio aīę multiplex.

LEt ambulabam in latitudine, quia mandata tua exquisiui.

Multis modis dilatatur anima & interior homo: per charitatem, per patientiam, per eleemosynam, per spiritus paupertatem, per timorē, per mentis sollicitudinem.

Primo per charitatem: vnde signatur per plateam latiorem. Neem. 3. Dimiserunt Hierusalem vsque ad murum plateæ latioris. Et 1. Esdrę 3. Congregatus est populus in Hierusalem quasi vir vnus. & hoc quia charitas vnit. ò quàm bonum, & quàm iocundum &c. Ad Philip. 2. Siqua societas spiritus, & siqua viscera miserationis, implete gaudium meum, vt idem sapiatis, eandem charitatem habentes, vnanimes idipsum sentientes. Charitas ita lata est & amplexa ꝙ nihil excludit. sed omnia brachijs amplecti-

Charitatis laudes

tur, etiam inimicos: quod Dominus commendauit verbo: vt Matth. 5. Audistis quia dictū est antiquis: diliges proximum tuum, & odio habebis inimicū: ego aūt dico vobis: diligite inimicos vestros &c. & exemplo extendēs in cruce brachia ad dexteram & sinistram, ac si diceret, volo totum mundum amplecti, etiam inimicos. Vnde Proverb. 1. Extendi manum meam, & non fuit qui aspiceret despexistis omne cōsilium meum, & increpationes meas neglexistis. Ego quoque in interitu vestro ridebo, &c. Charitas ita lata est, quòd omnia bona aliorum facit sua per amorem. Aeque enim bona verba, bona opera proximorum diligit, acsi sua essent: eaque non reputat à se aliena. Vnde proprietatem habet gallinæ: quæ æque nutrit,

Charitas proprietē hēt gallinæ.

& fouet pullos alienos, vt suos: & propter hoc Dominus comparat se gallinæ. Matth. 23. in fi. Hierusalem, Hierusalem quæ occidis prophetas, & lapidas eos qui ad te missi sunt: quoties volui congregare filios tuos, quemadmodū gallina congregat pullos suos sub alas &c. Mala proximorum sua facite per compassionem. Vnde 2. ad Corin. 11. Quis infirmatur, & ego non infirmor? Et iterum ad Rom. 12. Gaudete cum gaudentibus &c. Et Ecclesiast. 30. Pro animabus filiorum colligabit vulnera sua, & super omnem vocem turbauerunt viscera eius. Hinc est quòd ex charitatis dilatione inuentum est apud religiosos, vt nullus dicat, meum aut tuum, sed nostrum. Hoc significatur per Iaphet, de quo Gene. 9. Dilatet Deus Iaphet, & inhabitet in tabernaculis Sem. Per Iaphet charitas signatur. Iaphet tria legitur fecisse patre ebrio. Primo oculos auertit ne videret verecundiam patris. Secundo se nudauit. Tertio patrem cooperuit. Sic facit charitas. Oculos auertā à peccato proximi, illud celando. Se nudat, se accusando multoties, & proximum cooperit per excusationem.

Secundo, per patientiam, sine qua charitas non est. Est enim anima iusti sicut ferrum quod dilatatur quum tunditur. Vnde Psalm. In tribulatione dilatasti mihi. Et propter hoc signatur per candelabrum ductile, & de auro. Vñ Exo. 25. Facies cādelabrū ductile de auro mūdissimo.

Secundo dilatatur aīa p patientiam.

Tertio per eleemosynam, sicut. n. 1. ad Corin. dr̃ Charitas patiens est, ita additur. Benigna est, se & sua exhibēdo & erogando. Scitis qñ aliquis auarus, qui nihil vultdare ianitoribus curiæ regiæ, venit ad ostium, clauditur ei cōtra frontem: sed qui largus est, statim intrat. Vñ Prou. 18. Donū hominis dilatat viā eius, & ante principes viā ei facit. Vide qūo clauditur porta ante auarū, & aperitur largo in eleemosynis. Oleū sunt opa misericordiæ vt eleemosynæ. De fatuis virginib. non portantib. oleū secū dr̃ Mat. 25. Et clausa est ianua. Aliæ autem intrauerunt.

Per Eleemosinam

Quarto per paupertatem spūs, per quā renūciatur tpalib. Quanto .n. quis magis se stringit in tēporalib tanto magis dilatatur in spiritualibus: & quantum exterior homo restringitur in eis quæ sua sunt, tñ nouus dilatatur: intantum ergo dilatatur nouus homo, ꝙ vetus positus in angusto cogitur mori. Videre est quosdā spūales viro tam Patrū habere de mūdo, possessionib. nudatos, corpore attenuatos

nuatos, quasi excutientes à se totũ mũdum, vt nec etiã nominari velint inter homines. Vnde Gen. 14. dicit Abrahã. Leuo manũ meã ad Dñm Deũ excelsum possessorẽ cęli, & terræ: quòd à filo subtegminis vsq; ad corrigiã calige non accipiam de omnib. q̃ tua sunt: ne dicas. Ego ditaui Abrahã. Non vult vir spũalis ꝙ mundus possit ei aliquid improperare: quia sicut dicitur Eccl. 20. Modica dabit, & multa improperabit, & adiecit. Exceptis his quæ comederunt iuuenes. Sensus .n. qui fortiter laborauerunt reficiendi sunt. Vnde 1. ad Timo. 6. Habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti simus.

Per tenorẽ, & mentis solitudinem.

Quinto per timorem, & Sexto per mentis solitudinem. Notter .n. interior hõ est sicut rex, qui q̃n est in thalamo suo, tunc ad ipsum non accedit turba. Anima quasi quiescit in thalamo, q̃n est in cõtẽplationis quietis. Vñ Es. 26.

Simile.

Vade populę meus intra cubiculum tuum, claude ostiũ tuũ super te. & tunc nõ inquietat ipsa turba curarũ Q̃nq; est, sicut rex exiens in vicũ, quẽ multi volunt videre, & fit concursus populorũ: similiter fit concursus cogitationũ. Necessarius est tũc regi minister cũ virga, qui arceat turbã ne cõprimat. Similiter & aĩæ minister tenens virgam est timor districti iudicij. Nihil .n ita cohibet nos à vanis cogitationib. q̃ ꝙ cõsideremus, q̃n de oĩ cogitatione Deo in die iudicij reddituri sumus rõnem. Ideo dr̃. Et capillus capiti, vestri nõ peribit. Timor ergo quasi virga arcet turbã cogitationũ, & est flagellũ Abrahæ, de quo Gen. 5. Descẽdebant volucres super cadauera, & abigebat eas Abrahã. Sic ergo dũ arcet turba cogitationũ, dilatat locus aĩæ. Hinc est ꝙ ducẽ constitutũ ad portã Samariæ cõculcauit turba in introitu portæ, & mortuus est, vt habet 4. Reg. 7.

Oĩs sensus porta samaria dicitur.

Porta Samarię est oĩs sensus, qa porta cordis. de quo Prou. 4. Oĩ custodia serua cor tuũ: q̃n ex ipsa vita ꝓcedit. Dux ille est q̃cũq; mũdanus, & carnalis, ideo dr̃. Cõstitutus in porta Samarię, qa totus est in sensib. Hic est q̃ nõ credidit ꝓphetãti ꝙ crastina die esset in Samaria magna frumenti copia, cui dixit Helyseus. Videbis oculis tuis, & inde comedes. Crastina dies, vita æterna, de qua Iacob Gene. 30. Cras inqt rñdebit mihi iustitia mea, Mũdanus nõ credit, ꝙ tãta affluẽtia futura sit beatis, sed ei dr̃. Videbis, & inde non comedes. Electis dr̃ Es. 40. Tũc videbis, & afflues, & mirabit, & dilatabit cor tuũ. Quasi talẽ dũ est in porta Samariæ, & dũ vacat sensib. opprimit turba sollicitudinum.

Peregrini quare dicantur viri spirituales.

IN PSAL. CXVIII. Zau. SER. CCLVIII.

Spũales viri dñr peregrini

CAntabiles mihi erãt iustitiæ in loco peregrinationis meæ. Iuxta illud 2. Corin. 5. Dũ sumus in corpore, peregrinamur à Dño. Spirituales viri dñr peregrini. Eccle. 16. Omnis misericordia faciet locũ vnicuiq; ſm meritum operum suorũ, & ſm intellectũ peregrinationis illi⁹.

Conditiones peregrini.

Primo, qa mundũ patriã non reputant, sed cęlũ. Vñ ad Heb. 11. Iuxta fidẽ defuncti sunt oẽs isti, non acceptis repromissionib. sed à longe eas aspicientes, & salutantes, & confitentes, ꝙ peregrini & hospites sunt super terrã, qui .n. hæc dicũt, significãt se patriã inquirere. Secundo, quia peregrini non hñt perpetuã mansionem illic vbi viuunt vñ ad Heb. 14. Non habemus hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirimus. Tertio, quia sufficit eis pecunia necessaria itineri .s. viaticũ. vñ 5. ad Timo. 5. Habentes alimenta & quib. tegamur his contenti simus. & Eccle. 29. Minimũ pro magno placeat tibi, & improperiũ peregrini non audiens. Improperium est peregrino non sufficere ei pauca Horat Seruiet æternum qui paruo nesciat vti. de leccatore dr̃. Quarto, quia ab indigenis sępè irridet. vñ Sapien. 5. Hi sunt quos aliq̃n habuimus in derisum, & in similitudinem improperij & Iob 12. Deridetur iusti simplicitas &c. Quinto, nulli dicit peregrinus contumeliã, & si audit, nõ rñdet, vñ Eccl. 29. vbi hospitatur fiducialiter non aget, nec aperit os, & adhuc amara audiet. Sexto, in itinere laborẽ aliquo cantu releuat. Cãtus animę est meditatio æternorũ. Intuitus .n. æternorũ q̃ expectãt peregrinantes in hac via, multũ laborem alleuiat. Ideo dr̃ Sap. 10. Iustũ deduxit per vias rectas, & ostendit illi regnũ Dei. Ideo dr̃ hic, Cãtabiles mihi erãt iustifi tu. in lo peregri. m.

Cãtus animæ.

Septimo, baculum hẽt, vñ Iacob Ge. 32. In baculo meo transiui Iordanem istum. &c. Quasi peregrinus. Et peram hẽt. Hęc est memoria verbi Dei, vñ 1. Reg. 18 Elegit quin

que

que lympidissimo lapides de torrente & posuit in pera pastoralem quã secum habebat. Baculo se sustentat, & arcet canes. Baculus enim vsum sustẽtãdo, significat cõfidẽtiã in Deo. Baculus arũdineus est cõfidẽtia in mũdo. de quo Es. 35. Ecce cõfidis sup baculũ arundineũ confractũ istũ sup Aegyptũ, cui si innixus fuerit hõ intrabit in manũ eius & pforabit eũ. Sic Pharao rex Aegypti omnib. qui confidũt in eo. Confidentia in Deo est fortis baculus qui non frangitur. de quo Psal. Virga tua & baculus tuus ipsa me consolata sunt. virga correptio. Bene iunguntur virga & baculus, quia illi maxime qui corripiuntur à Domino habent fiduciam vel confidentiam in ipso, quia signum est q̃ diliguntur à Deo. vnde Eccl. 25. Qui diligit filium assiduat ei flagella. Baculus secundum, q̃ arcet canes significat patientiam. Nihil. n. detractores & oblatrantes ita confundit sicut patientia. Et ècontrario impatientia irritat. vnde Prou. 16. Sicut qui apprehendit auribus canem: sic qui pertransit impatiens. Hæc duo confidentiã & patientiã habes ad Heb. 1. Nolite amittere confidentiã quæ magnã habet remunerationem. Patientia enim nobis necessaria est.

Baculus significãs patiẽtiã.

Octauo, peregrinus quando hospitatur lęte recipitur in ingressu, sed arcte computatur cum eo in exitu. Ideo Eccl. 24. Vita nequam hospitandi de domo in domum &c. Et Matth. 5. Non exibis inde donec reddas vsque ad nouissimum quadrantem.

Nono, peregrinus pascit hospitem suũ sumptibus suis, nec super hoc habetur ei etiam aliqua gratia. Hospes animæ est exterior homo. s. caro quam pascere nos oportet, & est nobis ingrata, quia quanto magis nutritur & pascitur, tanto magis recalcitrat. vnde Deut. 32. Incrassatus impinguatus, si dilectus & recalcitrauit. Hoc est quod dr Eccl. 29. Hospitabitur & pascet & potabit ingratos.

Hospes animę caro.

Decimo, cito traditur obliuioni postquam recessit, sicut homo à mundo post mortem. vnde Sapien. 5. Tanquã memoria hospitis vnius diei prætereuntis. Hypocritæ sunt similes falsis peregrinis, quia solo habitu simulant peregrinum, cum mente inhabitent mundum, & reputent sibi patriam, contra quos dicitur Sophoniæ. 1. Visitabo super omnes qui induti sunt veste peregrina.

Hippocritæ.

De

De triplici vinculo peccatoris & quibus peccator comparandus est.

IN PSAL. LXVIII. Hei. SER. CCLIX.

Vnes peccatorũ circumplexi sunt me, &c. Tribus generibus vinculorum ligamur. Peccatorum carnalis affectionis, mundanarum possessionum. Vinculorum tria genera.

Peccator comparatur latroni, plerunq; n. inueniuntur denarij in bursa latronis, quibus funiculus emittur quo suspendendus est & bendellus. i. fascia & velamentum quo velatur facies eius, sic & de peccatis suis facit sibi chordam peccator qua trahitur, & suspenditur hoc est quod dr Hæster 4. Quòd de ipsa domo Aman lignum sublatum est, quo suspensus est. Et in eodem. Necdum verbum de ore regis exierat, & statim operuerunt faciẽ eius. Item ibidem. Suspensus est Aman in patibulo quod paraverat Mardocheo. Peccator latroni cõparat⁹.

Item similis aranęæ quæ de visceribus suis filum extrahit quo pendet. vnde Esai. 52. Telas aranęæ texuerunt ab initio. Peccatum quum est in primo motu est quasi filum, aranęæ postea intantum ingrossatur q̃ est sicut chable. i. funis grossus & sicut vinculum plaustri. vnde Esa. 5. Væh qui trahitis vestem in funiculis vanitatis, & quasi vinculum plaustri peccatum. Ideo antequàm grossescat debemus ipsum conterere: nec sufficit rumpere vel incidere. Multi enim incidunt vel rumpunt per confessionem in quadragesima, qui venientes ad quasi modo geniti ipsũ renodant. Ideo conterendus est laqueus peccati & annihilandus, vt non possit renodari. vnde Ps. Laqueus contritus est &c. Tali similis est halieto aui rapaci qui rumpit ietios suos ad funiculos quibus alligatur ad perticam; sed remanent circa pedes, & ita dũ auolat per eos pendet ad arborẽ. Iob 17. Immittit in rete pedes eius, & in maculis illius ambulat. Sic & qui rumpit peccatum per confessionem, & per imaginationem retractat illud, & incipit delectari: & tandem in ipsum recidit. Ideo dr Gen. 19. Noli respicere post tergum, nec fles in omni regione circa; sed in monte Peccator aranęæ ą̃ milis.

saluum

saluum te fac. Aranea nocte vel vesperi venatur: sic & peccator. Vnde Eccl. 13. Tenebræ circundant me. & parietes operiunt me, & nemo circumspicit me quē vereor &c. Et Iob 23. Oculus adulteri obseruat caliginem dicens: nō me videbit oculus, & operiet vultum suum. Et attende q̄ aranea non laborat, nisi vt capiat muscam: sic tota venatio carnalium musca est. Vnde Psal. Anni nostri sicut aranea meditabuutur. Et iterum. Tabescere fecisti sicut aranea aīam eius. Musca modica est & pungit aculeo, sicut delectatio mundum modica est, & in fine pungitiua. Vñ Esa. 12. In illa die sibilabit Dñs muscę quę est in extremo fluminum Aegypti: & api quæ est in terra Assur.

Tota venatio carnalis vna est musca

Recte dicit circumplexi sunt me, quasi ex omni parte cōplexi sunt: quare diuersis nōibus funes vocantur. Si. n. est peccatum cogitationis vel voluptatis, compedes sunt. Vnde Psal. Ad alligandos reges eorum in compedibus. Si est locutionis vinculum est colli. Vnde Esa. 50. Solue vincula colli tui. Si est operationis, manicæ sunt: ideo dī in Psal. Et nobiles eorum in inimicis ferreis. Si est consuetudinis & obstinationis, cercle charchant. i. circulus circumligans: & hoc est iugum graue. Vnde Thren 2. Vigilauit iugum iniquitatum mearū in manu eius, conuolutę sunt & impositę collo meo: infirmata est virtus mea: dedit me Dñs in manum, de qua non potero fugere. Et Psal. Quoniam iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum, & sicut onus graue &c. Mirum est de nobis, quibus non sufficiunt compedes, nisi & manicæ & etiam iugum imponatur. Laqueos peccatori tendit diabolus, sicut auceps, qui venatur aues videntes granum & non percipientes laqueum. Similiter sub voluptate temporaliū latet laqueus. Vnde Iob 17. Abscondita est in terra pedica eius, & decepula eius super semitā Et Psal. Veruntamen in dolo posuisti eos, deiecisti eos dum alleuarentur. Et Thren. 4. Venatione cœperant me quasi auem inimici mei gratis. Ipsæ creaturæ sunt nobis laqueus, quando amore inhæremus eis. Datæ sunt nobis si vtamur eis, non vt capiamur. Et sumus sicut incautus peccator, qui guloſe comedens piscē, incidit in aristam. Sic & nos in creatura inuenimus nobis laqueum, quæ erat tantum in vsum. Vnde Sap. 14.

Peccatū diuersis nominibus nūcupatum.

Similе.

Cur datæ sint nobis creaturæ simile.

Quomodo

Quomodo creaturæ Dei in odium factæ sunt, & in tentationem animæ hominum, & muscipulam pedibus insipientium. Et Eccl. 12. Communionem mortis scito, quoniam in medio laqueorum ingrederis. Vnde cuidam eremitæ ostensus est mundus quasi plenus laqueis. Ideo aūt diabolus ingeniatur capere nos laqueo peccati, vt deducat nos quasi pecus suum. Vnde 2. ad Timot. 2. Resipiscāt à laqueis diaboli, à quo captiui tenentur ad ipsius voluntatem. Sicut sancti injiciunt sibi compedes Dñi ad ipsius voluntatem viuentes, non suam. Vnde Iob 13. Posuisti in nervo pedem meum &c. Et Ecclesia. 6. Decor vitæ in illa, & alligatio eius salutaris. Vnde contra peccatum cogitationis, & locutionis, & operis, & consuetudinis potest legi illud Eccl. 6. Injce pedem tuum in compedes illius, & in orques illius collum tuum subijce humerum tuum & porta illam, & ne accidieris in vinculis eius.

De animalis ruminantis lacte imminuto & aucto.

IN PSAL. CXVIII. Teth. SERMO CCLX.

Coagvlatvm est sicut lac cor eorum &c. Dicitur in libro de natura animalium quòd quædam pascua seu herbæ minuunt lac vt melga: & maxime lac animalis ruminantis. Et quædam multiplicant lac vt orobas. Animal ruminans quod non est maledictum in lege, est quicunque meditatur in lege domini, & audit eum, & ruminat recordando. Lac cœlestis sapientiæ multiplicari potest in ipso per bona pascua scilicet per bona opera quibus reficitur anima. vnde Gen. 46. Dicitur quòd filijs Israel data est terra Iessem: quia pascualis. Per mala pascua. i. per mala opera minuitur, per cutam terrenorum & voluptatem vitæ. vnde Eccl. 2. Cogitaui in corde meo abstrahere me à vino & Hierem. 39. Occidit rex Babylonis filios Zedechiæ, se post exoculauit eum.

Quędam herbæ multiplicant, & quędā minuūt lac.

Filijs

Filijs mortuis. i. operibus exoculatur. i. lumen gratiæ ei subtrahitur. Item quædam multiplicant lac, vt faba quæ conuenit capræ & vaccæ. Ideo Daniel. 1. dixit Dauid custodi suo Malassar. Dentur nobis legumina ad vescendū & aqua ad bibendum. Volebat sibi multiplicari lac cœlestis sapientiæ & non volebat vti cibo regio, vnde ibi dicitur, Porro Malassar tollebat cibaria & vinum potus eorum, dabatq; eis legumina. Audi quod sequitur. Puero autem dedit Deus scientiam & disciplinam in omni libro & sapientia. Danieli intellectum omnium visionum, & somniorum. Ecce lactis multiplicatio. Et attende q̄ dicit inflantia pascua multiplicare lac, quod potest referri ad quosdam qui multiplicant studium vt laudentur, iuxta illud Ouidij Excitat auditor studium laudataque virtus crescit & immensum gloria calcar habet, & Boetius. O doxa, doxa, nihil aliud tot milibus mortalium facta q̄ inflatio aurium magna. Vel etiam signatur q̄ de scientia multi solent inflari. Vnde 1. ad Corinth. 8. Scientia inflat, charitas ædificat. Item dicitur mulierum nigrarum lac, melius esse quàm albarum: & pluris cibi. Mulier nigra anima pœnitens & disciplinis attrita. Vnde Cant. 1. Nigra sum sed formosa filia Hierusalem. Illorum quidem qui per operam pœnitentiæ doctrinam confirmant, efficacior est ad nutriendum doctrina. vnde Apostolus 1. ad Corint. 9. Castigo corpus meum & in seruitutem redigo: ne quum aliis prædicauerim, ipse reprobus inueniar. Et Iob 29. Arcus meus in manu mea instaurabitur. Et Prou. 14. In omni labore bono eritabundantia: vbi autem verba sunt plurima, ibi frequenter egestas. Et Oseæ 10. Vitis frondosa Israel, fructus adæquatus est ei. Item vaccæ post partum lac habent bonum, ante partum non, similiter ante partum bonorum operum non est bona doctrina, post partum bona. vnde Actu. 8. Cœpit Iesus facere & postea docere &c. Coagulatū est sicut lac cor eorū &c. Quale lac, tale coagulū. Est lac prudētiæ sæcularis, & hoc exprimitur de vbere natiuitatis, & est lac carnalis affectionis, & hoc exprimitur de vbere voluptatis Vanitas enim & voluptas sunt lamiæ, de quibus dicitur Thren. 4. Nam & lamiæ nudauerunt mammas suas: lactauerunt catulos suos. Malum est lac

Efficacior doctrina.

Lac prudentiæ secularis.

istud & malum. i. pessimum coagulum. Nihil aliud est coagulum istud quàm cor in vanitate & voluptate obstinatum: vnde Iob 12. Cor eius indurabitur quasi lapis, & stringetur quasi malleatoris incus. Sicut incus percussionibus stringitur: ita cor impij flagellis Domini & correptionibus induratur. vnde quum dictum sit multoties in Exodo. Ingrauatum est cor Pharaonis, tandem dicitur cap. 9. Indurauit Deus cor Pharaonis. Simile.

Est & lac cęlestis sapientiæ & spiritualis affectionis. Primum dicitur de vbere puri intellectus. Secundum de vbere bene ordinati affectus. vnde Cant. 4. Duo vbera tua sicut duo hinnuli capreæ gemelli. Hinnulus quia hēt acutum visum, penetrationem significat intellectus & affectus, bonum est hoc lac: & bonum, immo melius coagulum. Quid est hoc coagulum, nisi perfecta doctrina & solidum bene faciendi propositum: vnde Psal. Vt quid suspicamini montes coagulatos? Qui sunt montes coagulati nisi charitate pingues, & in sancto proposito firmi, & doctrina perfecti? Nam & montes primi recipiunt radios Solis, de qua perfectione dicitur ad Heb. 5. Facti estis quibus lacte opus sit: omnis qui lactis est particeps, expers est sermonis iustitiæ, paruulus enim est, perfectorum autem solidus cibus: vnde & Iob 10. Dicitur. Nonne sicut lac mulsisti me, & sicut caseum me coagulasti? Sicut lac mulgetur, dum mens per spiritum Dei à vetustate trahitur, & in quadam inchoatione formatur, sicut caseus coagulatur quum pinguescens cogitationibus stringitur, vt iam non defluat desiderijs, sed animo amore soli detur. Lac sapiē cœlestis. Coagulū quid.

De humilitatis veræ conditionibus,

IN PSAL. CXVIII. Ioth. SER. CCLXI.

COGNOVI Domine quia æquitas iudicia tua, & in veritate tua humiliasti me. Humilitas dēt esse vera non ficta: sicut dē. Eccl. 20. Est q̄ se nequiter humiliat, & interiora eius plena sunt dolo. & hæc est falsa. Humilitas autem vera primo est ordinatrix æqua, quia hominem in gradu suo, & ordine debito Humilitas vera nō ficta.

debito locat, ficut è contrario ſuperbia alienum locum
inuadit, ſicut Moyſes dixit Chore. Num. 16. Nunquid id-
circo dominus fecit accedere ad ſe te, & fratres tuos filios
Leui, vt & vos ſacerdotium vſurpetis? Turbat ordinem.
vnde plangit Salomon Eccl. 10. Vidi ſtultum poſitum in di
gnitate ſublimi, & diuites ſedentes deorſum, vidi ſeruos
in equis & principes ambulãtes ſuper terrã quaſi ſeruos.

Humilitas vrbana. Secundo, vrbana eſt, quia cedit maiori iuxta verbum Catonis. Maiori cede. & iuxta verbum Apoſtoli ad Ro. 11. Honoribus inuicem præuenientes, hęc eſt doctrina Chriſti. vnde dicit Lucæ 14. Quũ inuitatus fueris ad nuptias, vade, & recumbe in nouiſſimo loco: vt quum veneris, qui te inuitauit, dicat. Amice aſcende ſuperius. Immo inferiori ſe ſupponit. Vnde Matt. 3. Ego à te debeo baptizari, & tu venis ad me, & reſpondens Ieſus, dixit ei. Sine modo, ſic decet nos omnem implere iuſtitiam.

Fidelis. Tertio, fidelis eſt, quia de alienis non vult quicquam cõtingere, maximè inuito domino. Laudem & dominium recuſat, quia latrocinium eſſe ſcit. vnde Eſa. 28. Gloriam meam alteri non dabo. Furtiuum ergo non comedit iuxta exemplum. Tobiæ. 2. qui dixit. Vnde ne forte furtiuus ſit, quia non licet nobis aut edere de furto quid, aut cõtingere.

Parca. Quarto, parca eſt, habet quædam pertinentia ad ſuam hæreditatem, & illa nulli communicat, quædam habet quaſi acquiſita, quæ ſuſtinet alijs communicare. Hæreditas eius propria eſt contumelia, & contemptus, & irriſio. Illa non vult communicare alij, quia nullum vult contemni, vel irrideri, ſua hæc reputat, & ſibi vult dimitti. vnde Iob 33. Quis eſt vir niſi ſeruus meus Iob, qui bibat ſubſannationem quaſi aquam? Hoc eſt, quod dicitur. 3. Reg. 21. Naboth noluit tradere hæreditatem ſuã Achab, quam faceret hortum holerum. Naboth, qui interpretatur ſeſſio, ſignificat humilitatem. Hæreditas eius eſt contemptus, quam non vult commutari in hortum holerum, ideſt in locũ delitiarum. Acquiſitam habet gratiam: quia Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam, & hanc vult omnibus communicari, nulli enim inuidet.

Vigil, & cauta. Quinto, vigil eſt, & cauta, attenta eſt enim circa verba quæ ei dicuntur, vtrum ſint laudis, an vituperationis. Si laudis,

laudis, laudatores, vel adulatores latrones reputat, quia tollunt quod ſuum eſt. ſ. contemptum & contumeliam: quia ſicut dicitur Prouerb. 27. Qui benedicit proximo ſuo voce grandi de nocte conſurgens, male dicenti ſimilis eſt: & ideo dicitur Matt. 24. Si ſciret paterfamilias qua hora fur ve. &c. Si vituperationis, & irriſionis & etiam detractionis, reputet diuitias ſuas augeri.

Negocioſa. Sexto mercatrix eſt negocioſa: quia ſicut mercator explorat vbi ſunt nundinæ, vt poſſit merces ſuas multiplicare. Vnde Matt. 25. Homo quidam peregre profi. &c. Et ſicut venator, & piſcator opportunitates, loca, & tempora explorant. Vnde Ouidius. Scit bene venator ceruis vbi retia tendat. Ita humilitas explorat vbi poſſit contemni, irrideri, & calcari. Hoc eſt enim ipſi aurum ſuum multiplicari. Vnde dicitur Eccle. 18. in fine. Noli eſſe mediocris in contentione quæ eſt ex fœnore. Et ſi contingit ipſum non contemni dolet, quaſi mercator qui lucratur: & ſi inuenerit qui cõtemnat & deſpiciat, gaudet quaſi de theſauro inuento: ſicut ille qui dixit. Tribulationem & dolorem inueni &c. Vnde dicitur Actuum 5. Ibant Apoſtoli gaudentes à conſpectu concilij, quoniam digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati. Et cum muliere euangelica clamat Lucæ 15. Congratulamini mihi, quia inueni drachmam quam perdideram. Et Iob. 3. Quaſi effodientes theſaurum, gaudentque vehementer quum inuenerint ſepulchrum.

Simile.

Teſtis veriſſimus. Septimo teſtis eſt veriſſimus. Teſtis enim iuratus, & fidelis quicquid amittere debeat de ſeipſo veritatem non tacet. Superbus teſtis infidelis eſt, quia loquitur aliter q̃ ſentiat de ſe: ſed humilis de ſe confitetur miſeriam, paupertatem, defectum. Hinc dicitur Prouerbio. 14. Teſtis fidelis non mentietur: profert mendacium dolosus teſtis.

Seipſum sentiens. Octauo, ſenſus eſt ſpiritualis ſuijpſius, quem qui non habet, vt ſuperbus, paralyticus eſt. Si enim defectus ſuos ſentiret ſuperbus, non ſuperbiret: ſed vulnera ſua ſentiẽs ingemeret & doleret. Humilitas autem ſentit omnem ſuum defectum, nec credit de ſe ijs melius quàm ſibi; & quum alij laudant, ſibi conſcia ingemiſcit. Sentit tenebrationis, corruptionem affectionis, vulnera peccatorum

feruore cõcupiscentiæ temperatur. Eccl. 44. Gelu sicut salem effundet super terram &c. Vter ergo ponendus est in pruina. Sed sunt qui potius implere volũt vtrem lacte Vnde dr Iudic. 4. Dixit Sisaras ad Iahel. Da obsecro parũ aquæ, quia sitio valde: quæ aperuit vtrem lactis & dedit ei bibere, & operuit illum & tulit clauum tabernaculi cũ malleo, & clauum percussum malleo defixit in cerebrũ. Plærunq; quærimus de temporalibus ea quæ tãtum sunt ad necessitatem: & hoc est petere paululum aquæ. Sed surrepit voluptas carnalis, quæ per lac significatur: quia lac de carne extrahitur. Quando ergo necessitas in voluptatẽ conuertitur, vter lactis vt bibamus aperitur. Pallio operitur qui non intelligens se excedere in cibo & potu & alijs, seducitur.

De die. i. statu iustitiæ perseuerante ex ordinatione Dei.

IN PSAL. CXVIII. Lamech. SERMO CCLXIII.

Nox status culpæ dies vero iustitiæ.

ORDINATIONE tua perseuerant dies &c. Sicut nox est status culpæ: ita dies status iustitiæ: & quia vix est qui permaneat in statu iustitiæ nisi de domo Dei: ideo dr, Ordinatione tua perseuerant dies. Nos n. alternamus diem & noctẽ dum peccantes confitemur & post confessionem peccata iteramus. Vñ Gen. 8. in fi. Cunctis diebus terræ sementis & messis, frigus & æstas, & hyems, nox & dies non requiescent. Et Iob 17. in fi. Noctem verterunt in diem &c. Et Esa. 21. Onus duma idest hæc est miseria terrenorum: quia duma interpretatur terrena. Ad me clamat ex Seyr custos, qui de nocte dixit custos, Venit mane & nox: si quæritis, quærite, conuertimini, & venite. Seyr hispidus. Quis est ergo qui clamat ex Seyr, nisi Christus de carnibus crucis, in quibus apparuit hispidus, spinis coronatus. De hoc clamat, Venit mane & nox. Venit mane, qñ dat gratiam. Venit nox, qñ per tenebras peccatorum fugimus lucem. De hoc Oseæ 6. Quid faciam tibi Effraym? quid faciã tibi Iuda: misericordia vestra quasi nubes matutina, & quasi ros mane pertransiens, quasi dicat

cit, nox est qui permanent in pœnitentia.

Memoria de vita præterita.

Recordari debemus de vita præterita, quantum fuerimus in statu iustitiæ, quantum in statu culpæ: si sit saltem in nobis alternatio hyemis & æstatis: siue in nobis fuerit æquinoctium. In æquinoctio æqualis est dies, & nox, in æstate plus diei q̃ noctis, in hyeme plus noctis quã diei. Ideo Dñs voluit nasci qñ dies incipiũt crescere, & noctes decrescere q. d. ad hoc veni vt dies crescat. Quando inuenies qui plus habuit in vita diei q̃ noctis? vel saltem quantum noctis, tantum & diei: immo certe plus noctis quàm diei. Omnes fere in hyeme, immo plures sunt, quorum vita fere tota nox, & parum habent lucis. Nox autem statui culpæ comparatur, quia nocte nullus videt id quod agit, & qui peccat quærit tenebras. Vnde Ioan. 3. Qui male agit, odit lucem. Et Iob 23. Ipsi rebelles fuerunt lumini: nescierunt vias eius: nec reuersi sunt per semitas illius. Et iterum. Si subito apparuerit aurora, arbitrantur vmbrã mortis: & sic in tenebris quasi in luce ambulant. Item qui nocte vadit, nescit quo vadit. Item aues noctis vt bubo & noctua de nocte volãt: sic & rales. Vnde Iob 24. Oculus adulteri obseruat caliginem, dicens: non me videbit oculus, & cooperiet vultum suum. Item nocte magis timendi sunt latrones. Vñ Hora. Vt iugulent hoies surgunt de nocte latrones. Latrones, dæmonis tentationes. vnde Iob 24. Per noctem vero erit quasi fur &c. Perfodiunt in tenebris domos, sicut in die condixerant sibi, & ignorauerunt lucem. Et Matt. 24. Si sciret paterfamilias qna ho. fur. ve. &c. Itẽ nocte lucent ligna putrida & vermes. vnde Iob 24. Dulcedo filius vermis. Non sit in recordatione sed conferatur sicut lignum infructuosum &c. Sic temporalia videntur bona eis qui sunt in tenebris quorum ratio caligat, & affectus infectus est. vnde Esaiæ 5. Væh qui dicitis malum bonum &c. Vt mercatores. Item nocte dormiunt homines & somniant, & vita peccatoris somnium est. vnde Ps. Dormierunt somnium suum, & nihil inuenerunt omnes viri diuit. in ma. s. Et Esa. 29. Sicut somniat esuriens & comedit, & quum fuerit expergefactus, vacua est aĩa eius &c. Dies est status iustitiæ. Dies enim incipit a parua luce & crescit in magnam, & Prou. 4. dr. Iustorum semita

Vita peccatoris sõnium.

quasi lux splendens, & crescit vsq; in perfectam diem. Ité qui in die ambulat, non offendit, quia lucem huius mundi videt. Si autem ambulauerit in nocte, offendit, quia lux non est. Ad Ephe. 5. Eratis aliquando tenebrę nunc autem lux in domino, vt filij lucis ambulate. Fructus.n. lucis est in omni bonitate & sanctitate & veritate & probãtes quid sit bene placitum Deo, & nolite communicare operibus infructuosis tenebrarum, magis autem redarguite. Quæ in occulto fiunt ab ipsis, turpe est etiam dicere, omnia autem quæ arguuntur, in lumine manifestantur. Item dies abscondit stellas, stellæ.n. sunt naturales & philosophicæ rationes quæ fidei cedunt: cuius est maior luminositas, quæ non habent locum in viro iusto Ideo dicitur Iob 9. Qui præcipit Soli & non oritur, & stellas claudit sub signaculo. Item die si comparuerint aues noctis, persequuntur eas aues diei & fugant: si nocte, non inuadunt eas. vnde sicut dicitur in lib. de natura animalium: Bubo fortior est nocte quàm coruus: & coruus die quàm bubo. Aues noctis comparent in die, quando qui solent peccare, occulte, peccant manifeste, & tunc viri spirituales qui sunt aues lucis, debent eos corripere, increpare, arguere. vnde 1. ad Timoth. 5. Peccantes coram omnibus argue vt cæteri metum habeant. Tales bene signãtur per porcum, quia vt dicitur in lib. de natura animalium. Natura porci est mane coire. Quid est mane coire, nisi in luce peccare, Vnde Micheæ 2. In luce matutina faciunt id, quoniam contra Deum est manus eorum, & Ezech. 24. Sanguis eius in medio eius, super limpidissimam petram effudit illum. Non effudit super terram ne possit operiri puluere.

Quid est aues noctis comparere in die.

De prudentia mundanorum & spiritualium in quo consistat & conseruetur ac multiplicetur.

IN PSAL. CXVIII. Men. SERMO. CCLXIIII.

SVPER inimicos meos prudentem me fecisti mandato tuo. Lucæ 17. dicitur Laudauit Dominus villicũ iniquitatis, quia prudenter egisset, quia filij huius seculi prudentiores sunt filijs lucis in generatione sua. Vix enim inuenitur qui tãtum

tum sollicitus sit circa spiritualia, quantum mundanus cæteris circa temporalia. De hoc autem iactat se Dauid in persona perfecti. Super inimicos meos (inquit) prudẽtem me fecisti &c. Inimicos dicit amatores mundi, & sibi dicit inimicos vt fidelis seruus, quia sunt inimici Domini sui. vnde Iacobi 4: Amicus huius mundi inimicus Dei constituitur & ipse Dominus dicit Lucæ 11. Qui non est mecũ, contra me est.

Amatores mundi inimici dicuntur.

Prudentia huius mundi consistit in acquisitione, cõseruatione, multiplicatione. In acquisitione, in qua quantum solliciti sunt mercatores patet. Vnde Horatius. Impiger extremos currit mercator ad Indos. Et Eccl. 11. Dicitur. Cũcti dies eius doloribus & ærumnis pleni sunt, nec per nocte mente requiescit. Infinitis terræ & maris periculis se exponit. vnde 3. Reg. in fi. dicitur ꝙ construcꝛ sunt classes quæ nauigabant propter aurum in Ophyr, & Eccl. 11. dicitur. Est homo laborans & festinans & dolens impius, & tanto magis non abundabit. & eiusdem 27. Sicut in medio compaginis lapidum palus figitur, sic & inter mediũ venditionis & emptionis angustiabitur peccatis.

Prudẽtia mundi in quo consistat.

In cõseruatione, cuius quanta sit sollicitudo, sciunt experti, qui timent sibi ab omnibus, quia à dominis suis ne auferant, à latronibus ne surripiant, & à propria familia ne defraudent. Ideo abscondunt, & thesaurizant: & in locis tutioribus vt in claustris vel alijs cõmendant, & anima eorũ semper ibi est. vnde Matt. 6. Vbi thesaurus tuus ibi & cor tuum.

In multiplicatione, in qua quantum solliciti sint, patet, quia non cessant per pœnas, per vsuras modis omnibus multiplicare. vnde Prou. 28 Vix fidelis multum laudabitur: qui autem festinat ditari, non erit innocens. Et Eccl. 27. Propter inopiam deliquerunt multi, & qui quærit locupletari auertit oculos.

Sed prudẽtia huius mũdi, stultitia reputat apud Deum. Stultos reputat acquirentes. vnde Matth. 16. Quid prodest homini si vniuersum mundum lucretur, animæ vero suæ detrimentum patiatur? Et Naum 2. Diripite aurum, diripite argentum, & non sit finis diuitiarum ex omnibus vasis desiderabilibus.

Prudẽtia mundi apud Deũ stultitia.

Conseruantes stultos reputat. vnde Lucæ 12. Dixit Dines, quid faciam &c. destruam horrea mea & maiora faciam, & illuc congregabo omnia quæ sunt nata. & dicam animæ meæ, anima multa habes bona posita in annos plurimos, requiesce, comede, bibe, epulare. Dixit illi Dns. Stulte hac nocte repetent animam tuam a te, quæ aũt parasti cuius erunt? Et Eccl. 5. Est & alia infirmitas pessima quam vidi sub Sole, diuitiæ conseruatæ in malum domini sui: pereunt. n. in afflictione pessima. Et Eccl. 11. Est qui locupletatur parce agendo, & hęc pars mercedis illius in eo q̃ dicit, inueni requiem mihi, & nunc manducabo de bonis meis solus, & nescit q̃ tps prætereat illum, & mors appropinquet: vt relinquat omnia alijs, & moriatur.

Multiplicãtes stulti. Multiplicantes stultos reputat, dum enim multiplicant temporalia, multiplicant sibi sollicitudines, quæ autem dementia multiplicare sibi corrosorios vermes. vñ Abac. 2. Væh qui multiplicat non sua, vsquequo aggrauat cõtra se densum lutum? Nõ sua dicit de rapientibus alicena, vel non sua: quia eis non indigent, nec eis vtilia sunt. vnde addit. Nunquid non repente surgent qui mordeant te? & suscitabunturlacerantes te, & eris in rapinam eis? Similis est talpæ fodienti: quæ super se multiplicat terram, & se sub terrenis cogitationibus sepelit. vnde 4. Reg. 5. Nunquid non meliores sunt Abana & pharfar fluuii damasci omnibus aquis terræ Israel, vt lauer in eis & munder?

Simile.

[Prudẽtia Dei circa spiritualia in tribus consistit. Sicut autem prudentia mundi consistit in dictis tribus: ita & prudentia Dei circa spiritualia, in tribus. In acquisitione, vt sicut sunt solliciti mercatores in acquisitione temporalium, ita spirituales viri in acquisitione spiritualiũ, & magis: quia dicitur Prouer. 3. Melior est acquisitio eius negotiatione argenti & auri primi, & purissimi fructus eius, preciosior est cunctis opibus, & omnia quæ desiderantur huic non valent comparari. Pro huiusmodi deberet se quis periculis exponere. Et Ecclꝰ 34. Multa vidi errare: & plurimas verborum consuetudines &c. Fit aũte acquisitio per spiritus paupertatem, quæ vacuat vas mentis a temporalibus, vt spiritualia recipiat, & semper mendicat. Vnde Lucæ 2. dicitur. Esurientes impleuit bonis. Et 4. Reg. 5. Sume tibi vasa vacua non pauca.

Acquisitio p̃ paupertatem spiritus.

Con-

Conseruatio fit per timorem & humilitatem. Humilitas parat aream profundam, timor custodit. Vnde Ecc. 1. Timor Domini scientiæ religiositas. Religiositas aũte custodit cor. Religiositas componit omnes sensus: & ideo custodit cor. Vnde Proue. 4. Omni custodia serua cor tuũ. Quod significat hæc littera Lamech, quæ interpretatur disciplina, seu cor seruo. Et timor prouidus dispensator audit illud quod dicitur. Eccl. 42. Vbi multæ sunt manus, claude.

Multiplicatio per misericordiam. Multiplicatio, per misericordiam. Vnde Proue. 19. Fœneratur Domino qui miseretur pauperi. Et Matth. 25. Serue male & piger oportuit te pecuniam meam committere nummularijs, & ego veniens recepissem quod meum est cum vsuris. Ideo semini comparatur, quod non multiplicatur inclusum, sed sparsum. Vnde Gen. 48. Accipite semina, serite. Item simo quod dispersum impinguat terram, collectum fœtet. Propter quod dicit Psal. Dispersit dedit pauperibus &c. Et ad Philip. 3. Omnia arbitratus sum vt stercora, quæ spargenda sunt. Et Eccl. 22. De stercore boum lapidabitur piger, quia congregans per auariciam induratur, qui spargens potuit impinguari.

De animæ suæ possessione quãm sit vtilis & quãm difficilis, & quomodo fiat.

IN PSAL. CXVIII. Nun. SERMO CCLXV.

ANIMA mea in manibus meis semper &c. Magnum est possidere animam suam. Prouer. 19. Qui possessor est mentis diligit animam suam: & qui custos est prudentiæ, inueniet bona. Et Prou. 16. Fons vitæ eruditio p̃sidentis. Vix cã possidere pacifice permittitur quis: quia ad hoc tendit diabolus vt eripiat eam nobis: quia magnum est commodum possessionis, vt quum diu possederit præscribat & dominium habeat. Possidemus aũt eam per virtutes, maxime per patientiam, sicut eius possessionem amittimus per omne vitium: & maxime per impatientiam. Verbi gratia. Quando quis vincitur à concupiscen-

Possessio animæ difficilis.

Per virtutes animam possidemus.

piscētia suæ gulæ vel luxuriæ, non est compos sui, nec est sui iuris: sed possidet eum diabolus. Sicut. n. possidemus p seruos nostros, ita & diabolus per suos, Seruus diaboli est spiritus fornicationis, spiritus ambitionis, spiritus iræ. Omnia peccata sunt serui Diaboli & ministri, per quos acquirit & possidet. Vnde Gen. 47. En (vt cernitis) & vos, & terram vestram Pharao possidet. Et quia multi pugnant contra luxuriam & alia huiusmodi carnalia, qui non vincunt itam, & impatientiam, vt claustrales. Leui. n. verbo contumeliæ concitantur, & reddunt duas cōtumelias pro vna. Vnde Prou. 16. Vir impius fodit malum, & in labijs eius ignis ardescit. Ipsi similes sunt Vr, quem Iudæi sputis suffocauerunt: sed Christus licet sputis illitus, sputis nō fuit extinctus: sicut dicitur Matth. 26. Tunc expuerunt in faciem eius, & colaphis eum ceciderunt. Vt sputis suffocatur, qñ contumelijs & conuicijs seruor charitatis extinguitur. Multi docent patientiam vt non habent, & ideo doctrina corū non ædificat, quia dr. Prou. 19. Doctrina viri per patientiam noscitur, & gloria eius est iniqua prætergredi. Et Prou. 16. Fons vitæ eruditio possidentis. i. eius q̄ est in possessione eius quod docet. Magnum est ergo vincere animum suum. vnde Prou. 16. in fi. Melior est patiēs viro forti, & qui dominatur aīo suo expugnatore vrbiū.

Patientia aīæ maxime vtilis.

Maxime ergo per patientiæ virtutem animus possidetur. vnde Luc. 22. In patientia vestra possidebitis aīas vestras. Ideo hortatur Apostolus ad Ro. 12 Non vos defendentes charissimi: sed date locum iræ, quia sicut dr. Prou. 19. Qui impatiens est sustinebit damnum, quia amittit animæ possessionem, qua nullum bonum maius. quia sicut dr Matt. 16. in fi. Quid prodest homini si vniuersum mundum lucretur, aīæ vero suæ detrimentum patiatur? Qui ergo possessor est cordis sui, si miter teneat possessionem ne diabolus, occupet eam. vñ Apoc. 3. Tene quod hes, ne alius accipiat coronā tuā. Et Eccl. 10. Si spiritus potestatem habentis descenderit super te, locum tuum ne dimiseris, Ex quo. n. possiderit diabolus, non cessabit donec præscripserit dominium. Et si amisisti possessionem, interrumpe præscriptionem, agens cum diabolo in foro pœnitentiali, ad quod Dominus misit Moysen ad Pharaonum Eccl. 8. Dimitte

Dimitte populum meum, &c.

Possessio animæ p sul ad se reuersionem.

Secundo, per sui ad se reuersionē & frequentem sui ipsius meditationem. Possessio. n. est quasi pedum positio. Pedes aīæ affectio est & cogitatio. Qñ ergo de se cogitat & circa se assicitur, possidet se. Iosue 1. Oē loeum quem calcauerit pes vester, vestererit vnde Exo. 16. Maneat vnusquisque apud semetipsum. Vnde qui egrediuntur à se per sollicitudinem exteriorum se desinunt possidere. Et nota q̄ duplex est possessio: naturalis & ciuilis. Naturalis qñ incumbimus rei præsentialiter. Ciuilis qñ aīo habemus, licet in re præsentes non simus. Spirituales viri qñ exercentur in actiua, necesse hēnt tractare hæc tpalia, & corpore exeūt clausträ: aīo retinent. Similiter suijpsius retinent possessionē licet alia tractēt. Ideo dictū est Matth. 6. Vbi thesaurus tuus, ibi cor tuum. pp quod dr in eis 1. Corinth: 7. Qui emunt tanquàm non possidentes: & qui vtūtur hoc mundo, tanq̄ non vtantur. Mundani autem in actibus implicantur, quia à se exeuntes nullo mō retinent sui possessionem: proijcientes cor suum in terrena. vnde Thren. 1. Effudi in terram iecur meum. Et Eccl. 10. Nihil iniquius quàm amare pecuniam. hic enim animā suam venalem hēt, & in vita sua proiecit intima sua. Ideo dicitur Eccl. 11. Fili ne in multis sint actus tui. Contemplatiui autem modis omnibus sui ipsorum habēt possessionem: quia assiduam animæ suæ habent contractatio nem, quando reflexo in se intelligentiæ radio, essentiam suam, quātum sibi possibile est, & sua inuisibilia intuetur, & est quartus gradus contemplationis, in quo mirō modo dilatatur anima, quum ipsa sit liber omnium inferiorū. Ideo dicitur Eccl. vit. In metipso multam inueni sapientiā. Quum magnum sit animam suā habere in manibus: longē maius est ipsam portare in manibus: & de se transire ad Deum, & est quintus gradus contemplationis. Ideo dicitur Iob. 13. Quare lacero dentibus meis carnes meas, & animam meam porto manibus meis? Animam suam in manibus portat: qui non solum meditatione, sed & operibus eam ad superiora eleuat. vnde Eccl. 1. Fili cōcupiscens sapientiam serua mandata. Nos solemus encenium portare in manibus, sic & per bona opera animam nostram portamus

Possessio duplex.

Mundani

Contēplatiui,

Animam in manibus portare.

tamus Deo quasi encenium: quod figuratur in oblatione acta sacerdoti.

De timore, & amore Dei retrahentibus à peccato.

IN PS. CXVIII. Samech. SER. CCLXVI.

Timor pœnæ frenũ cõtra peccatum.

CONFIGE timore tuo carnes meas, &c. Dominus retrahit à peccato, & timore, & amore. Vnde Oseæ 10. In funiculis Adam traham eos, in vinculis charitatis. Timor est quoddam retinaculum contra peccatum. Solemus infrenare equos duri ores freno tenaciori, & fortiori. vnde Eccl. 30. Equus indomitus euadet durus, & filius emissus euadet præceps. Et Esa. 48. Sciui quia durus es tu, & neruus ferreus ceruix tua, & frons tua ferrea. Ideo dicitur in Psal. In chamo, & freno max. eo constr. i. communicatione maioris, & minori pœnæ. Timor ergo pœnæ est quasi frenum equo duri oris. vnde plerunque qui amittit timorem, in omne se peccatum præcipitat. vnde dixit latro ad latronem. Luc. 23. Nec tu Deum times, quia in eadem damnatione es. Propter hoc inuenta sunt tam diuersa tormenta, & etiam publice supplicia instituntur, vt alij terreantur. Et secundum legem corpora suspensorum debent deponi de cruce in vespere, quia sicut dicitur Deutero. 21 in fi. Maledictus à Deo qui pendet in ligno. Nunc quia excogitatum est non deponi, vt ab alijs videantur, & sibi timeant non deponuntur, in quo signatur quòd nunquam cessabit pœna gehennalis: & damnati nũquam deponentur ab illa. Ideo etiã in loco euidentiori furcæ seu patibula tolluntur. Similiter furcas pœnæ gehennalis, & omnia genera tormentorum debemus per cogitationem leuare quasi coronam oculis nostris: cogitantes pœnarum quantitatem, diuturnitatem & horrorem. vnde Esa. 13. In onere Babylonis super montem caliginosum leuate signum & 42. Eleuate signum ad populos. & Amos 4. Ecce dies veniunt & leuabunt vos in contis: & reliquias vestras in ollis feruentibus. Sed hodie vix est qui timeat etiam patibulum gehennale, sed dicunt solum esse ad terrorem, & propter hoc non dimittunt peccare

Pœnæ inferni per cogitationem, leuandæ sunt.

care, sicut latrones videntes furcas, vocant eas expauentaculum meticulosorum: & nihilominus furãtur. vnde potest dici illud Baruch 6 sicut formido in cucumerario nihil custodit. Vnde dicitur de quodam latrone, quòd cum eius socius captus esset & duceretur ad furcas, comitabat ducentes, & præcidit bursam cuiusdam illorum qui suspendebant socium suum. Quid est videre alium suspendi, & tamen furari, nisi pœnam æternam cogitare & tamen nihilominus peccare? Tali potest dici quod dixit latro ad latronem. Lucæ 22. Nec tu times quia in eadem damnatione es &c. Sed timore pœnæ non peccare, imperfectorum est. Timor enim ille cohibet manum & non animũ, quia peccaret si speraretur impunitas: sicut dicitur Eccles. 19. Et si imbecillitate virium vetatur peccare, si inuenerit tẽpus malefaciendi, peccabit. Et item 20. Est qui vetatur præ inopia peccare, & in requie sua stimulabitur. Petit igitur iustus, vt carnalia opera quæ solent vitari solo timore pœnæ, declinet ex amore. Ideo dicit. In timore tuo, quasi dicat timor pœnæ non est tutus timor, sed ille de quo in alio Psalmo. Timor Domini sanctus permanet &c. Duri sunt claui timoris pœnæ: dulces sunt claui amoris q. dicat. Sicut equis duri oris non est mihi necessarium durum frenum: immo lædit, & impedit. Vñ Oseæ 12. Exaltabo iugum super maxillas eorum: vnde amore Dei, & contemplatione beneficiorum Dei à peccatis abstinet: & quasi molli freno se cohibet. Vnde Esa. 48. Laude mea infrenabo te ne intereas. Hic timor est sanctus, & amabilis: de quo Zacha. vlti. in fine. In illa die erit quod super frenum equi, sanctum Domino. Equus cui Dominus insidet & iustus, & spiritualis, & non habet frenũ nisi amoris: quia amore cohibetur à peccato. Quod super frenum est, est timor offensæ, quia ex amore procedit. Et est super. Vnde dicitur Eccle. vigesimo quinto. Timor Dei super omnia se superposuit. Et Esaiæ vndecimo. Et requiesceet super eum spiritus &c. & replebit eum spiritus timoris Domini. Hic timor est sanctus. Isti claui dulces & suaues. Habet enim vt dicit Hieronymus, & amor sua vulnera de quibus Sponsa Cantic. 3. Vulnerata charitate ego sum &c. Quando quis prædicator cohibet à peccate

Exemplũ

Claui timoris duri amoris autẽ dulces.

Caro non spūs configēda est

cato incutiendo timorē pœnæ: quasi configit clauis timoris. Quando cohibet à peccato amore Dei, configit clauis amoris. Vnde Eccle. vltimo. Verba sapientum quasi stimuli, & quasi claui inaltum defixi.

Nota, q̄ carnes suas petit configi, non spiritum: quia quanto magis arctatur caro per timorem, tanto liberius exercetur spiritus in æternorum contemplatione, & dilectione. Vnde ad Gala. 2. Ego per legem, legi mortuus sum vt Deo viuam: Christo confixus sum cruci. Et cap. 7. Stigmata Domini Iesu in corpore meo porto. &c.

Reprobi autem & carnales quia carnem diligunt, spiritum crucifigūt: dum de temporalibus solliciti variis curis ipsum affligunt: quę sunt ei lancea in lateribus & sudes, aut claui in oculis. Vnde Numer. 34. Erunt vobis quasi claui in oculis, & lanceæ in lateribus. Et Iosuæ 23. Vobis erunt in foueam atque laqueum, & sudes in oculis vestri. Spiritum dico crucifigunt, & carnem dimittunt. Quod figuratum est in Iudæis, quibus quum clamaret Pilatus Matt. 27. Quem vultis vobis dimittam? clamauerunt. Non hunc, sed Barabbam.

De iudicio ab homine faciendo, & quo ordine.

IN PSAL. CXVIII. Ayn SER. CCLXVII.

Ordo naturalis in iudicio.

EC I iudicium & iustitiam &c. Ordo naturalis est: primum, vt moneamus illum qui non lęsit, quatenus læsionem emendet: & hoc est quasi petere à malefactoribus, vt de seipsis iustitiam exhibeant, quod si recusant, licet ad superiorem recurrere. Quem ordinem docet Dominus Matth. 18. Si peccauerit in te frater tuus, vade & corripe eum inter te & ipsum solum. Si te audierit, lucratus es fratrem tuum: si autem non audierit te, adhibe tecum duos vel tres: vt in ore duorum vel trium stet omne verbum: q̄ si non audierit eos, dic Ecclesiæ. Hoc enim

Homo iudicio cōformare deę Deo

iudicium Dominus nobiscum subire non recusat. Vnde Esaiæ 43. Iudicemur simul. Narra si quid habes, vt iustificeris. Et cap. 49. Ergo iudicium meum cum Domino.

Quia

Quia ergo homo quasi iudex delegatus est à Deo in hoc conformare se debet iudicio eius vt iudicet secundum veritatem: non attendens personarum acceptionem, vt amore, vel fauore flecta ur: quod non faciunt qui affectione carnali sibi parcunt. Hiere. 1. Non parcatis iaculis quia Domino peccauit &c. Si mundus vult corrumpere muneribus, non est audiendus: alioquin dicendum est quod dicitur Esa. 1. Principes tui infideles, socij furum. Socij furum sunt qui receptant latrones: quod facit ratio quando assentit cogitationibus & affectionibus & motibus animam depredantibus. Vnde ad Ro. 1. Non intelligunt, qm̄ qui talia faciunt, digni sunt morte: & non solum qui faciunt, sed qui facientibus consentiunt. Omnes diligunt munera. Sicut autem munera corrumpunt iudicem: ita temporalia oblata à mundo corrumpunt mentem, vt secundum veritatem non iudicet. Vnde Eccle. 20. Encenia, & dona excæcant oculos iudicum: & quasi mutus in ore conuertit correptionem eorum. Debet ergo audire accusator ipsam conscientiam accusantem. Vnde Sap. 4. Veniēt in cogitatione peccatorum timidi, & traducent illos ex aduerso iniquitates eorum. Et Psal. Arguam te & statuam te contra faciem tuam sempet. Et ad Ro. 2. Cogitationib. inter se inuicem accusantibus, aut etiam defendētibus.

Socij furum. Simile. Quid facere debet at volens seipsū iudicare.

Debet etiam facere quod est boni accusatoris: qui crimen non attenuat, sed exaggerat, circūstantias exprimendo, Sic fecit filius prodigus dicens Lu. 15. Pater peccaui in cęlū & in terrā, iam non sum dignus vocari filius tuus.

Debet etiam fungi iure testis: qui pro parte vtraq; cōmunis dicit verum. Debet cogitare quæ beneficia recepit à Deo, & quæ mala reddiderit. Vnde Prouer. 19. Falsus testis non erit impunitus, & qui loquitur mendacium peribit. Et Sapien. 4. Ex iniquis in omnes filij qui nascuntur testes sunt nequitiæ aduersus parentes in interrogatione sua. Debent tandem iustam ferre sententiam condēnationis. Vnde Iuuenalis Exemplo quodcunque malo committitur ipsi Displicet authori, prima hæc est vltio: q̄ se Iudice nemo nocens absoluitur. Et 2. Reg. 12. simile: vbi Dauid post parabolam Nathan, dedit contra se sententiam dicens. Viuit Dominus, quoniam filius mortis est

vir

vir, qui facit hæc. Quem reddat, & quadruplum: tunc Nathan ad Dauid. Tu es vir ille qui feciſti hanc rem. In quo ſignificatur ꝙ multi de alio interrogant, & condemnant ipſum, & per inſpirationem diuinam quaſi per Nathan prophetam intelligentes ſe ſimile feciſſe, condemnant ſe. Et 3. Reg. 22. Vbi Benadab rex ad parabolã prophetæ tulit ſententiam contra ſe, cui dixit Propheta. Hoc eſt iudicium tuum quod decreuiſti.

Debet etiam exequi ſententiam, & facere iuſtitiam, punire pœna condigna reum: latronem ſuſpendere. Crux huius latronis eſt pœnitentia. In hac ſuſpendendi ſunt ſenſus. vnde Iob 7. Suſpendium elegit anima mea. Suſpenduntur quando à malo vſu cohibentur. Vnde Matth. 6. Si oculus tuus ſcandalizat te, erue eum & proijce abs te. Viſus ſi delectatus eſt in vanis, fluat lachrymis. guſtus ieiunet & ita de alijs. Et hoc eſt quod dicitur Ioſue 10. Aperite os ſpeluncæ, & producite ad me quinque reges, qui in ea latitant, & ſuſpendite quinque reges ſuper quinque ſtipites. Quinque reges ſunt quinque ſenſus, qui quaſi latentes in ſpelũca: dum ſua non cõfitentur, ſed occultant peccata. Vnde Oſeæ 13. Colligata eſt iniquitas Effraim: abſconditum peccatum eius. De ſpelunca producuntur, dũ confitentur. Quinque patibulis ſuſpenduntur, dum ſecundum vniuſcuiuſque tranſgreſſionem, iniuncta pœnitentia puniuntur. Tunc habet locum quod dicitur. Non tradas me calumniatibus me. Ex quo .n. fecit quis iudicium & iuſtitiam, fruſtra accuſatur poſtmodum à diabolo, in iudicio, quia ei dici poteſt, ꝙ calumniator eſt, ꝙ crimen intendat falſum, ſicut contra Dominum Ieſum factum eſt. Vnde Matth. 27. Quærebant falſum teſtimonium aduerſus Ieſum, vt eum morti traderent, & non inuenerunt. Similiter nec diabolus inueniet. Et poteſt dici iuxta illud Apocal. 12. Draco ille magnus ſerpens antiquus, &c. proiectus eſt in terram accuſator fratrum noſtrorum: qui accuſabat illos ante conſpectum Dei noſtri die ac nocte.

Quinque reges sũt quinque ſenſus.

De

De Spiritu ſancto per quem anima noſtra viuit.

IN PSAL. CXVIII. Phe. SER. CCLXVIII.

OS meum aperui & attraxi ſpiritum &c. Sicut vita naturæ non habetur niſi per aeris attractionem, & inſpirationem, & reſpirationem: ita nec vita gratiæ niſi per attractionem Spiritus ſancti. Vnde Dominus videns nihil magis eſſe neceſſariũ quàm aerem ad vitã, de nulla re maiorem fecit copiam. Similiter ad vitam ſpiritualem nihil magis exponit quã Spiritum ſanctum. Nihil magis offert. vnde ad Heb. 12. Contemplantes ne quis deſit gratiæ Dei. Peccata autẽ noſtra ſunt, quę impediunt nos attrahere Spiritum ſanctum. Non enim poteſt intrare aer in vas plenum aqua: nec Spiritus ſanctus in cor plenum concupiſcentia. vnde Sap. 1. Auferet ſe à cogitationibus quæ ſunt ſine intellectu: & corripietur à ſuperueniente iniquitate. Et Thren. 3. in fi. Spiritus oris noſtri Dominus Ieſus Chriſtus captus eſt in peccatis noſtris.

Vita gr̃æ per attractionem Spũs ſcĩ habetur.

Pecta attractionẽ Spũs ſcti impediũt

Iſte volens attrahere ſibi ſpiritum, vt per ſpiritum viueret, multoties in attrahendo defecit. Nunc autem dicit ſe inueniſſe modum attrahendi, & hauriendi. & ore attrahit quod oculis haurire non poteſt. Duplex eſt enim vas hauriendi. Oculus & os, ideſt affectus, & intellectus. Plures haurire nituntur vaſe intellectus, & deficiunt. Hinc eſt ꝙ conqueritur in perſona talium, oculos defecíſſe ſuos in ſalutare tuum. Et illud. Defecerunt oculi mei ſuſpicientes in excelſo. Et Cant. 6. Auerte oculos tuos, quoniam ipſi me auolare fecerunt. Et Prouer. 24. Ne erigas oculos tuos ad opes quas habere non potes. Facient enim ſibi pennas quaſi aquilæ, & volabunt in cœlum. Illis ergo qui haurire non conſueuerunt niſi vaſe intellectus, dici poteſt quod dixit Samaritana Ieſu. Ioann. 4. Domine neque in quo haurias habes, & puteus altus eſt, vnde ergo habes aquam viuam? Intellectus quidem vas eſt lucis, ſed non vas ignis: immo affectus. Intellectus haurit veritatem, ſed non bonitatem, immo affectus. Affectus autem integer & ſincerus, haurito-

rium est ignis: sed fractus, & per desideria varia distractus continere ignem non potest. Vnde Esa. 30. Veniet contritio eius, & minuetur sicut conteritur lagena figuli contritione perualida: & nō inuenietur de fragmētis eius testa, in qua portetur igniculus de incendio &c. Intellectus haurit verbum. Affectus Spiritum sanctum: per quē patrem & filium mansionarios sibi acquirit. Qui .n. haurit ignem, haurit & lucem: sed non conuertitur. Vnde Ioan. 14. Si quis diligit me, sermonem meum seruabit, & pater meus diliget eum, & ad eum ve. & mansionem apud eum fa. Hoc est os. de quo dicitur. Aperi os tuum, & implebo illud, idest affectum. Ideo dicitur. Os meum aperui &c. Istud os est veri cibi ostium. de quo Ioan. 6. Operamini cibum qui non perit. Ad hoc ostium pulsat, qui dicit Apocaly. 3. Ecce ego sto ad ostinm & pulso &c. De hoc ostio dicitur Gene. 18. Apparuit Dominus Abraham sedenti in ostio tabernaculi sui, in feruore diei. Et 4. Regum 19. Egressus stetit Helias in ostio speluncæ, & ecce vox Domini ad eum. Qui est in ostio se ad egrediendū paratum demonstrat. Est enim venientibus occurrendū.

Aīa cōtēplationi dedita est in ostio.

Est ergo in ostio anima contemplationi dedita, quæ desiderat suæ peregrinationis terminum, & vitæ mortalis egressum. Hei mihi (inquit Psal.) quia incolatus meus prolongatus est, &c. quæ illius quem desiderat aduentum expectat, vt occurrat, & quod videt in speculo & ænigmate, facie ad faciem videat. Hoc significatur per Abraham, & Heliam. & vterq; dr esse in ostio. sed ille speluncæ: iste tabernaculi. vnus stando: alter sedendo. Sunt .n. quidā qui seipsos quasi in spelunca vidēt, & carnem suam pro ergastulo hñt, dū huius vitæ miseriā molestē sustinēt. Vñ Apo. ad Ro. 7. Infelix ego homo quis liberabit de corpore mortis huius? Et Psal. Educ de carcere animā meā &c. Alij de corpore quasi tabernaculū faciūt. iuxta verbū Iob cap. 7.

Miseriā vitæ molestē sustinentes.

Militia est vita hominis super terram. Hi molestias vitæ patiēter sustinēt, vt in militia plures dño lucrent, & acq; rāt. Vñ ad Phi. 1. Coarctor è duob. desideriū hñs Dissolui & esse cū Chro, multo melio: pmanere aūt in carne pp fratres necessariū. Vñ B. Martinus dicebat. Dñe si adhuc populo tuo sū necessarius, nō recuso laborē, fiat volūtas tua.

De

De verbo Dei comparato igni.

IN PSAL. CXVIII. Sade. SER. CCLXIX.

IGNITVM eloquiū tuum vehemēter, &c

Verbum Dei igni cōparatū

Verbum Dei comparatur igni. quia ignis primo emittit fumū. & post ea claritatem. tādem cinerem relinquit. Sic & eloquium Dñi primo excitat fumū compunctionis. Vnde Psal. Qui tangit montes & fumigabunt. Post fumū generat claritatem, idest hilaritatem cordis. Postquàm .n. fumus compunctionis lachrymas extorsit: post lachrymas hilaritatem cordis parit. sicut post pluuiam venit serenum. Vnde Psal. Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte &c. Et Esa. 24. Hinnient de mari. Hinnitus, gaudium: mare dolorem significat. Et Esa. 61. Oleū gaudij pro luctu &c. Post omnia generat cinerem. quia post mentis exhilarationem imprimit mortis memoriā. Vnde Gene. 3. Memento quia cinis es &c. Gene. 18. Loquar ad te quum sim puluis &c. Et Leuit. 1. Versicula gutturis, & plumę proijciantur in locum cinerum.

Item, ignis quod est molle indurat, vt lutum. quod etiā est durum emollit, vt metallum, æram autem liquefacit. Simititer ad verbum Dei plerunque corda lutosa induruntur & magis obstinantur. Ideo dicitur Exo. 11. Indurauit Dñs cor Pharaonis. & hoc quanto magis Moyses ad eū loquebatur & plura faciebat prodigia. Et Iob 41. Cor indurabitur quasi lapis. sic & quercus induratur in aqua. Itē ignis dura emollit vt formam accipiant. sic & verbū Dei, vt in prædestinatis. Vnde Psal. Montes fluxerunt à facie Dei &c. Et Iob. 28. Auro locus est in quo conflatur &c. & lapis solutus in æs conuertitur calore. Aes sonorum est. Lapis calore solutus in æs conuertitur: quando de obstinato in peccatis & graui peccatore, vt de Paulo, ex ardore charitatis prædicator efficitur.

Item ea quæ præciosa videntur vt pannos sericos, & quæ pulchra cōspiciuntur, fętere facit. Vñ Gen. 29. Viditque ascendentē de terra quasi fornacis fumū. Pluit enim Dñs de cęlo sup Sodomā & Gomorrhā, sulphur & ignē

Aromata suauis redolere facit, sicut thus & vnguenta. Vñ Eccl. 1. Quasi ignis effulgens & quasi thus ardens in igne. Similiter humilitas & quælibet virtus in aduersitate plus apparet. Item ignis aquam siccat in alio, vt in panno, & aquam extinguit in seipso. Similiter verbum Dei, aquam concupiscentiæ siccat in auditore & aqua concupiscentiæ extinguitur in dicente. Qñ. n. aqua bullit ad ignem, immittitur super eam frigida aqua, & infrigidat eã. Sic & aqua concupiscentiæ infrigidat verbi virtutẽ. Ideo dr̃ Gen. penult. Ruben effectus es sicut aqua, ne crescas, alia litera ne ebullias. Item aridis & vnctuosis nutritur: humidis extinguitur. Aridis vt lignis & sarmentis. Vnctuosis, vt adipe. Humidis, vt aqua. Arida faciunt clarum ignem. Similiter paupertas, & nuditas & huiusmodi clarificant verbi virtutem. Vnde Seneca. In grabato sermo videbitur maior, & in panno. Ideo sic ardebat verbum Heliæ, qui sicut Ioannes vestitus erat pilis camelorum. Vnde Ecc. 48. Surrexit Helias propheta quasi ignis, & verbum eius quasi facula ardebat. Vnctuosa similiter incendunt & nutriũt ignem, vt oleum & adeps. Similiter opera misericordiæ clarificant verbi virtutem. Qui enim opera misericordiæ prædicat & ea facit, exemplo suo quasi adipe vel oleo ignẽ accendit. Qui autem prædicat & contrarium facit, sequendo concupiscentiam suam, quasi aquam in ignem proijcit. Ideo dicitur de Nathan propheta. Eccl. 46. Surrexit Nathan propheta in diebus Dauid quasi adeps separatus à carne. Quasi adipem in igne Dauid eum sensit: quando ipsius verbo tam vehementer accensus fuit, & dixit miserere mei Deus &c.

Item modicus ignis, i. scintilla generat alium magnũ ignem, & modicum verbum magnum Dei amotem, & facit renunciare mundo, & intrare clausturũ vnde Eccle. 11. Ex vna scintilla augetur ignis.

Item ignis illuminat, sic & verbum Dei, Vnde Psalm. Declaratio sermonum tuorum illuminat &c. & alibi. Præceptum Dñi lucidum illuminans oculos &c.

Itẽ calefacit. Vñ Hiere. 20. Factus est in corde meo &c. quasi ignis æstuans, claususq; in ossib. meis, & defeci ferre nõ sustinẽs. Vnde Ioan. 4. Fiet in eo fons aquæ salientis in vitam

vitam æternam. Et 4. Reg. 2. De curru igneo Heliæ quatuor rotæ, quatuor sensus. Item asper est & intolerabilis. Vñ Esa. 330. Nolite aspicere nobis ea q̃ recta sunt: loquimini nobis placẽtia. Et Eccl. Aspera nimis est indoctis homimb. sapientia. Et Amos 5 Odio habuerũt corripientem in porta. Et Io. 6. Durus est hic sermo: & quis potest eum audire? Acutus. vñ ab Heb. 4. Viuus est sermo Dei, & efficax & penetrabilior omni gladio ancipiti. Et Eccl. 12. Verba sapiẽtũ quasi stimuli, & quasi claui in altũ defixi.

Verbum Dei multiplex præstat documentum.

Multiplex præstat documentũ. Vñ ad Ro. 16. Quæcunque scripta sunt, ad nostrã doctrinã scripta sunt. Cibos coquit. vñ Psal. Emittet verbum suum & liquefaciet ea &c. Distributus non minuitur: sicut simile patet Io. 6. de quinque panibus. Et Ouidius. Quis vetat appositio &c. Sequitur. Et seruus tuus dilexit illud. Magna virtus illud diligere, quod vetat ea quæ placent, & præcipit ea quæ displicet, intantum vt etiam dicatur aduersarius. Vnde Matth. 5. Esto consentiens aduersario dum es cum eo in via &c. Perfectæ hoc est charitatis: iuxta illud Matt. 5. Diligite inimicos ve. &c.

De præuentione multiplici.

IN PSAL. CXVIII. Coph. SER. CCLXX.

Præuẽtio ad veniã.

PRAEVENI in maturitate, & clamaui &c. Est præuentio quæ fit ad veniã. verbi gr̃a. Qñ aliquis offendit dñm suũ, cõsiliũ est vt eat & placidat ad pedes eius añquã exeat ab eo aliquod mandatũ irreuocabile, sicut nõ fecit Amã, & ideo suspensus est. Hester. 4. vñ dr̃ in Psal. Præcinite Dño in cõfessione. & item. Præoccupemus faciem eius in confessione.

Præuẽtio ad culpæ declinationem.

Et est p̃uẽtio q̃ fit ad culpę declinationẽ, sic p rõnẽ debem⁹ p̃uenire primos motus. qđ significat Gen. 25. vbi Iacob retinuit plantã Esau egredientis vñ dictus est supplantator. Quid. n. est Esau plãtã tenere nisi rõne primos motus reprimere. Est p̃uẽtio q̃ fit ad brauiũ obtinẽdũ. qui. n. p̃currit obtinet. vñ 1. ad Cor. Oẽs qdẽ currũt, sed vnus accipit brauiũ. sic Iacob p̃uenit Esau ad bñdictionẽ. Gen. 27. sic & spũs dẽt p̃uenire carnẽ.

Præuẽtio pp aduersarij supplantationem.

Et est p̃uentio quæ fit pp aduersa-

uersarij supplantationem. Ita contingit plerunque quando vnus iniuriatus est alteri, festinat qui potest aduersariū suum præuenire clamore: vt causa sua fiat apud iudicem melioris conditionis. Hoc modo præuenire debemus, clamore confessionis diabolum: qui est accusator fratrū, & non expectare vt clamet contra nos. Ideo dicitur Eccle. 5. Ne tardes conuerti ad Dominum, & ne differas de die in diem. subito enim veniet ira illius, & in tempore vindictæ disperdet te.

Præuētio per morū grauitatē

Et est præuentio quæ fit per morum grauitatem. vnde Ouidius. Cęsaribus virtus contigit ante diem. Et Sap. 4. Senectus venerabilis non diuturna, neque annorum numero computata. Cani sunt sensus hominis, & ætas senectutis vita immaculata &c. Et iterum. Consummatus in breui expleuit tempora multa.

Præuētio ad honorem.

Et est præuentio quæ fit ad honorē, sicut occurrentes in via, præueniunt salutationes, sicut & potantes immensa, qui offerunt commensali potum. Hęc maxime grata, & gratuita, quando eam facit maior minori. Vnde 1. ad Corinth. 14. Si quid reuelatur minori, maior taceat. Vel quando par pari. Vnde ad Ro. 12. Honoribus inuicē præuenientes. Maioris enim ad suum maiorem est debita honoris præuentio: & hanc docet Dominus Lucæ 14. Quū inuitatus fueris ad nuptias, non discumbas in primo loco &c. & Quando ergo minor occurrit maiori, debet eum salutatione, & reuerentiæ obsequio pręuenire. Hanc sibi quærunt hypocritæ tristes. de quibus Matth. 23. Amant primos recubitus in cœnis: primas cathedras in synagogis, & salutationes in foro, & vocari ab hominibus Rabbi: imitatores diaboli, qui vult sibi assurgere peccatorem. vnde Hester. 3. Quum audisset Amon, & experimento probasset q̄ Mardocheus non flecteret genua, iratus est valde. Vrbanitas autem Christi Dei est præuenire non p̄ueniri. vnde 1. Ioan. 4. In hoc est charitas Dei non quasi nos dilexerimus eum, sed quoniam ipse prior dilexit nos: & misit filium suum, propitiationem pro peccatis nostris. Et Sap. 6. Præoccupat qui se concupiscunt, vt illis se prior ostendat. Et Psal. Præuenisti eū in benedictionib. dulcedinis. Et p̄p̄ hoc nos debemus eū præuenire in gratiarum actione,

actione, sicut ille dicit. Præueni in amaritudine &c. Et Sap. 16. Vt notum esset omnibus, q̄m oportet præuenire solem ad benedictionem .i. ad ortum solis .i. gratię te adornare, quia solem suum facit oriri super bonos, & malos. Mat. 5. Et sic præuenit in iustificatione peccatoris: quod significatur in Ioanne & Petro. de quibus Ioan. 20. Currebant duo simul, & ille discipulus quem diligebat Dominus, præcurrit citius Petro scilicet Ioannes, Petrus est liberum arbitrium: Ioannes gratia. Et attende quod sequitur q̄ Petrus introiuit in monumentum & non Ioannes, in quo notatur quōd liberum arbitrium debet carnē mortificare, & mortificatione abscondere ne videatur, & hoc est in monumentum intrare.

Præuētio ad succursum.

Et est præuentio quæ fit ad succursum & excursionem, sicut facit pastor quando non potest persequi lupum deportantem ouem, præuenit ipsum clamore, & timens lupus q̄nque dimittit p̄dam. Sic prædam reddidit de ore suo diabolus, q̄n Christus clamauit in cruce. Mat. 27. & Mar. 15. vnde Iob 29. Conterebam molas iniqui: & de dentibus illius auferebam prædam. Et Amos 3. Quomodo si eruat pastor de ore leonis duo crura vel extremū auriculæ: Sic seruentur filij Israel qui habitant in Samaria. Sic etiam facit prædicator per clamorem. Tunc enim escire le Iou. i exclamat, lupus, lupus. s. adest. Et est præuentio ad præseruationem. verbi gratia. quando aliquis secat ligna in sylua, debet clamare, ne lignum cadens incautum obruat. Vnde Deutero. 19. Qui non habens odium, sed nesciens ferro elapso de manubrio, proximum suum percusserit, & occiderit, cum fugiet ad ciuitatem &c. Ligna secat qui iudicium timendum comminat, vt Io. 10. & Lu. 3. Genimina viperarum &c. Iam securis ad radicem arboris posita est. Omnis arbor q̄ non facit fructum bonū, excidetur &c. Talis debet clamare ne lignum cadens incautum obruat. Sic & prædicator peccata denunciare, ne incautū sentētia comprehendat. Vñ Ezec. 3. Si dicēte me ad impiū morte morieris: nō annūciaueris ei neq; loquutus fueris, vt auertat à via sua impia, & viuat. & ipse impius in iniqtate sua morietur. Sāguinē aūt eius de manu tua requiram. Si autē nunciaueris &c. tu animā tuā liberasti.

Præuētio ad præseruationē.

De prævaricatione legis & zelo Dei, ac prælatorum qui deprehenditur per tria.

IN PSAL. CXVIII. Res. SERMO CCLXXI.

Cõsonantia legis naturæ, & scripturæ

VIdi prævaricantes & tabescebam &c. Lex naturæ & scripturæ consonat vnde dicitur ad Ro. 7. Si gentes ea quæ legis sunt naturaliter faciunt, ipsi sunt sibi lex. Vnde fit q̃ caro concupiscit aduersus spiritum. sicut dicitur ad Gala. 5. Qui sequitur concupiscentias, prævaricatur contra vtrãque legem. Sunt autem qui non vident hanc rebellionem, vel minus vident q̃ oportet. & tũc cæcus spũs cæcũ corpus ducit, iuxta illud Matt. 15. Si cæcus cæcum ducit, ambo in foueam cadunt. Sunt qui vident, sed concupiscentia victi, carni obediunt. vnde Baruch 3. Iuuenes viderunt lumen & habitauerunt super terram. Et Iud. 2. Dixit angelus filijs Israel ad locum fletuum, eduxi vos de Aegypto &c. & noluistis audire vocem meam, cur hæc feciſtis? Alij vident hos prævaricatores: & contra eos se forti zelo accingunt. Vñ 1. Macca. 3. Perscrutãs eos qui conturbabant populũ suũ succendit eos flammis & repulsi sunt inimici eius præ timore, & omnes operarij iniquitatis conturbati sunt: & directa est salus in manu eius.

Zelus.

Zelus proprie dicitur viri in vxorem. vnde reges solebant commendare reginas Eunuchis Sic & Christus sponsam suam non nisi eunuchis .i. castis. de quib. Matth. 19. Et sunt eunuchi qui facti sunt ab hominibus, & sunt eunuchi qui castrauerunt se propter regnum cœlorum.

Zelus p̃latorũ p tria apprehenditur.

Zelus prælatorum deprehenditur per tria. Per sollicitudinem, per affectum, per condescensionem.

Sollicitudo deprehenditur per beneficiorum conuenientem collationẽ. Sicut .n. bonus architectus eligere dẽt q̃d melius & firmius est ad ædificij sustentationẽ: ita & prælatus. iuxta illud Esa: 9. Lateres ceciderunt: sed quadris lapidibus ædificabimus. Sion succenderunt, sed cedros immutabimus. vñ Cantic. 3. Ferculũ fecit sibi rex Salamon de lignis libani &c. & v. Crura eius colũnæ marmoreæ. vñ qui puero vel illiterato confert parochiam, vel dignitatem

Simile.

atem vel præbendam, festucam ponit pro columna. de quibus dicitur in Psal. Posuerunt Hierusalem in pomorũ custodiam. q.d. tali deberet dari pomum ad ludendum, nõ Hierusalem. i. cura animarũ. Et Esa. 4. Dabo pueros principes eorum &c. & corruet vir ad virum vnusquisque ad proximum suum. Ecce columnæ debilitas.

Per ministrorum congruam substitutionem, vt decanorum, archipresbyterorum. Vnde Exod. 18. Dixit Ietro ad Moysẽ. Prouide tibi viros discretos detestãtes auaritiã.

Per frequentem subditorum visitationem. Vnde Matt. 4. Circuibat totam Galileam docens in synagogis eorum & prædicans regnum Dei, & sanans omnem languorem & infirmitatem à populo. Et Lucæ 2. Pastores erant in regione eadem vigilantes & custodientes vigilias noctis super gregem suum.

Per singulorum notitiam. Vñ Ioã. 5. Ego sũ pastor bonus, & cognosco oues meas, & cognoscunt me meæ. Vñ B. Siluester hẽbat oĩa noĩa Romanorũ in Matricula, maxime infirmorum. Nunc potius separãt noĩa excoĩcarorũ ad pecuniã emugendã. In cuius rei figura dr̃ Gen. 2. Formatis de humo cũctis aĩantibus & vniuersis volatilibus cœli, adduxit ea ad Adã, vt videret, q̃d vocaret ea. Ideo dr̃ Prouer. 27. Diligenter agnosce vultum pecoris tui &c. Et Prouerb. 12. Nouit iustus animas iumentorum suorum viscera autem impiorum crudelia.

Affectus dignoscitur per infirmorũ compassionẽ. Vñ ad Ro. 14. Infirma aũt in fide assumite: & 15. Dẽmus nos firmiores infirmitatẽ infirmorum sustinere, Vñ ita dolet de peccatis eorum vt de proprijs vulneribus. sicut dr̃ Eccl. 30. Pro animabus filiorum colligabit vulnera sua: & super oẽm vocẽ cõturbabuntur viscera eis. Et 1. ad Corin. 9. Factus sum infirmis infirmus, vt omnes lucrifacerem. Oĩa oĩbus factus sum, vt oẽs saluos facerem. Per minorũ curã. vñ 2. Macc. 5. Erat Iudas cõgregãs extremos, & hortabat populũ p totã viã, donec venirent in terrã Iuda. Et Gen. 33. Nosti Dñe mi q̃ paruulos hẽam teneros, & oues & boues fœtas mecum, quas si in ambulando plus fecero laborare, morientur in vna die cuncti greges.

Affectus prælati.

Per sui ipsius pro suis ad mortem expositionem. Vnde

Ioan.

Ioan. 10. Bonus pastor animam suã ponit pro ouibus suis. Et 18. Quem quæritis? &c. si ergo me quæritis, sinite hos abire. Et 2. Regum in fine dixit Dauid ad Dominum: quã videret Angelum cædentem populum. Ego sum qui peccaui. Ego sum qui inique egi. isti qui oues sunt quid fecerunt? Vertatur obsecro ira tua cõtra me. Vnde ex nimio affectu circa fœtum suum, sicut legitur in lib. de natura animalium, Cetus piscis exponit se, & permittit se percuti tridente. Pisces autem dulcis, aquæ nõ solum negligunt, sed & comedunt oua sua. Sic & voluptuosi, prælati exemplo destruunt filios suos. vnde Oseæ 9. Effraim adducet ad interfectionem filios suos. Et de Struthione dicitur Iob 39. Derelinquit in terra oua sua.

Per malorum persecutionem. vnde 1. Macc. 3. Perscrutans eos qui conturbabant populum suum, succendit eos flammis: & repulsi sunt inimici eius prætimore.

Condescẽ sio. Simile.

Condescensio consistit, in spirituali & temporali subsidio. In spirituali. Sicut enim nutrix frangit verba, vt se cõformet infanti: sic & bonus prædicator. vnde Augustinus. Beatus qui temperat scientiam suam causa fratris. vnde prædicator comparatur gallinæ, quæ excutit spinam pullo suo, qui non potest excutere. vnde Matth. 23. Hierusalẽ, Hierusalem &c. Excutit spicam qui tollit figuram & verbi difficultatem. Hic est Gedeon, qui excutiebat & purgabat frumentum. Iudic. 6. vnde & Apostolus 1. ad Corinth. 2. Lac dedi potum vobis, non escam. Item ad Heb. 5. Facti estis quibus lacte opus sit, non solido cibo. Nutrix si daret crustum infanti interficeret eum.

In temporali subsidio, subtrahunt enim sibi vt suos pascant & alant. sicut gallina granum dimittit pullo & non comedit. Ideo dicitur 2. Corinth. 12. Filij non debent thesaurizare parẽtibus, sed parentes filijs. Qui ergo spoliant subditos vt ipsi ditescant, similes sunt vulturi, qui inuidet filijs suis quando pingue scunt. Vnde Ezechiel 34. Væh pastoribus qui pascunt semetipsos: nonne greges à pastoribus pascuntur?

De

De triplici expectatione.

IN PSAL. CXVIII. Siu. SER. CCLXXII.

Expectatio triplex.

EXPECTABAM salutare tuum Domine &c. Triplex est expectatio. Infirmi, captiui, obsessi. Duæ primæ expectationes. s. infirmi & captiui, pertinent ad primum aduentum. Medicum enim expectabat infirmus, redemptorem captiuus. Affligebatur vterque, quia sicut dicitur. Prou. 13. Spes quæ differtur, affligit animam. Horum desiderium designatur in septem antiphonis ante Natale. O Adonai &c. In persona horum dicebat Symeon Lucæ 2. Quando veniet? putas vi debo? putas durabo? Et Esa. 54. Vtinam dirumperes cœlos & descenderes. Et Psal. Tu vero distuliſti Christum tuum.

Non erat qui sanaret infirmum. Hæc enim est mulier Hæmorrhoissa. De qua dicitur Matth 9. Quod consumpserat omnem substantiam suam in medicos.

Non erat qui redimeret captiuum, quia omnes tenebãtur. Erat. n. mulier illa de qua 4. Reg. 4. En creditor venit vt tollat duos filios meos. i. duos populos, vel corpus & animam, & non habeo nisi parum olei quo vngar. Ideo expectanti dicitur Abacuch 2. Si moram fecerit, expecta eum: quia veniens veniet & nõ tardabit vt alibi diximus.

Venit ergo Christus medicus cum medicinis & vnguẽtis præciosis. Redemptor cum præcio sanauit & redemit. De medico dicitur Eccl. 38. Altissimus creauit de terra medicinam: & vir prudens non abhorrebit illam. & illud paulo post. Vnguentarius faciet pigmenta suauitatis, & vnctiones conficiet sanitatis &c. De redemptore dicitur in Psal. Redemptionem misit Dominus populo suo. Et Esa. 39. Ecce merces eius cum illo &c. Et 1. ad Corinth. 6. Empti enim estis pretio magno. Et 1. Petri 1. Non enim empti estis corruptibilibus auro & argento &c.

Propter redẽptio.

Sanatus est, igitur infirmus. & redemptus captiuus. Inde contristatus est diabolus, qui infirmum vulnerauerat, nem hos qui captiuum tenebat, & non cessauit impugnare. & obse cõtristat dit vt caperet. & iterum vulneraret vt caperet vel captiua- fuit dia- ret vnde liberatorem suum expectat obsessus. Et sicut qd bolus.

dictum

dictum est, pertinet ad aduentum in carnem: ita & hoc pertinet ad aduentum in mentem, ideo dicitur iterato. Si moram fecerit, expecta eum: quia veniens veniet, & non tardabit. Expectare ergo debemus liberatorem. Et quòd sunt qui expectare non possunt, vel nolunt, qui bi quidam sunt similes, vt formidolosi, febricitantes, infirmi, leccatores, pueri, nimis cupidi. De formidolosis dicitur. Deuter. 20. Quis ex vobis formidolosus reuertatur ne pauere faciet fratres suos perterritus: ideo quia Sobna præpositus reddidit præ timore inferiorem partem ciuitatis. dicitur enim Esa. 22. Vade & ingredere ad eum, qui habitat in tabernaculo vsque ad Sobnam præpositum templi, & dices ei. Quid tu hic? aut quasi quis hic? Ecce dominus asportari te faciet, &c. Vir autem strenuus succursum expectat, & prius comedit equos suos, & viuit de radicibus, quàm se, & suos hosti tradat. Pusillanimus expectare, vel sustinere non potest, statim cedit, & castrum reddit, vt Sobna. Quali dicitur Naum 15. Omnes munitiones tuæ sicut ficus cum grossis suis, si concussæ fuerint, cadent in os, comedentis.

Strenuus vir.

Febricitantes, & infirmi dum sunt in accessione sitim tolerare non possunt, licet cõtrarium suadeatur eis à medico, & subtrahitur eis vinum. Febris est concupiscentiæ tentatio. Vide de socru Simonis. Matth. 8. Medicus non dat vinum infirmo, nisi desperet de eo: quales de quibus ad Rom. 1. Propterea tradidit eos Deus in passiones ignominiæ, &c. Et Hierem. 51. In calore eorum pœnam ponam potus eorum, & inebriabo eos, vt sopiantur. Febricitantes discreti sustinent sitim suam. vnde Psalm. Expectabunt onagri in siti sua. Quorum natura est expectare donec habeant aquam claram. Econtrario dicitur Hierem. 11. Quid tibi vis in via Aegypti, vt bibas aquam turbidam? Et Ioan. 19. Licet dominus diceret, Sitio: tamen cum gustasset noluit bibere.

Concupiscẽtiæ tentatio febris dicit.

Leccatores, & pueri non expectant maturitatem fructus, aut frugum: quibus sunt similes qui esuriunt temporalia bona tamen immatura. Vnde Esa. 38. Quasi temporaneum ante maturitatem autumni, quod quum aspexerit videns statim quum manu teuuerit, vorabit illud.

Sic

Sic & guloſi carnes vorant ſemicoctas quibus ægrotant, quales filij Hely. vnde 1. Reg. 2. dicebat puer ſacerdotis. Non accipiam à te carnem coctam, ſed crudam, aut da bis, aut tollam vi. Similes Eſau qui pro lenticula dedit primogenita ſua. & ipſi pro immaturis temporalibus, & minimis dant æterna quæ ſolida ſunt, & matura. vnde Gen. 25. En (inquit) ego morior, quid mihi proderunt primogenita mea?

Guloſi.

Cupidi feſtinantes ditari, ſuſtinere ſitim non poſſunt, contra quos Eccl. 11. Eſt homo laborans feſtinans, & deficiens & impius, & tanto magis non abundabit. Ideo alij fœnerantur. vnde Prou. 28. Vir fidelis multum laudabitur, & q̃rit multiplicare, non erit innocens. Alij raptores, cõtra quos Prou 19. Qui impatiens eſt ſuſtinebit damnum, & quum rapuerit, aliud apponet, non dicit quod & forſitan gulam. Ideo dicitur Prou. 13. Subſtantia feſtinata minuetur, q̃ aut paulatim manu colligitur multiplicabitur.

De ſimplicitate vera ſignificata per ouem & columbam.

IN PSAL. CXVIII. Tau. SER. CCLXXIII.



RAVI ſicut ouis quæ perijt &c. Ouis ſicut columba ſignificat ſimplicitatem. Sed eſt ſimplicitas ficta: & hæc eſt hypocritarum. In diſcreta, & hęc eſt ſtultorum. Vera & hęc eſt religioſorum. Simplicitas ficta eſt qua quis componit exteriorem hominem. vultum & geſtum & habitum, & omnia vt religioſus credatur: & intus omnia ſunt peruerſa. Hæc eſt ouis quæ perijt, quia ſimplicitas hæc mala eſt. Vere quidem ouis quæ perijt, quia in tali non vera ſimplicitas mortua eſt & ita ouis perijt. Oue mortua remanet pellis, & ipſi induunt pellem ouinam, quum ſint intrinſecus lupi. Vnde Matth. 7. Veniunt ad vos in veſtimentis ouium: intus autem ſunt lupi rapaces. Et Geneſ. 31. dicitur Rachel ſub ſtramento camelli abſcondit idola Laban. Quæ ſunt ſtramen a caprarum, niſi aſper religionis habitus, vt ciliciũ, ſub quibus abſcondantur idola, i. cupiditas & auaritia, quæ eſt idolorum ſeruitus ad Ephe. 5. Et hoc facit Rachel, quæ interpretatur ouis. Quia veniunt in veſtimentis ouium. vnde etiã

Simplicitas duplex.

Prouer.

Virtus naturæ similis.

Prou. 26. Verba susurronis quasi simplicia, & ipsa perueniunt vsq; ad intima cordis. Natura incipit ab interioribus operari & formare, & tandem format & effigiat & complet, vt patet in fœtu leonis & vrsi. ars è contrario. Virtus similis naturæ, quæ primo componit interiorem hominem, & per hoc exteriorem. Hypocrisis est similis artis non facit nisi idolum. Vnde Lucæ 11. Nunc Pharisæi quod deforis est calicis & catini mũdatis: quod autem intus est vestrum, plenum est rapina & iniquirate. Et recte significatur per idolum Bel. Vnde Daniel 14 Ne decipiaris mi rex: ille .n. intrinsecus luteus, & forinsecus æreus. Ideo dicitur hypocrisis quasi deauratio.

Hipocrisis similis arti.

Simplicitas indiscreta ouis quæ erat.

Simplicitas indiscreta. & hæc est stultorum, & hæc est lumba seducta non habens cor. Huiusmodi .n. facile seducuntur ab hæreticis. Vnde 2. ad Timoth. 3. Ex his sunt qui penetrant domos. & captiuas ducunt mulierculas oneratas peccatis. Et Gene. 20. In simplicitate cordis & mundicia manuum mearum feci hoc. Et Psalm. Congregatio taurorum in vaccis populorum, vt excludant eos qui probati sunt argento. Ideo dicitur. Ioan 4. Nolite credere omni spiritui, sed probate &c. Inde etiam 2. ad Corin. 11. Nam eiusmodi pseudo apostoli sunt operarij subdoli: transfigurantes se in Apostolos Christi. Et non mirum. Ipse .n. Satanas transfigurat se in angelum lucis. Non est ergo magnum, si minister eius &c. Est simplicitas vera. Vnde Prouer. 20. Iustus qui ambulat in simplicitate sua, bonos post se filios derelinquit. Hæc simplicitas comitem habet discretionem, vt in B. Virgine. Vnde dicit Lucæ 1. Quomodo fiet istud? & excludit prudentiam mundi. Hæc duo cõiungenda sunt simplicitas & discretio, quæ est ex scientia sanctorum. Ideo dicitur de Iob in princ Vir erat in terra Hus nomine Iob, & erat vir ille simplex & rectus, ac timens Deum, & recedens à malo. quod totum fit per donum scientiæ. Ideo dicitur de viro simplici q̃ erat in terra Hus, quod interpretatur consilium. Et Prou. 7. dicitur. Ego sapientia in consilijs habito: & eruditis interfum cogitationibus. Et item de ipsa dicitur Prou. 3. Abominatio Domino est omnis illusor & cum simplicibus sermocinatio

Vera simplicitas comitem habet discretionẽ.

tio eius. Ideo dicitur Mat. 10. Estote prudentes sicut serpẽtes, & simplices sicut columbæ. Et Psal. Si dormiatis inter medios cleros pennæ columbæ deargentatæ. Penna columbæ deargentata, simplicitas discreta. Quia ergo hæc comitem habet discretionem, dicitur Prou. 11. Simplicitas iustorum dirigat eos. Et quia excludit prudentiam mũdi, sequitur. Supplantatio peruersorum vastabit eos. Prudentia enim mundi applicatur ad supplantandum. Vnde Gen. 25. Erat Esau vir gnarus venandi: Iacob autem vir simplex habitabat in tabernaculo. Sed mundus reputat simplicitatem fatuitatem, quando est sine prudentia mundi, & derident simplices. Vnde Iob 12. Deridetur iusti simplicitas &c. Et Sap. 5. Hi sunt quos aliquando habuimus in derisum; & in similitudinem improperij. Reputant fatuum & insanum eum qui sua dimittit vt religionem intret: & hoc est quod dicitur 4. Reg. 2. Quod pueri deridebant Heliseum ascendentem in Bethel clamantes: Ascende calue &c. quia hoc est quod maxime improperant, spiritualium caluitium, quod consistit in perpetua renuncia tione propriorum. ideo Apostolos idiotas dicebant; sed non curabant. vnde 2. Corin. 8. Altissima paupertas abundauit in diuitias simplicitatis eorum. Et vxor Iob dixit ei Iob 2. Adhuc permanes in simplicitate tua. Dominus autem prudentiam mundi, stultitiam reputat: simplicitatem, cuius comes est prudentia mundi, astutiam. De qua dicitur 19. Non est cogitatus bonus prudentia peccatorum. Et iterum. Est solertia in terra, & ipsa iniqua. Vnde de simplicibus dicitur ibidem. Melior est deficiens sensu in timore Dei, quàm qui abundat sensu & transgreditur legem altissimi. Et Iob. 8. Proijciet simplicem, nec porriget manum malignis. sicut dicitur Luc. 15. Pro oue centesima dereliquit bonus pastor nonagintanouem. i. 9. ordines angelorum pro humana natura. Per angelos signantur contemplatiui & perfecti. Per ouem centesimam vera simplicitas. Boni pastores à contemplatione cessant & à contemplatiuis quandoq; se separant, vt simplices alloquantur. vnde Prou. 3. Cum simplicibus sermocinatio eius.

Simplicitas apud mundum fatuitas reputat.

Ouis centesima simplicitatem vram importat.

De

De pacificis quadruplicibus.

IN PSAL. CXIX. SERMO CCLXXIIII.

Pacifici multiplices.

CVM ijs qui oderunt pacem, eram pacificus. Magnæ virtutis indicium est quod hic dicitur, cũ ijs &c. Quidam enim sunt pacifici cum pacificis. & hoc est imperfectorum. Quidam sunt non pacifici cum non pacificis, & hoc est infirmorũ. Quidam sunt non pacifici cum pacificis, & hoc est peruersorum. Quidam sunt pacifici cum non pacificis. & hoc est perfectorum. Apostolus dicit ad Rom. 7. Cum omnibus (si fieri potest) pacem habentes. s. & cum pacificis, & cum non pacificis. Primum quidem est imperfectorum sicut & diligere diligentes se. Vnde Matth. 5. Si diligitis eos qui vos diligunt, quam mercedem habebitis? Nonne & publicani hoc faciunt. Et si salutaueritis fratres vestros tãtum, quid amplius facietis. nonne & Ethnici hoc faciunt? Quidam sunt non pacifici cum non pacificis. & hoc est infirmorum. Infirmi enim sunt equi scabiosi, qui non permittunt se scalpi, vel tangi. Hinc legitur Exod. 9. Tulerũt cinerem de cæmino, & sparsit Moyses in cœlum, factaq; sunt vlcera vesicarum turgentium in hominibus & iumentis: nec potetant malefici coram Pharaone stare. Per vlcus significatur impatientia. Per vesicam superbia. Impatientia ergo & superbia vlcera sunt cũ vesicis, tales coram Pharaone stare non possunt, quia tentationibus resistere impotentes sunt. Hi sunt similes scorpioni: ũte enim primo pũgit, quum quis eum tetigerit, & prouocatus aculeum armatum infigit. De quibus potest intelligi illud Eccle. 10. Qui dissipat sepem, mordebit eum coluber. Sepes non habet veram firmitatem vt murus, & signat quorundam patientiam infirmam, quæ cito diruitur. Sepem ergo dissipat qui infirmum verbo vel alio modo prouocat. Et tunc cum coluber mordet, dum pro vna contumelia prouocatus duas reddit. Vnde & Amos 9. Et si celauerint se in profundo maris, ibi mandabo serpenti, & mordebit eos. Dicitur in lib. de natura animalium, ꝙ in loco qui dr Kalquiar, est serpẽs paruus & sanant à morsu eius ex lapide inuento

inuento in sepulcris regnum antiquorũ. Lapis iste est patientiæ soliditas. Hic in sepulcris regum antiquorũ inuenitur, quando quis in eis exempla contemplãtur. Ideo aũt in sepulcris, quia non defecerũt vsq; ad mortẽ. Ideo in sepulcris inuenitur, qm̃ illa patientia maximè quæ ad mortem vsque durat, commendatur. Vnde Iaco. vlt. Sufferentiam Iob audistis, Finem Domini vidistis. Et quia hęc patientia maximè lucet in Christo, maximè sanat in nobis morsum serpentis, vulnus impatientiæ, quia ipse est serpens suspensus in palo. vnde Ioan. 3. Sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto &c.

Peruersi cũ pacificis nõ sũt pacifici.

Quidam sunt non pacifici cum pacificis. & hoc est peruersorum. vnde legitur Exod. 8. ꝙ quum Moyses percussit puluerem, omnis puluis conuersus est in ciniphes: non dicitur ꝙ percussit oẽm: & tm̃ dicitur ꝙ omnis conuersus est. Hoc est, quum arguitur vnus malus, oẽs mali detrahunt arguenti. vnde Esa 33. In domibus eius oriuntur spinæ. Et 2. Reg 23. Si quis eas tangere voluerit, armabitur ferro & ligno lanceato. Ideo dicitur in Psalm. Quum loquebar illis, impugnabant me gratis. Et 2. ad Timoth. 4. Argue, obsecra, increpa, in omni patientia. Erit enim tẽpus quum sanam doctrinam non sustinebunt. Et de Pharisæis. Luc. 11. in fi. Magister & hæc dicens, nobis contumeliam facis. Isti sunt similes cocodrilo, qui licet non fuerit prouocatus, insilit in hominem.

Nõ pacifici cocodrillo sũt similes.

Quidam sunt pacifici cum non pacificis: quia etiam prouocati non respondẽt, non se vindicant. Vnde Iob 7. Respondete obsecro absque contentione: nec inuenietis in lingua mea contentionem: nec in faucibus meis stultitia personabit. Et hoc est quod dicitur Exod. 8. Quòd Magi Pharaonis percusserunt puluerem terræ Israel. i. humiles sanctos reprehenderunt, nec potuerunt educere ciniphes, ideſt verba detractionis. Et tũc conguntur dicere. Digitus Dei hic est. i. Spũs scũs est in istis. Huius exẽplũ exhibuit Chrs. de quo Es. 54. Quasi agnus corã se tondẽte obmutuit, & non aperuit os suum. Itẽ Es. 11. Habitabit lupus cũ agno, & pardus cũ hœdo accubabit: vitulus & leo & ouis simul morabuntur, & puer paruus minabit eos.

De manibus & oculis quomodo sint leuandi ad montes. i. sanctos & ad eum vnde venit auxilium. i. ad Deum.

IN PSAL. CXX. SERMO. CCLXXV.

LEVAVI oculos meos in montes, vnde veniet auxiliam mihi. Auxilium meum à Domino Primo considerandum est, quomodo primum est leuare manus: deinde oculos. Secundo quomodo oculi leuandi sint primo ad montes. i. sanctos: deinde ad Dominum.

Manus ad opus, oculi ad contẽplationẽ leuãdi sũt.

Ordo igitur est primo leuare manus ad opus: deinde oculos ad contemplationem. Vñ primo leuauit Dauid manus dicens supra. Et leuaui manus meas ad mandata tua quæ dilexi. Ideo mõ dicit: Leuaui oculos meos ad mõtes.

Quidam leuant oculos alta contemplantes, & non manus, tñ terrena operantes. Oculus. n. pertinet ad contemplatiuã: manus ad actiuam. Ideo de leuatione manuũ dr Esa. 35, Confortate manus dissolutas, & genua debilia roborate. Et Heb. 12. Remissas manꝰ & genua debilia erigite.

Leuantes manꝰ; sed non oculos.

Sunt qui leuant manus, dum ardua negotia agunt, sed oculos deprimunt, quia ea ad Deum non dirigunt. de quibus in Psal. Statuerunt oculos suos declinare in terrã. De sapiẽte vero dicitur Eccl. 2. Sapientis oculi in capita eius. Quia intentionem dirigit ad caput, ideſt Christum. Vnde B. Petrus passus est oculis intuentibus cœlum.

Leuandi sunt oculi, sed manus prius. Vnde Thren. 3. Leuemus corda nostra cum manibus ad Dominum in cꝫ lo. Et de B. Martino cantatur. Oculis ac manibus in cœlũ semper intentus &c. Legitur ẽt Exo. 10. ꝙ Moyses leuauit manus suas in cꝫlum, & tenebræ operuerunt Aegyptios. Similiter dum boni leuant manus ad bona opera, mali tenebris vndiq; obnubilantur. Quod significatur 1. Reg. 3. vbi dr ꝙ Heli non poterat videre lucernã Dei antequam extingueretur. & 1. Reg. 17. Iam non rectis oculis aspiciebat Saul Dauid. Ideo dr 2. Cor. 2. Alijs sumus odor mortis in mortem. Et Iob 24. Ipsi fuerũt rebelles lumini. ió Dñs qui est quasi aquila, proijcit eos vt fœtus reprobos, qui nõ delectantur in lumine. Propter hoc itaq; cessare non debemus ab operibus lucis. Vnde dicitur Matth. 5. Luceant opera vestra bona coram hominibus &c.

Sunt autem qui manus leuant non oculos: quod legitur fecisse publicanus ex humilitate Luc. 18. Publicanus autẽ stans à longe nolebat nec oculos leuare ad cœlum &c.

Oculi ad sanctos primo deinde ad Dñum leuãdi sũt.

Secundo considerandum quo modo oculi primo sint ad sanctos leuandi, deinde ad dominum: vnde primo hic dicitur. Leuaui oculos meos ad montes. i. sanctos. Post. vnde veniet auxilium mihi: sed auxilium meum à Domino. Quod significatur 2. Reg. 14. Vbi Absaloni Ioab per mulierem Thecuam legitur veniam impetrasse, sed non vidit regem donec post tertium annum admissus est ad oscu lum eius.

Montes angelos significãt

Montes similiter sunt angeli, qui primi lumen à vero sole recipiunt. Primum itaq; est leuare oculos ad montes vt videndi acies sic temperata (quia montes medij sunt inter cœlum & terram planam) assuescat ascendere & leuari ad videndum solem. De quo Eccl. 11. Dulce lumen & delectabile est oculis videre solem. De his montibus dicitur in Psal. Illuminans nos à montibus æternis.

Ioab sunt sancti, Mulier Thecua, virgo beata, quæ vertit figuram verbi, quando verbum caro factum est Ioan. 1. Et impetrauit à Dauid rege, ideſt Deo, Absaloni. i. peccatori veniam.

De custode Israel & qui clamat ex Seir.

IN PSAL. CXX. SERMO CCLXXVI.

ECCE non dormitabit neque dormiet qui custodit Israel. Hic est custos de quo Esa. 21. ad me clamat ex Seir. Custos qui de nocte, custos qui de nocte, & dixit custos. Venit mane & nox; Seir hispidus vel pilosus interpretatur. Pilus de carne nascitur; sed carnem supergreditur: sine læsione præscinditur; sed non sine læsione euellitur. Præcisus renascitur sed vt penna determinatum crementum non habet, nisi pilus ciliorum & superciliorum. Pilus ergo qui de carne na

Pilus carnis desideria carnalia.

scitur, significat desideria carnis, quæ de ipsa carne oriuntur. De carnis necessitate famem patimur, cibum appetimus & hmõi. Et hæc est terra de qua dr. Gen. 3. Maledicta terra in opere tuo, spinas & tribulos germinabit tibi.

Pilus aũt carnis mensuram excedit, quia quod est necessitatis in voluptatem per obreptionem transit, nisi sobrietas moderetur. Vñ Eccl. 31. Acqua vita hominibus vinum in sobrietate. si dabis illud moderate, eris sobrius: sanitas aiæ & corporis sobrius potus. Item pilus sine læsione præciditur, sed non euellitur. Nam & desideria carnis sine periculo possumus temperare, sed non tamen extirpare. Vnde dr Iudic 3. Hæ sunt gentes quas dereliquit dominus, vt erudiret in eis Israelem. Opottet ergo hæc desideria præcidi in superfluis, in necessarijs tolerari. Hinc est q̃ leuitæ iubentur pilos carnis suæ radere, non euellere. Num. 9. Et dñs non permisit auelli à Paulo stimulum carnis. Vñ 2. ad Cor. in fi. Propter quod ter dñum rogaui &c. Paulo (inquit) sufficit sibi gratia mea

Item pilus præcisus iterum oritur, quia desideria carnis quantumcunq; satientur iterum pullulant & innascẽtur. Totum iterandum est mane quando surgimus. Vnde Aggei 1, Comedistis & non estis satiati &c. & Prou. 30. Duæ sunt sanguisugæ filiæ q̃ semper clamãt, affer, affer.

Penna spirituale desideriũ

Item pilus quidem renascitur sed non penna. Penna est spirituale desiderium, ad quod nos sine gratia non sufficimus. Carnalia desideria per se surgunt: spiritualia nõ nisi per gratiam oriuntur. Vñ Iob 39. Nunquid per sapientiam tuam plumescit accipiter, quum expandit alas suas ad austrum?

Item pili oculorum determinatum hẽnt crementum, sed non alij, Oculi qui sunt spirituale membrum, significant viros contemplatiuos. Et hi sobrie viuunt, desideria eorũ mensuram non excedunt. Ex Seir ergo sunt qui in superfluitate viuunt, licet in claustro fiat. Hi sunt pilosi de quibus Esaiæ 13. Requiescent ibi bestiæ & replebuntur domus eorum draconibus, & habitabunt ibi struthiones, & pilosi saltabunt ibi. Et Ezechiel 16. Vbera tua intumuerũt, & pilus tuus germinabit.

Vnum solũ est remedium ei qui est ex Seir vt clamet.

Ex

Remediũ eius q̃ est ex Seir.

Ex Seir clamat qui se ipsum de voluptate vel vanitate accusat. Clamat qui compunctus supplicat. Et hoc forsitan dicit dominus in præparatione religiosorum, quasi dicat. Hispidus & pilosus, id est vitiorum deformitate fœdus ad me clamat: & tu taces. clamas quidem forsitan ore, sed taces corde. Vnde Amos 5. Aufer à me tumultum carminum tuorum & cantica lyræ tuæ non exaudiam. Et attende q̃ dicit, ad me clamat, non ad se ipsum vt tu facis. fuit Pharisæus qui dicebat Lucæ 18. Non sum sicut cæteri hominum raptores, iniusti, adulteri, velut etiam hic publicanus. Clamat ad me non ad proximum vt tu facis iactando te ipsum & magnificando. Vnde Prouerb. 18. Qui se iactat & dilatat, iurgia concitat. Et Prou. 25. Cum eo qui dilatat labia sua ne commiscearis. Et Eccl. 6. Non extollaris in cogitatu animæ tuæ velut murus, ne forte elidatur virtus tua: Ideo dicitur Matth. 22. Dilatant phylatteria sua, & magnificant fimbrias suas. Ecce quid clamat custos qui de nocte, custos qui de nocte. Quid est q̃ non dixit: Exaudi domine iustitiam meam, Certe quia attendit quàm iniuste vixerit. Quid est quòd non clamat: Iudica me domine secundum innocentiam meam? Certe quia attendit quàm multos læserit. Quid est quòd non clamat. Miserere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam? Quia recolit quòd viscera misericordiæ nunquàm habuit: cũ scriptum sit Matth. 5. Beati misericordes quoniam ipsi misericordiam consequentur.

Affectus supplicãtis.

Nihil ergo petere præsumit: sed solummodo affectum supplicantis in sua oratione ostendit, & ideo custodẽ nominat: quasi dicat. Tu es qui custodire debes: quia creatura tua sum. Potes, quia omnipotens es: soles, quia misericordissimus es.

Custos qui de nocte, licet suos custodiat die ac nocte, non facit mutationem nisi de nocte. Videtur enim quibus dam quòd tunc suos dominus dereliquerit, quum nocturnis aduersitatum tribulationibus exponit. Videtur custodire, quum dies prosperitatis arriserit. Quod ne videatur dicere. Custos qui de nocte Vnde Psal. Da nobis auxilium de tribulatione.

Respõdet Dñs. Venit mane: qa non erat diẽ desiderare.

Custodit pater, filius, & spiritus sanctus.

Custos est filius, quia liberat intellectum ab errore. Custos Spiritus sanctus, qui liberat affectum à malitiæ frigore. Ideo repetitur custos, & dixit custos. Tertio ponitur custos, vt tertia designetur persona scil. cet patris, quia sicut veritatis est protegere ab errore: bonitatis ab iniquitate: ita maiestatis ab aduersitate.

De muro, portis, seris in portis, de vectibus, vicis, & plateis ciuitatis Hierusalem quæ sursum est.

IN PSAL. CXXI. SER. CCLXXVII.

Mur' fidelis aīę.

HIERVSALEM quæ ædificatur vt ciuitas, cuius participatio eius in id ipsum. Habet hęc ciuitas spiritualis vt materialis, murū, portas, seras in portis, & vectes, vico, & plateas. Murus animæ fidelis est ordo virtutū vel structura bonæ operationis. de quo Esa. 62. Super muros tuos Hierusalem constitui custodes. non cessabūt die ac nocte laudare nomen Dñi. Item Thren. 2. Clamauit cor eorum ad Dñum super muros filiæ Sion. Custodes murorum, solers custodia circumspectionis. Vnde Oui-dius. Centum luminibus cinctum caput Argus habebat. Et Ezech. 1. Totum corpus plenum oculis in circuitu ipsorum. De hoc muro dr̄ ꝙ Nabuzardan destruxit muros Hierusalem. Per Nabuzardan muri Hierusalem destruitur, quando per gulæ intemperantiam sobrietatis modus exceditur. vnde Thren. 2. Prȩcipitauit omnia mœnia eius, dissipauit munitiones eius.

Portæ interiores, & exteriores.

Portæ sunt interiores & exteriores. Exteriores portæ animæ sunt sensus, quæ claudendæ sunt hostibus. vñ Iudic. 9. legitur ꝙ clausa firmissima ianua pugnabant sibi Israel. Periculosum est portas istas aperire dum obsident hostes. Vnde propter fluxum concupiscentię vocantur portæ fluuiorum. Naum 2. Portæ fluuiorum apertę sunt. & ędplum ad solum dirutum est, & miles captiuus ductus est. Portæ fluuiorum aperiuntur, quando concupiscentiæ sensus laxantur.

Diuisio templi.

Templū ad solum diruitur. qñ interior homo: quē Deus inhabitat, ad terrena desideria inclinatur.

Miles captiuus ducitur, quando irascibilis quæ dēt gladio animad uersionis contra vitia accingi, vinculis prauorum desideriorum ligatur & captiuatur. De his dr̄ Thren. 2. Defixæ sunt in terra portæ eius. perdidit & contriuit in terra victus eius. Portæ in terram defixæ iacent, quando sensus terrenis desidertjs inhærent. In vectibus pœnitent, quando anima cœlestium contemplatione suspensa, sensus à terrenis actibus vacant.

Portæ interiores sunt intellectus & affectus. de qbus Zach. 11. Aperi Libane portas tuas: & comedat ignis cedros tuas. Aperit Libanus portas suas, qñ sinus suos expandit anima in diuinos & supercælestes aduentus. vt intellectus lucem: affectus recipiat ardorem. Et hoc est qđ dr̄. Et comedat ignis cedros tuas. i. sublimes & incorruptas cogitationes, & affectiones accendat. Thren. 1. De excelso misit ignem &c. Esa. 26. Vade populę meus intra cubicula tua &c.

Seræ in portis. Seræ in portis sunt circumspectiones in sensibus, quibus clauduntur vel aperiuntur, vt claudantur hosti. Vnde Eccl. 42. Vbi sunt multæ manus, claude. Aperiantur dilecto. Vnde Cantic. 5. Pessulū ostij mei aperui dilecto meo. Et Psal. Quoniam confortauit seras portarum tuarum, Dominus confortat seras portarum, quando robore spiritus sancti firmat custodiam sensuum. De hac custodia dicitur Eccl. 28. Sepi aures tuas spinis: & noli audire linguā nequam. & ori tuo facito ostia, & seras auribus tuis.

Vici diuersæ virtutes.

Vici sunt diuersæ virtutum species. ideo dicitur Esdræ 3. ꝙ Melchias filius Herem ædificauit in Hierusalē mediam partem vici. Herem interpretatur vigilans eis vel resurrectio eorum. Melchias chorus Dño. Hic est bonus prælatus, qui vigilat vt resurgant impij, & post se chorū ducit Dño. Vicus timoris continet & timentes. seruiliter, & timentes filialiter. Timentes filialiter saluantur, sed timentes seruiliter non: vtpote quibus est mala voluntas.

Vicus amoris & timoris.

Est vicus timoris, & hic angustior. est vicus amoris, & hic latior. Vicus timoris descendit ad portam vallis. Vicus amoris ducit ad portam pontis. i. ad contemplationem futurę retributionis. In vico timoris habitant serui & mercennarij.

centnario. In vico amoris filij qui hæreditatem expectãt. Hic est vicus qui vocatur rectus: in quo in domo Iudæ Paulus inuenitur, vt habetur Actu. 9. Vicus amoris rectus, quia rectificat animum. Vnde Cant. 1. Recti diligunt te. In illo est domus Iudæ i. confessionis. Sunt & in Hierusalem vicus sacerdotum, & vicus scuta vendentium. Vicus sacerdotum ducit ad portam sterquilinij. Et in euangelio dicebatur Berphage. Matt. 22. Vicus sacerdotum, & interpretatur domus buccæ. Vicus sacerdotum est propositum confitendi, & ducit ad portam sterquilinij, id est ad confessionem peccati. Vicus scuta vendentium hypocrisis & simulatio. Scuta gerunt qui se contra tentationes defendunt. Scuta faciunt, qui qualiter defensio fiat contra peccata nos instruunt. Scuta vendunt, qui de eo q̃ se cõtra peccata defendunt vel defendere docent, mercedem inanis gloriæ & laudem hominum quærunt. de quibus dr̃ Neem. 3. Aedificauit Melchias filius aurificis vsq; ad domum Nachinneorum: & scuta vendentium contra portã iudicialem. Domus scuta vendentium describitur: quia q̃ pro bonis operibus laudis remunerationem expectant iudicio proprio conscientiæ condemnantur.

Vicus sacerdotũ.

De pace & abundantia quæ facit Christus in virtute sua & turribus suis Magdalena, Petro, Stephano.

IN PSAL. CXXI. SER. CCLXXVIII.

FIAT pax in virtute tua, & abundantia in turribus tuis. Virtus Christi abscõdita fuit in passione sub carnis infirmitate. Vñ Aba. 2. Vos abscondita est fortitudo eius. In illa fecit pacem, offerens se in hostiam reconciliationis. Vnde Coloss. 2. Pacificans per sanguinem crucis eius, siue quæ in terris, siue quæ in cœlis sunt. Cũ pace fecit abundantiam, quando carnem suam dedit, nõ solum vt sacrificium, sed etiam in cibum. Vnde Ioan. 8. Caro mea vere est cibus: & sanguis meus vere est potus. Et hoc Sacramentum nunquam deficit sumentibus, quia dũ sumitur, non consumitur. Hoc cibo armauit ecclesiã contra hostes: & ideo dicitur hic & abundantia in turribus tuis: i. fontibus ecclesiæ. Qui hoc cibo pascuntur, alios pascunt: Christus ipse est in his turribus, quas implet frumẽto, vino, & oleo: qa ipse est frumẽtũ. vñ Ioan. 12. Nisi granũ frumẽti cadẽs in terrã mortuũ fuerit, ipsum solũ manet &c. Caro eius est panis: & sanguis vinum: ipse vitis vera: vnde in Psal. Ego sum vitis vera. Ipse etiam est oliua. vnde in Psal. Ego quasi oliua fructificaui. Et Eccl. 24. Quasi oliua speciosa in campis. Hunus oleum est remissio peccatorum, & omnis gratia. Est. n. petra, de qua Iob 29. Petra fundebat mihi riuos olei.

Pax & abũdãtia à Christo facta.

Turres aũt principaliter intelligi possũt Magdalena, Petrus, & Stephanus: quorum festa satis vicina sunt. Magdalena. n. turris vr̃: Petrus petra dr̃. Vñ Matt. 16. Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam. Stephanus aũt turris. Vñ Act. 6. Stephanus plenus gratia & fortitudine &c. Quæ turris lapidibus missis è machina diaboli, præcipitari non poterit. Turris est Magdalenæ humilitas. Turris Petri charitas. Turris Stephani patientia. In turri Magdalenæ fuit abũdantia frumẽti, vini & olei. Frumẽti, de quo panes illi fiũt, de qbus Ps. Fuerũt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte: Et alibi. Quia cinerem tanq̃ panẽ manducabam &c. De ipsa legitur illud Prou. 31. Facta est quasi nauis institoris de longe portans panẽ suũ. Quia quanto magis peccauit, tanto longius à Deo recessit: & ideo vere panẽ doloris de longe portauit. Huic nõ deest vinũ. s. cõpunctionis: de quo Psal. Potasti nos vino cõpunctionis. Vinũ Iudę. i. confitentis: de quo Gen. 49. Lauabit in vino stolã suã: & in sanguine vuæ palliũ suũ. Nec deest oleũ humilitatis: sine quo mia nulla est. Vnde Matt. 6. Cũ ieiunas vnge caput tuũ, & faciẽ tuã laua &c. Turris Petri est charitas: de qua interrogatus est ter. Ioan. 21. Petre amas me? Hæc abũdat panibus. s. sacramẽti, ver bi, & exẽpli. vñ ei dictum est Ioan. 21. Pasce oues meas. Iõ dr̃ de plato Eccl. 31. Splendidũ in panibus. s. tribus pdictis benedicent labia multorum. Vinum hẽt simul & oleum. i. zeli seueritarem & pietatis mitigationem. Vñ Gregorius. Sit zelus non ex &c. Hæc seueritas vitãda est in vulneribus sauciati, de quo Luc. 10, Quidam enim infundunt vinum

Per turres q̃ intelligũt.

Turris Magdalenæ.

Turris Petri.

num seueræ correptionis, absque oleo compassionis. De quibus Esa. 65. Qui dicunt recede à me, non appropinques mihi, quia immundus es. Et Ezech. 34. Quod perierat non quæsistis: sed cum austeritate imperabatis eis, & cum potentia. Alij oleum sine vino, de quibus Ezech. 13. Ipse ædificabat parietem, illi autem liniebant eum luto absque paleis.

Turris Stephani. Turris Stephani, patientia: hæc habet panem fortitudinis, de quo Esa. 3. Auferet dominator Dominus exercituũ omne robur panis &c. Quia sicut ait Psalm. Panis cor hominis confirmat: diabolus petijt, vt legitur Matth. 4 vt lapides conuerterentur in panes: sed non erat locus. Hæc Stephano factum est: de quo cantatur: Lapides torrentis dulces ei fuerunt. Diabolus autem suis panem conuertit in lapidem. Vnde Prouerb. 20. Suauis est homini panis: & postea, Os implebitur calculo. Huic non defuit vinum consolationis. Vnde Actuum 7. Intendens in cœlum, vidit gloriam Dei, & Iesum stãtem à dextris virtutis Dei. Vnde qui hoc vino inebriati sunt obliuiscuntur tormentorum. Vnde Prouerb. 23 Verberauerunt me, sed non doluit: traxerunt me, & ego non sensi. Nec defuit oleum compassionis. Vnde dixit Actuum 7. Domine ne statuas illis hoc peccatum. Hoc est oleum de cuius parte viuitur, & parte debita soluuntur 4. Reg. 4. quod dicitur Matth. 6. Dimitte & dimittetur vobis.

Quomodo Deo reconciliamur per pœnitentiam, & intercessionem Sanctorum.

IN PSAL. CXXII. SERMO CCLXXIX.

AD te leuaui oculos meos qui habitas in cœlis. Supra dixit. Leuaui oculos meos ad montes, vnde veniet auxilium mihi. Hic altius attollit oculos suos ad Deum, vt ostenderet & primo loco auxilium est ei à Deo: secundario per sanctos, quia per orationes Sanctorum dat auxilium Deus. Vnde Psalm. Illuminans nos à montibus æternis. Sancti quasi medij sunt in[illegible]os, &

Sancti mediatores sunt.

Deum, sicut montes inter nos, & cœlum. Et ita est de illo, sicut de illo qui non audet immediate pulsare ad Dominũ suum, & quærit mediatores & intercessores qui reconcilient eum, & tunc audet accedere ad Dominum. Et hoc est leuare oculos primo in montes, secundo ad Deum. Vnde dicitur de Publicano Lu. 19. Publicanus autem non audebat ad cœlum leuare oculos suos. Sic & de Absalone legitur 2. Regum 14. dixit Dauid. Reuertatur in domum suam, & faciem meam non videat: & tamen reconciliatus erat per mulierem sapiẽtem, quæ erat Thecua, vel Thecui tis, per illam autem reconciliatus, postea consilio Ioab introductus est, & vidit regem, & osculatus est eum. Simile.

Mulier Thecua est pœnitentia, quæ hominem Deo reconciliat, sed non est dignus præsentiæ dei præsentari, nisi Ioab. i. sancti intercedant. Ideo prius leuare debet oculos ad montes, post ad Deum. Vnde baptizatus statim recipere consueuit corpus Christi: quod significatur 4. Re. 5. vbi Naaman postquam mersus esset in Iordane, tulit partem terræ sanctæ, quę ibi significat corpus Christi: non ita fit in pœnitentia, quæ non ita efficaciter mundat. Vnde & multi abstinent ob reuerentiam. Mulier Thecua.

Scitis qaòd consuetudo est, quando aliquis conclusus est respicit si est qua possit exire: & hoc notatur super titulum illius Psalm. Clamaui in toto corde meo &c. cuius titulus est Coph, & interpretatur conclusio vel aspice: quia concluſi solent aspicere qua possint euadere. Sic & debemus facere, quia concluſi sumus à canibus qui latrãt & instant, vt mordeant. Hi sunt dæmones & detractores. Vnde Psalm. Circundederunt me canes multi. Et ad Philip. 3. Videte canes, videte malos operarios, videte confusionem. Ideo clamat Psalm. Et de manu canis vnicam meam. Simile.

Item quando aliquis obsessus est, solet semper intueri, & sursum super speculum ascendere, si forte venire videat aliquem ad succursum. Vnde 3. Reg. 18. dicitur ad Achab. Ascende & aspice contra mare: qui quum ascendisset, & contemplatus esset, ait: non est quisquam. Et 4. Reg. 9. Speculator qui stabat super turrim Iezrael, vidit globum Iehu venientis &c. & nunciauit speculator dicens. Est

quasi

quasi Iehu præceps. n. graditur. Esa. 21. Vade & pone speculatorem, & quodcunque viderit annunciet. Nos sumus obsessi multipliciter. A carne, à mundo, à diabolo. Vnde Thren. 3. Circumædificauit aduersum me, vt non egrediar. Hoc faciebat qui dixit Abachuc 2. Super custodia meâ stabo & figam gradum meum super munitionem, & contemplabor vt videam quid dicatur mihi.

Simile.

Similiter quando quis captiuus ducitur, solet quantum potest respicere, vtrum sequatur qui possit & velit iuuare. Nos quasi captiui ducimur. vnde Esa. 23. De Tyro ducent eam longe pedes sui ad peregrinandum. Et ibidem. In captiuitatem trã sduxerunt robustos eius. Et Baruch. 5 in fi. Exierunt. n. abs te pedib. ducti ab inimicis. Sic ducebatur Susanna quæ dixerat Dan. 13. Angustiæ sunt mihi vndiq; &c. Et Dñs suscitauit spũm Danielis. Sic & nos quũ Dñs se dedit obsidẽ pro nobis, ducebamur. Adducet illos autẽ Dominus ad se portatos in honorem sicut filios regni. Respicere ergo debemus si est qui eripiat.

Qñ aliquis seruus verberari iubetur, intendit oculos suos in dominum suum, vt cessari iubeat. Sic Dauid clamabat ad Dñm, quũ vidisset angelũ cædentem populum 1. Reg. vlt. Ego sum qui peccaui, vertatur obsecro in me manus tua. Et ait Dñs angelo percutienti. Sufficit nunc contine manũ tuã. Similiter equus, & bos qñ famelicus est, & differtur qã solet ei ministrari, solet respicere, & conuertere se. Vñ Iohel 1. Mugerunt armenta, quia non sunt pascua eis: sed & greges pecorum disperierunt. Ad te Dñe clamabo. Sed & bestiæ agri quasi arca sitiẽs imbrem

Simile.

Ad quẽ respiciendũ

surrexerũt ad te. Ecce docemur hic, ad quid debemus respicere, siue vt concluſi, siue vt obsessi, siue vt in captiuitatem ducti, siue vt flagellati & famelici.

necessitatib.

Non quidem ad mũdum. Ideo in figura huius filij Israel: quia in Damasco & syris parauerunt, captiuati sunt à Chaldæis. Et duę tribus quia confisæ sunt in Aegyptijs, captiuitatæ sunt à Chaldæis & Assirijs. vnde Esa. 20. Confundentur ab Aethiopia spe sua, & ab Aegypto gloria sua. Mũ dus non potest auxiliari propter duo Propter infirmitatem & infidelitatem. Propter infirmitatem. vnde Esa. 36. Ecce confidis super baculum arundineum confractum

Propter duo mundus auxiliari non potest.

istum

istum &c. Et Esa. 20. Hæccinæ spes nostra, ad quem confugimus, vt liberaret nos à facie regis Assiriorum, & quomodo effugere poterimus nos? Propter infidelitatem: quod signatum est in hoc quòd Sidon defuit Tyro filiæ suæ. Vnde Esa. 23. Erubesce Sidon ait mare, fortitudo maris dicens: non parturiui &c. Ideo Prouerb. 25. dicitur. Deus putridus & pes lapsus, qui confidit in homine infideli, & amittit pallium in die frigoris. Leuare igitur debemus oculos ad Deũ, & sãctos & hoc est. Leuaui oculos meos ad montes &c. Et ad te leuaui oculos meos qui habitas in cęlis. Ideo dicitur Thre. 3. Leuemus corda nostra cum manibus ad Deum in cœlo. Ideo dicitur. Montes in circuitu populi sui. Christus est antemurale. Sancti quasi murus. Vnde Esa. 26. Vrbs fortitudinis nostræ Sion saluator: ponetur in ea murus & antemurale. Leuemus ergo oculos ad sanctos. Dominus enim auxiliatur nobis per orationes sanctorum. Vnde Psalm. Illuminans nos à montibus æternis. Ab his montibus expectamus auxilium & pascua. Auxilium, quia isti eripiunt concluſos, liberant obsessos, soluunt captiuos. Pascua, quia pascunt famelicos. vnde Iob 39. Circunspicit montes pascuæ suæ, & virentia quæque perquirit. Montes in circuitu eius, & ideo circunspicit. In alio monte inuenit pascua pudicitię, vt in monte virginum. In alio pascua humiliatis & obedientiæ, vt in monte confessorum. In alio patientiæ, vt martyrum. vnde venit auxilium de monte virginum contra carnis tentationes. De monte confessorum contra præsumptiones. De monte martyrum contra turbationes, & tribulationes: Christus est mons in vertice montium. Mons coagulatus, mons pinguis: vt quid suspicamini montes coagulatos?

Auxiliũ à sãctis expectandũ

De principatu dominæ in ancillam, ideſt rationis in sensualitatem.

IN PSAL. CXXII. SERM. CCLXXX.

Ecce sicut oculi seruorum in manibus dominorum suorum. Sicut oculi ancillæ in manibus domi-

Ee

Differentia inter bonã, & malã ancillam.

næ suæ: ita &c. Mala ancilla quando corripitur à domina sua, fugit ab ea: bona se conuertit ad ipsam. Leuat oculos ad manum flagellantis & supplicat veniam vt parcat. Eodem modo est de seruo respectu Domini, vnde sicut oculi seruorum &c. De mala ancilla legitur Gene. 16. Affligente Agar Sarai, Agar fugam iniit. Ea domina sua. Ancilla in nobis est sensualitas: domina inferioris portionis ratio, est quasi vir superior, vnde 1. Corint. 11. Caput mulieris vir est. Mala ancilla est sensualitas inordinata, quæ significatur per Agar. Legitur enim dicto cap. Gene. 16. ℣ Agar concepisse se videns, despexit dominam suã: quæ non par iebat. In nobis quoque facile concipit & parit sensualitas: difficile autem ratio. Per nos enim sufficimus ad mala, sed nõ ad bona. Hæc est bos. de qua Iob 21. Bos eorum concepit, & non abortinit: vacca peperit, & nõ est priuata fœtu suo. Egrediuntur quasi greges paruuli eorum, id est primi motus carnales, & ideo ad greges pertinentes. Et infantes eorum exultant lusibus. Quod bene competit interpretationi ipsius Agar: interpretatur enim festum suscitans, quia plausibus gaudent & delicijs. Vnde prius ibidem dixerat Iob. domus eorum securæ sunt & pacatæ: & non est virga Dei super illos. Vnde & Psalm. Non est respectus morti eorum, & firmamentum in plaga eorum. &c. Hic est conceptus de quo Iaco. 1. Concupiscentia cum conceperit parit peccatum. peccatum vero cũ consummatum fuerit, generat mortem. Hinc oritur conquestio inferioris partis rationis ad superiorem, quæ auctoritatem habet super ancillam, quæ est sensualitas, sed si hæ bene ordinarentur, non esset querela. Vnde Paulus 1. Thessa. 5. Vt integer spiritus vester, & anima & corpus sine querela in aduentu Domini Nostri Iesu Christi seruetur. Cui respondet ratio superior: Ecce ancilla, in manu tua: vtere ea vt libet. Et cum Sarai affligere cœperit Agar, fugit. De prouidentia enim superioris partis rationis à Deo illuminata est, ℣ pars inferior sensualitatem domat & castigat ne superbiat, & recalcitret, propter quod dicit Eccle. 33. Cibaria & virga, & onus asino: panis & disciplina & opus seruo. Illa autem fugere dicitur, quando ratio reuertitur & appetitus suos sequitur. Multi enim ita sunt incor-

Sensualitas mala est ancilla.

Querela inter rõnõ, & sensualitatẽ.

Fuga Agar quando fiat.

incorrigibiles ℣ nulla disciplina emendãtur. Hinc Hier. 30. Hæc dicit Dominus. Insanabilis fractura tua: pessima plaga tua. Ad alligandam curationem tuam vtilitas non est tibi. Plagis enim inimici percussi te, castigatione crudeli. Propter multitudinem iniquitatis tuæ dura facta sunt peccata tua. Quid clamas super contritione tua? Insanabilis est dolor tuus. Et Hiere. 5. Percussisti eos & non doluerunt: attriuisti eos & renuerunt accipere disciplinã. Et ad Ephes. 4. Qui desperantes semet ipsos tradiderunt impudicitiæ in operationem immundiciæ omnis, &c. Hæc fuga Agar significatur per Adam Gene. 3. De quo dicitur ibidem, ℣ cũ Dominus quæreret eum, abscondit se ab eo. Sed non est fugiendum ab ipso nisi ad ipsum. Ab ipso irato ad ipsum pacatũ. Potius ergo dicere deberet hæc ancilla illud Psalm. Castigans castigauit me Dominus: & morti non tradidit me. Et illud Iob 13. Etiam si occiderit me, in ipso sperabo: verum tamen in conspectu eius vias meas arguam &c.

A Deo nõ est fugiẽdum.

Sequitur Gene. 16. Qui cum inuenisset eam angelus dixit ad illam. vnde venis, & quo vadis? Quæ respondit. A facie Sarai dominæ meæ ego fugio. In quo significatur ℣ nihil prodest afflictio carnis exterioris, nisi intus vnctio carnis exterioris, nisi intus vnctio gratiæ operetur. Et hoc est ℣ angelus. s. bona gratiæ insinuatio eam interrogat, vnde venis, & quo vadis? Reuertere ad dominam tuam, & humiliare sub manu eius. Et hæc admonitio fit iuxta formam: & hæc tam iusta ordinatio ostenditur per sanctam scripturam. vnde 1. Pet. 2. Serui subditi estote in omni timore dominis, nõ tantum bonis, & modestis, sed etiam dischotis. Mala igitur ancilla est sensualitas inordinata. de qua Prouer. 30. Per tria mouetur terra: & quartum quod non potest sustinere. s. per ancillam cum fuerit hæres dominæ suæ. Hæc est ancilla ad cuius vocem Petrus negauit Christum Matth. 26. Quia tentatio carnis multos à Christo recedere facit. Gallus ad cuius cantum conuertitur Petrus, est bonus angelus, aut prædicator. Bona autem ancilla est sensualitas ordinata, quæ subijcitur rationi: in cuius ordinatione differimus à brutis, & ab Agar. Hæc ad dominam suam conuertitur: & ad eam ordi-

Opus gr℣

Bona ancilla, & sẽ sualitas ordinata.

ordinantur. Quod significatur 1. Reg. 25. vbi Abigail vocata ad Dauid vt esset uxor eius, festinauit & ascendit super asinum, & quinque puellæ ierunt cum ea, pedisse quæ eius. Quinque puellæ ancillæ, sunt quinque sensus pertinentes ad sensualitatem Abigail, quæ est inferior ratio. Cui obsequitur bona ancilla visus bene ordinatus & bene disciplinatus: quia oculus est porta totius concupiscentiæ. Eccles. 5. Vniuersæ terræ rex imperat seruienti. Oculus autem nequam malus est seruus. Vnde Eccle. 31. Nequius oculo quid datum est? Similiter bona ancilla est auditus disciplinatus & lingua non nequam. De quibus Ecclesiast. 28. Sepi aures tuas spinis & linguam nequam noli audire: & ori tuo facito ostiũ, & seras auribus tuis. Sic deduc de alijs sensibus .i. pedisequis sanctæ dominæ Abigail, quæ vt ratio inferior subijcit se cum ancillis in obsequium Dauid .i. rationis superioris vel Christi. Quia caput mulieris vir est: viri autem Christus 1. Corin. 11. Et nota quanta sit humilitas huius Abigail cum dicit ibidem. Ecce famula tua sit in ancillam, vt lauet pedes seruorum Domini mei. Qui sunt isti pedes nisi mentis cogitationes, qui dum inclinantur circa actiuam, & animam huc & illuc diuersis affectionibus portant, colligunt quádoque puluerem vanitatis. Vnde de Apostolis dicit Matt. 6. Excutite puluerem de pedibus vestris .i. sordes. Sed pedes isti lauantur, dum Abigail cum ancillis suis obsequit. Cui oculus affert aquam lachrymarum qua mundantur. Vnde Psalm. Lauabo per singulas noctes lectum meum, lacrymis meis stratum meum rigabo. Manus afferunt quicquam pietatis & compassionis .s. copiam eleemosynarum. Vnde Lucæ 11. Date eleemosynam & omnia munda sunt vobis. Et sic dè alijs sensibus & organis seu instrumentis eorum.

Quinque ancillæ quinq; sunt sensus.

Pedes cogitatiões sunt mentis.

Postquam igitur dixit. Ecce sicut oculi ser. &c. subiungit, sicuti oculi ancillæ &c. quia sensualitas duo habet .s. cognitiuam siue apprehensiuam, & appetitiuam: & quia prior est apprehensio quàm appetitus: ad seruum pertinere potest apprehensiua: ad ancillam appetitiua. Hic seruus si malus sit, damnandus est & castigandus. Vnde Ecclesia. 33. Seruo maleuolo tortura & compedes. Si bonus bene,

Sensualitas duoha bet.

Seruꝰ malus castigandus.

bene tractandus est. Vnde in eodem. Si est tibi seruus fidelis, sit tibi quasi anima tua. Quasi fratrem sic cum tracta. Si læseris eum iniustè, in fugam conuertetur.

De dentibus inuidiæ, & detractionis malo.

PSAL. CXXIII. SERMO. CCLXXXI.

BENEDICTVS dominus, qui non dedit nos in captio. den. e. Potest moraliter intelligi de dẽtibus inuidi. Vnde Dan. 7. Ecce bestia alia similis vrso in parte stetit, & tres ordines erant in ore eius, & in dentibus eius, idest principes. Et sic incebant ei. Surge & comede carnes plurimas. Quatuor bestias ibi describit, & de secunda sic ait. Ecce &c. Vrsus significat peccatum inuidiæ. Vrsus enim est animal deforme, & quòd in locis remotis, & abditis solet habitare. Maximè quando aliquid deuorat, abscondit se. Similiter inuidia infirmitatem suam erubescens studet semper latere, maximè quando detrahit. Vnde si superueniat ille cui detrahit, tacet vel verba conuertit. Contra quos dicitur Sapien. 1. Custodite vos à murmuratione, quæ nihil prodest, & à detractione, parcite linguæ, quia sermo obscurus non ibit in vacuum. Sermo obscurus detractio in absconditis facta. Et Ecclesiast. 10. Si mordeat serpens in silentio, nihil eo minus habet, qui occulte fratri detrahit. Et Prouerb. 16. Sicut noxius est, qui mittit sagittas, & lanceas in mortem, ita vir, qui fraudulenter nocet amico, &c. Vrsus libenter deuorat mel, & fructus quando sunt dulciores & propter hoc ascendit arbores. Mel est opus, & labor apum & significat bona verba, vel bona facta spiritualiũ, de quibus dicitur Eccl. 11. Breuis in volatilibus apes, sed initium dulcoris fructus eius. Et Prouer. 16. Fauus mellis verba composita: Sicut autem vrsus delectatur mel & alia dulcia deuorare: ita inuidia bona verba, & facta detrahendo consumere. vnde semper inuidet alienæ felicitati, & dolet de alterius profectu. Vnde Genes. 30. de Isaac dicitur. Benedixit ei dominus, & locupletatus est, & ibat proficiens atque succrescens, donec vehemente

Vrsus inuidiam significat.

Mel bona verba, vel facta significat.

magnus effectus est. Ob hoc inuidentes ei Palestini omnes puteos quos foderant serui patris illius Abraham, obstruxerunt, & dixit Abimelech ad Isaac. Recede à nobis quia potentior factus es valde. Isaac risus. Quid est Isaac, quia dies est & magnus valde iubere à se recedere, vel expellere: nisi de alienis bonis, de aliena felicitate tristari & dolere? Vrsus ligatus ad stipitem nunquam cessat in circuitu pergere, vel fixis pedibus nunc in hanc, nunc in illã partem caput iactare, in quo significatur, spiritus inuidiæ qui animam non permittit quiescere. vnde Caym postquã inuidit fratri suo dicitur Gene. 4. Quòd factus est profugus super terram. Et item. Posuit Dominus signũ Caym, s. tremorem capitis. Tremor capitis instabilitas, est & inquietudo mentis. De hac bestia dicitur q̃ ex parte stetit in quo signatur inuidentis astutia malitiosa quæ plurimos in quibusdam laudat: vt in quibusdam alijs latenter ad detrahendum accedat. Vnde signantur per cyniphes Exo. 8. quæ ante sentiuntur quàm videantur. Sic iuxta verbum beati Bernardi, detractio in quibusdam, qui quodam verecundiæ foco conceptam malitiam quam intuere non possunt adumbrare conantur. Et videas aperta præmittu suspiria: sicque cum quadam grauitate & tarditate, vultu mœsto & voce plangenti egredi maledictionem, & quidẽtanto persuabiliorem, quanto creditur magis condolentis affectu, quàm malitiose pferri. Doleo (inquit) vehementer p eo quòd diligo eum satis, & nunquã potui eũ de hoc corrigere. Et alius mihi quidam ait. Fuerat quidẽ compertũ de illo istud, sed per nunquam innotuisset, aquoniam per alium, manifestata est res, non possum veritatem negare, dolens dico, reuera ita est & ait, grande dãnum. nam alias quidem plurimum valet: in hac parte (verum fatear) excusari non potest. Ecce qualiter hæc bestia in parte stetit. In parte stare dicitur, dũ vt licentius maledicat, in parte blanditur. vñ Prou. 26. Verba susurronis quasi simplicia, & ipsa perueniunt ad intima cordis. Et Eccle. 12. In labijs suis inculcat inimicus: & in corde suo insidiatur vt te subuertat in foueã. Et Iac. 3. Ex ipso ore procedit maledictio & benedictio. Non oportet fratres mei hæc ita fieri. Nunquid fons ex eodem foramine emanat dulcem

Inuidia nõ pmittit animã quiescere

Detractio mali tiosa.

dulcem & amaram aquam. Sequitur. Tres ordines erant in ore illius, & in dentib. eius, tres ordines dentium, tres morsus inuidiæ, quæ tribus modis consueuit hoc facere. Tres morsus inuidiæ. solet enim mens liuida manifesta mala multiplicius exagerare, & de suo addere: dubia quasi ad partem deteriorẽ inuertere: aperta bona quia negare non potest, arte qualibet offuscare Primum est obloquutionis, secundum derogationis, tertium detractionis. Obloquutio est malæ opinionis dissem inatio. Derogatio bonę opinionis euacuatio. Detractio bonæ opinonis attenuatio. Ideo dr̃ tertia lingua Eccle. 28. Lingua tertia multos commouit. Eadẽ potest dici gladius triceps propter dictam causam, & quia tres interficit iuxta Bernardum, qui sic loquitur. Primo se prodit vacuum charitate, & occidit seipsum. Per eum paulatim in auditore fraterna charitas refrigerescit. Auditurus quoque forsitan est cui detractum est, eoque facilius extinguetur in eo charitas, quo amplius amicitia in eo vigere videbatur. Iuxta illud Psalm. 54. Si inimicus meus maledixisset mihi sustinuissem vtique: Et si is qui oderat me, super me magna locutus fuisset, abscondissem me forsitan ab eo. Tu vero homo vnanimis, dux meus & notus meus: Qui simul mecum dulces capiebas cibos. in domo Dei ambulauimus cum consensu. &c. Vnde de his tribus dicitur Ezech. 21. Triplicetur gladius interfectorum. Hic est gladius occisionis magnæ, qui obstupescere eos facit, & corde tabescere.

Detractio gladi⁹ triceps

De virga & sorte iustorum, & de virga peccatorum.

IN PSAL. CXXIIII. SERMO CCLXXXII.

QVIA non derelinquet Dominus virgam peccatorum super sortem iustorum: vt non extendant iusti ad iniquitatem manus suas.

Est virga peccatorum. Item alij castigãtur vt meliores fiant: alij dum pereunt. Item aliud est derelinquere virgam super iustos: aliud super sortem iustorum. Virga est potestas: virga electorum potestas

Virga duplex.

Virga est potestas sup malos exercēda.

corum. Hæc non est super iustos, quia non super eos exercenda. vnde dicitur Roma. 13. Principes non sunt timori boni operis, sed mali. Vis autem non timere potestatē? Bonum fac & habebis laudem ex illa. Hæc autem virga exercenda est super malos, vt vnius pœna sit metus multorū. Et hoc est quod dicitur Exod. 4. Quid est quod tenes in manu? Respondit Moyses: virga. dixit Dominus: proijce eam in terram, proiecit & versa est in colubrum: ita vt fugeret Moyses. Terra sunt terreni: & mali in terrā proijciuntur cum ibidem puniuntur. Et in colubrum conuertuntur: dum alij terrentur. Coluber enim terribile animal est. vnde dicitur ibi ꝙ Moyses fugit, & expauit. Et

Documētū platis.

hoc ipsum debet prælatus fugere & abijcere, ne sit subditis terribilis, sed potius amabilis. Vnde graue erat Apostolo venire ad suos in virga. vt 1. Corinth. 4. Quid vultis? In virga veniam ad vos, an in charitate & spiritu mansuetudinis? Dominus igitur virgam electorum mittit sup per malos: sed non ecōtrario, virgam malorum seu peccatorū nō permittit super bonos. vñ Iob 34. Qui regnare facit hoīem hypocritā pp peccata hoīum. Permittit ergo nō dimittit. Permittit. vñ Esa. 10. Væh assur. Virga furoris mei, & baculus ipse est. Ad gentem fallacem mittam eum. Non dimittit, quia eorum intentio est opprimere & destruere, non corrigere, vnde paulo post dicitur. Ipse autem non sic arbitrabitur & cor eius non ita æstimabit: sed ad conterendum erit cor eius & ad internicionem gentium non paucarum. Propter hoc auferet eorū potestatem. Vnde in eodem. Et erit cum impleuerit Dominus

Intētio ad corrigendum.

omnia opera sua in monte sion & in Hierusalem, visitabo super fructum magnifici cordis regis Assur &c. Debet autem esse intentio ad corrigendum nō ad destruendum. Vnde 2. ad Corinth. 14. Secundum potestatem quam Dominus dedit mihi in ædificationem & non in destructionem. Ideo dicitur hic. Quoniam non relinquet &c.

Licet Deꝰ aliqñ relinquat virgā pec catorū super iustos, nunquā super sortem iustorum. Sors iustorum est grā tia prædestinationis. qua expectant vt sint cohæredes Christi: & hæc sors in eis manet illæsa. Quia Dominus licet exponat malis res & corpora iustorum, vt pater in Iob,

Item relinquit hanc virgam interdum super iustos, nō tñ sup sortē iustorum. Iob 1. tamen saluabit animas. Vnde dicitur ibidem. Veruntamen animam illius serua. Et Iob. 9. Terra data est in manus impij. i. caro Christi & interdum alterius iusti impijs exposita. Hæc sors significatur per os occultum, de quo dicitur in Psalm. Non est occultatum os meum à te quod fecisti. Hoc non permittit Dominus confringi: sed sicut dicitur in Psal. Custodit Dominus omnia ossa eius. Et Ioan. 19. Aliorum duorum confregerunt crura & ossa, sed Iesu non: vt impleretur quod dicitur Exod. 2. Os non comminuetis ex eo: siue. Nec os illius confrigetis. Pellem igitur exponit. i. temporalia: & carnem. i. corpus: sed ossa deest animam conseruat.

Sed malis omnia tolluntur. Vnde Mich. 3. Qui comedērūt carnē populi mei (. i. qui deberet esse meus) & pellē eorū de super excoriauerunt, & ossa eorū confregerunt.

Hæc est virga in manu tenenda. Vnde Exod. 4. Quid est quod tenes? Quia potestatem debet tenere prælatus. Vnde Horatius. Et mihi res non me rebus submittere conor. Vnde B. Bernardus de B. Malachia dicit. Ira eius in manu erat, vocata veniebat, nutu ferebatur, non impetu virgebatur.

De risu seu latitia ac gaudio carnali & spirituali.

IN PSAL. CXXV. SERMO CCLXXXIII.

Vnc repletum est gaudio os nostrum &c. Est risus siue lætitia carnalis, & est spiritualis. Carnalis risus est vanus, fictus, manifestus, occultus. Vanus. Hæc est. n. vanitas mūdi, ꝙ citius prouocamur ad risum de inepta re, vt si socius cadat in lutū vel huiusmodi: q̄ de re seria: in quo apparet stultitia nostra. Vnde Eccl. 2. Risum reputaui errorē, & gaudio dixi: quid frustra deciperis? Vñ tales risus nō decet hoīem maturū & grauē & bene cōpositū. Vñ Iob 29. Si quando ridebam ad eos, non credebant mihi, lux vultus mei non cadebat in terram. Sunt enim de quibus nescitur vtrum dicant verum an falsum. Ideo dicit Seneca. Dentes tui sint sine sale, risus sine cachinno, incessus sine tumultu, manus sine desidia. Lux vultus

Risus carnalis, & spūalis.

Risus vanus.

in terram cadere dicitur, quando propter immaturos gẽ stus auctoritas superioris contemnitur.

Risus fictus. Fictus risus est quasi falsi amici. De quo Prouerb. 26. Sicut noxius est qui mittit lanceas & sagittas in mortem: sic vir qui fraudulenter fecit amico suo: & quum fuerit deprehensus, dicet: r dens feci. Et Ecclesia. 13. Ne credas multis verbis potentioris. Ex multa enim ioquela tentabit te, & subridens interrogabit te de absconditis tuis. Immitis animus eius conseruabit verba tua, & non parcet de malitia & vinculis. Fictum habent risum qui omnibus applaudunt amplectentes brachijs, & osculantes: sicut legitur de Absalon 2. Regum 15. Si accederet ad eum homo vt salutaret, extendebat manum suam, & apprehendens osculabatur eum, & sollicitabat corda virorum.

Risus Manifestus. Manifestus risus est illorum, scilicet qui lasciuiunt manifeste. De quibus Ecclesiast. 21. Fatuus in risu inaltat vocem suam. Vocem inaltare est peccatum publicare.

Occultus Occultus risus est hypocritarum, scilicet qui exterius tristes, occulte lasciuiunt. Hoc autem faciunt quia male sperant de gaudio æterno, & in præsenti gaudent, sed in occulto: vt ab hominibus honorentur, & boni reputentur: qui rectè signantur per Saram, quę non credidit Domino dicenti Gene. 18. Reuertens veniam ad te tempore isto vita comite, & habebit filium Sara vxor tua. Hoc est quod promittitur mulieri forti Prouerb. vlti. Ridebit in die nouissimo. Quo audito Sara risit post ostium. Ostium Christus, qui dicit Ioan. 10. Ego sum ostium. Post ostium rident, qui voluptuosè viuentes sanctitatem simulant de Christo facientes capam seu penulam pluuialem. Vnde Esaiæ 57. Retro postem posuisti memoriale tuum.

Risus spiritualis verus. Risus autem spiritualis est verus, occultus, manifestus. Verus, de gaudio conscientiæ. Vnde 2. ad Corinthi. 1. Gloria nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ. De quo gaudio dicit Prouerb. 14. Cor quod nouit amaritudinem animæ suæ in gaudio est: non miscebitur extraneus.

Occultus siue dissimulatus. Vnde Psalm. Garriebam, Et ibi. In mandatis tuis exercebor. Alia littera, Garriebā. Et

Et Esa. 24. Audiuimus gloriam iusti, & dixi. secretũ meũ mihi. Et item. Cum exaltatus fuerit Dominus, hinniet de mari

Manifestus autem non debet esse hic vel modo: vt dicitur Eccles. 3. Tempus est flendi, tempus ridendi. Prius flendi, post ridendi. Vnde & Matth. 5. Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. Ideo prius natus est Abel, qui interpretatur luctus, quàm Isaac qui risus: nec Isaac etiam natus est Abraham, nisi centenario. Rationabiliter tempore non vtuntur qui hæc permutant. Contra quos dicitur Prouer. 14. Risus dolore miscebitur: & extrema gaudij luctus occupat. Modo non est ridendum risu carnali neque spirituali, nisi occulte. Vnde cohiberi debet risus, non penitus extingui: quod significatum est Gene. 22. vbi dicitur. Colligauit Abraham Isaac. Isaac ligatur quãdo lætitia spiritualis ne in dissolutionem transeat cohibetur. Tunc manifestus erit .s. in resurrectione. Et hoc est quod dictum est Prouerb. vlti. Ridebit in die nouissimo. & hoc est quod hic dicitur. Tunc repletum est gaudio os nostrum &c. Et Iob 8. Donec impleatur risu os tuum, & labia tua iubilo. Et Prouerb. 18. De fructu oris sui replebitur venter eius &c. Econtrario dicitur de malis Prouerb. 20. Suauis est homini panis mendacij, & postea os eius implebitur calculo.

Risus cohibendus est

De ædificatione & destructione domus præcipue spiritualis.

IN PSAL. CXXVI. SERMO. CCLXXXIIII.

NIsi Dominus ædificauerit domum, &c. Facilius est domum destruere quàm construere. Facile se potest quilibet destruere domum Dei, sed non est construere hominis, sed Dei. Vnde Iob 12. Si destruxerit, nemo est qui ædificet. Ideo dicitur 1. ad Corinth. 3. Dei agri cultura estis, Dei ædificatio estis, per gratiam quæ data est mihi. Nemo igitur seipsum, nec alius eum ædificare potest. Vnde 1. ad Corinth. 3 Quid est Apollo, quid Paulus? Ministri eius cui credidistis. Neque qui plantat est aliquid

Facilior destruct. quã construct.

quid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus. Tamen sine nobis non fit. Vnde 1. ad Cor. 3. Dei sumus adiutores. Et Ioan. 14 Si quis diligit me &c. vt supra. Quidam autem stulte considentes de opera aliorum, suam non impendunt: & ideo frustra laborant. Hi sunt qui dicunt: Ora te pro me, & pro seipsis nolunt digitum mouere. De quibus Eccl. 21. Qui ædificat domum alienis stipendijs, quasi qui colligit lapides in hyeme q. d. ædificium huius non bene fiat, sicut nec quod fit in hyeme.

In spirituali edificatione oēs virtutes, & dona cōcurrunt.

In hac ædificatione concurrunt omnes virtutes & dona. Fides est fundamentum, de qua dr ad Hebr. 11. Fides est substantia rerum sperandarum. Fundamentum non videtur, & fides est eorum quę non videntur. Vnde sequitur. Argumentum non apparentium. Super fundamenta fabrica consurgit: & super fidem ædificium virtutum. Et q

Fides fundamentū ædificationis.

Christus dicitur esse fundamentum, non est nisi per fidem quia per fidem habitat in cordibus nostris. Vnde 1. ad Corinth. 3. Vt sapiens architectus fundamentum posui: alios autem superædificat. Fundamentum enim nemo aliud potest ponere præter id quod positum est, quod est Christus Iesus. Hæc est firma petra de qua dicitur Matt. 7. Venerunt flumina, & flauerunt venti &c. & non est mota domus: fundata enim erat super firmam petram. Et 1. Petri 2. Ecce ponam in Sion lapidem summum angularem, probatum, electum, precioſum: & qui crediderit in eum non confundetur. Et Esa. 28. eadem dicuntur. Multi autem lapides in fundamento supponuntur, & tunc ponitur vnum ædificium super fundamentum: sic multi sunt articuli: vna autem fides. Vnde Psal. Fundamenta eius in montibus sanctis. De quibus Esaiæ 54. Fundabo te in lapphyris: & ponam iaspidem propugnacula tua. & portas tuas in lapides sculptos, & omnes terminos tuos in lapides desiderabiles. Sapphyrus est aerei coloris. Quid igitur sunt sapphyri nisi de cœlestibus & æternis articuli? Sapphyrus necat Entracem: & fides diabolum. Vnde 1. Petri 5. Cui resistite fortes in fide. Et Apocalyp. penultimo. Iaciuntur duodecim fundamenta: cum dicitur. Fundamenta muri ciuitatis omni lapide precioso ornata. Fundamentum primum Iaspis. Secūdum Sapphyrus &c.

Multi lapides in fundamēto sunt multi articuli fidei.

Quid

Quid sunt hæc duodecim, nisi duodecim partes symboli? Super fidem quatuor parietes eriguntur: quatuor scilicet virtutes cardinales, quæ nullæ sunt sine fide, vt & parietes corruunt sine fundamento. sicut & virtutes politicæ gentium: quia sicut dicitur ad Hebræos vndecimo. Sine fide impossibile est placere Deo. Et paulo ante. Credere oportet accedentem ad Deum quia est, & inquirentibus se remunerator &c. Prudentia est ab oriente quasi in anteriore pariete. Iustitia respicit eam ex opposito occidente in posteriore parte. Ideo autem prudentia ab oriente vt lumen recipiat illius, de quo Zachariæ 6. Ecce vir oriens nomen eius. Et ad iustitiæ oppositum parietem transmittit, quia iustitiæ operationes habent dirigi per lumen prudentiæ. Vnde Prouerbiorum 4. Palpebræ tuæ præcedent gressus tuos. Temperantiæ est paries à dextris ne in prosperis effluamus. Et fortitudo à sinistris ne aduersis franganur. Vnde Phil. 4. Vbique & in omnibus institutus sum, & satiari & esurire, & abundare & pœnuriam pati. Omnia possum in eo qui me confortat. Paries anterior, id est prudentia contiguatur duobus lateribus & contrario. Quia prudentia debet esse temperans, debet esse sobria: debet esse fortis: & econtrario. Temperantia debet esse prudens, fortis, & iusta. Et fortitudo debet esse temperans, prudens, & iusta. Sic & postremus paries scilicet iustitia: quia iustitia debet esse temperans, fortis & prudens. Sicut econuerso: temperantia fortitudo, & prudentia, iusta.

Duodecī lapides precioſi duodecī sunt partes symboli.

Prudētia paries in oriente.

Iustitia ī occidēte.

Temperātia à dextris fortitudo à sinistris.

Iten sese respiciunt primus paries & postremus, quia prudentia debet esse iusta, & iustitia prudens. De his quatuor parietibus dicitur Sap. 8 Sobrietatem, & prudentiam docet, & iustitiam & virtutem, quibus vtilius nihil est in vita hominibus. Hi sunt quatuor colores in cortinis ꝛc quibus Exod. 16. Decem cortinas de byſſo retorta, & hyacintho ac purpura: coccoq; bis tincto varietas operis lumario facies. Hyacinthus est prudētia: purpura regalis, iustitia, quæ maxime regis est: coccum bis tinctum, animæ & corporis fortitudo. byſſus retorta animæ & corporis sobrietas.

Quid agat spes super quatuor parietes.

Supe hos quatuor parietes spes quæ non fit nisi ex me

tits

ritis bonorum operum, ponit tigna. i. affectiones diuersarum consolationum quæ firmant & solidant domum mētis. Ideo dicitur Can. 1. Lectulus noster floridus, tigna domorum nostrarum cedrina, laquearia nostra cupressina. Floridum rectum conscientiæ, reddit spes cœlestiū odore, post cuius florem expectatur fructus. De hoc flore dicit Psal. Caro mea refloruit in spe. Caro quæ iacet in cineribus pœnitentiæ refloresçit per spē: quia iuxta illud Iob 14. Lignum habet spem. Si præcisum fuerit, rursum virescit, & rami eius pullulant. Tigna cedrina sunt imputribilia & hæc sunt consolationes de æternis quæ sunt incorruptibilia. Laquearia sunt ornamento in lacunari quibus adornatur domus. Et quæ sunt loquearia cupressina domum exornantia & decorantia nisi cogitationes de diuersitate meritorum, martyrum, virginum cōfessorum? quorum exempla & merita cogitata domum mentis distinguunt & ornant? Vt. n. dicitur. 1. Corint. 15. Stella differt à stella in claritate. Charitas quæ operit multitudinem peccatorum, tectum est superius Et de ipsa dicitur 1. Corint. 13. Maior horum est charitas. Et 1. Cor. 12. in fine. Et adhuc excellentiorem viam vobis demonstro &c. subdit de charitate totum caput sequens.

Sex decim propugnacula charitas.

Et quia domus est bellicosa, eo p militia est vita hoīs super terram, vt habetur Iob 7. Ipsa charitas cuiusqunque statuit propugnacula quæ sunt 16. de quibus 2. Corin. 13. Charitas patiens est, benigna est, non æmulatur, non agit perperam, non inflatur, nō est ambitiosa, nō q̄rit q̄ sua nō sūt: nō irritatur, nō cogitat malū, non gaudet super iniquitate, cōgaudet aūt veritati, oīa suffert, oīa credit, oū sperat, oīa sustinet, Charitas nunq̄ excidit. Et ita sunt quater quatuor: & tot exiguntur pp quatuor virtutes, vt in circuitu sint 16. propugnaeula charitatis, quæ oēs circut & munit quaternis propugnaculis. In hac domo sunt ẗpē columnæ, de quibus Prou. 9. in principio. Sapientia ædificauit sibi domum, excidit columnas septem. Quæ sunt septem dona Spiritus sancti. De quibus Esa. 11. Et requiescet super eum Spiritus Domini: spiritus sapientiæ & intellectus, spiritus consilij & fortitudinis, spiritus scientiæ & pietatis: & replebit eum spiritus timoris domini.

De

De somno quem dat Dominus dilectis suis ideſt morte temporali.

IN PSAL. CXXVII. SERMO CCLXXXV.

CVM dederit dilectis suis somnum: ecce hæreditas domini filij merces fructus ventris.

Somnus dicitur mors sanctorum, vnde Ioā. 11. Lazarus amicus noster dormit. Quia somnus finis est operum, sic & mors. vnde Eccl. 9. Quodcunque facere potest manus tua instanter operare: quia nec opus nec ratio, nec sapientia, nec scientia erunt apud inferos, quo tu properas. Item somnus requies est laborū sic & mors. Vnde Apoc. 14. A modo iam dicit spiritus, vt requiescant à laboribus suis. Et Sap. 10. Et complevit labores illius. Somnus magis delectabilis est post laborē, sic & mors desiderabilis est post laborem vitæ præsentis, vt dulcis est somnus operanti

Mors ini tium est laborum

Dña autem dicitur dare hunc somnum dilectis suis, i. electis non alijs. Quia alijs mors non est somnus, cum nō sit finis laborum. Illis. n. qui noluerunt laborare, sed in delicijs quiescere: mors initiū est laborum: sicut clericis qui his q̄ non labores aliorum comedunt, vt fuci apum, & luxuriantur & quiescunt: Cū sententia lata sit in oēs Gen. 3 In sudore vultus tui vesceris pane tuo. Ideo dr in psalmo: In labore hoīum non sunt, & cum hoīnibus non flagellabuntur. Iō tenuit eos superbia, operti sunt iniquitate & impietate sua. Ipsi sunt de quibus Amos 4. Audite verbum hoc, vaccæ pingues, quæ estis in monte Samariæ, quæ calūniā facitis egenis, & confringitis pauperes. Quæ dicitis dñis vestris afferte & bibemus. Iurauit Dñs Deus in sancto suo: quia ecce dies venient super vos, & leuabunt vos in contis, & reliquias vestras in ollis feruentibus. Et p aperturam exibitis altera contra alterā: & pijciemini in armō, qđ interpretat anathema, quia separati sunt in pœna flagitiosius & acerbius alijs puniendi. vnde Amos 6. Væh vobis qui opulenti estis &c. Qui separati estis in diem malum, & appropinquatis solio iniquitatis.

Illis aūt qui laborauerunt inutiliter, succedent labores noui & maiores: de qbus Eccl. 10. Labor stultorū affligit

eos,

eos. Et Sap. 5. Lassati sumus in via iniquitatis: ambulauimus vias difficiles. Ideoq; quia talis venit de labore in laborē, cōparat̄ pilæ Esa. 22. Coronans coronabit te tribulatione, quasi pilā mittet se in terrā latam & spatiosā. Quæ proijcitur de vno ad alium impulsa pedibus. Sic & diaboli ludent de istis.

Præmiū sanctorū.

Sequitur. Ecce hæreditas dñi &c. Quasi dicat vt primū formūt sācti in morte, cōsequunt̄ vitā æternā: & beatitudinē: qđ notat̄ p Ecce: qđ est demōstratiuū: dicere ergo ecce, est hoc aperte demōstrare. Hi etenim sunt de qbus Esa. 26. Expergiscimini & laudate q habitatis in puluere: quia ros lucis ros tuus &c. Laudate dicit, qa hoc erit beatitudo laudare Deū. vñ Psal. Beati q habitant in domo tua dñe: in secula seculorū laudabūt te. Qui habitatis in puluere. In hoc possibilitatē resurrectionis ostēdit. Ros dr: qa ros puluereos cōspersos in vnū cōpingit nihil admisces aliud: sic gra Dei nullā aliā sub am admiscendo, aīam corpori cōiūget: & ió ros lucis dr. Diuersis aūt noibus Psal. idē signi-

Diuersa noīa beatitudinis.

ficat, cū dicit: hæreditas dñi, merces fructus vētris. Possidemus h ereditatem dñi vt cohæredes Christi. vñ Rom. 8. Hęredes qdē Dei, cohæredes aūt Christi. Possidemus mercedē, vt filij Dei. vñ 1. Ioan. 3. Charissimi nūc filij Dei sumus: & non appar uit qd erimus. Scimus qñ cū apparuerit, similes ei erimus. Fructum vteri siue vētris, vt sponsa Christi. vñ Psal. De fructu ventris tui ponā super sedem tuam. Et Prou. 31. Date illi de fructu manuum suarum.

Hæreditas.

Hæreditas dr, qa semel accepta iure æterno possidetur immobiliter vñ Matt. 5. Beati mites, qa ipsi hæreditabūt terram. Et Psal. Inhabita terrā, & pasceris in diuitijs eius. Et Mich. 1. Adhuc hæredem adducam tibi quæ habitas in Maresa, vsque ad Odollam veniet gloria Israel.

Merces.

Merces dr, quia pro meritis datur. Vnde Matt. 20. Voca operarios, & redde illis mercedem suam. Acceperunt autem singuli singulos denarios.

Fructus dicitur, & non solū fructus, sed ēt fructus ventris, quia amabilis & dulcissimus est fructus. De conceptione mentis natus est ille fructus. Vnde Psal. De fructu ventris t. p. s. t.

Fructus.

Salutaris est. Vnde 1. ad Timoth. 2. Saluabitur mulier per

per generationem filiorum suorum.

Ideo autem hæc merces filio & cohæredi promittitur in hęreditatem: & amico in mercedem. Sed & ió sic dicitur vt ostendatur ita esse gratuita q tñ obtineatur per merita. Grātuita quidē. Vñ Ro. 6. Stipēdia peccati mors, gratia aūt vita æterna. Per merita vero. vñ Zach. 4. Ex æquabit gratiā gratiæ ei⁹. s. p merita. Vñ dr filijs Zebedæi Matt. 20. Nescitis quid petatis: potestis bibere calicē, quē ego bibitur⁹ sum? q. d. nisi biberitis calicem non possidebitis regnum.

De septem vtilitatibus laboris.

IN PSAL. CXXVII. SER. CCLXXXVI.

Laboris vtilitates septem. Prima.

LABORES manuum tuarum manducabis: Beatus es, & bene tibi erit. Hic considerandum q vtilitates septē afferat labor, de quo hic loquitur Propheta. Prima est q nos admonet præsentis exilij & paupertatis nostræ. Creatio enim culpam non habuit, & ideo nec pœnā nec laborem. Vnde non sumus creati ad laborem, sed nati. Et ideo dicitur Iob 5. Homo nascitur ad laborem, & auis ad volatum. Natiuitas nostra hēt culpam, & ió laborem & pœnam. Nam quilibet potest dicere illud Psal. 50. Ecce in iniquitatibus conceptus sum: & in peccatis concepit me mater mea. Culpa igitur induxit omnem pœnam. Quod patet, quia de maiore scilicet morte, scriptum est Sap. 1. Deus mortem non fecit: nec lætatur in perditione viuorum.

Secunda.

Secunda est, vt causam laboris attendamus in labore, vt si manus laborat, mens non sit ociosa. Vnde B. Bernardus. Causam laboris cogitet quisq; in labore, vt ei ipsa pœna quam patitur, culpam pro qua patitur, repræsentet: dum videt vulnerum ligaturam, ipsa sub pannis vulnera meditetur. Huiusmodi enim cogitatio nos humiliat: vt dum miserabilem se exhibet quis in oculis Dei, facilius possit misericordiam impetrare: sicut lęprosi vulnera sua ostendunt, vt magis ad pietatem prouocēt intuentes.

Sic

Sic misertus est dominus filiorum Israel: vt dixit Moysi Exodi 3. Vidi afflictionem populi mei in Aegypto,& clamorem eius audiui, &c. Non enim est dominus sicut dues ille Lucæ 16. qui quotidiè epulabatur splendidè, & Lazari vulnera non curabat Propter quod caueant & timeant sibi,qui auertunt oculos suos à pauperibus,ne dominus auertat oculos suos ab ipsis. Vnde Eccl. 4. Ne transuertas oculos tuos à paupere. Item. Ab inope ne auertas oculos tuos propter iram, & non relinquas quærentibus tibi retro maledicere, &c.

Tertia. Tertia est, quoniam ex hoc considerat se homo inter duas mensas positum: Vna est deliciose viuentium in hoc mundo: altera Christi,& cęlestium ciuium. Prima est illius euangelici diuitis: secunda est Christi quondam pauperis. Prima est Balthasaris Regis,de quo Dan. 5 Balthasar Rex fecit grande conuiuium optimatibus suis mille, & vnusquisque secundum suam bibebat ætatem. Et apparuerunt digiti quasi manus hominis scribentis contra candelabrum in superficie aulæ regiæ. Mane, thetel, phares, quod à Daniele sic ibidem interpretatur: Mane, numerauit Deus regnum tuum,& compleuit illud. Thetel,appensus es in statera, & inuentus es minus habens. Phares,diuisum est regnum tuum, & datū est Medis, & Persis. Hæc autem comminatio imminet voluptuosis, vt patet de diuite illo,qui dixit Luc. 12. Anima habes multa bona posita in annos plurimos,quiesce,comede,bibe, epulare. Dixit autem illi Deus: Stulte, hac nocte animam tuam repetunt à te,&c. Vnde Psal. 77. Et manducauerunt,& saturati sunt nimis, & desiderium eorum attulit eis, non sunt fraudati à desiderio suo. Adhuc escæ eorum erant in ore ipsorum, & ira Dei ascendit super eos. Secunda mensa est Ioseph,& fratrum eius: de qua Gen. 43 Quibus appositis seorsum Ioseph,& seorsum fratribus, Aegyptijs quoque qui vescebantur simul,seorsum. Sederunt coram eo primogenitus iuxta primogenita sua, & minimus iuxta ætatem suam, quod alibi exposuimus. Et Luc. 22. Et ego dispono vobis, sicut disposuit mihi pater meus,regnum: vt edatis,& bibatis super mensam meam in regno meo, &c. Ab vtraque prohibentur viri spirituales maximè claustrales. A mensa mundi, vinculo professionis. A mensa Christi vinculo corporis. Vnde B. Bernardus. Nonne velut inter duas mensas positi hinc inde epulantes spectamus ieiuni? Sic sumus omnino, sic sumus. vnde ergo sic positis risus? Vnde iocus? vnde superbia? Vnde leuitas? vnde extollentia oculorum? Quid ergo restat inter hæc, nisi comedere panem doloris,& dicere illud Psal. Fuerunt mihi lachrymæ meę panes die ac nocte? Non respiciamus ad mensam diuitis, sicut de Lazaro dicitur Luc. 16. Quòd cupiebat saturari de micis, quæ cadebant de mensa diuitis, & nemo illi dabat. Sic quidam claustrales respiciunt ad diuites huius mundi, ad fœneratores, seu vsurarios, vt quasi de micis eorum reficiantur: vel aspirant, vt de testamentis, & legatis eorum sua pauperies locupletetur. Sed attendāt quod dicitur Gen. 43. Illicitum est Aegyptijs comedere cum Hebræis, & profanum putant huiusmodi conuiuium. Et Ioan. 4. Non coutuntur Samaritanis Iudæi. Attendant etiam quod dicitur Tob. 2. Vide ne furtiuum sit, &c.

Cōminatio voluptuosis.

Qui habent hunc respectum, longè sunt à iudicio veritatis. Videntur enim illos, quasi beatificare, quos potius quasi miseros deberent lugere. Iuxta illud Psal. 143. Beatum dixerūt populum cui hæc sunt: beatus populus cuius dominus Deus eius. Sed potius cum ipsis decipiuntur. Vnde Esa. 3. Populę meus, qui te beatum dicunt, ipsi te decipiunt,& viam gressuum tuorum dissipant.

Respiciant potius ad mensam cęlestem: si quis forte cęlestium cōuiuarum misericordia motus, in os latentis, sub mensa catelli, exigua aliqua illarum deliciarum fragmenta demittat. Nam & catelli edunt de micis, quæ cadunt de mensa dominorum suorum: vt habetur Matthæ. 15.

Quarta. Quarta vtilitas est, quoniam excitat memoriam sententiæ in nos latæ Gen. 3 In sudore vultus tui vesceris pane tuo. Cuius memoria Apostolus Act. 20. in fine. Ad ea, quæ mihi opus erant, & ijs qui mecum sunt ministrauerunt manus istæ. Et 2. ad Thessal. vlt. Neque gratis panem manducauimus ab aliquo, scilicet in labore, & fatigatione, nocte & die operantes, ne quē vestrum grauaremus,& Act. 18. De Aquila & Priscilla. Quia erat eiusdē artis, manebat apud eos,& opabatur. Erāt aūt scenofactorię artis.

Quinta

Quinta. Quinta, est cuitatio sententiæ eius (scilicet lucifeti) qui nolens laborare dixit Esa. 14. Sedebo in monte testamenti, &c. Sedere voluit, cum tot milia angelorum ministrantium assistant Deo. Et ideo scriptum est Psal. 72. In labore hominum non sunt: & cum hominibus non flagellabuntur. Ideo tenuit eos superbia: operti sunt iniquitate, & impietate sua. De his autem, qui in vinea domini laborant, cura est domino. Vnde dicit Matt. 11 in fine. venite ad me omnes, qui laboratis & onerati estis, & ego reficiã vos: Tollite iugum meum super vos, & inuenietis requiẽ animabus vestris.

Sexta. Sexta est, quoniam post laborem expectant requiem, quæ est fructus laboris, vt in verbo iam dicto. Et Eccl. 10. Modicum laboraui, & inueni mihi multam requiem.

Septima. Septima, quia post labores, & ieiunia, æternę iocunditatis obtinebunt satietatem: quãdo exclusis diuitibus huius mundi, pauperes vocabuntur. Iuxta illud Luc. 13. Exi cito in plateas, & vicos ciuitatis, & pauperes, & debiles, & ęcos, ac claudos introduc huc. & Esa. 65 Ecce serui mei comedent, & vos esurietis. Ecce serui mei bibent, & vos sitietis. Hæ septem vtilitates, sunt septem panes quibus dñs refecit turbas Matt. 25. & Marci 8. in principio.

De Vxore bona, & eius bonis moraliter.

IN PSAL. CXXVII. SER. CCLXXVII.

Vxor bonã donũ Dei magnum.

VXOR tua sicut vitis abundans in lateribus domus tuæ. Filij tui, &c. Magnum donum Dei existimatur in his temporalibus habere vxorẽ bene sibi consentientem, sapientem, sedulam, castam, prole fœcundam, humilem: filios multos bene disciplinatos mensæ patris circunstantes. Vxor est caro: vir, ratio quæ debet carni dominari, vt vir mulieri. Quia scriptum est, 1. Cor. 11. Mulieris caput vir. &c Hi debent esse adinuicem consentientes. Vnde Eccl. 25. In tribus placitũ est spiritui meo, quæ sunt probata coram Deo, & hominibus. Concordia fratrum, & amor proximorum, & vir & mulier sibi bene consentientes. Et Eccl. 26. Mulieris bonæ beatus vir: numerus enim annorum illorum duplex. Pars bona mulier bona: in parte bona timentium Deum dabitur viro pro factis bonis.

De sapiente dr Eccl. 25. Beatus qui habitat cum muliere sensata. Mulier bene sensata est caro quantũ ad sensus bene composita & circunspecta. vñ Prouer. 19, Domus & diuitiæ dãtur à parẽtibus: à dño aũt ꝓprio vxor prudens.

Sedula est vxor quæ bene seruit viro suo, & nõ est ociosa, sed circa negotia domus intenta. Sic & caro debet rationi seruire & esse subiecta. Vñ 1. Timoth. 2. Mulier in silẽtio discat cum oĩ subiectione: docere aũt mulieri non permitto, neque dominari in virum. Non est otiosa sed circa necessaria domus intenta. Sic caro non dẽt otijs torpere, sed expedita, necessarijs occupari & vacare: & mundã custodire domum & ornare. De primo dr Eccl. 27. Gratia mulieris sedulæ delectabit virum suum, & ossa illius impinguabit. Similiter sedulitas carnis quæ in bonis exercetur, rationem delectat, & ossa virtutũ impinguat. Et Pro. 12. Mulier diligens corona est viro suo &c.

De secũdo dr Eccl. 26. Sicut Sol oriẽs mũdo in altissimis Dei, sic mulieris bonæ species in ornamẽtũ domus eius. Et 36, Qui possidet mulierẽ bonã inchoat possessionẽ &c.

Mulier casta caro est mũda.

Casta ad literam, mulier casta, caro munda. Vnde Eccl. 36. Gratia super gratiam mulier sancta & pudorata. Omnis autem ponderatio non est digna animæ continentis.

Filij eruditi opera bona.

Prole fœcunda. i. bonis operibus plena. vñ 1. Timot. 2. Saluabit mulier p generationẽ filiorũ suorũ, si permãserit in fide & dilectione & sctificatiõe cũ sobrietate. Et hoc notatur hic cum dicitur. In lateribus domus tuę. Velut. n. in abscondito in humilitate anima residet in medio tãquam domina humilis: quia iuste sequitur ne de ꝓple superbiat. Solet. n. mulier facile de prole, & caro de bonis operibus superbire: quod significatum est. Gen. 21. Vbi dicitur quòd Agar videns se concepisse contempsit dominam suam.

Filios multos & disciplinatos habere. Multi filij eruditi sunt opera multa bona & ſm regulam correcta. Vnde quod dicitur de doctrina filiorum, intelligitur tropologice de doctrina & correptione operum. Vnde Ecclesiastic. 46. Filij tibi sunt, erudi illos & curua illos à pueritia eorum.

eorum. Qui docet filium laudabitur in illa. Magna iocunditas est patri in filijs bene eruditis: & magna contristatio inimicorum, & magna iocunditas animę in operibus bene correptis: & magna contristatio dæmonum. vñ Eccl. 25. Homo qui iocũdatur in filijs viuens, & videns subuersionem inimicorum suorum. Et cap. 30. Qui docet filium suum, in zelum mittit inimicum, & in medio annorum gloriabitur in illo.

Filij ablactati sunt.

Mensæ patris circunstantes. Non autem astat puer mẽsæ patris nisi ablactatus. Filij ablactati sunt opera à carnalis vanitatis & voluptatis vberibus & mundi delectationibus separata. Vnde 1 Reg. 1. Anna non ascendit ad immolandum, donec ablactasset filium suum: & tunc ascendit cum puero. Quia immundam se debet caro nostra censere, donec à mundana delectatione opera sua mundauerit & separauerit: sed eis purgatis, potest ipsa domino se præsentare: quod est cum puero ascendens. Hinc legitur de Ysaac Gene. 21. Creuit igitur puer & ablactatus est, fecit q̃ Abraham grande conuiuium in die ablactationis eius. Quia sicut dicitur Esa. 18. Quem docebit scientiam, & quem intelligere faciet auditum? Ablactatos à lacte: auulsos ab vberibus. Sicut diffusius dicetur infra in illo sermone: Sicut ablactatus.

De dorso ecclesiæ, quæ sunt patientia sapiens, & sapientia patiens: super quod fabricant peccatores, tyranni, & hæretici.

IN PSAL. CXXVIII. SERM. CCLXXXVIII.

Tyranni & hæretici ecclesiam impugnãt.

SVPRA dorsum meum fabricauerunt peccatores &c Prius dixit. Sæpe expugnauerunt me à iuuentute mea &c. Bis dicitur expugnarunt: quia duo sunt genera quæ expugnant & infestant ecclesiam. tyranni & hæretici. Cõtra hæreticos opus est sapientia: contra tyrannos patientia. Vnde dictũ est Apoc. 12. Datæ sunt mulieri alæ duæ, quibus volaret in desertum. De vtriusq; dicit hic ecclesia: Supra dorsum meum fabricauerunt peccatores. Dorsum ecclesiæ est patientia

Dorsũ ecclesiæ.

tientia sapiens: & sapiẽtia patiẽs. Patientia sapiens quantum ad martyres: sapiẽtia patiẽs, quãtũ ad doctores. Super hmõi dorsũ fabricãt hæretici & falsi fratres, vasa mẽsę & vasa belli. Vasa mẽsæ de auro sophistico & argẽto. i. de doctrina nõ bona: & de sapiẽtia nõ vera. vñ Esa. 1. Argẽtum tuũ versũ est in scoriã. Et hæc sũt calix Babylonis: de quo Hier. 51. Calix aureus Babylonis in manu Dñi inebriãs oẽm terrã: De vino eius biberũt gentes: & iõ cõmotę sũt à fidei stabilitate sup. Et Iob 13. Prius vos ostẽdẽs fabricatores mẽdacij & cultores peruersorum dogmatum. Hier. 51. Stultus factus est oĩs homo à scientia sua, confusus est oĩs cõflator in sculptili, quia mendax est conflatio eius.

Fabricãt & vasa belli, gladios & sagittas, vt sicut dicit Psal. Sagittent in obscuro rectos corde. De hmõi gladijs dr̃ 2. Reg. 20. Porro Ioab desuper accinctus erat gladio, q̃ fabrefactus leui motu egredi poterat de vagina & percutere. Habent. n. verba ficta & factitia quibus aĩas simplices facile interimunt. De his vasis dicit Psal. Et in eo parauit vasa mortis: sagittas suas ardentibus effecit. Et Hiere. 51. Collidis tu mihi vasa belli: & ego collidam in te gentes, & dispergam inte regna. Fabricãt & tyrãni super dorsum ecclesiæ. Fabricant aũt vasa preciosa: & quãtũ ad virtutes & dona: & quãtũ ad corp⁹. Vñ recte significant p̃ ægyptios, à quibus filij Israel vasa argẽtea & aurea cõmodato accepẽrũt. Vñ dr̃ Exo. 12. Dedit dñs gratiã populo corã ægyptijs vt cõmodarent eis & spoliarent ægyptios. Magnam. n. gratiã reputant sancti, q̃ dedit eis pati pro ipso. Vñ Philip. 1. Vobis datũ vt non solum mecum credatis, sed ẽt vt pro ipso patiamini. Et bene dr̃, vt cõmodarẽt eis tanq̃ recepturi: nã p̃ persecutione quam inferebãt, cõciones ab eis recipiebãt. Vñ nec ecclesia Paulũ habuisset, nisi Stephanus p̃ persecutoribus se lapidatibus orasset. Vñ & quidã Eremita quasi sibi cõmodatũ reddidit, cum moriẽs oscularetur manus cuiusdã qui ei sua furari cõsueuerat, & sic suã patientiam exercere, dicens: Istæ manus tuæ me saluũ fecerunt. Fabricãt ergo sanctis vasa virtutum. Vñ Esa. 54. Ecce ego creaui fabrũ sufflantẽ prunas in igne, & proferentem vas in opus suum: & ego creaui interfectorẽ ad dispergendum. Pretiosum est vas patiẽtiæ, q̃ capax est diuinæ iustitię.

Gratia sãctorum.

Exẽplũ.

Vasa virtutum.

Nam hoc ipso q̃ quis pro Dño patitur: & eo ipso q̃ se nõ vindicat, exigit vt à Dño vindicetur. Vnde & Prou 20. Nõ dicas reddã malum pro malo: expecta dominum & liberabit te. Vnde Eccl. 28. Qui vindica i vult à Dño. i. qui se vindicare non vult: sed vindictam reseruat Dño: inueniet vindictam. Ideo dicitur Roma. 12. Non vos defendentes charissimi, sed date locum iræ. Mihi vindictam & ego retribuam dicit Dominus.

Pretiosum vas est fiducia, quia capax diuinæ misericordiæ. Quo enim sperat quis in Domino, eo ipso misereatur eius Dominus. Vnde Psal. Sperantem in Domino misericordia circundabit: scilicet quasi murus & munimentum contra insultus & insidias hominum.

Pretiosum vas est humilitas, quia capax diuinæ gratiæ. Vnde Mariæ dictum est Lucæ 1. Inuenisti gratiam apud Deum: quia singulariter humilis fuit. Vnde Luc. 2. Quia respexit humilitatem ancillæ suæ &c.

Quõ dñr mali fabricare vasa virtutum

Mali dicuntur hæc vasa fabricare, cum has virtutes in sanctis faciũt apparere, vnde sunt artifices & exclusores: sicut & hæretici: de quibus Psal. Congregatio taurorũ in vaccis populorum, vt excludant eos qui probati sunt argento. Fabricant etiam corpora dum ea excludunt seu excudunt & flagellant, & in gloriæ vasa commutant. Quid est ergo petere & velle affligi corpus suum, nisi petere vt ex eo fiat vas aureum & argenteum pro dignitate meritorum? Petebat quasi vas pretiosum à Tyranno Vincentius cum dicebat: Insurge in me, & totis viribus debacchare: plus videbis me posse dum torqueor, quàm possis tu ipse dum torques. Sic & ipse Dñs à Iudæis cum dixit: Soluite templũ hoc, & post triduum reædificabo illud q.d. Contũdite corpus meũ, & fiet vas pretiosum. vnde Prou. 25. Aufer rubiginem de argento (.i. mortem de sancto) & egredietur vas purissimum. i. fiet corpus glorificatum. Vñ Iob 22. Dabit pro terra silicem: & pro silice torrentes aureos. Et 28. in princ. Habet argentum venarum suarum principia, & auro locus est in quo conflatur. Ferrũ de terra tollitur: & lapis solutus calore in æs vertitur. Et Apoca. penul. Ipsa ciuitas aurum mundum simile vitro mundo &c.

De

De armis seu instrumentis fabro necessarijs.

IN PSAL. CXXVIII. SERMO CCLXXXIX.

SVPRA dorsum meum fabricauerunt peccatores. Dñs fabros suos habet sicut & diabolus. Fabro necessaria sunt quinq; : ignis siue fornax, follis, malleus vel martellus, forceps & incus. Fabro ñ necessaria.

Ignis siue fornax Dñi, est Spiritus sanctus: de quo Luc̃ 12. Ignem veni mittere in terram, & quid volo nisi vt accendatur? Et Eccl. 38. Vapor ignis vret carnes eius & in labore fornacis concrematur (alias concertatur) quia ignis Spiritus sancti omne quod carnale est in ipso exurit. Et Eccl. 43. Fornacem custodiens in operibus ardoris. Fornax Domini.

Follis, est verbum bonæ exhortationis & suggestionis vel inspirationis ipsius. Vñ Tit. 2. in fine. Hæc loquere & exhortare cum oĩ imperio. Pigri. n. exhortandi sunt. Vñ 1. Macc. 5. Erat Iudas congregans extremos & hortabatur populum &c. Malleus vel martellus, est verbum commiationis vniuersalis iudicij & pœnæ æternæ: quæ non solum audientem, sed & comminantem terrent. Vnde Eccl. 38. Vox mallei intonat aurem eius. De hoc malleo Hiere. 23. Nunquid non verba mea sunt quasi ignis, dicit Dñs, & quasi malleus cõterẽs petrã? Nõne malleo hoc vtebatur Baptista dicẽs Mat. 3. Progenies viperarũ &c. Et Lu. 3. Genimina viperarũ, q̃s ostẽdit vobis fugere à vẽtura ira? Follis. Malleus.

Forcipes siue tenacula à tenendo, sunt verbum promissionis quod excitat spem. Spes continet hoĩem in constantia boni, ꝓpositi. Vñ in Ps. Sustinuit aĩa mea in verbo eius. Ideo cõparat anchorę Heb. 6. Fortissimũ solatiũ habeamus, q̃ cõfugimus ad tenẽdã ꝓpositã spẽ, quã sicut anchorã hẽmus aĩæ tutam ac firmã. Deficerent. n. iusti nisi sperarent: sed spes tenet eos in opere. Simile 1. Cor. 9. Debet in spe qui arat, arare: & qui triturat cum spe fructus percipiendi. De hac forcipe dicitur Esa. 6. Et volauit ad me vnus de Seraphim: & in manu eius calculus, quem forcipe tulerat de altari. Calculus rotundus & viuus, est vita æterna, quæ nõ habet principium aut finem: & est in cognitione & tene-

Tenacula.

re Domini. Hic accipitur de altari.i.Christo: mediãte forcipe.i.spe:qa speramus nos ipsum sequi ad resurrectionẽ.

Incus est patientia & desiderium auditoris, quem non fastidit verbum Dei.Nemo enim inuito auditori libenter recitat aliqua.Vnde Eccl.32. Vbi auditus non est,non effundas sermonem.At illi dr̃ qui libenter recipit. Vnde Eccl.38.Faber sedens iuxta incudem & considerans opus ferri. i. assiduus iuxta auditorem . Vt incus parati recipere ictus erant,qui dicebant B. Paulo Act. 17. Audiamus te de hoc iterum .

Faber est doctor vel prædicator, vel auditor confessionis,de quo potest dici illud Matth.13.in fine . Nonne hic est fabri filius? .i.imitator Christi qui fabricatur auroram & solem.Isti fabro necessaria sunt prædicta: scilicet ignis spiritus sancti:qa sicut dicit Grego. Frustra laborant &c. Follis verbum est exhortationis.Forceps,verbum promissionis.Incus patientia & desiderium auditoris. Officium eius est fabricare corda,vt sint vasa tabernaculi.i.ecclesiæ Christi:vt legitur de Beseleel Exo 31.Ecce vocaui ex nomine Beseleel filium:huri filij hur de tribu Iuda:& impleui eum spiritu Dei, sapientia & intelligentia & scientia in oĩ opere, ad excogitandum quicquid fabrefieri põt ex auro & argento,& ære, marmore & gemmis , & diuersitate lignorum.Sapientia vt de diuinis docere possit. Sapientia .n.est de æternis. Intelligentia de spiritualibus substãtijs. .s.angelis & animabus.Scientia,de tẽporalibus bene agendis & administrandis:& conuersari in medio huius nationis prauæ & peruersæ, vt ad Philip. 2. Ad excogitandum quicquid fabrefieri potest : ex auro charitatis:ex argento iudicij & discretionis: ex ære perseuerantiæ & fortitudinis:ex marmore castitatis:ex gemmis,quantum ad diuersitates donorum Spiritus sancti:& ex oĩ diuersitate lignorum, quantum ad varietatem politicarum virtutum.

Et interpretatur Beseleel vmbra Dei,vel vmbraculum diuinum .

Habet diabolus fabros suos, tyrannos & hæreticos, doctores & hypocritas & hmõi. Tyrannus est faber diaboli: de quo Esa. 54. Ecce ego creau i fabrum sufflantem in igne prunas. Huius fabri ignis vel fornax est tribulatio.

Incus dominí.

Prædicator & cõfessor fabri sunt Dei.

Fabri diaboli.

Fornax diaboli.

Quæ

Quæ significatur Dan.3. Ministri regis (.s.tyranni diaboli) succendebant fornacem .

Folles sunt malorum suggestiones & incẽtiones quasi halit9 diaboli.Vñ Iob 41.Halit9 eius prunas ardere facit.

Folles.

Martellus est timor mundanus vel humanus , propter quem multi malis cesserũt. Contra quem dicit Dominus Matth.10 Nolite timere eos qui occidunt corpus: animã autem non possunt occidere : sed potius timete eum qui potest & animam & corpus perdere in gehennam. Sed dominus suo malleo vicit malleum,& timore timorem. Vnde obstetrices magis timuerunt Dominum quàm Pharaonem Exod.1.Et Hier.50.Quomodo confractus est & cõtritus malleus vniuersæ terræ .

Martell9.

Forcipes sunt promissiones mundanarum diuitiarum, & dignitatum,& preces carnales parentum: quibus nituntur eos tenere. Vnde etiam matres dicuntur eis ubera ostendisse:sed forcipes Christi sunt spes æternorum bonorum:de ambobus dicitur 2.Corin.4. Id quod in præsenti est momentaneum & leue tribulationis nostræ,supra modum in sublimitateæternum gloriæ pondus operatur in nobis:non contemplantibus nobis quæ videntur,sed quę non videntur:quæ.n.videntur temporalia sunt: quæ non videntur,ęterna sunt:vt Heb.11.Vnde ibidem.Sancti per fidem vicerunt regna.Hinc est qp Paulus Phili.3. Omnia mundana arbitratus sit,vt stercora.Et ad Gal. 1. Si adhuc hominibus placerem,Christi seruus non essem .

Forcipes.

Incus est patientia sanctorum : qui hic dicunt, Supra dorsum meum fabricauerunt peccatores vt alibi.

Incus.

Hypocritæ , hæretici & falsi fratres & mali Christiani sunt fabri diaboli , qui de sacra scriptura fabricant vasa mortis.De his fabris Iob 13.Prius vos,ostendens fabricatores mendacij:& cultores peruersorum dogmatum.Fornacis horum est ignis concupiscentiæ:quia causa oĩs hæresis est vel luxuria, vel cupiditas,vel superbia . Vnde dr̃ 2. Petri 2.Multi sequẽtur eorum luxurias, per quas via veritatis blasphemabitur : & in auariria fictis verbis de vobis negotiabuntur.Et in Psal.Congregatio taurorũ in vacis populorum, vt excludant eos qui probati sunt argẽto. Et 2.Timot.3. Ex his sunt qui penetrant domos,& captiuas

tas ducunt mulierculas oneratas peccatis &c. Et Mare. 11. Qui deuorant domos viduarum sub obtentu prolixæ orationis.

Folles sunt instigationes malorum. De quibus Prou. 5. Si dixerint, veni nobiscum, insidiemur sanguini &c. Fili mi ne ambules cum illis &c. Et omnes illi occasione quorum crescit ignis concupiscentiæ. Vnde Hiere. 7. Filij colligunt ligna & patres succendunt ignem &c.

Martellus, in cupidis est timor paupertatis: in gulosis timor inediæ & sitis: in superbis timor ignominiæ & cõtemptus in luxuriosis: timor denegatæ delectationis, qñ videt opportunitatem. Hæc autem omnia regnant in hæretico.

De misericordia Domini abundantia & redemptionis copia.

IN PSAL. CXXIX. SER. CCXC.

Mia dñi fluuio cõparata.

QVIA apud Dominum mia: & copiosa apud eum redemptio. Misericordia dñi comparatur fluuio. Vñ Tit. 3. Apparuit benignitas & humanitas Saluatoris nostri Dei: non ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos, sed fm mīam suam saluos nos fecit. Et Eccl. 39. Benedictio illius quasi fluuius inundabit: & qũo catactissimus aridã inebriauit, sic &c. Psal. Dñs diluuium inhabitare facit &c. Et Esa. 59, Cum venerit quasi fluuius violentus, quẽ spiritus dñi cogit: & venerit Sion redẽptor &c. Ipse est fluuius de quo Gen. 2. Fluuius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigãdum paradisum. &c. Vt in sermone de eodem. Aqua enim sordes abluit: sitim extinguit: plantas rigat: cibos coquit. Sordes abluit: & Christus factus est nobis fons mię à quo aqua remissionis fluit. Vnde Zach. 13. Erit fons patens domui Dauid &c. Sitim extinguit. Et Christus factus est nobis fons sapientiæ, à quo aqua diserctionis. Vnde Eccl. 15. Aqua sapientiæ salutaris potabit illum. Et Ioan. 4. Qui biberit ex hac aqua quam ego dabo ei, non sitiet in æternũ. Plãtas rigat. Et Christus factus est nobis fons gratię, à quo aqua

Effectus aquæ.

aqua deuotionis. Vnde Eccl. 24. Rigabo hortum plantationum & inebriabo partus mei fructum. Ad quod significandum apparuit Mariæ Magdalenæ in specie hortolani: cui & dixit Ioan. penul. Mulier quid ploras? Cibos coquit: & Christus factus est nobis fons charitatis: à quo aqua æmulationis. vnde de agno paschali Exod. 12. Non comedetis ex eo crudum quicquàm. Et 1. Reg. 2. Dicitur ꝙ filij Heli petebant carnes crudas non coctas, vnde vituperantur & reprobantur.

Misteriũ quinque vulnerũ Christi.

Cæterum ad significandũ ꝙ Christus hos quatuor fontes nobis produxit, in quatuor locis, viuens vsque ad perforationem vulneratus est: in ambabus manibus & pedibus vtrisque, ad significandum ꝙ quintum produceret, sed non nisi post mortem: quia post mortem in latere vulneratus est: & hic est fons vitæ cuius aquam non nisi post mortem gustamus. De quo Psal. Quoniã apud te est fons vitæ &c. De his supra prolixius diximus.

Quatuor beneficia diuinę mīæ.

Iste fluuius diuisus est in quatuor capita seu ostia. Quatuor enim beneficia in nos diuina misericordia maxime contulit. Primum ꝙ carnalis eius natiuitas, natiuitatem nobis spiritualem fecit, vt sicut in illa Deus factus est homo: ita in ista, homo filius Dei fieret. Hoc est quod dicitur Ecclesiastici 36. Innoua signa & immuta mirabilia. Et Esa. 60. dicitur, Puer seu paruulus natus est nobis, & filius datus est nobis: & factus est principatus super humerum eius. Quia enim sibi melius non poterat nasci: venit Christus prouidus non inuidus quærere sibi fratres, vt quos non habebat per naturam, compararet per gratiã: vt eis communicaret hæreditatem suam. Vnde ad Romanos 8. Hæredes quidem Dei: cohæredes autem Christi. Legitur Iudicũ 9. ꝙ Abimelech filius Hierobaal interfecit fratres suos filios Hierobaal septuaginta viros super lapidem vnum, vt solus haberet regnũ. Frater hostium est diabolus ab eodem patre creatus. Vnde Iob quadragesimo. Ecce Behemoth quem feci tecum: fœnum quasi bos comedet. Hic in Adam protoplasto oẽs homines fratres suos interfecit inuidens illis hæreditatem. Sed Christus bonus frater voluit mori, voluit interfici, vt communicaret nobis hæreditatem suam. Nos sumus quasi Phison, id est.

Primum

Universidad de Deusto
Biblioteca

ideſt oris mutatio: quia mutatur in nobis exterior & interior homo, & fit nouus homo. Vnde Ioan. 3. Oportet vos naſci denuo. Et de Naaman Syro Iordane loto dicitur 4. Regum 5. Reſtituta eſt caro eius ſicut pueri paruuli.

Secundū. Secundum eſt, quòd ſepultura eius comendat nobis ſpiritualem ſepulturam. Vnde dicitur Eſa. 11. Et erit ſepulchrum eius glorioſum. Sepultus nec videt nec videtur: ſic & ſepeliendi ſumus ſpiritualiter, vt nihil videamus ad concupiſcendum: & hoc facientes non quæramus videri .i. ex hoc non quæramus gloriam, ſicut nec Chriſtus qui dixit Ioan. 8. Ego autem gloriam meam non quæro: eſt qui quærat & iudicet Et Matth. 8. Dixit leproſo mundato: Vt de nemini dixeris. Ideo dicitur Ro. 6. Quicunque baptizati ſumus in Chriſto Ieſu, in morte ipſius baptizati ſumus. Conſepulti enim ſumus cum illo per baptiſmum in mortem. In hoc ſumus Gyon .i. hiatus terræ ſubtracti mundo per humilitatem.

Tertium beneficiū Tertiū, quòd reſurrectio Chriſti corporalis in nobis efficit ſpiritualem reſurrectionem: vt ſicut ipſe iam immortalis eſt in carne: ita nos immortales ſimus quantū ad ſtatum iuſtitiæ, non rurſus morientes peccato. Vnde Roma. 6. Vt quomodo Chriſtus reſurrexit à mortuis per gloriam patris: ita & nos in nouitate vitæ ambulemus: ſcientes ꝙ Chriſtus reſurgens à mortuis iam non moritur: mors illi vltra non dominabitur: ſic nec nobis. Vnde ſubditur. Non ergo regnet peccatum in veſtro mortali corpore. Et Eccle. 26. Qui de iuſtitia tranſgreditur ad peccatum, Deus parauit eum ad rompheam. Et Heb. 6. Non rurſum iacientes fundamentum pœnitentiæ ab operibus mortuis &c. Tunc fit homo Euphrates .i. frugifer: abundans bonis operibus. Vnde Ezech. 3. Et veni ad tranſmigrationem, ad aceruum nouarum frugum, ad eos qui habitant iuxta flumen chobar. Quid enim eſt tranſmigratio, niſi hæc reſurrectio? Quid aceruus nouarum frugū, niſi fœcunditas bonorum operum?

Quartū. Quartum, ꝙ aſcenſio eius corporalis, docet noſtram aſcenſionem ſpiritualem. Vnde Miche. 2 Aſcendit pandens iter ante eos: & ſicut aquila prouocans pullos ad volandum.

landum. Hic eſt aſcenſus Heliæ, qui pallium ſuum dimiſit, vt habetur 4. Regum 2. Qui vult fugere ab Aegyptiaca muliere, pallium ſuum debet dimittere, ſicut Ioſeph: vt legitur Gene. 39. Sic qui vult in cęlum per contemplationem aſcendere: debet pallium .i. onus temporalium dimittere. Vnde Matt. 24. Qui in tecto erit, non deſcendat aliquid tollere de domo ſua. Iam iſte eſt Tigris, ideſt ſagitta. Quid enim eſt ſagittam ſurſum mittere, niſi contemplationis acumine cęleſtia penetrare? Hac ſagitta vulneratum ſe dicit ſponſus Cant. 4. Vulneraſti cor meum ſoror mea &c. in vno oculorum tuorum Non dicit in vno oculo oculorum. Qui enim vult aliquid directe percutere, & ſignum attingere, debet oculum vtrunque coniungere & eius viſum vnire, vt affectus ab intellectu non diuidatur. Hoc intuitu cor ſuum dicit vulnerari .i. arcana diuinitatis & ſuorum ſecretorum intima penetrare. Sagittæ volatus, acceſſus eſt ad contemplatiuam. Reuerſio ſagittæ reditus ad actiuam. In reditu ſagittæ ex aere terra configitur: & in exercitio actiuæ caro mortificatur & crucifigitur. Vnde Pſalm. Confige timore tuo carnes meas &c.

Item Chriſtus eſt fons qui egreditur de medio paradiſi, diuiſus in quatuor riuos ſeu capita, quæ ſunt veritas, ſapientia, virtus, charitas. De fonte veritatis hauriuntur aquæ iudiciorum. In his cognoſcitur quid liceat, & quid non. Vnde Gen. 1. Vidit Deus lucem ꝙ eſſet bona: diuiſitq; lucem à tenebris. Has aquas non hauriunt illi, de quibus Eſa. 5. Væh qui dicitis malum bonum &c. Ad has pertinet diſcretio ſpirituum: quia angelus tenebrarū ſe transfigurat ſepè in angelum lucis, vt habetur primæ Corinth. 11. Ideoque dicitur ibidem. Alij datur diſciplina: alij diſcretio ſpirituum, &c.

Chriſtus fons eſt ꝙ egreditur de paradiſo.

De fonte ſapientiæ hauriuntur aquę conſiliorum: in quibus diſcernimus. quid expediat, quid non expediat. Vnde 1. Corint. 10. Omnia mihi licent, ſed non omnia expediunt: omnia licent, ſed non omnia ædificant. Ideo dicit ſapientia Prouerb. 8. Ego ſapientia in conſilijs habito, & eruditis interſum cogitationibus. Hæc ſapientia dicit Matt. 16. Quid enim prodeſt homini, ſi vniuerſum mundum lucretur, animæ vero ſuæ detrimentum patiatur?

Fons ſapientiæ.

Aut

Aut quam dabit homo commutationem pro anima sua?

Fons virtutis dei.

De fonte virtutis Dei non haurit qui in aduersitate recurrit ad potentes mundi. Vnde Oseæ 8. Factus est Israel vas immundum in nationibus .i. religiosi contemptibiles secularibus. Quia ascenderunt ad Assur.i.petunt auxiliũ à potentibus mundi. Et Esa.30 Sperantes auxilium in fortitudine Pharaonis, habentes fiduciam in vmbra Aegypti. Ideo dicitur Iob 31. Si putaui aurum robur meum, & obrizo dixi, fiducia mea. Sed qui recurrunt ad Dei virtutẽ, dicunt illud Psal. Dominus mihi adiutor non timebo &c.

Fons charitatis.

De fonte charitatis is non haurit, qui quicquid intelligit, quicquid sapit, qcquid operatur vel loquitur, ad Deũ non refert, quærens aliquid aliud præter Deum, vt potè videri ab hominibus, Vnde Iob 31. Si vidi Solem cum fulgeret, & lunam incedentem clare: & lætatum est cor meũ in abscondito: & osculatus sum manũ meam ore meo &c. Sol est intelligentia vanitatis, Luna sapientia: Manus operatio, quasi dicat si intelligentiam iudiciorum, vel sapientiam consiliorum, vel virtutem operum mihi attribui: q̃ est iniquitas maxima, & negatiõ cõtra Deum altissimum, eo q̃ oẽ bonum ab ipso. Nihil prodest scire vel nosse quid liceat, nisi sciatur ẽt quid expediat. Ideo post aquas iudiciorum sunt aquæ consiliorũ, Nihil ẽt prodest nosse quid liceat & quid expediat: nisi posse perfici contingat: Ideo sequuntur aquæ præsidiorum. Et hæc omnia nihil prosunt nisi finis sit charitas. Et ideo sequuntur aquæ desideriorũ. Vnde dicit 1. Corint. 13. Si linguis hominum loquar & angelorum, charitatẽ aũt non hẽam factus sum velut æs sonans aut cymbolũ tinniens. Et si habuero prophetiã, oẽm scientiam, fidẽ &c. Charitatem aũt non habuero, nihil sũ.

Non sufficit nosce quid liceat, sed operari oportet.

De duplici matre bona & mala, & quomodo debemus à malæ matris lacte ablactari. Item de superbiæ signis.

IN PSAL. CXXX. SERMO CCXCI.

Mater à cuius lacte ablactari debemus.

SICVT ablactatus est super matrem suam, ita retributio in anima mea. Est mater siue nutrix à cuius lacte debemus ablactari. Hæc est voluptas siue concupiscentia: cuius lac est venenosum. Vnde Prouerb. 1. Fili mi si te lactauerint peccatores ne acquiescas eis. Huius vberibus imprecatur mala. Oseæ 8. dicens: Da eis domine: quid dabis eis? Da eis vuluam sine liberis: & vbera arentia. Vuluam sine liberis, vt non possint concipere vel parere. Partus enim eius maledictus est. Vnde Iob tertio Pereat dies in qua natus sum: & nox in qua dictum est, conceptus est homo. Et Iacobi 1. Concupiscentia cum conceperit parit peccatum: peccatum, cum consummatum fuerit generat mortem. Vbera arentia, vt non possit quod concepit & peperit, nutrire. Propter hoc dicitur Genes. 21. quòd Abraham fecit grande conuiuium quando Ysaac ablactatus est. Ysaac interpretatur risus. Ysaac ablactatur, quando quis à mundi gaudio per pœnitentiam separatur, dicens cum Psal. Renuit consolari anima mea &c. Et Eccl. 2. Risum reputaui errorem: & gaudio dixi: Quid frustra deciperis? Quidam sunt qui nunquàm vellent ablactari, sed semper pendere ad vbera: de quibus Esa. 61. Maledictus puer centum annorum. Adhuc dicturi cum Iob cap. 3. Quare exceptus genibus: cur lactatus vberibus?

Est & mater vel nutrix à cuius vberibus nunquàm ab lactari debemus, donec ad mensam patris veniamus. Vnde 1. Petri 1. Quasi modo geniti infantes lac concupiscite. Hæc est gratia Dei. de qua Esa. vltimo. Ad vbera portabimini: & super genua blandietur vobis: quomodo si cui blandiatur mater, ita ego consolabor vos. Hæc est mulier hebrea, de qua Exod. 2. Vis inquit vt vadam & vocem tibi hebream mulierem, quæ nutrire possit infantulũ? De hac nutrice dr̃ Sap. 16. Propter hoc & tũc oĩa trãs figurata oĩam nutrici gratiæ tuæ deseruiebãt, ad volũtatem eorũ qui à te desiderati sunt, vt scirẽt filij tui quos dilexisti dñe, qm̃ non natiuitatis fructus pascunt hoĩes, sed sermo tuus hos qui in te crediderint, conseruat. Quòd si qs ceciderit à genibus huius nutricis sicut Miphiboseth. de quo 2. Reg. 3. Tollens nutrix sua eum, fugit, & cum festinaret, cecidit, & claudus effectus est, habuitque vocabulum Miphiboseth. Miphiboseth interpretatur os confusum: os qd confitetur peccatũ & cecidit ad illud cõfusũ. Os

Gratia Dei mater & nutrix bona

quod

quod prædicat Deum verbis: factis autem negat, os confusum est. Nihil autem ita ablactat ab hac nutrice sicut superbia & inuidia. Superbia. n. gratiam impugnat in nobis ipsis: inuidia in alijs. Ideo dicit Psal. Dñe non est exaltatum cor meum: neq; elati sunt oculi mei. Si non humiliter sentiebam &c. Duo autem notantur. Quidam. n. sunt quorum cor interius elatum est: & se non celans elatio ad exteriora procedit, quam notat cum dicit. Dñe non est exaltatum cor meū, neq; elati sunt oculi mei. Sunt etiam quidam quorum cor interius elatum est, & exterius humilitatem artificiose procurant vt hypocritæ, de quibus Eccl. 19. Est qui se nequiter humiliat, & interiora eius plena sunt dolo.

Superbia & inuidia cõtra gratiam.

Oculi mei dicit, quia multis modis prorumpit ad exteriora lepra superbiæ. Primo per oculos: Ideo dicit Psal. Oculos superborum humiliabis. Et Eccl. 23. Domine pater & Deus vitæ meæ, ne derelinquas me in cogitatu illorum. Extollentiam oculorum meorum ne dederis mihi. Secundo per linguæ iactantiam. Vnde Prou. 28. Qui se iactat & dilatat, iurgia concitat: qui vero sperat in dño saluabitur. Et 25. Nubes & ventus, & pluuiæ non sequentes: vir gulosus promissa non complens. Psal. Disperdat Dñs vniuersa labia dolosa, & linguam magniloquam. Et de Antiocho 1. Macca. 1. Locutus est in superbia magna &c. Et Hiere 9. Extenderunt linguam suam quasi arcum mendacij & non veritatis. Et Hier. 19. Oliuam vberem, pulchram, fructiferam, speciosam, vocauit Dñs nomen tuū. Ad vocem loquelæ grandis exarsit ignis in ea & combusta sunt fruteta eius. Et Ioan. 8. Nos genus Abrahę sumus. Tertia per os: quia ex indignatione spuit, & dicit fy, & exerit linguam. Quarto per aures. Auertit. n. se & dedignatur audire. Vnde Zach. 7. Auerterunt scapulas suas recedētes: & aures suas aggrauauerunt: & cor suum posuerunt vt adamantem, ne audirent legem. Quinto per incessum pedum. Vnde Hester vlti. Super vnam de famulis innitebatur, quasi præ delicijs & nimia teneritudine corpus suum ferre non sustinens. Sexto per habitum, vt qñ tenet suram super suram seu femur. Simile habetur Iudic. 13. Percussit eos plaga magna, ita vt suram femori imponerent. Septimo,

Superbia multis modis aperitur.

septimo, per erectionem colli. Vnde Eccl. 6. Ne te extollas in cogitatu animæ tuæ velut taurus: ne forte elidatur virtus tua per stultitiam: & folia tua comedat, & fructus tuos perdat: & relinquaris velut lignum aridum in eremo. Et Esa. 3. Pro eo q̃ eleuatæ sunt filiæ Sion &c. Octauo per gestum omnium membrorum. Vnde Prou. 6. Homo apostata vir inutilis: graditur ore peruerso, annuit oculis, terit pede, digito loquitur, prauo corde machinatur malum, & omni tempore iurgia seminat.

Quare & qualis domus sit nobis ædificanda Domino. Et de quærelis Domini,

IN PSAL. CXXXI. SER. CCXCII.

ET requiem temporibus meis: donec inueniam locum domino, tabernaculum Deo Iacob. Primo considerandum est quare tenemur solliciti esse, vt ædificemus locum Domino. Et hęc qui dem ratio est in iure naturali: quo dr̃ Hoc facias alijs qd tibi vis fieri. Et ipse quidem prior dilexi te: prior non dedignatus est tibi seruire & domum ædificare: interiori homini. i. animæ corpus: exteriori homini. i. corpori, mundum. Interiori homini corpus. In cuius ædificatione quã studiosa fuerit Dei sapientia, per mirabilem & artificiosam corporis ædificationem euidenter apparet: maxime cum de tam vili materia: sicut dr̃ Gen. 2. Formauit. n. Dominus Deus hominem de limo terræ. & cum opus fecerit tam insigne. vnde Iob. 10. Memento quæso, q̃ sicut lutum feceris me &c. Pelle & carnibus vestisti me &c. Nemo quantumcunq; ingeniosus capere poteſt qualiter ista domus fuerit fabricata. Vnde Eccl. 11. Quomodo ignoras quæ sit via spiritus, & qua ratione compingantur ossa in ventre prægnantis: sic nescis opera Dei qui fabricator est omnium. Propter hoc merito erubescere debet homo, si non ædificauerit domum Domino. Sicut Dauid dixit ad Nathan 2. Reg. 7. Videsne q̃ habitem in domo cedrina, & arca Dei posita sit in medio pellium?

Iure naturali inducimur vt locum Dño ædificemus.

Artificiosa corporis ædificatio.

Secundo quantum conquæratur Dominus de hoc q̃ nullus

Querela Dñi.

nullus ædificet sibi domum, & ꝙ nullus quasi hospitē vagantem recipiat eum. Vnde dicit Matth. 23. Hospes eram, & non collegistis me. In cuius rei figuram dicitur Luc. 2. de B. Virgine Factum est aūt cum essent ibi: impleti sunt dies vt pareret. Et peperit filium suum primogenitum, & pannis eum inuoluit, & reclinauit eum in præsepio: quia non erat ei locus in diuersorio. In palatio Christus nō nascitur, sed in præsepio reclinatur: à diuitibus huius mundi non recipitur, sed in pauperibus & in simplicibus locū habet. Esto igitur præsepe, si vis esse locus Dñi. Diuites huius mundi & inflati prudentia carnis, præsepe fieri dedignantur. i. simpliciter ambulare, simpliciter intelligere: & ita Christum recipere non merentur. Vnde Iob. 39. Nunquid volet rhinoceros seruire tibi, aut morabitur ad præsepe tuum? Quasi præsepe fieri hortabatur Paulus dicens 1. Tim. 6. Diuitibus huius seculi ꝓcipe non sublime sapere.

Præsepe locus domini.

Dñs pulsans non auditur.

Tertio qūo conqueratur ꝙ ipse pulsans non auditur: & inimicus eius & ēt noster passim admittitur. Vnde Esa. 33. Ibi cubauit lamia & inuenit sibi requiem. Ibi habuit foueam ericius, & enutriuit catulos, & circumfodit & fouit in vmbra eius. Illic congregati sunt milui: alter ad alterum &c. Lamia est cura carnalis quæ laniat animam. Ericius defensio peccati, quia spinosus est: quia excusat se de necessitate rei domesticæ & hmōi. Miluus est rapacitas alieni aut immodica rerum cupido. Et Matth. 8. Vulpes foueas habent & volucres cœli nidos, filius autem hoīs nō habet vbi caput suum reclinet. Vulpes dī diabolus, quādo tentat de hypocrisi & simulatione: auis qñ de elatione. Apud hypocritas igitur & elatos vulpes foueas habēt & volucres nidos. Filius aūt ho. &c. Vnde Hier. 14. Quare quasi colonus futurus es in terra, & quasi viator declinans ad manendum. Quanta dementia est homini, vulpem admittere & filium Dei excludere? Qui vulpem admittit statim eo ipso foueam se facit: si filium Dei admitteret, de se templum ædificaret.

Imparatā mānionē Inuenit Dñs.

Quarto qualiter conqueratur ꝙ veniens imparatā sibi inueniat mansionem, ꝙ pulsans, tam longa expectatione molestetur. Vñ Cant. 5. Aperi mihi soror mea, amica mea, columba mea, immaculata mea: quia caput meum plenū

est rore, & cincinni mei guttis noctium. Et Apoca. 3. Ecce ego sto ad ostium & pulso. Si quis audierit vocem meam & aperuerit mihi ianuam intrabo ad illum, & cœnabo cū illo, & ipse mecum. Tu autem verba molestiæ respōdes, iuxta illud Esa. 28. Manda remanda, expecta modicum ibi &c. verba sunt animę pigræ, animæ tepidæ minus circunspectæ & minus gratæ. quasi dicat, debui aduentū tuū præsciuisse vt præpararem me, & te cum alacritate susciperem. De cætero ergo aduentum tuum mihi prænuncia, & nuncio præeunte aduentum tuum præmanda: & hoc est manda remāda. Et quid facit Christus vt multū amās? Nuncios suos sæpe præmittit, & tandem ipse venit. Sed quid profuit ꝙ nuncios præmisit: quia ostium clausum offendunt. Vox pulsantis est, aperi mihi soror mea, sed audi quid respondeat. Expecta inquit, reexpecta modicum ibi &c. Et qui sunt nuncij? Internæ inspirationes: externæ prædicationes, infirmitates nunciæ mortis: sed audire nolumus.

Discedit aliqñ dominus lōga expectatione defatigatus.

Quinto, qualiter longa expectatione defatigatus discedit plerunq; & qñ tarde cū velles suscipere & ostiū aperire non vult intrare. Vnde est illa nimis sera quærela qua dicit sponsa Cant. 5. Pessulū ostij mei aperui dilecto meo: at ille declinauerat atque transierat. Debes ergo stare pro foribus, vt Abraham: de quo Gen. 18. in princip. Apparuit autem ei scilicet Abrahæ, dominus in conualle mambræ sedenti in ostio tabernaculi sui in ipso feruore diei. Sicut Helias, de quo 3. Reg. 19. Operuit vultum suum pallio, & egressus stetit in ostio speluncæ. Debes assimilari columbæ, & suspensis alis, collo protenso foras prospicere, & amici tui aduentum columbino quodam cantu & gemitu quærere & expectare. Et hoc est quod dicitur Cant. 2. Surge propera amica mea, speciosa mea & veni: colūba mea in foraminibus petræ, in cauerna materiæ. Et Hier 48. Relinquite ciuitates & habitate in petra habitatores Moab: & estote quasi colūba nidificās in summo ore foraminis.

Domus Dei alia nostra.

Propter hoc debes ei præparare domum. Hæc domus non est nisi anima tua: quia nō capit eum nisi imago sua. Hæc domus debet esse integra, munda, serena. Integra, non enim intrabit domum ruinosam scissuris plenam.

Hæc autem scissura est in homine quando ipse dissidet à seipso. Nec est mirum. Ipsa. n. aïa corpus suum domum integram vult habere & exire inde necesse habet, si fuerint membra inter se dispersa. Eodem modo videat anima, si desiderat habitare Christum in corde. i. in seipsa, sollicitè caueat ne à se membra dissideant. i, ratio, voluntas, & memoria. Sit ergo ratio sine errore, quia talē voluntas amat: voluntas sine iniquitate, quia talem ratio approbat. Memoria sine sorde, quia talem ratio approbat, & voluntas amat. Alioquin si se iudicat aïa pp voluntatis prauitatem, hmõi voluntatem ratio sugillat semper & accusat, immo condemnat. Similiter conscientia in qua peccatum latet, & retractatur iugiter per memoriam, & voluntas odit, & ratio execratur. Vnde Luc. 11. Omne regnum in se diuisum &c. Et Esa. 22. Reuelabitur operimentum Iudæ. & videbitur in illa die armamentari domus saltus, & scissuras ciuitatis Dauid videbitis, quia multiplicatæ sunt. Iudas interpretatur confessio, quæ operit peccata, & quando per confessionem non operiuntur peccata, reuelantur in ipsa conscientia. Namq; assiduis circumuolat alis Sæua dies animi. Et reuelabuntur in die iudicij: & armamentarium domus saltus: quia anima quæ solebat arma cõtinere virtutum, fiet solitudo, & quasi domus saltus, vbi diabolus venatur. Vñ Esa. 32. Et erit desertum in Chermel: & Chermel in saltum reputabitur. Chermel interpretatur molle aut agnus tener. Sequitur: Et scissuras ciuitatis Dauid. i. contradictionem in ipsa anima sibijpsi dissidente. Et recte Dominus non potest inhabitare domum ruinosam & scissuris dissipatam, quia in tali domo pluuia vbiq; distillat. Quid autem pluuiam distillare nisi per cõcupiscentiæ fluxum animam diffluere? Et hoc est quod dicitur. Fumus & stillicidium & mulier litigiosa pellũt virum de domo sua. Hęc autem dissolutio maxime fit per inertiam hominis q̃ se nõ excitat à peccato, sed quia somnolentus est, in eo moratur. Vnde Eccl. 10. In pigritijs humiliabitur contignatio, & in infirmitate manuum perstillabit domus. Ideo dicitur Prou. 27. Tecta perstillantia in die frigoris, & mulier litigiosa comparantur. Et Prou. 19. Dolor patris filius stultus: & tecta iugiter perstillantia, litigiosa mulier. Bonus

Ratio sine errore, voluntas sine iniqtate, memoria sine sorde.

Domum ruinosã non inhabitet dñs.

nus pater familias qñ videt scissuram, vel aliquid tale in domo, statim reparari facit: stultus dimittit, & ita semper crescit, ac domus destruitur & ruit. Et ideo dicitur Eccl. 7. Qui timet Deum nihil negligit: vt seruus timens dominũ nihil in domo negligit: eodem modo qui intelligit domũ animæ suæ ex aliqua parte corruptam, vt ex parte visus vel auditus, vel alicuius mali operis, statim reparat per cõfessionem. Quia sicut dicitur à B. Gregorio: Peccatũ quod non statim per pœnitentiam diluitur, mox pondere suo aliud attrahit. Hoc est vnum quod expellit a domo. s. stillicidium mundi. Vnde dicitur Sap. 1. In maliuolam aïam non introibit sapientia. Serena: quia fumosam non potest innabitare. Hoc enim est vnum de tribus quæ expellunt de domo. s. fumus. Hic fumus est de camino luxuriæ vel cupiditatis, procedentes cogitationes rationem excæcantes. Vnde Esa. 15. Ab aquilone fumus veniet, & non est qui effugiet agmen eius.

Fumus de domo expellit.

De vestibus sacerdotalibus & earum virtute mystica.

IN PSAL. CXXXI. SERMO CCXCIII.

SACERDOTES tui induãtur iu. & san. tui &c. Sacerdotibus & ministris non licet sine vestibus sacris sacra mysteria & ministeria peragere, & multo magis non licet sine sanctitatis amictu. Et quia iustitia generalis est ad omnes virtutes iõ hic dicitur, Sacerdotes tui induantur iustitiam. Si. n. dictũ est quidam Matth. 23. Quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialẽ? Multo magis sponsus, amicus & paranymphus sponsi, sacerdos debet vestiri nuptialibus ornamentis, quę sunt, camisia, amictus, alba, zona, orarium. Prima quæ & alijs supponitur est camisia, & pœnitentiæ formã pęnitẽtiæ gerit, per quam communibus actibus prius implicitus mutat habitum, cor, & studium, vt mundatus ad officium sacerdotis accedat. Vnde Esa. 1. Lauamini mundi estote. Et Zach. 3. Auferte sordida vestimenta ab eo: & dixit ad eũ: Ecce abstuli à te iniquitatem tuam, & indui te mutatorijs. Hæc potest dici prima stola, de qua Luc. 15. Cito proferte

Sacræ vestes sacerdotib' & ministris necessariæ.

Camisia formã gerit.

ferte stolam primam & induite illum, &c.

Amictus fidem importat.

Amictus in ipsis vestibus sacris capiti imponitur. Hic est fides: de qua Hebr. 11. Sine fide impossibile est placere Deo. Et bene dicitur amictus: quia fides est de occultis. Vnde 1. Corinth. 13. Videmus nunc per speculum, & in ænigmate &c. Et Heb. 11. Fides est substantia rerum sperandarum, argumētū non apparentiū. Tamē luminositas eius licet velata, maior est omni luce rationis. Vñ Apo. 12. Mulier amicta sole, & luna sub pedib. eius. Amicta sole. i. fide & luna sub pedibus eius. Luna propinqua terræ sunt rationes mundanæ: quas fidei lux vincit. Vñ 2. Corint. 10. Consilia destruentes, & oēm altitudinē extollētem se adversus scientiam Dei, & in captiuitatem redigentes oēm intellectum in obsequium Christi. Et attende q̄ amictus capiti imponitur, & collo innectitur, & scuto cōparatur. Vñ Ephe. vlt. In oībus sumentes scutum fidei. Quia scriptum est. Ro. 10. Corde creditur ad iustitiā, ore aūt confessio fit ad salutē. Et Iob 39. Nunquid circūdabis collo eius hinnitū? &c. Hinnitus collo circūdatur, q̄ quod interius de fide sentimus, voce exterius pronunciamus. Hūc matres, quibus quasi equo dñs insidebat, protulerūt hinnitū, quasi persecutores, puocantes ad bellum. Vnde dicitur Iob 39. Procul odoratur bellū. Vnde & beatus Vincētius prouocabat tortorem dicens. Insurge &c. Amictus fidei Cydaris est, de qua dicitur Zacha. 3. Ponite Cydarim mūdam super caput eius.

Alba bonorū operum iustitia.

Alba, est iustitia bonorum operum. Et hæc rectè sequitur: quia scriptum est Iaco. 2. Fides sine operibus mortua est. Post amictum alba: post fidem bona opera. Et hoc est quod dr̄ Zach. 3. Posuerunt cydarim super caput eius mūdam: & induerunt eum vestib. Alba dicitur & rē & potest & est habitus totius corporis. Albedo attestatur puritati & hilaritati. Hæc duo sunt iustitia operum.

Puritas, & hilaritas in operibus.

Puritatē docet dñs circa opa. Matt. 6. vbi dicit Attēdite ne iustitiā vestrā faciatis corā hoībus vt videamini ab eis: alioquin mercedem non habebitis apud patrē vestrū. Hilaritatem etiam docet ibidem dicēs. Cum ieiunatis non eritis sicut hypocritæ tristes &c. Tu aūt cum ieiunas, vnge caput tuum oleo, & faciem tuā lauā. Et Ro. 12. Qui miseretur in hilaritate. De hac veste dr̄

Apoc.

Apoc. 19. Datū est illi vt se cooperiat byssino splendēti candido. Byssino candido, ecce puritas. splendenti, ecce hilaritas. Vñ Iudic. 5. Qui ascenditis sup nitentes asinos. Asinus significat onus pœnitētiæ purificantis. Quid igitur est asinus nitens, nisi pœnitentia hilaritate resplendens. Alba solet ampliſſima fieri, ita q̄ non tm̄ sufficiat homini quātūlibet corpulento, sed etiā abundet, hæc est iustitia euāgelica. Vñ Mat. 5. Nisi abūdauerit iustitia vestra plus q̄ scribarū, & pharisæorū, nō intrabitis in regnum cælorū. Lōga est ista tatum vt cuiuis cingulo moderante possit esse salaris: qa etsi pura & hilaris, & ampla sit iustitia operum, tm̄ sine perseuerantia non pdest ad salutem. Vñ Mat. 10. Qui pseuerauerit vsq; in finem, hic saluus erit. Zona, pudicitiæ vel tēperantiæ typū gerit vel tenet, q̄ dr̄ balteus vel cingulū:

Zona tēperantia est vel pudicitia.

vt dr̄ Luc. 12. Sint lūbi vestri pcincti, & lucernæ ardentes in manib. vestris. Præcingere quidē dēt lumbos carnis à luxuria. Vñ Eph. 6. State succincti lumbos vestros. Lūbos aūt mētis à cogitatione immunda. Vñ 1. Pet. 1. State succincti lumbos mētis vestræ &c. Itē à cogitatione vana. Vñ Iob qui & à corpore, & à mente voluptatē excluserat, & dicit cap. 31. Pepigi fœdus cum oculis meis, vtne cogitarē quidem de virgine: adhuc ne euanescat succingere iubet cap. 38. Accinge sicut vir lumbos tuos.

Orarium Dñi iugū

Orarium post albā & cingulum eidem cingulo seu balteo connectendum est: & rectè: quia orarium iugum est Dñi. s. prædicationis doctrina siue prudentia. Prædicationis. n. doctrina non est efficax, nisi ei cōtinētia cōiungat: ideo Prou. 30. Gallus succinctus lūbos suos & aries, nec est rex qui resistat ei, qđ ideo dr̄ quia leo naturaliter timet gallum album: sic & diabolus prædicatorem castū. Hinc est quòd gallus antequàm cantet, alis percutit se. Hoc est quod dicit Apo. 1. Corin. 11. in fine. Castigo corpus meū & in seruitutē redigo: ne cum alijs prædicē, ipse reprob. efficiar. Solet aūt orarium nō immerito cancellari: in quo attendit & discretio pdicādi. In cācellatione. n. qā erat dextrū fit sinistrū, & ecōtrario. Quia dēt prædicator maximè

Continentia prædicatori necessaria.

bonorū & malorum in iudicio futurā discretionē dicere: sicut dr̄ Mat. 13. Exibūt angeli & separabūt malos de medio bonorū. Orariū cācellat, q̄ nūc ad sperandū, nunc ad

Oratium cācellare quid sit.

timendum inuitat. Oratium cancellat qñ quàm facile de iustitia ad iniquitatem sit trãsitus, & quàm difficile de iniquitate ad iustitiam reditus, demonstrat. Orarium cancellat, qñ quod putatur in mundo esse aduersitas, potius esse prosperitatem insinuat, & èconuerso. Hoc enim faciebat Dñs dicens Luc 6. Væh vobis diuitibus qui hic habetis cõsolationem vestram. Et ècontrario Matth. 5. Beati pauperes spiritu, qñ ipsorum est regnum cœlorum Orarium cancellat, qñ illos qui putantur esse maiores, minores esse in regno Dei & ècontrario demõstrat. vt habetur Matt. 20. Hoc est quod habetur Gen. 48. vbi dicitur, Iacob extendens manum dexteram posuit super caput Effraim: sinistram super caput Manasse, qui erat maior natu, commutans manus. Commutatio manuum. i. operum fit sæpe inter clericos & laicos. Clerici enim similes videntur illi filio qui dixit patri Matth. 21. Ibo, & non iuit in vineam. Laici vero alteri filio, qui dixit primo, nõ ibo: & iuit post ea pœnitentia ductus. Vñ infert Dñs: Dico autem vobis q̃ publicani & meretrices præcedent vos in regnum Dei.

De vnitate confraternitatis & conuentuali.

IN PSAL. CXXXII. SERMO. CCXCIV.

Vnitas duplex.

ECce quàm bonum & quàm iocundum habitare fratres in vnum. Duplex est vnitas .s. confraternitatis & conuentualis. Primo videbimus de vnitate confraternitatis. In hac conueniunt confratres & simul vescũtur: Et hoc significatum est Iob 2. Ibant filij eius & faciebant conuiuia per domos, vnusquisq; in die suo: & mittentes vocabant tres sorores suas, vt comederent & biberent cum eis. Septem filij Iob sunt septẽ dona Spiritus sancti: & tres sorores, tres virtutes. Vnde Gregorius ibidem. Filij per domos conuiuium faciunt dum singula dona iuxta modum proprium mentem pascunt. Vnde bene dicitur, vnusquisque in die suo. Dies vniuscuiusq; filij, est illuminatio vniuscuiusq; doni. Alium. n. diem habet sapientia, alium intellectus &c. Vnde Psal. Fecit solem in potestate

Septẽ filij Iob septẽ sunt dona Spiritus sancti.

diei &c. Solem. i. donum sapientiæ: Lunam. i. fidem. Stellas alia dona: quia stella differt à stella in claritate. Et attende q̃ semetipsos pascunt. Valde. n. vnaquæq; virtus per se destruitur: si non alia alij suffragetur. Hinc dicitur Prou. 18. Frater qui adiuuatur à fratre quasi ciuitas firma Et Eccl. 4. Væh soli, qñ si ceciderit non habebit subleuantem.

Et mittentes vocabãt tres sorores suas vt &c. Tres istæ sorores sunt fides, spes, charitas, quæ sorores in operatione sunt. Tunc autem fratres quasi nuncios eisdem mittunt ad releuationem operis supernas consolationes infundunt. Dona. n. pertinent ad contemplatiuam: quæ virtutes cibant, dum eas in suis operibus expediunt & cõfortant. De hoc nuncio dicitur Prou. 25 Aqua frigida animæ sitienti, & nuncius bonus de terra longinqua. quia de cœlo hauriunt quod eis infundunt. Vnde in angelica hierarchia septima de Seraphim immediatè splendoribus illuminatur, & diuino nutrimento adimpletur.

Tres sorores tres sunt virtutes.

Conuentualis vnitas est quantum ad motus non solũ interiores sed etiam exteriores. Habet autem sic fieri conuentus. Primo multi congregantur in vnum vt viuãt sub regula. Secundo renunciant propriæ volũtati. Tertio pro prio sensui. Quarto omni proprietati. Quinto sunt sub abbate seu prælato. Motus dispersi non possunt facere conuẽtum: sed de motibus dispersis dicitur Exod. 5. Dispersus est populus per omnem terram Aegypti ad colligendas paleas. Hoc fit qñ cogitationes & desideria nostra dispergũtur ad quærenda bona temporalia: quia diuersa sunt quæ quæruntur. Vbi autem vnum quæritur. s. Deus, qui est oẽ bonum, necessario colliguntur, quia in vno omnia inueniuntur: & nihil extra ipsum. Ideo dicitur in Psal. Aedificans Hierusalem dominus dispersiones Israelis congregabit. Vnde Gen. 15. Abraham in sacrificio animalia diuisit. Ideo dicit Aristoteles. Aues prædæ gregatim non volant, sed diuiduntur. Debent ergo conuenire, quia vnum quærere & ad vnum tendere. Vnde Oseæ 1. Aggregabuntur filij Iuda & filij Israel & ponent sibimet caput vnũ. Israel interiores sunt motus. Filij Iuda, exteriores. Illi quasi mo nachi: hi quasi conuersi. Nonne quinque motus sensuum sunt conuersi, quando à peruersis operibus conuertũtur,

Vnitas cõuentualis

Quõ fieri dẽat talis vnitas.

Conuentre est vnum quærere.

& audiunt vocem Dñi. Iohe. 2. Conuertimini ad me in to to corde vestro: in iciunio & fletu, & in planctu: & scindite corda vestra & non vestimenta vestra. Et conuertimini ad Dñm Deũ vestrum, quia benignus est & misericors, patiens & multæ misericordiæ, & præstabilis super malitia. Non sunt monachi, quia brutales sunt & animales velut laici. Sed interiores motus, quia intellectuales, & discreti quasi clerici sunt. Conuersi non cantant, sed monachi: exteriorum motuum non est cantare, sed interiorũ: quorum est cœlestia percipere & in eis delectari, & exultare. vnde Psal. Cantabiles mihi erãt iustificationes tuæ &c. Et Es. 30. In citharis, & tympanis, & in bellis præcipuis expugnabit eos. Quia cantando vincunt diabolũ. Hi sunt chori castrorum: de quib. Cant. 7. in principio: Quid videbis in Sunamite nisi choros castrorũ? Hi cantant horas diurnas, & matutinas, vel nocturnas. Vnde Psal. In die mandauit Dominus misericordiam suam: & nocte canticum eius. Et Iob. 1. Dñs dedit, dñs abstulit, sicut domino placuit ita factum est: Sit nomen Domini benedictum.

Ad interiores nõ ad exteriores motũ spectat cãtare.

Vtriq; renunciant propriæ volũtati, & diuinæ se subijciunt: & dicunt illud Mat. 6. Fiat voluntas tua, sicut in cœlo & in terra. Et hoc est quod dr Eccle. 18 Post concupiscentias tuas non eas: & à voluntate tua auertere.

Similiter renunciat proprio sensui. Iuxta illud Prou. 3. Ne innitaris prudentiæ tuæ. Et illud Rom. 12. Nolite esse prudentes apud vosmetipsos.

Omni etiam proprietati renunciat: quia bonũ opus nõ reputant suũ sed Dei, & dicũt q̃ est Iezrahel. i. semen Dei: de quo Oseæ 1 Magnus dies Iezrahel. Qui verò bonum opus sibi ascribit nõ est verus monachus: ppriũ. n. habet. Contra quem dicitur 1. Corint. 4. Quid habes quod non accepisti? Ideo dicitur Eccle. 4. Congregationi pauperum affabilẽ te facito. Primo dicit cõgregationi, postea pauperũ.

Abbas cõuẽtus est charitas.

Quinto sunt sub abbate. Abbas est charitas, quę imperat operationes: & quia maior. Vnde 1. Corint. 13. Maiorũ est charitas: & quia plenior. vnde Ro. 13. Plenitudo legis est dilectio. In duob. n. mandatis dilectionis Dei. ſ. & proximi vniuersa lex pendet & prophetæ: vt dicit Dominus Matth. 27. Ipsa vnit omnia & omnes per eam vniuntur in vno capite. ſ. abbate. Vnde Colo. 3. Super hæc omnia charitatem habete, quod est vinculũ perfectionis: imperat omnibus. Hic est Ioseph, de quo Gen. 42. Absque imperio tuo non mouebit quis manum aut pedem in tota terra Aegypti. i. contra imperium tuum. De hoc abbate dicitur Gala. 4. Misit Deus spiritum filij sui clamantem Abba pater. Et alibi: in quo clamamus abba pater. Et Ro. 8. Nõ. n. accepistis spũm seruitutis iterũ in timore, sed accepistis spũm adoptionis filiorũ Dei: in quo clamamus Abba pater.

Conuentus religiosorũ quasi cuneus.

Conuentus iste est cuneus prophetarũ: de quo 1. Reg. 10. Ecce cuneus prophetarũ obuius ei: & insiluit super eũ spiritus Dñi, & prophetauit in medio eorum.

Super hoc dicitur in historia q̃ Samuel primus instituit cõuentus religiosorũ qui dicebantur prophetæ: & dr conuentus quasi cuneus seu conus aut counus, quia sunt vnũ. Samuel interpretatur audiens Deũ, vel exauditio Dei, vel Deo nominatus: qui. n. talis est, in se facit cuneũ prophetarũ. Prophetæ sunt cogitationes aĩæ non de præsentib. sed futuris, & de bonis & de malis meditantis, & sic futura præuidentes, & præuenientes. De his conuentus, vel cuneus efficitur, dum prius dispersæ vniũtur. Vnde Eccl. 36. Contine & congrega cor tuum in sanctitate. Ideo dicitur Esa vlt. Lætamini cum Hierusalem &c. Aut vt alia litera habet & ecclesia cantat. Lætare Hierusalem & conuentũ facite &c. Qui ad hunc conuentum vel cuneum venit incipit prophetare, idest futura cogitare, & præuidere.

Ordo cõuiuãtiũ.

Qualiter ordinentur conuiuæ dicitur Es. 11. Et requiescet super eum spiritus Dñi: spiritus sapientiæ & intellectus &c. Dona binatim coniunguntur, vt hoc notetur q̃ binis. i. duo & duo simul quasi in vna paropside conuescuntur simul adinuicem. Timor tamen per se & solus ponitur forsitan quia ministrat ei paupertas, quæ non sufficit duobus apponere. Vel quia quibus vescitur timor amara sunt valde, nõ est qui se velit eidem in conuiuio sociare. Præsentatur enim in mensa timoris districti censura iudicij: magnificentia Dei: maiestas iudicis tremendi: memoria mortis, diuersitates gehennalis supplicij: hæc autem amara sunt. Hic est cibus de quo cum filij prophetarũ gustassent, exclamauerunt dicentes 4. Regum quarto.

Mors

Mors est in olla vir Dei, mors est in olla. Hæ. n. sunt colloquintidæ, de quibus ibidem dicitur. Et egressus est vnus in agrum vt colligeret herbas agrestes: inuenitq; quasi vitem syluestrem, & collegit ex ea colloquintidas agri, & impleuit pallium suum, & reuersus concidit in ollam pulmenti &c. Quid est hæc herba syluestris nisi pœna nostræ mortalitatis, quæ quantum erat aliena à natura nostra, patet, quia prius erat immortalis. i. potens nō mori. Quid vero est vitis syluestris, nisi pœna gehennalis, quæ etiam est à nobis naturaliter aliena: nec nobis sed dæmonibus præparata. Vnde Matth. 25. Discedite à me maledicti in ignem æternum qui paratus est diabolo & angelis eius. Hæc amara sunt. Amara. n. est mors, de qua Eccl. 41. O mors quàm amara est memoria tua &c. Amarior tamen est mors æterna: ideo bis dicitur, mors in olla.

Herba syluestris qd sit.

Prophetæ interpretantur videntes.

Prophetæ interprætantur videntes: filij prophetarum hæc amara gustant quando prædicta futura præuident & abhorrent. Nec mirum si clamant, mors in olla &c. At vir Dei Heliseus: Afferte, inquit, farinam, Et infudit ollæ, & nō fuit quicquàm amaritudinis in illa. Quis est Heliseus qui farinā infundit nisi paupertas spiritus quæ ministrat timori & regnum Dei promittit? Beati (inquit Matth. 5.) pauperes spiritu &c Farina infusa, omnis amaritudo tollitur, & per permissionem regni cœlorum quicquid amaritudinis in mensa timoris fuerat, dulcoratur.

Quid tibi videtur hæc paupertas spiritus nisi corui, de quibus 3. Reg. 17. Dixit Dominus ad Heliam. Abscondere in torrente Carith, coruis. n. præcepi vt pascant te ibi. Vox coruina est cras, cras. A coruis ergo pascitur, qui indiget amaras huius mūdi aduersitates, de regni cælestis promissione reficitur: sicut Iacob qui dicebat Gen. 30. Cras respondebit mihi iustitia mea. Hæc est paupertas cui dicitur Matth. 5 Beati pauperes spiritu &c.

Quid dicatur pater amaras huius mūdi aduersitates, de regni cælestis pro scì à coruis.

De officiarijs conuentus boni.

IN PSAL. CXXXII. SER. CCXCV.

Ecce quàm bonum &c. Perfectorum est facere in se cōuentualem vnitatem, in qua personæ regulares instituuntur. De quo conuentu dicitur illud Esa. vlt. Letamini cum Hierusalem, & exultate in ea omnes qui diligitis eā. Vñ canit ecclesia: Lætare Hierusalē, & cōuētū facite &c.

Officiales conuentus.

In hoc conuentu vt in alijs officiarij sunt: abbas, prior, supprior, cantor, succantor, refectorarius, cellarius, coquinarius, infirmarius, armarius seu condus & promus, custos ac circarius seu circuarius.

Abbas est charitas. in abbatis. n. manu fit professio votorum trium & renuntiatio propriorum proprię voluntatis, & proprij sensus. Similiter & hoc fit in manu. i. potestate charitatis. De qua dicitur 1. Cor. 13. Charitas nō quęrit quæ sua sunt. Hæc est spiritus adoptionis: quia spiritualles, & adoptionis filios efficit Deo. Et iō abbas dicitur pater. Vnde Roma. 8. Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore: sed accepistis spiritum adoptionis filiorum Dei: in quo clamamus, abba pater. Et Gala. 4. Mittit Deus spiritum filij Dei in corda vestra clamantem, abba pater.

Abbas charitas.

Prior est fides, quia prima est virtutum. Vnde Prudentius. Prima petit campum dubia sub sorte duelli. Pugnatura fides. Et Hebræ. 11. Fides est rerum sperandarum substantia. i. fundamentum. Item quia prior est maxime custos regulæ: sic & fides, sine qua omnia opera quasi extra regulam fiunt. Multa enim opera de genere bonorum faciunt hæretici, in afflictionibus corporis & abstinentijs austeriores cæteris, tamen nulla meritoria sunt, quia extra fidem fiunt: sicut notatur in Psal. Quàm dilecta tabernacula tua &c. super illud. Passer inuenit sibi domum: & turtur nidum vbi ponat pullos suos. Glos. Pagani faciunt opera misericordiæ, quia vestiunt nudos & alia: & hęretici faciunt multa, sed non in nido ecclesię. i. in fide & participatione sacramentorum, & ideo conculcātur &c. Sunt enim sicut dicit Aug. Opera extra fidem, sicut cursus extra viam Vnde de hmōi hæreticis dicitur. Colos. 2. Nemo vos seducat volens in humilitate & religione angelorum quæ non vidit, ambulans frustra, inflatus sensu carnis suæ: & non tenens caput, ex quo totum corpus per nexus & coniunctiones subministratum & constructum crescit in augmentū Dei. Nihil. n. opus in superstitione aut hæresi factū valet quia

Prior fides.

quia sine fide impossibile est placere Deo. Regulam ergo operibus imponit fides. Vnde Phi. 3. Vt idem sapiamus, & in eadem permaneamus regula.

Supprior

Supprior est propria disciplina. A se enim debet incipere qui alios efficaciter vult corrigere. Vnde Prou. 18. Iustus prior est accusator sui. Alioquin dicetur ei illud Mat. 7. Eijce primum trabem de oculo tuo, & tunc videbis eijcere festucam de oculo fratris tui. Ideo dicit Apostolus 1. Cori. 9. in fine. Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo: ne forte cū alijs p̄dicauerim, ipse reprobus efficiar.

Cantor & succentor.

Cantor & succentor duplex hilaritas aīæ: vna in operibus p̄nitentiæ, quæ sunt imperfectorum: de qua Matt. 6. Cum ieiunatis, nolite fieri sicut hypocritæ tristes. Et paulo post. Tu cum ieiunas, vnge caput tuum, & faciē tuā laua &c. Et hæc hilaritas est tanquàm succentor: quia minor est. Altera in operibus misericordiæ. s. proficientium. de qua Roma. 12. Qui miseretur in hilaritate. Et 1. Corin. 9. Hilarem enim datorem diligit Deus. Et hæc maxime est in eis quæ sunt perfectionis: vt est renunciatio proprio rum, & patientia martyrij: quæ fieri debent cum hilaritate, aliter à Deo non approbantur. Vnde de iuuene, cui dominus dixit Marc. 10. Si vis perfectus esse, vade, quæcunque habes vende: & da pauperibus: dr̄ ibidem. Qui contristatus in verbo abijt mœrens. Erat. n. habens multas possessiones. Hilariter hoc faciebant ij de quibus Act. 4. Omnes ponebant præcia agrorum suorum ante pedes Apostolorum. De patientia martyrij Act. 5. Ibant apostoli gaudē tes à cōspectu cōcilij, qñ digni habiti sūt, p nois Iesu cōtumeliā pati. Et Esa. 19. Cū glorificatus fuerat dñs, hinniēt de mari. i. exultabūt de amaritudine tribulationū. Pria hilaritas, vt dictū est, est tāq̄ succētor: secunda. s. hæc, tāq̄ cātor. Talis. n. dicit illud Psal. Cātabiles mihi erunt iustific. &c. Et iō dr̄ in alio Psal, In die mādauit dñs mīam suā: & nocte canticū eius Et Iob 35. Qui dedit carmina ī nocte.

Refectorarius.

Refectorarius est spes, qa reficit aīam. Vñ Rom. 12. Spe gaudentes. Eius est prouidere de gñali quod continet quæque oua: & qñq; de pitātijs seu obsonijs. i. cibis oībus q pani apponūtur. De quinq;. n. est nobis spes: de venia peccatorū: de gr̄a cōseruationis: de gr̄a cōsummationis: de absolutio-

solutione à pœna æterna: de assecutione vitæ æternæ. Hæc quinque oua præstat amicus noster Iesus Christus. Vnde Luc. 11. Aut si petierit ouū, nunquid porrigetilli scorpionē. Scorpio pungens cauda est finalis desperatio quę opponitur spei. Spes et prouidet qñque de pitātijs. Pitātia dr̄ à pietate quam facit, qñ inter tribulationes secretas consolationes infundit, de quibus Psal. Secundum multitudinē dolorum meorum consolationes tuas. Et Esa. 61. Vt ponerem consolationē lugentibus Siō: & darē eis coronā p cinere, oleū gaudij p luctu, palliū laudis p spū mœroris.

Cellarius.

Cellarius est duplex, donum luctus, & gaudiū spūs. Donū luctus propinat imperfectis: gaudium spiritus, perfectis. De primo in Psal. Potasti nos vino cōpunctionis. De secundo Zach. 9. Quid. n. bonum eius est, & quid pulchrū eius, nisi frumētū electorū, & vinū germinās virgines? In quibusdā monasterijs nō bibitur nisi sicera, in quibusdā nisi vinū, in quibusdā vtrūq;. Iō Prou. 31. Date sicerā mœrētibus. i. illis qui adhuc sūt in mœrore pœnitentiæ: & vinū ijs q amaro sūt corde i. quorum exsiccatę sunt lachrymę, habent tñ amaritudinem cordis, Horum est gaudiū spiritus. Vnde Prou. 14 Cor quod nouit amaritudinem animę suæ, in gaudio eius non miscebitur extraneus.

Coquinarius.

Coquinarius seu coquus est zelus Dei, qui parat holera & legumina: & ideo non indiget magna arte coquorū: non. n curant cibos regios. i. delitias mundi. Sicut dicitur de Daniele & tribus pueris Dan. 1, Et ideo dicitur in eodem, Pueris autem his dedit dominus scientiam & disciplinam in oī libro & sapientia: Danieli aūt intelligentiā omium visionum & somniorū. Quia tales melius capiunt celestiū intelligētiā. De his holeribus Ro. 14. Qui infirm⁹ est holus manducet Nihil crudū sustinet esse coquus iste p indigestionē fratrū laborātiū. Nā de Romanorū crapula dicit Iuuenalis: Plurimus hic æger morit̄ vigilādo, sed illum languorem peperit cibus imperfectus, & hærens ardenti stomacho. Ei ideo præcipitur de agno paschali Exod. 12. Non comedes ex eo crudum quid sed coctum. Cruda sunt quæ igne deuotionis non coquuntur.

Infirmarius.

Infirmarius est pietas, cuius est dicere illud 2. Cor. 11. Quis infirmat̄, & ego nō īfirmor? Et facere illud Gal. 6. Si

præcesu-

Præoccupatus fuerit hõ in aliquo delicto, vos q̃ spũales estis, hmõi instruite in spiritu lenitatis. Et Eccl. 8. Ne despicias hominem auertentem se à peccato, neque improperes ei. Memento, quia omnes in corruptione sumus. Diligit ergo proximum exemplo Domini: de quo Ioan. 11. Diligebat Iesus Martham & sororem eius Mariam, & Lazarum, idest actiuos, contemplatiuos, & infirmos.

Armari⁹.

Armarius. i. condus & promus, est donum intellectus, cuius est sapere scripturas catholicas & seponere eas à scripturis hæreticorum: quas debet comburere, sicut Act. 19. Combusserunt libros coram omnibus. Hoc est quod dicit Iob 31. Quis mihi tribuat auditorem, vt desiderium meum audiat omnipotens, & librum scribat ipse qui iudicat &c. Per omnes gradus meos pronũciabo illum, & quasi principi offeram illum. Hic est Iosias, qui legi iusserat omnia verba libri fœderis, qui inuentus est in domo domini 4. Reg. 23. Huius officium est separare literam à spi-

Custos cõuentus.

ritu viuificante. Litera. n. occidit &c. vt habetur 2. Cor. 3.

Custos huius conuentus est timor. Sicut. n. stulta securitas oĩa perdit: ita timor cautus & diligens omnia custodit. Cui dicitur Eccl. 42. Vbi multæ manus sunt, claude: & quodcunq; trades, numera & appende: datum vero & acceptum omne describe. De cuius diligentia Eccl. 7. Qui timet Deum, nihil negligit. Et obstetrices timentes Deum pueros Hebræorum seruauerunt: vt habetur Exo. 1. Abscondit autem omnia in arca humilitatis. Vnde Eccl. 1. Omnem domum illius implebit à generationibus: & re-

Circari⁹.

ceptacula à thesauris illius.

Circarius seu Circuarius est sollicitudo. Huius officiũ est circuire cum lucerna seu lateina fratres, & excitare ad matutinas, & videre qui dormiunt: & cum deprehenderit aliquem dormiẽtem ponere lucernam coram eo. De quo Soph. 1. Scrutabor Hierusalem in lucernis &c.

Quomodo, quando, benedicendum est Domino, & à quibus.

IN PSAL. CXXXIII. SERMO CCXCVI.

ECCE nunc benedicite Domino, omnes serui domini: Qui statis in domo domini &c. Videbimus primo cur dicat

dicat Ecce. Secundo cur nunc: Tertio quid sit benedicere domino: & Quarto quibus id dicat. Quantum ad primũ, vt alibi dictum est. Ecce est demõstrandi aduerbium, quo denotatur certitudo rei, nihil autem deberet homini esse certius aut tam propositum quàm benedicere Domino. Ideo Psal. Benedicam domino in omni tempore. Benedicam te in vita mea. Benedicite Domino oẽs angeli eius. Per singulos dies benedicam tibi. Solet etiam particula ecce locum habere, tam in ethnicis & prophanis literis, quã in sacris, quotiens aliquid noui & præter spem euenisse demonstratur. Vt Ecce autem à Tenedo, Ecce autem panthus. Sed relinquamus ethnica. Gen. 3. Ecce Adam quasi vnus ex nostris. Iudith. 14. Ecce enim Holophernes iacet Sap. 5. Ecce qũo computati sunt &c. Esaiæ 7. Ecce virgo concipiet. Et 43. Ecce facio noua. Zach. 9. Ecce rex tuus venit tibi mansuetus. Luc. 1. Ecce cõcipies in vtero. Ecce Helisabeth cognata tua. Ecce ancilla domini. Ecce. n. ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Et ferè vbique alibi. Quia igitur ex omni re quæ datur aut accidit nobis benedicendus est Deus: quia omne quod creatum est & omne quod nobis datum, si eo bene vtamur & grati Deo simus, profuerit nobis ad salutem: ideo ob omnem rẽ, oẽmque casum benedicendum domino. Quod bene agnouit Iob dicens c. 1. Dominus dedit, dominus abstulit, sicut domino placuit, ita factum est, Sit nomen domini benedictũ. Ideo q̃ quidam religiosi instituerunt in omni accessu, casu, aut obuentu dicere, Deo gratias, aut laudetur Christus. Nec ab re. Quia etiam ea quæ in hoc mundo videntur maxima mala, vt expoliationes, cruces, mortes, fames, sitis, labores: si patienter ea toleremus, & ad honorem Dei referamus. Deoq; ex animo propterea benedixerimus: profuerint nobis ad beatitudinem. Vnde Matth. 5. Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam &c. Beati estis cum maledixerint vobis. Si quis ergo iniquo, immo stolido & insano animo propter iniuriam aut contumeliam illatam, aut propter vim doloris & aduersitatum, murmurare cœperit contra Deum, occurrit ei Propheta dicẽs. Ecce nũc benedic dño. Quasi dicat ẽt cũ minimè vr faciẽdũ, qã si id feceris, sũmã ex eo mercedẽ & gloriã cõsequeris.

Ecce certitudine rei impor tat.

Pro oĩ re benedicẽ dũ est domino.

Mos religiosorũ.

Secundo

Secundo dicit nunc, quod est quasi in omni tempore. toto.n. tempore non habemus nisi nunc. Et quia summe necessarium & summe vtile est benedicere Deo: monet vt nullam occasionem prætermittamus, sed quandocunq; benedicendi facultas fuerit, benedicamus domino. Idcoq; vt monachis pene necessarium est, ita mœchanicis laboris suo intentis plurimum ad salutem profuerit crebris quasi in Deum iaculationibus dicere ex animo siue lætum, siue triste quid quo ad mundum obuenerit, laudetur Deus: sit nomen Domini benedictum: Deo gratias: aut quid simile. Maxime si per internam inspirationem admoneantur id agere: quia sicut Propheta hic dicit: Ecce nunc benedicite Domino: ideo alibi dixit: Hodie si vocem eius audieritis nolite obdurare corda vestra: quod prophetice videtur dixisse ob Iudæos qui cum vocem Christi audirent, obdurauerunt corda sua: quia in propria venit & sui eum nō receperunt. Ne dicamus ergo, cras. i. in senectute benedicemus Domino: quia vt dicit Hora. Quis scit an adijciat hodiernæ crastina summæ. Tempora dij superi. Sancte ergo admonet propheta. Ecce nūc benedicite Domino, q.d. etiam cum aliud tibi videri possit agendum: aut cum non videas benedicendi causam: quæ tamen semper est: ideo benedicam inquit dño in oī tpe. sp laus eius in ore meo.

Of tpe dño bene dicere dē mus.

Tertio quia vidimus paucis quomodo benedicendū sit Deo: quia certe & ex insperato hoc est quacunq; occasione & quando: quia nunc. i. fine dilatione, & in omni tempore: Videamus quid sit benedicere Deo: & quàm id necessarium, quamq; necessarium sit omni homini, cuiuscunq; sectæ aut conditionis fuerit. Benedicere Deo non est dicendo efficere, vt illi bene sit aut ipse bene & prospere agat & munus suum obeat: sic enim contra ipse benedixit nos & nobis, sic benedixit terram & creata in ea. qua benedictione natura rerum obseruat cursum suum: sed ipse summe perfectus, omnia potens, omnia sciens, & quæ bona sunt & decentia, scit omnia volens, neq; bonis neq; benedictione nostra eget: verum ipsi benedicere, est ipsi gratias agere & de ipso bona dicere, & nomen eius, quia ipsum parū nouimus sanctificare. Vnde illud benedictus Deus in bonis suis & sanctus in operibus suis. Sit nomen Domini

Quid sit benedicere dño.

benedictum.

benedictū. Et mille alia quæ ex psalmis & alijs sacræ scripturæ locis citati possint. Ideoque Dominus in oratione dominica, cum summa Dei beneficia in nos commemorasset, vtpote ꝙ esset pater noster, per creationem, & per adoptionem vt hæredes faceret in cœlis, per doctrinā, & per omnes modos veræ paternitatis, ne ingrati simus, sic bene dicendum illi docuit: sanctificetur nomen tuum: Quod sapientissima mater eius à Spiritu sancto qui in ipsam superuenerat edocta, diligentissime prius fecerat: nā cum dixisset: fecit mihi magna qui potens est: tam scilicet magna vt nullus alius ea posset: vtpote ꝙ virgo cōciperet: & quod non dubitauit, virgo paritura esset Deū, & hominem: & alia quæ nō est huius loci recitare: subiecit: Et sanctum nomen eius: q.d. acceptiores gratias agere nequeam. Vsqueadeo autē rationi consonum visum in omnibus nationibus & sectis benedicere Deo & regi, quia quodammodo personam Dei gerit in terris: vt religiosum ducerent .i. abominabile & execrabile maledicere illis: vsque adeo inquam vt ad euitandam eam abominationē ꝓ eo qđ est maledicere vsurparēt benedicere. Vbi sciēdū (vt id quoq; obiter dicā) veterē esse gentiū superstitionē, vt id qđ primū dicatur ꝓ omine sit sumendū, & ex eo rei euentum iudicādū, qđ oīno stultum & superstitiosum est: ꝓpterea tñ quia mali ominis putabant dicere se nihil habere: dicit quidā apud Terētiū, Tum qđ illi dem recte est, nam nihil dicere mihi religio est. i. mali ominis metus: ꝓ eo ergo qđ est nihil mihi est, dicebant rectè est. Et si paterfamilias cum delusus putauerit quēpiā pulsitare fores & se q̄rere, percunctabat: qs me q̄rit? dicebat puer: bona fortuna, aut lares: sed nō audebat dicere nullus, qa à nullo expeti, aut q̄ri mali putabāt ominis: qa ergo nihil rā abominabile q̄ maledicere Deo aut regi: ideo ꝓ eo cōtrariū dicebant quidam: vt 3. Reg. 21. Benedixit Naboth Deum & regem. Et Iob. 1. Ne forte peccauerint filij mei, & benedixerint Deo in cordibus suis. Et Iob 2. Benedic Deo, & morere. Quod quidem erat abominabile consilium: id tamen sequi videntur qui sibi mortem conciunt: nam quasi Deo benedicentes, ideſt ipsi mala imprecantes contra eius imperium ab hoc mundo exire volunt,

Deo, & regi oēs nationes benedicunt.

Malū omē apud antiquos.

non animaduertentes & ex valle lachrymarum, tamen vtilium si patienter fluant, migrent in gehennam. Cum ergo tam abominabile sit maledicere Deo, & tam naturale ac rationi consonum benedicere. Bene adhortatur propheta dicens, Ecce nunc benedicite Domino, &c.

Qui Domino benedicere debeant.

Quarto videndum est quibus id dicat & quibus id faciendum. Et notum est quòd omnibus, sed præcipuè ijs qui stant in domo Domini, i. Deo dicatis. Dicit enim: omnes serui Domini: & per excellentiam addit: Qui statis in domo Domini. Per hoc quidem quod dicit omnes serui Domini: non excludit Reges & principes & cæteros qui sibi videntur liberi. omnes enim homines cuiuscunque fuerint conditionis æquissimo iure serui sunt Domini: Serui enim dicti sunt à seruando, qui cum capti sint & iure belli occidi possint, à clementibus dominis seruati sunt: & ita illorum sunt serui: aut si Domini tales eos vendiderint cum toto iure suo, in emptorum transcribuntur Dominium, & ita eorum fiunt serui. Quia igitur propter rebellionem patris nostri Adæ omnes meruimus occidi, sed clementia Dei nostri seruati sumus: & precioso sanguine filij eius redempti, omnes sumus serui Domini: Et si de aliquo, vt de beata Virgine, gramineam meruit coronam: quia ne caperetur eripuit, non minus debet eum agnoscere Dominum: quia plus est conseruari in libertate quàm eximi seruitute: ideoque & ipsa prudenter & verè humillime dixit. Ecce ancilla Domini. Et ad Elisabeth. Et exultauit spiritus meus in Deo salutari meo. Salutari inquam præueniendo ne in seruitutem diaboli caderet: & portas cœli aperiendo. Et ergo quasi per appositionem non per limitationem dictum: Omnes serui, quasi dicat, qui omnes estis serui Domini. Sed quia moris est tam ethnicis quàm sacris eloquijs post generalitatem quasi per excellentiam subdere specialia: vt ænei .i. Reliquias danaum atque immitis achilli: Et Marc. 16. Dicite discipulis eius & Petro: non quasi achilles non fuerit vnus inter danaos: aut Petrus inter discipulos: Sed quia primarius & princeps ideo postquã dixit oẽs, subdidit. Qui statis in domo Dñi, quasi dicat, præcipue vos qui estis de sorte Domini & statis in domo eius: hoc est sacerdotes, & omnes clerici Deo consecrati

Serui à seruando dicti sunt

Religiosi præcipue Deo bñdicere teneãtur.

secrati & addicti: quibus à solis ortu vsq; ad occasum laudabile nomen Domini. Et qui deberent hic assuescere benedicere domino, quod in æternum facturi sint in cœlo.

De gradibus quibus ascenditur in domum domini: & de modis quibus statur in ea.

IN PSAL. CXXXIII. SERMO CCXCVII.

QVI statis in domo domini: in atrijs domus Dei nostri. Primum est ascendere in domum dñi: deinde stare in domo domini. Gradus positi sunt quindecim quibus ascenditur, qui signantur Ezech. 40. Septem erant atria domus exterioris, octo interioris. Hæc est domus. de qua dicitur alibi in Psal. Dominus diluuium habitare facit &c. Quia diluuium certe est abundantia gratiæ. De quo diluuio dicitur Geneſis 7. Cubitis quindecim aqua altior stetit super montes quos operuerat. Consumpta & est omnis caro quæ mouebatur super terram. Hæc aqua est gratia charitatis: montes, grandia & enormia peccata. De quibus dicitur Amos 5. Cognoui multa scelera, & fortia peccata vestra. Sed hęc aqua hos montes superat. Quia sicut dicitur Roma. 5. Vbi abundauit delictum, superabundauit & gratia. Et ibidem paulo ante. Nam sicut delictum, ita & donum? Illos etiam montes peccatorum operit: quia sicut dicitur Prouer. 10. Vniuersa delicta operit charitas Et 1. Petr. 4. Charitas operit multitudinem peccatorum. Consumitur omnis caro. i. omnis carnalis affectus & oẽ carnale opus. Quindecim cubitis altior stetit super vniuersos montes, quia super vniuersa peccata quindecim gradibus eleuatur. Quindecim enim cubita idem sunt quod quindecim gradus.

Gradus ascendendi in domũ dñi.

Primus gradus est à peccatis exire, & ea relinquere. Vnde Coloss. 4. Expoliantes vos veterem hominem cum actibus suis. Et Genes. 19. Nestes in omni loco circa regionem: sed in monte saluum te fac. &c. Et Hiere. 51. Fugite de medio Babylonis, vt saluet vnusquisque animam suam. In cuius rei figuram mulier captiua ex alienigenis

Primus gradus.

quam propter speciem ducere vxorem voluerit Iudæus victor, iubebatur Deuter. 21. radere cæsariem, & vngues circuncidere, & vestem in qua capta erat deponere: quia superfluitatem & rapinam debet abijcere, qui Dei obsequio mancipatur.

Secũdus. Secundus est petere diuinam defensionem: quia ijs qui de mundo exeunt pericula multa occurrunt: sicut figuratur Gen 31. in Iacob fugiente à Laban. Et pueri Helisæũ ascendentem in Bethel irridebant 4. Reg. 2. Et 1. Timo 3. Omnes qui pie volunt viuere in Christo Iesu persecutionem patientur.

Tertius. Tertius gradus est gaudium spirituale quod habet vir sanctus eo ꝙ attendit se pure viuere inter malos: & similiter de alijs gaudet. Vnde Iacobi 1. Omne gaudium existimate fratres mei cum in tentationes varias incideritis: scientes ꝙ probatio fidei vestræ patientiam operatur. Et 2. Corint. 9. Gloria nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ. Et ne post hmõi gaudium insoleſcat homo, permittit Deus tentationes insurgere.

Quartus. Quartus gradus est inter quaslibet angustias de Dño cõfidere. Vñ 1. Macc. 2. Cogitate filij per generationẽ & generationem: qa oẽs qui sperant in Deũ non infirmantur: quia fidelis est &c. Ecõuerso Hier. 17. Maledictus qui cõfidit in hoĩe & ponit carnẽ brachiũ suũ, & à dño recedit cor eius. Erat enim quasi miricæ in deserto &c. Quia videmus tentatum qui nos tentari permisit, sed non super id quod possumus.

Quintus. Quintus est liberationem à periculis Deo ascribere, nõ sibi. Vñ 1. Para. 15. Cantores canebãt Epinichion. i. victoriã Deo. Et Esa. 28. Erit dñs exercituũ corona gloriæ & sertum exultationis residuo populi sui &c. & fortitudo reuertentibus de bello ad portam, ideſt Christum per gratiarũ actiones. Iuxta illud Psal. Non nobis domine non nobis: sed nomini tuo da gloriam.

Sextus. Et quia quem aduersa nõ frangunt, aliqñ prospera deijciũt: Sextus est nõ discedere à seruitio dñi pp malorũ ẽmulationem: sicut qui dicebat Hier. 12. in princip Quare via impiorum prosperatur, bene est oĩbus qui præuaricãtur & inique agunt? Et Abac. 1. Quare non respicis super iniquę

que agentes, & taces, rapienti impio iustiorem se. Vnde Psal. Noli æmulari in malignantibus.

Et quia dñs sicut promisit ab oĩbus tentationibus liberat: Septimus est liberatione culpæ iam habita, sperare in futuro liberationem à pœna. Vñ Philip. 3. in fine. Qui reformabit corpus humilitatis nostræ configuratũ corpori claritatis suæ. Et Ro. 8. Ipsi intra nos gemimus adoptionẽ filiorum Dei, expectãtes redemptionem corporis nostri. Septimꝰ.

Et quia sic liberatus à culpa, & liberandus à pœna, expectat domum non manufactã in cęlis: Octauus gradus est se ipsum ædificare domũ dño: quod nõ possumus sine ipso, sine quo nihil possumus facere: Ioan. 15. Vnde 1. Cor. 3. Dei ædificatio estis. Et tũc nõ dicet ei illud Matt. 25. Hospes erã & non collegistis me &c. iuxta illud Ioã 13. vado vobis parare locũ. Quia sicut dr Eccl. 16. Oĩs mĩa faciet locum vnicuique secundum meritum operum suorum. Octauus.

Nonus gradus est castus timor: qui bene sequitur: qa sine ipso nõ stat domus Dei. vñ Eccl. 27. in princ. Si nõ timore dñi tenueris te instanter, cito subuertet domus tua. Nonus.

Decimus est post timorem patiẽtia. Hoc est qd prius dr de Iob, Iob, 1. Fuit vir in terra hus noĩe Iob, simplex ac rectus, & timens Deum: & statim subiungitur de eius patiẽtia, cum dicit dñs ad Sathan: Nũquid considerasti seruum meum Iob, quia non sit similis ei in terra. Et de Tobia Tob. 12. Quia acceptus eras Deo necesse fuit vt tentatio probaret te. Et Iudith 8. Memores esse debent, quomodo pater noster tentatus est, & per multas tribulationes probatus, Dei amicus effectus est. Decimꝰ.

Vndecimus post tot merita, est recordatio miseriæ pse- tis & pprij defectus ac infirmitatis & ẽt trãsgressionũ: ne aĩus p superbiã euaneſcat & inflet. Et hoc est qd monuit dñs Luc. 17. Cum feceritis oĩa quæ præcepta sunt vobis, dicite. serui inutiles sumus: qd debuimus facere, fecimus. Et Iob 16. Si locutus fuero, non quiescit dolor meus. Et Iob 31. Si vidi solẽ cũ fulgeret & lunã incedẽtẽ clare, & lętatũ est in abscõdito cor meũ, & osculatus sũ manũ meam ore meo, q̃ est iniquitas maxima & negatio cõtra Deũ altissimũ. Hæc. n. facit qui sibi in operibus placet, & manũ i. opera osculatur ore suo. i. extollit propria laude. Vndecimus,

Duodecimus.

Duodecimus gradus est humilitas, quæ post prædicta, quæ sunt causa humilitatis, habenda est, non solum in affectu, sed etiam in exercitio, opere, habitu & gestu. Qualē habuit Dauid, qui dixit 2. Reg. 6. Ludam & vilior fiam plus q̄ factus sum, & ero humilis in oculis meis. &c. Hęc autem prouenit ex duplici causa. i. ex prædicta recordatione propriæ infirmitatis: cum sit terra & cinis: sicut dicitur. Eccl. 10. Quid superbis terra & cinis? Et ex consideratione diuinæ potestatis & magnitudinis. Vnde Ezech. 1. Cum fieret vox super firmamentum quod erat super caput animalium, stabāt & submittebāt alas suas. Et Esa. 64. Facti sumus immundi omnes nos: & quasi pannus menstruatæ vniuersæ iustitiæ nostræ. Et Iob 4. Et in angelis suis repperit prauitatem: quanto magis ij qui habitant domos luteas &c. Ideo dicit Psalm. Domine, non est exaltatum cor meum, neq; elati sunt oculi mei. Neque ambulaui in magnis &c. vnde Eccl. 3. Altiora te ne quæsieris.

Humilitas ex duplici cā.

Tertiusdecimus.

Decimustertius est cura de ædificatione domus spiritualis. i. templi domini ex nobis. i. vt sancti & humiles simus: quia tales Deus inhabitat. Vnde Esa. vltim. Quæ est ista domus quam ædificabitis mihi? Ad quem autem respiciam nisi ad pauperculum & contritum spiritu & trementem sermones meos? Ideo dicitur 1 Corint. 3. Templum Dei sanctum est quod estis vos. Et Ioan. 4. Spiritus est Deus, & eos qui adorant eum, in spiritu & veritate oportet adorare. &c. Quia in templo coluntur imagines Dei in venerationem & commemorationem eius qui veritas est. Ioan. 14. Ego sum via, veritas & vita. Et qui dixit Ioā. 18. Ego in hoc natus sum, & ad hoc veni in mundum, vt testimonium perhibeam veritati.

Imagines Dei in tẽplo.

Quartus decimus.

Decimusquartus gradus est charitas proximi, qua diligitur proximus qui est imago Dei: qui diligitur vt natura. vnde Esa. 58. Frange esurienti panem tuum, & egenos vagosq; induc in domum tuam. Cum videris nudum operi eum, & carnem tuam ne despexeris. Et Iob 5. Visitans speciem tuam non peccabis. Magis etiam diligitur secundum quòd imago Dei, quia vnusquisque se debet potius diligere secundum quòd est imago Dei quàm secundum quòd est natura. vnde 1. Ioan. 3. Qui habuerit substantiam huius

huius mundi, & viderit fratrem suum necesse habere, & clauserit viscera sua ab eo: quomodo charitas Dei manet in eo? Fratrem dicit de spiritu, quia est quod dicitur. Eccl. 10. Fili in mansuetudine serua animam tuam & da illi honorem secundum meritum suum.

Quintus decimus.

Decimusquintus gradus est charitas Dei, quæ sequitur charitatem proximi, quia per eam probatur. vnde 1. Ioā. 4. Qui non diligit fratrem suum quem videt: Deum quem non videt quomodo potest diligere? Hic est summus gradus supra quem non est ascendere. vnde 1. Corint. 13. Maiorum est charitas. Et est proximum vinculum Dei. Coloss. 3. Super omnia charitatem habete, quod est vinculum perfectionis.

De extremis terræ. i. peccatis ignominiosissimis: & de nubibus. fulguribus, pluuijs & ventis sequentibus ea.

IN PSAL. CXXXIIII. SERMO CCXCVIII.

Extrema terræ sũt peccata.

EDVCENS (alias producens) nubes ab extremo terræ: fulgura in pluuiam fecit. Qui producit ventos de thesauris suis &c. Nota quatuor q̄ dicit, nubes, fulgura, pluuiam, ventos. Terræ nostræ extrema sunt peccata infima & opera abiecta. vere extrema dicenda. Primo, quia ea erubescimus etiam confiteri. Secundo, quia sunt ignominiosa. Vnde Roma. 1. Tradidit illos Deus in passiones ignominiæ. Ideo dicitur Rom. 6. Quem fructum habuistis in quibus nunc erubescitis. Et ad Ephes. 5. Quæ in occulto fiunt ab ipsis, turpe est dicere. Tertio, quia nos brutis faciunt inferiores. Vnde Cantic. 2. Si ignoras te ò pulcherrima mulierum: egredere & abi post vestigia gregum tuorum. Quarto quia sæpe nobis improperantur. vnde Hier. 3. Quàm vilis facta est iterans vias tuas.

Nubes de extremo terræ q̃ educũtur.

De extremis ergo terræ nubes educitur: quando de recordatione tam enormium peccatorum confundimur. Quando huiusmodi conuertuntur, quasi de extremis ducuntur. vnde Esa. 42. Ecce auditum fecit Dominus in extremis terræ &c. Et 1. Maccab. 5. Dicitur. Erat Iudas con-

gregans extremos. Quod fit qñ nouissimi in peccatis constituitur. Hi extremi qñq; fiunt primi. Sicut dr Matt. 20. Et erunt primi nouissimi, nouissimi vero primi. Et Esa. 19. In illa die erit altare dñi in medio Aegypti, & titulus iuxta terminum eius. Et Roma. 5. Vbi superabundauit delictum eius, superabundauit & gratia. Hæc est nubecula: de qua dr 3 Reg. 19. Ecce nubecula ascendebat de mari. De mari nubes ascendit, qñ de amaritudine cordis confusionis caligo procedit. Additur quasi vestigium hominis: & bene quasi: non enim est opus hominis sed Dei. Et quasi hominis dicitur, quia homo adiutor est. vnde 1. Cor. 13. In modum Dei sumus adiutores.

Confusio turpitudinis fulmen est anima fulminamur dum timore cõcutimur: & in hoc diabolus vincitur. Et hoc est quod dr Iudic. 4. Perterruit dñs Sysarã & oẽs currus eius, vniuersamq; multitudinẽ eius. Ventus, grando, & pluuia irruebant in faciem eorum. Vñ Barac cuius est victoria, interpretatur corruscatio. Vnde Esa. 29. Visitabitur in tonitruo & commotione terræ &c. Tonitruum euertit vina in dolijs. Sic & diuina comminatio euertit cor hominis.

Sequitur. Fulgura in pluuiam fecit. Fulgura dicit posturpitudi nubes. Quando. n. ex recordatione turpitudinis nostræ cõfundimur quid nisi diuini iudicij recordamur, & quasi in

Pluuia fletum cõ punctionis importat.

In pluuiam fecit. Post terrorem diuinæ animaduersionis merito sequitur fletus compunctionis. Vñ dr Deu. 33. Dan catulus leonis fluet largiter de Basan. Per Basan confusio: per leonẽ significatur terror. Hæc sunt nubes & fulgura: de his fluit abũdãtia lachrymarũ. Et hoc est, fluet largiter ex Besan. Vñ Psalm. Exitus aquarũ deduxerũt oculi.

Sequitur. Qui producit ventos de thesauris suis. &c. Et recte post pluuiam: quia vt dr Matt. 5. Beati qui lugẽt: quoniam ipsi consolabuntur &c. Istæ consolationes sunt ventorum status. Vnde Ioan. 3. Spiritus vbi vult spirat. Non est Aquilo ventus iste, sed Auster: Vnde dicitur Cãt. 5. Surge aquilo, & veni auster. &c. Hi non sunt venti qui concusserunt quatuor angulos domus Iob. Iob. 1. Hoc est quatuor virtutes: sed sunt venti Spiritus sancti: qui tot ventos producit quot diuinas inspirationes infundit. Illos autem producit de thesauris suis, id est de scripturæ sacræ occultis.

Ventorũ status sũt consolationes.

cultis. Cuius cum secreta & profunda scrutamur, quadruplici inspiratione perfundimur. Aliter enim spirat donum timoris, aliter donum scientiæ &c. De quibus Esa. 11. Et requiesceret super eum spiritus domini, spiritus sapiẽtiæ & intellectus, spiritus consilij & fortitudinis: spiritus scientiæ & pietatis: & replebit eum spiritus timoris domini. Timor enim spirat contra superbiæ præsumptionem: pietas contra mentis duritiam: scientia contra ignorantiam: fortitudo contra pusillanimitatem: consilium contra præcipitationem: intellectus contra hebetudinem: sapientia contra stoliditatem. Consimiliter aliter spirat prudentia, aliter temperantia, aliter fortitudo, aliter iustitia. Vnde Zachar. 6. Isti sunt quatuor venti cœli, qui egrediuntur vt sunt (id est stare faciant) coram dominatore vniuersæ terræ.

Dona dicũtur vẽ

Dona autem dicuntur venti. Primo quia venti non videntur sed sentiuntur: & sic est de donis Spiritus sancti. Vnde Iob 9. Si venerit ad me non videbo eum: si abierit ti. non intelligam. Secundo, quia ventus siccat: sic & donum. Vnde dicit Oseæ decimotertio. Adducet vrentem ventum Dominus de deserto ascendentem, & siccabit venas eius, id est spiritum sanctum: qui de solitudine mentis ascendit & desiccat venas luxuriæ & gulæ. Quarto quia frangit contrariam potestatem. Vnde Psalm. In spiritu vehementi conteret naues Tharsis. Tertio, quia stabilit non agitat vt alij venti. Vnde Iob 28. Qui fecit ventis pondus &c. Sic & dona Spiritus sancti stabiliũt. Vnde Prou. 10. Iustus in æternum non commouebitur. Et ideo Eccl. 2. Sta in iustitia & timore.

De thesauris domini, qui sunt niuis, grandinis, nebularum, ventorum, abyssorum, & arenarum, tum in bona quàm in mala: & de pœnis malorum.

IN PSAL. CXXXIV. SERM. CCXCX.

QVi producit ventos de thesauris suis &c. Dñs habet thesauros niuis, grandinis, nebularum, ventorũ, abyssorum,

abyssorum, & arenarum: de quibus differendum est. Primo in bono, secundo in malo, & tertio de pœnis malorum.

Per niuẽ castitas ĩtelligitur

Per niuem intelligamus castitatem & continentes. De quibus Esa. 1. Si fuerint peccata vestra vt coccinum, quasi nix dealbabuntur. Et in Psalm. Lauabis me, & supra niuẽ dealbabor. Et Thren. 4. Candidior est nasus eius niue.

Grãdo p̃dicatores significat

Per grandinem, prædicatores & peccatorum obiurgatores & increpatores. Vnde Exod. 9. Extendit Moyses virgam in cœlum, & Dominus dedit tonitrua & grandinem, ac discurrentia fulgura. Et grando & ignis mixta pariter ferebantur. Vbi notemus comminationum grandinem, increpationum, vel obiurgationum ignem: & fulgura miraculorum. Grando igni præponitur: quia increpatio Domini prius percutit & infundit timore: post accendit charitatem. Bene tamen simul mittũtur, vt frigoris. i. timoris nimietatem reprimat ignis .i. amor: & ignis nimietatem frigus grãdinis. Sed malis sunt hæc successiua. Vñ Iob 27. Ad nimium calorem transeat ab aquis niuium &c. Dum grando cadit super durum quid, retunditur & resilit: si super molle & calidum, dissoluitur in aquam. Vnde Iob 5. Increpationem Domini ne reprobes .i. ne te ad eam dura exhibeas, vt grandinem resilire facias: quia vt ibidem sequitur: Ipse vulnerat & medetur .i. grandinem in pluuiã resoluit. Nix & grando sociantur, quia castus debet esse prædicator. Vnde Iob 38. Nunquid ingressus es thesauros niuis, aut thesauros grandinis aspexisti, quæ præparaui in tempus hostis, in diem pugnæ, & belli, scilicet contra vitia.

Casus diuersꝰ grãdinis.

Thesauri nebularũ

Habet etiam thesauros nebularum. i. mysticarum intelligentiarum & parabolarum. Vnde Psalm. Aperiam os meum in parabolis &c. Et Luc. 8. Vobis datum est nosse mysterium regni Dei, cæteris autem in parabolis. Et Eccles. 39. Occulta prouerbiorum exquiret & in absconditis parabolarum conuersabitur. Vnde Eccle. 43. Aperti sunt thesauri & euolauerunt nebulæ sicut aues. Quod factum est in passione Domini: quia sicut dicitur Matt. 27. Velum templi scissum est in duas partes, à summo vsque deorsum. Vel propter spiritualem intelligentiam quæ habita est

est per sanguinem Christi. Et hoc est quod intelligitur Exod. 1. per Phuam & Sephoram: quæ interpretantur: rubens & auis. Auis enim quando euolauerit semel non redibit quando volueris: nec res semel visa semper memoriæ occurrit: quod significatur in somnio Nabuc. Dan. 2. in principio Vidit somniũ, & conterritus est spiritus eius, & somnum eius fugit ab eo: & non potuit ad memoriam reuocare. Vel sicut aues dicit, propter præsumptuosos inquisitores. Vnde Prouerb. 23. Prudentiæ tuæ pone modũ ne erigas oculos tuos ad opes quas non potes habere: quia facient sibi pennas quasi aquilæ, & volabunt in cœlũ.

Similꝫ

Habet etiam thesauros ventorum. Ventus bonus est Spiritus san. & eius dona: ventus malus diabolus & eius suggestio. Ventus sentitur & non videtur: sic Spiritus san. & eius dona. Vnde Cantic. 4. Surge aquilo & veni auster: perfla hortum meum & fluent aromata illius. Quinq; hunc quoque illum, i. modo aquilonem modo austrum facit flare Dominus. Vnde Psalm. Transtulit austrum de cœlo & induxit in virtute sua Aphricum. Et Eccle. 43. In sermone eius siluit ventus. Quasi septem venti sunt septem dona Spiritus sancti. De quibus Esa. 11. Et requiescit super eũ spiritus Domini, spiritus sapientiæ & intellectus, spiritus consilij & fortitudinis, spiritus scientiæ & pietatis: & replebit eum spiritus timoris Domini. Sine quibus ventis nauis cordis non peruenit ad portum salutis. Et quando Dominus subito dat bonum ventum, dici potest quod hic dicitur, Qui producit ventos de thesauris suis. Et Psalm. alibi. Et statuit procellam in auram, & deduxit eos in portum voluntatis eorum. Quatuor venti principales, sunt quatuor virtutes cardinales: de quibus Zacha. 6. Isti sunt quatuor venti cœli, qui egrediuntur vt stent (.i. stare faciant) coram dominatore omnis terræ.

Vẽtus bonus, & malus q̃ sint

Septẽ venti septem sunt dona Spũs san.

Quatuor vẽti prĩcipales sũt quatuor virtutes cardinales.

Habet etiam thesauros abyssorum. Vnde Psalm. Ponẽs in thesauris suis abyssos. Abyssus est profunditas iudiciorum & consiliorum Dei. Quia vt dicit Psalm. Iudicia Dei abyssus multa. Quoniam ad pœnam malorum. Vnde Iob penultimo in fine. Aestimabit abyssum senescentem, idest terminabilem: quia sicut dicitur Apostolus: quod senescit prope interitum est: sed frustra. Vnde Glossa. Frustra exis-

Abyssus.

stimat

Universidad de Deusto Biblioteca

timat pœnas malorum terminari. Quia sicut dicitur Eccl. vltimo in fine. Vermis eorum non morietur: & ignis eorum non extinguetur. Et quantum ad præmiũ bonorum. Psal. 57. Adequauit eos velut in abyssо multa. Et Deuter. penult. De benedictione Dñi terra eius, de pomis cœli, & rore, atque abyssо subiacente. Vbi tria notantur quæ erunt in patria. Abyssus .i. cognitio quæ succedet fidei, q̃ dicitur subiacens, quia fides eius fundamẽtũ fuit Heb. 11. Ros, charitas: & poma cęli cõprehensio, spei succedens.

Tria erũt in patria.

Habet item thesauros arenarum, per quos significatur sanctorum humilitas, quæ numerosa est, & patientia quæ persecutionum & aduersitatum fluctibus allisa est. Vnde Hiere. 5. Posui arenam terminum mari, præceptum sempiternum quod non præteribit: & non commouebuntur, & non poterunt, & intumescent fluctus eius, & non transibunt illud. Et quia sterilis putatur eorum passio sicut arena: sed sub sterilitate latet fęcunditas: sub paupertate diuitiæ. Vnde Deutero. penul. Inundationem maris quasi lac sugent: & thesauros absconditos arenarum.

Arena humilitas ẽ sanctorũ

Vel per niuem significantur simulatores, & hypocritæ, qui exterius habent candorem sicut nix. Vnde Matth. 23. Væh vobis scribæ & pharisæi hypocritæ qui similes estis sepulchris dealbatis, quæ foris apparent hominibus speciosa, intus vero plena sunt ossibus mortuorum, & omni spurcitia. Ecce nix in cãdore foris, & intus in frigiditate offium. Et Hiere. 6. in principio. Sicut frigidam facit cisterna aquam suam: sic frigidam fecit malitiam suam. Sed hi q̃q; pœnitent & loco frigoris succedit calor. vñ Psalm. Qui dat niuem sicut lanam, nebulam sicut cinerẽ spargit.

Nix hipocritas significat.

Per grandinem, sanctorum detractores, & persecutores, & virginum corruptores. Vnde Exo. 9. Linum & ordeum læsum est, eo q̃ ordeum esset virens, & linum iam folliculos germinaret. Linum est virginitas: ordeũ sancto rum humilitas: sed & hi quandoque pœnitent: & tunc grando liquiescit pluuiam lachrymarum. Vñ Eccle. 3. Sicut in sereno glacies: soluentur peccata tua. Et tunc detractores fiunt adoratores. Vnde Esa. 40. Adorabunt vestigia pedum tuorum omnes qui detrahebant tibi.

Grando.

Per nebulam quæ leuis est & obscura notantur excæcati

cati in peccatis & instabiles. vnde in epistola Iudæ in medio. Nubes sine aqua, quæ à ventis circunferuntur. Sed & hi quandoque pœnitent. Vnde Psal. Nebulam sicut cinerẽ spargit. Per cinerem enim significatur pœnitentia: quia cinis & cilicium sunt arma pœnitentis.

Nebula. Cinis.

Per ventos, superbi & se iactantes. Vnde Prouerb. 25. Nubes & ventus, & pluuiæ non sequentes, vir gloriosus & promissa non complens. Sed tales quandoque pœnitẽt, & tunc cadit ventus. Vnde Eccle. 43. In sermone eius siluit ventus. Et Psal. 106. Et statuit procellam eius in aurã, & siluerunt fluctus eius.

Nubes

Per abyssum, cupidi: quia non implentur. Vnde Exo. 1. Aedificaueruntq; vrbes tabernaculorũ Pharaoni Phiton, & Ramesse. Vbi tria vitia designantur. Phiton enim, ideſt os abyssi est cupiditas. Ramesse, ideſt corrosio tineæ, luxuria: & illic erat Heliopolis ciuitas solis, ideſt inanis gloria siue superbia. Similiter Iob 28. Sapientia non inuenitur in terra viuentium (ecce luxuria) abyssus dicit, non est in me: ecce superbia propter tumentes fluctus. Sed hi quoq; aonnunquam conuertuntur. Vnde dicitur Psalm. Omnia quæcunque voluit Dominus fecit, in cęlo & in terra, & in omnibus abyssis. Et tunc fit quod dicitur in Psal. Abyssus abyssum inuocat. Videlicet abyssum gratiæ abyssus culpæ. Quod dicitur Roma. 5. Vbi superabundauit delictum, superabundat & gratia. Et illud Ecclesiast. 44. In cogitatione sua placauit abyssum.

Abissus

Per arenam, steriles & inutiles. Vnde quia sine fructu fuit sapientia Salomonis, comparatur arenæ 3. Reg. 4. in fine. Dedit Dominus Salomoni sapientiam sicut arenam quæ est in littore maris. Sed conuertuntur interdũ steriles boni & fiunt steriles mali & fertiles boni. Vnde 15. Numera stellas si potes. Sic erit semen tuum. Et Deutero. 22. Multiplicabo semen tuum sicut stellas cœli, & sicut arenam, quæ est in littore maris. De pœnis malorum est thesaurus iste. Nix enim est pœna æterna. Vnde Iacob. 6. Qui timet pruinam (scilicet pœnæ temporalis) irruet in eum nix, scilicet pœnæ æternæ, quia transeunt à calore nimio ad frigus nimium. Et Prouerb. vltimo. de mulere forti: Non timebit domui suæ à frigoribus niuis.

Arena

Grando

Grando est pœna percussionis. Vnde Sap. 5. A petrosa ira plenæ mittentur grandines. Ventus quo vt puluis & paleæ dissipabuntur. Vnde Psal. Tãquàm puluis quem proijcit ventus à facie terræ. Et Esa. 64. Cecidimus quasi folium vniuersi. Nebulæ quibus excæcati sunt in peccatis & excæcabuntur in pœna. Matth. 22. Ligatis manibus & pedibus eius, mittite eum in tenebras exteriores. Et Exod. 10. Sint tenebræ super terrã Aegypti tã dẽsæ vt palpari queãt.

Abyssus est interminabilis pœna. Vnde Iob penul. Existimabit abyssum senescentem: sed frustra, sicut exponit Glossa beati Gregorij, vt supra. Arena quia innumerabilis. Vnde Eccl. 1. Arenam maris, & pluuiæ guttas & dies seculi quis dinumerauit? Altitudinem cœli & latitudinem terræ & profundum abyssi quis dimensus est?

Sermo super Os habent repositus est suo loco.

De rubore & dolore homini ob peccatum debito & de causis vtriusque.

IN PSAL. CXXXV. SER. CCC.

Duo in pœnitentia attendantur,

QVi diuisit mare rubrum in diuisiones &c. Per mare rubrum intelligenda est pœnitentia. duo autem attenduntur in pœnitentia, dolor de peccato, & rubor. Mare rubrum diuiditur, quando ex quibus dolendum, ex quibus erubescendum est attenditur. Primo ergo considerare debet peccator ꝙ erubescere dẽt ex multis causis. Primo quia quælibet creatura alia reddit debitum suum creatori suo, & ipse non: & seruat ordinem suum & locum, & ipse non. Vnde Iob 12. Nimirum interroga iumenta, & docebunt te: volatilia cœli, & indicabunt tibi. Loquere terræ, & respondebit tibi: & narrabunt ea pisces maris. Et Prou. 6. Vade piger ad formicam, & considera viam eius, & disce sapientiam: quæ cum non habeat ducem, nec præceptorem, nec principem, parat in æstate cibum sibi: & congregat in messe, quod comedat. Tu autem habes à Deo ducem & præceptorem, & etiam legem & rationem, & hoc non facis. Ad idem facit quod dicit Iob 9. Qui

Peccator ex multis causis dẽt erubescere.

Primo.

Qui præcipit soli & non oritur, & stellas claudit sub signaculo. Et Iob 38. Quis conclusit ostijs mare quando erumpebat &c. Respondet. Circundedi illud terminis meis, & posui vectem & ostia: & dixi, hucusque venies, & non procedes amplius, & hic confringes tumentes fluctus tuos. De omnibus dicitur Iob 14. Constituisti terminos eius qui præteriri non poterunt. Tibi autem ò homo posuit, terminos quando præcepta dedit tibi, quæ tamen transgredi nõ cessas. Vnde Esaiæ 24. Transgressi sunt leges, & mutauerunt ius: dissipauerunt fœdus. Et Malach. 3. A diebus patrum vestrorum: recessistis à legitimis meis, & non custodistis.

Secundo, quia in seipso facit quod nullus bonus paterfamilias in domo sua fieri permitteret, scilicet quòd ancilla dominæ suæ imperet, & melius ornetur quàm domina sua. Vel seruus Domino suo. Et hoc est quod dicitur Proverbiorum 30. Per tria mouetur terra: & quartum quod sustinere non potest. Per seruum cum regnauerit: per stultum cum saturatus fuerit cibo, & per odiosam mulierem cum in matrimonio fuerit assumpta: & per ancillam cum fuerit hæres dominæ suæ Per seruum. per stultam, per odiosam mulierem, & per ancillam, sensualitas designatur. Et Ecclesiast. 25. Mulier, si primatum habuerit contra virum suum erit viro suo. Et Esaiæ 27. In siccitate messis illius confrangentur mulieres venientes & docentes eam. Secundo.

Tertio, de eo ꝙ deiecit se de dignitate sua, & transformauit se in brutum. Vnde Danie. 4. Regnum tuum transibit à te, & ab hominibus eijcient te, & cum bestijs, & feris erit habitatio tua. fœnum quasi bos comedes &c. Et Psalm. Homo cum in honore esset non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, &c. Tertio.

Quarto, ꝙ adeo se vilipendit, & exponit pro tam vili precio & modico, qui tanto precio est emptus: Precioso videlicet sanguine Christi. Vnde 1. Pet. 1. Non corruptibilibus auro & argento redempti estis &c. sed precioso sanguine, quasi agni immaculati Christi. At quo pro se exponit? Pro meretrice, aut alia vili & momentanea voluptate. Vnde Prouer. 6. Precium scorti vix est vnius panis, mulier autem viri preciosam animam capit. Et Proverb. 10. Quarto.

Cor

Cor autem impiorum pro nihilo. Ideo Demosthenes Laidi meretrici grandem mercedem postulanti. Non tanti, inquit, emo aut æstimo pœnitere.

Quinto. Quinto, ꝙ commisit turpitudinem quam sacerdoti nō auderet dicere, & quā vt facinus maxime ignominiosum turpe est nominare. Vnde Ephe. 5. Quæ in occulto fiunt ab ipsis, turpe est dicere. Et Roma. 1. Propterea tradidit illos Deus in passiones ignominiæ.

Sexto. Sexto, ꝙ in tantum contemnit Deum, ꝙ ante oculos eius facit quod coram homine vilissimo non auderet facere. Vnde Esa. 29. Vǣ qui profundi estis corde, vt à Domino abscondatis consiliū, quorum sunt in tenebris opera: & dicunt quis videt nos? & quis nouit nos? Peruersa est hæc vestra cogitatio, quasi si lutum contra figulum cogitet, & dicat opus factori suo: non fecisti me: & figmentum dicat factori, non me intelligis. Omnes ergo prædictæ causæ communes sunt cuilibet peccatori. Verum sunt multæ causæ aliæ secundum personarum circunstantias. Nam quanto quis maior est dignitate, vel sciētia, vel alio modo: tanto magis debet erubescere. Dignitate. Ideo ingenis rubor est, quia genæ, quæ positæ sunt in euidenti significant prælatos qui positi sunt in eminenti: qui plus erubescere debent si peccant. Vnde Cant. 4. Sicut fragmen mali punici: ita genæ tuæ absque eo quod intrinsecus latet. Et per genas fluunt lachrymæ: & ipsi debent pro peccatis subditorum flere. Vnde Thren 2. Lachrymæ eius in maxillis eius.

Causę erubescen ię peccati se cūdū personarum circūstantias.

Scientia. Qui enim docet, vel prædicat erubescere debet nisi fecerit quod dicitur Matth. 7. Hypocrita eijce primo trabem de oculo tuo &c. Et illud. Medice cura teipsum. Tales enim comparantur Matt. 21. filio qui patri dicenti: Vade in vineam meam, Respondit, ibo & non iuit. Laici vero & simplices illi filio qui dixit: Non ibo, & iuit. Istis dicit Dominus: Amen dico vobis quia publicani & meretrices præcedent vos in regnum Dei.

Sex damna peccati. Primum. Ecce sex damna quæ inueniunt de quibus dolendū est. Primo talis amittit Deum, & thesaurum omnium virtutum. Vnde Thren. 1. Manum suam misit hostis ad omnia desiderabilia eius. Quia vidit gentes ingressas in sanctuarium

tium eius, & omnia quæ aggrauerat tolluntur, vt sit verū dicere: Labitur exiguo quod partum est tempore longo.

Secundo, quia pœnæ interminabilis debito obligatur: pro quo anima & corpus obligata tenētur Vnde 4. Reg. 4. Et venit creditor vt tollat duos filios meos, &c. Et Iob. 20. Vadent & venient super eum horribiles. Et Prouer. 22. in principio. Diues & pauper obuiauerunt sibi, &c. Et 29. ante medium. Pauper & creditor obuiauerunt sibi, &c. Secundo.

Tertio, quia nec amissa per se potest reparare, nec se debet soluere. Vnde Psal. Spiritus vadens (supple per se) & non reuertens. sup. per se. Et Thr. 1. Vigilauit iugū iniquitatum mearum in manu eius, conuolutæ sunt & impositæ collo meo. Infirmata est virtus mea: dedit me dominus in manum de qua non potero surgere. Tertio.

Quarto, quia seruus factus est peccati, & diaboli tributarius Vnde 2. Pet. 2. A quo quis superatus est, eius & seruus est. Et Rom. 5. Nescitis qm exhibuistis vos seruos ad obediendum. Serui estis eius cui obediuisti. Et 2. Timo. 2. Nequando Deus det illis pœnitentiam ad cognoscendam veritatem, & resipiscāt à diaboli laqueis, à quo capti: ui tenentur ad ipsius voluntatem. Hinc est, ꝙ si seruum alius seruus vincet, victus victori semper obedientiam debet. Quarto.

Quinto, damnum operis. Dum enim sumus in peccato mortali omnia opera quæ facimus sunt mortua, & præterita, quæ fecimus mortificata. Vnde Thr. 1. Vocauit aduersum me tempus, vt conterreret dilectos meos. Et Iob 24. Dedit illi Deus locum pœnitentię, & ille abutitur eo in superbiam. Et Prou. 5. Ne des alienis honorem tuum, & annos tuos crudeli, &c. Item defraudat dñm Deum seruitio debito & mortuos suffragijs, & à diabolo cui militat, non expectat in fine, nisi mortem æternam pro stipendio. Vnde Rom. 8. Stipendia peccati mors, gratia aūt vita æterna. Quinto.

Sexto, quia nec scit, nec scire potest an remittat ei vnq̄ Deus. Vnde Iohel. 2. Quis scit si cōuertatur Deus, & ignoscat, & relinquat post se benedictionē, sacrificium, & libamen? Istæ sunt duodecim diuisiones, vi. ruboris & vi. doloris. Et nota ꝙ domus Iuda prima ingressa mare rubrum, i. confessio. Vnde Iudas genuit Phares, i. hanc diuisionē, quę facta per pœnitentiā transire potest in terrā promissionis. Sexto.

De fluminibus Babylonis & ijs qui sunt in eis, & iuxta, aut super ea, & de piscibus diaboli, & domini, & eorum seruatorijs.

IN PSAL. CXXXVI. SER. CCCI.

SVPER flumina Babylonis illic sedimus, & fleuimus, &c. Hic considerandum est, quæ sint flumina Babylonis: qui sint in flumine, qui iuxta & qui supra, & qualia sint: Et de piscibus diaboli ac domini: ac de eorum seruatorijs.

Status pœnitentis. Hic describitur status pœnitentis, qui aliquando fuit in flumine Babylonis: nunc autē sedet super flumina, & ideo flet dum recordatur Sion, ideſt status ad quē suspirat: Flumina autem Babylonis sunt tria: vanitas, voluptas, cupiditas. De quibus 1. Io. 2. Omne quod est in mundo, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & superbia vitæ, &c. Vnde notandum q; quidam sunt in flumine Babylonis, vt mundani in flumine vanitatis, & carnales in flumine vanitatis, & carnales in flumine voluptatis.

Flumina Babylonis tria.

Qui sint in flumine.

Qui iuxta flumen. Quida iuxta flumen, vt clausſtrales adhuc cupidi: de quibus Hier. 16. Ad aquilonem iuxta flumen Eufratem victi sunt, & fugerunt. Quidam sunt super flumina, vt verè pœnitentes. Tales inspiciunt aquas labentes securi, quia cum aquæ non feruntur. Sed qui in flumine sunt, cum flumine rapiuntur, & feruntur, & submergūtur. Vnde Iob. 21. Dulcis fuit glareis coccyti, & post se omnem hominem trahet, & ante se innumerabiles. Si quis videret multorum occisorum cadauera trahi per flumina, multum compateretur: sic est de sanctis, de spiritualibus clausſtralibus, qui iam sedent super flumina, & vident fluctum mūdanarum rerum continuè fluentem, & labentem: quia præterit figura huius mundi: vt habetur 1. Corinth. 7. Et vident cum flumine trahi cadauera. Cadauera enim sunt omnes, qui peccant: quia caro data vermibus. Vnde Iob. 21. In pulvere dormient, & operient eos vermes. Et alibi. Impij hæreditabunt bestias, & vermes. Et Eccl. 7. Humilia valde spiritum tuum: quoniam vindicta carnis impij, ignis & vermis. Et Esa. vltimo. Vermis eorum non morietur, & ignis

Qui sup flumina.

Simile.

eorum non extinguetur. Et Iudic. 5. Torrens Cyson traxit cadauera eorum torrens. Cadumim torrens Cyson. Cadumim interpretatur mare rubrum, ideſt infernus: quoniam trahuntur cadauera à flumine: & flumen cadit in mare pariter cum cadaueribus: & ita cadauera cum animabus trahuntur in mare, ideſt in infernum. Vnde Eccles. 1. Omnia flumina intrant in mare, & mare non redūdat. Et Iosue 3 Aquæ quæ inferiores erant in mare solitudinis, quod nunc vocatur mortuum, descenderunt.

Flumina babylonis sunt lutosa: ideo non bona ad potandum. Vnde Hier. 2. Et nunc quid tibi vis in via Aegypti, vt b. bas aquam turbidam? Et Lucæ 10. Martha Martha sollicita es, & turbaris erga plurima. Cum tumultu & raptim fluunt. Vnde Prouerb. 10. Quasi tempestas transiens impius non erit: iusti autem quasi fundamentum sempiternum. Et Ecclesiast. 40. Substantiæ iniustorum sicut fluuius siccabuntur: & sicut tonitruum magnum in pluuia personabunt. Periculosa sunt & profunda, ideo non est bonum per ea transire. Vnde Psalm. Non me demergat tempestas &c. Bonum est hæc flumina prætereuntia videre: sed non est bonum in eis esse: vel de eis bibere, vel in eis submergi, quia profunda sunt, & ad ima trahunt: & latet in eis draco deuorans, scilicet crocodilus: ideo non est tutum in eis balneare. Vnde Ezech. 29. Ecce ego ad te draco magne qui cubas in medio fluminum tuorum & dicis, meus est fluuius, & ego feci memetipsum. Et paulo post. Proijciam te in desertum, & omnes pisces fluminis tui. Super faciem terræ cades &c. Desertum hoc est infernus, in quo ignis viuus sine aqua. Vnde diues sepultus in inferno guttam aquæ non poterat inuenire in refrigerium. vt habetur Luc. 16. Ideo pisces Pharaonis .i. qui hic in fluminibus lasciuiunt, ibi quasi in sicco non palpabunt, & æternaliter morientur. Vnde Esa. 50. Computrescent pisces sine aqua & morientur in siti .i. in igne æterno. Item assabuntur igne æterno pisces diaboli: sicut pisces Domini igne temporali. Vnde in fine Lucæ: post resurrectionē dicuntur discipuli obtulisse Domino partem piscis assi. Piscis assus, est genus humanum post peccatum Adæ igni tribulationis expositum: cuius pars assa, quantum ad electos

Flumina babylonis lutosa.

Bonū est videre flumina prætereuntia

Universidad de Deusto Biblioteca

ctos temporaliter affligitur: reliqua pars quantum ad reprobos igni æterno tradendos cedet diabolo & angelis eius.

Item in prædicta flumina vult Pharao, ideſt diabolus Exod. 1. maſculos mitti, quaſi bonos piſces in ſeruatorium, vt paratos habeat ad cibum cum voluerit. Vnde quaſi in ſeruatorio diaboli ſunt, de quibus dicitur Iob 31. Ducunt in bonis dies ſuos: & in puncto ad inferna deſcendunt. Quaſi dicat, ad morſum diaboli rapiuntur. Quaſi in ſeruatorio diaboli erat, qui dicebat Luc. decimoſexto. Anima multa bona habes &c. Et dictum eſt ei, Stulte hac nocte repetunt animam tuam à te, quaſi dicat, hac nocte manducaberis vt piſcis. Vnde Iob 21. In diem perditionis ſeruatur malus: & ad diem furoris ducetur. Dominus autem habet ſeruatoria ſua, ſcilicet clauſtra, in quibus piſces ſuos ſeruat. Quid enim eſt clauſtralem eſſe extra clauſtrum, niſi piſcem eſſe extra viuarium, vel extra ſeruatorium? Piſces quando de mari aſcendunt in dulces aquas impinguantur: ſic & mundani quando exeunt mundum & intrant clauſtrum meliorantur vt ſaluentur. Econuerſo quando clauſtrales intrant in mundum moriuntur, vt aquæ dulcis piſcis, qui intrat mare. Diabolus habet retia ſua, quibus capittales piſces in aquis Aegypti. Aquę enim mundi, quaſi aquæ Aegypti plenæ ſanguine ſunt. Vnde Exod. 7. Verſa eſt aqua, ideſt voluptas, in ſanguinem, ideſt peccatum: & piſces qui erant in ea mortui ſunt, computruitque fluuius. Hoc erit in die iudicij, quando Dominus bonos piſces à malis ſeparabit in iudicij litto-re. Interim enim ſunt boni & mali in mari, ideſt in mundo. Vnde Matth. decimotertio. Simile eſt regnum cęlorum ſagenæ miſſæ in mare &c. Hic quaſi duæ ciuitates mixtæ modo ſunt, ſcilicet bonorum, & malorum. Vnde Eſa. decimonono de rete diaboli. Confundentur omnes, qui operantur linum: omnes qui faciunt lacunas ad capiendos piſces.

Seruatoria piſciũ Dei, ideſt clauſtralium. Simile.

De cantico concordiæ quomodo non cantetur in ſtatu, peccati ſed gratiæ: & quomodo & per quæ fiat diſcordia.

IN PSAL. CXXXVI. SER. CCCII.

QVOMODO cantabimus canticum Domino in terra aliena? Hic tria ſunt conſideranda. Primo, quomodo in ſtatu peccati non eſt canticum concordiæ. Secundo, quomodo ſit in ſtatu gratiæ. Tertio, quando incipit prima diſcordia: & q̃ tria attenduntur, quæ non obſeruata faciunt diſcordiam.

Quandiu ſumus in peccato, ſumus in terra aliena. Et ſicut filij Iſrael ſeruierũt Pharaoni, ita diabolo ſeruimus: ſicut habetur Exod 1. Et Eſa. 26. Poſſederunt nos Domini abſque te. Vnde & Prouerb. 5. Ne des alienis honorem tuum &c. In terra aliena non cantatur canticum: quia ſicut dicitur Eccle. 15. Non eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris. Egreſſi autem de ægypto cantauerunt canticum Domino: vt habetur Exod. 15. In terra aliena non eſt canticum, ſed diſcordia. Vnde Eccleſ. 22. Muſica in luctu, importuna narratio.

Exiſtẽ te in peccato ſunt in terra aliena.

Quandiu autem anima eſt in ſtatu gratiæ in ſe habet quaſi muſicam harmoniam. Vbi eſt concordia, eſt quædam diuerſitas & quædam vnitas. Vbi eſt ſola vnitas vocum non eſt concordia, vt in cantilena cuculi. Vbi etiã eſt pura diuerſitas, ita q̃ nulla proportione iungũt ſe voces, nõ eſt cõcordia. Qñ ergo tam diuerſa quàm ſunt corpus, & anima, ad idẽ conueniunt: idẽ q̃runt, idẽ diligũt: cõcordia eſt. Vñ Eſ. 16. Sup hoc vẽter meus ad Moab quaſi citharа ſonabit. Vẽter eſt ſenſualitas: qñ aũt qs eſt in ſtatu culpæ, ſoluit Harmonia, ita q̃ nõ ſolum iã eſt diſcordia, ſed etiã ſeditio tumultuoſa. Vñ Prou 27. Tecta pſtillantia in die frigoris: & mulier litigioſa cõparãtur. Et Exod. 2. dr̃ q̃ vir ægyptius litigabat cõtra hebræũ & percutiebat eũ. Quis eſt hic vir ægyptius niſi caro, quæ contra hebræũ rixatur: & hebræum percutit, dum ſpiritum affligit.

Cõcordia qñ ſit.

Et attende q̃ Moyſes occidit illũ, & abſcondit in ſabulo. Moyſes aũt Aegyptiũ occidit, quãdo quis ſecũdum legis

mandata carnem mortificat & affligit. In fabulo abscondit, quando se sterilem reputans, omne bonum opus Deo ascribens, videri ab hominibus factum suum ad laudem suam non quærit. Nunquid magnum est litigium, quãdo hebræus etiam contra hebræum litigat? Nam & ideo ibidem dicitur. Egressus die altero, vidit hebræos corrixantes. Hebræus rixatur contra Hebræum, quando non solũ caro contra spiritum: sed in interiori homine affectus litigat contra intellectum: quando intellectus ab affectu dissentit: immo ipsa conscientia sibi contradicit. Dixitq; Moyses ei qui faciebat iniuriam: Quare tu percutis proximũ tuum? Qui respondit. Quis constituit te principem, & iudicem inter nos? Ecce q̃ noluit Moysem audire. Moysem non vult audire, qui propter legẽ Dei, propter quãcunque prædicationem à peccato non vult desistere. Ideo in persona talium dicit se virum discordiæ. Hier. ca. 15. Væh mihi mater mea, quare me genuisti virũ rixæ, virũ discordiæ in vniuersa terra? Solet dici de malo cantatore, quòd non solum discordat, sed vlulat. Vlulare ferarũ est vt luporum. Ex quo ergo per peccatum transformatur homo in brutum, quomodo de se proferet cantum, & non potius vlulatum? Ideo dicitur Esa. 14. Ibi vlulæ respondebunt in ædibus suis.

Hebræus cõtra hebræũ tũc rixat, qñ affectꝰ litigat contra intellectum.

Initiũ discordiæ.

Hæc discordia primo incepit à diabolo. Secũdo ab Adã. Vnde canticum diaboli & canticum Adæ non est verum canticum, sed discordia & vlulatus. In cantu attenduntur tria: scilicet arsis & thesis, idest eleuatio & depressio: vel gariter amontee & auallee & mutationes .i. muees. Quinimis eleuat vocem plurimum discordat. Enormis fuit eleuatio vocis Luciferi, qua dixit Esa. 14. Super astra cœli exaltabo solium meum, sedebo in monte testamenti, in lateribus aquilonis, ascendam super altitudinem nubiũ: similis ero altissimo &c. Quia sicut dicit Psal. Quis in nubibus æquabitur Domino? Quasi cithara diaboli rupit chordam suam: & tunc fecit discordantiã. Vnde Hier. 11. A voce loquelæ grandis ignis exarsit in ea. Et Dan. 8. Oculi quasi hominis erant in cornu isto: & os loquens ingentia. Nihil autẽ ita percipitur sicut discordantia. Vnde cum a superioribus non sit nisi concentus: secundum illud Iob

Iob 25. Qui fecit concordiam in sublimibus suis. Et Iob 38. Quis enarrabit cœlorum rationem & concentũ cœli quis dormire faciet? Cœli non potuerunt discordantem sustinere, & sicut fuit enormis Luciferi eleuatio, sic etiam fuit enormis descensio siue depressio. Vnde Esa. 14. Quomodo cecidisti de cœlo Lucifer, qui mane oriebaris? Corruisti in terram. Et paulo post. Ad infernum detraheris, in profundum laici. Et Lucæ 10. Videbam Sathan sicut fulgur de cœlo cadentem. Similiter fuit enormis mutatio de angelo in diabolum: de carbunculo in carbonem: de phiala in lebetem. Vnde Ezech. 21. Perdidisti sapientiam tuam in decore tuo: nihil factus es, & non eris in perpetuum. Similiter enormis fuit Adæ ascensio siue eleuatio cum dictum fuit ei Gene. 3. Eritis sicut dij &c. Enormis autem descensio cum descendit infra se. Vnde Psalm. Homo cum in honore esset non intellexit: compa ratus est iumentis &c. Enormis etiam fuit eius mutatio: quando de immortali factus est mortalis. Quã mutationẽ Dominus innuens, dixit Gene. 3. Adam vbi es? Hi ergo propter enormitatem non fecerunt nisi discordantias. vnde non sunt dicendi fecisse cantica: propterea in representatione huius rei cadit & auferetur in ecclesia in septuagesima, alleluia. Ex illo seminario orta est in mundo omnis discordia. Vnde etiam fuit inter primos fratres Cayn & Abel. Nunquam autem quispiam discordat cum alio nisi prius discordet secum. Prima ergo fuit illa discordia qua homo secum discordauit. Secunda quæ cum proximo. Ex hoc sunt tantæ in capitulis discordiæ: & in clausturis inter clausturales: & in ciuitatibus inter ciues seculares. Vnde Iacob 4. Vnde bella & lites in vobis: nonne ex concupiscentijs vestris, quæ militant in membris vestris?

Eleuatio luciferi fuit discordantia.

Discordia dupl.

Resumitur alleluia in resurrectione: & illi qui resurgunt cum Christo Domino debent illud resumere, non alij: quia alij adhuc sunt in terra ægypti, in terra aliena. Ideo dicitur in Psalm. Cantate Domino canticum nouum. Vetus canticum est canticum diaboli & canticum Adæ. Vnde dicitur. Recedãt vetera de ore nostro. Et Es. 26. Ingredietur gens sancta & custodiens veritatẽ. Vetus error abijt. Ideo dicitur. Cantate Dño canticum nouum.

Allelu. in resurrectione rẽ sumitur

Canticū nouū tribus personis canta ri solet.

Canticum aūt Christi est canticū sponsi, victoris & peregrini. His enim tribus personis solemus cantare. Canticum sponsi cantamus Christo propter incarnationem. Vnde Psal. Tanquā sponsus procedens de thalamo suo. Et ideo Dauid eidem cantauit dicens. Eructauit cor meū verbum bonum. Hoc canticum habuit arsim & thesim, & mutationes mirabiles. Arsim, quia miro modo exaltata est humana natura, vnde Psal. Magnificauit Dñs facere nobiscum. Et Ecclesiast. 36. Extolle aduersarium, & affligе inimicum &c. Dominus prius insultauerat Adæ, dicēs illi quasi per irrisionem Gene. 3. Ecce Adam quasi vnus ex nobis: nunc autem verè non irrisorie potuit dicere, q̄ ipse est Emanuel. i. nobiscum Deus. Vnde Esa. 7. Vocabit nomen eius Emanuel. Thesim, quia miro modo humiliata est diuina natura, descendens vsque ad mortem, mortem autem crucis. Vnde Phil. 2. Christus factus est obediens patri, vsque ad mortē, mortem autem crucis. Immo etiam vsque ad inferos descendit. Vnde miratur Ioan. Bapt. dicens Matt. 11. Tu es qui venturus es, an aliū expectamus? Mutationem quoque habuit mirabilem & inauditam. Nam inuisibilis nobis, factus est visibilis: æternus, temporalis: homo, Deus: creator, creatura: &c. Et virgo manens virgo, facta est mater. Et hoc significatū est 1. Reg. 21. Vbi dicitur q̄ Dauid mutauit vultum suum coram rege Achis: qui interpretatur patris mei regnum. Et Christus vultum mutauit coram Iudæis. Et 2. Reg. 14. Thecuitis immutauit vertens figuram verbi. Verbum est Christus. Verbi immutata est figura, quando humanam

Eleuatio, & depressio Christi non fecerūt discordiā.

naturā assumpsit diuina. Sed nunquid hæc eleuatio & depressio & mutatio cum tantæ fuerint, fecerunt discordiā? Nequaquā. Ideo de hac aualle. i. descensione dicitur Sapien. 8. q̄ Sapientia attingit à fine vsque ad finē fortiter: & disposuit omnia suauiter. Ecce concordia & suauitas sine lodiæ. Ecce (inquit Dñs, Hier. 29.) cogito super vos cogitationes pacis, & non afflictionis. Pacis inquam inter Deum & hominem, inter angelum & hominem, & inter hominem, & hominem. Omnem ergo concordiam composuit: hoc est q̄ mulier Thecuitis inuertens verbi figuram, Absalonem Dauid reconciliauit 2. Regum 14.

Ideo

Ideo legitur Gen. 2. Et fluuius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum paradisum, qui inde diuiditur in quatuor capita. Nomen vni Phison &c. In quo oīa quæ dicta sunt de cantico figurantur. Phison interpretatur oris mutatio: quod ptinet ad dictā mutationē. Gyon, hiatus tertæ, qđ pertinet ad dictā depressionē. Tigris, sagitta: cuius est sursum mitti & ascendere siue ferri, quod ptinet ad naturæ nr̄æ sublimationē & dictam eleuationē. Et qa dicta tria, arsis, thesis, mutatio, discordia non fecerūt, sed mirabilem harmoniā & pacem vniuersalem: ideo subdit quartus fluuius. s. Eufrates: qui intepretatur frugifer. Huius. n depressionis, eleuationis & mutationis fructus fuit pax. Hic autem est fructus ventris: de quo Psalm. Ecce hæreditas Domini filij merces, fructus ventris. Et iterum De fructu ventris tui ponam super sedem tuam.

Secundo cantandum est canticum Christo tanquàm victori in resurrectione. vnde Ephe. 5. cui & qualiter sit cantandum. Implemini Spiritusan. loquentes verbis in hymnis & canticis, & psalmis spiritualib. cantantes, psallentes, in cordibus vestris dño. Sicut significatū est Exodi. 15. in principio. Cantem⁹ Dño. Glorioſe. n. magnificatus est &c. Et 1. Reg. 18. cum reuerteretur Dauid percussio Philisteo: & ferret caput eius in Hierusalem: egressæ sunt mulieres cantantes & choros ducentes.

Cātic. cū Chō tanquā victo cantandum est.

Cantandū tertio est Christo in Ascensione tanquam peregrino de peregrinatione redeūti. Incarnati. n. fuit perigrinari, qñ induit chlamydē carnis nostræ. Peregrini nūc tēporis qñ redeunt de peregrinatione ornant coquillis. i. conchiliorū testis chlamydem suam. Et Christus cum carne glorificata quasi cum chlamyde ornata, tedijt in Ascensione de peregrinatione sua. Vnde occurrendum est ei cū gaudio: sicut leguntur angeli occurrisse dicentes Esa. 63. Quis est iste qui venit de Edom, tinctis vestibus de Bosra? Iste formosus in stola suæ gradiens, in multitudine fortitudinis suæ. Et ideo in specie peregrini apparuit post resurrectionem duobus discipulis: vt habetur Luc. vlti. vbi dicitur. Tu solus peregrinus es in Hierusalem & hæc ignoras? Et Prouerb. 7. Abijt via longissima &c.

Simile.

De

Universidad de Deusto
Biblioteca

De paruulis .i. primis motibus reprimendis.

IN PSAL. CXXXVI. SER. CCCIII.

Primi motꝰ paruuli dicũtur.

BEATVS qui tenebit & allidet paruulos suos ad petram. Paruuli sunt primi motus. s. sensualitatis, motus inuidiæ, motus pusillanimitatis, motus falsæ humilitatis, motus deficientis sensus.

Motus sensualitatis paruuli dicuntur, & crescunt cum procedunt ad delectationem: adulti sunt cum veniũt vsq; ad consensum. Hi ergo non sunt nutriendi, sed destruendi. Vnde Hiero. Dum paruus est hostis interficiendus est quasi in semine: ne post dicat nobis illud Iob. 3. Quare nõ in vulua mortuus sum: egressus ex vtero non statim perij? Quare exceptus genibus? Cur lactatus vberibus? Vnde Iaco. 1. Concupiscentia cum conceperit, parit peccatũ: peccatum vero cum consummatum fuerit, generat mortem. Et Cant. 2. Capite nobis vulpes paruulas quæ demoliuntur vineas. Si enim creuerint comburent igne concupiscentiæ messem bonorum operum. Habent enim alligatum in caudis ignem culpæ æternæ & ignem gehennalis pœnæ. Vide de vulpibus Sansonis Iudic. 16.

Motus inuidiæ.

Motus inuidiæ dicuntur paruuli: quia inuidia detrahit animum, & ex alterius promotione & augmento se existimat minorari. Vnde Iob 5. Vnum stultum interficit iracundia: & paruulum occidit inuidia. Quasi minorari se existimabat Saul inuidus ex bene gestis Dauid. Vnde dicit 1. Reg. 28. Dederunt Dauid decem millia, mihi mille: quid ergo ei restat nisi solum regnum?

Motꝰ pusillanimitatis.

Paruuli dicuntur motus pusillanimitatis: quia parui cordis dicitur pusillanimus, vt qui timet tribulationes. Vnde cum esset parui cordis, dixit Dominus Petro. Matt. 14 Modicæ fidei, quare dubitasti? Sed non erat parui cordis illa cui dictũ est Matt. 15 Mulier, magna est fides tua &c. Nutrimentum meritorum nostrorũ est tribulatio & quasi lac eorum. Vnde qui auertunt se a tribulatione, sunt tanquàm paruuli qui auertunt se ab vbere. De hoc lacte dicitur Deut. penult. Inundationes maris quasi lac sugent &c.

De

De auersione Proue. 1. Auersio paruulorũ interficiet eos. Et in Psal. Sicut ablactatus super matre sua &c. i. Sicut puer ablactatus, & qui dẽret adhuc ineũbere sup matrẽ.

Motus falsæ humilitatis.

Motus falsæ humilitatis paruuli dicuntur, quando quis humiliat se vt crescat in temporalibus: vel vt decipiat. De hoc dicitur Eccl. 19. Est qui inequiter humiliat se & interiora eius plena sunt doli. Et ideo Eccl. 11. Et si humiliatus vadat curuus, abijce animum tuum, & custodi te ab illo. Et Colos. 2. Nemo vos seducat volens, in humilitate & religione angelorum q̃ non vidit ambulans, frustra inflatus.

Deficientes sensu dicuntur paruuli.

Sant & paruuli sensus deficientis. Vnde 1. Cor. 14. Nolite pueri effici sensibus, sed malitia paruuli estote, sensibus autem perfecti estote. Ad petram Christum allidendi sunt paruuli isti, quia Christus petra est 1. Corin. 10. Paruuli sensualitatis ad petram castitatis & calculum candidum: de qua Apoc. 2. Vincenti dabo manna absconditum, & dabo illi calculum candidum, & in calculo nomen nouum scriptum, quod nemo scit nisi qui accipit, Et vt dicitur Sap. 8. Candor est lucis æternæ.

Ad petrã ideſt ad Christum allidendi sunt paruuli.

Paruuli inuidiæ ad Christum qui est petra charitatis, de qua fluit, mel, oleum, & aqua. Mel testimonia sunt deitatis. Oleum beneficia pietatis: aqua fons doctrinę. De oleo Iob 29. Petra fundebat mihi riuos olei. De duobus primis simul Deuter. 32. Vt sugerent mel de petra: oleum q̃ de saxo durissimo. De tertio in Psal. 77. Percussit petram, & fluxerunt aquæ &c. vt habetur Exod. 17. De hac petra Christo exiuit aqua per se: & sanguis & aqua simul. Aqua per se vt dictum est: vnde super illud Matc. 15. Et facta hora sexta, tenebræ factæ sunt per tõtam terram, vsque in horam nonam. dicit Glos. Hic adest, hic distillauit de ligno sanguis &c, Sanguis & aqua simul. vt Ioan. 19. Vnus militum lancea latus eius aperuit: & continuo exiuit sanguis & aqua. Aqua tantum in signum q̃ quandoq; fit solaremissio culpæ. Sanguis tm̃, quia solius pœnæ. Sanguis & aqua simul: quia quandoq; culpæ simul & pœnæ.

Paruuli pusillanimitatis allidantur ad Christum qui est petra fortitudinis & firmitatis. Vnde Matth. 7. Descendit pluuia & venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerũt in domum, & nõ cecidit: fundata enim erat super petram.

Paruuli

Paruuli falsæ humilitatis, Vnde dicit Matt. 11. Discite à me, quia mitis sum & humilis corde. Corde dicit, vt notetur vera humilitas.

Paruuli sensu, qa Christus est, vera sapiẽtia. Vñ 1. Cor. 1. Sitis perfecti in eodem sensu & in eodem scientia. Nos prædicamus Christum crucifixum: Iudæis quidẽ scandalum, gentibus autem stultitiam: ipsis autẽ vocatis Iudæis atque Græcis Christum Dei virtutem & Dei sapientiam.

De duplici conspectu, & de oratione quomodo debet esse attenta, deuota, pura & assidua & quomodo orando exprimere debemus hierarchias.

IN PSAL. CXXXVII. SERMO CCCIV.

IN conspectu angelorum psallam tibi, adorabo ad templum sanctum tuum, & confitebor nomini tuo. Primo considerandum est, quomodo oratio debet esse attenta, siue studiosa, deuota, pura, & assidua. Secundo quomodo in orando exprimere dẽmus angelicas hierarchias.

Conspectus duplex.

Est conspectus quo nos conspiciunt angeli: & est cõspectus quo nos conspicimus angelos. Secundum ergo conspectum angelorum ad nos, inuitamur ad psallẽdũ studiose, siue attente & deuote. Et videtur respondere illi verbo quod dicitur Cantico. vlt. Qui habitas in hortis, fac me audire vocem tuam: Amicus auscultat, ideo studiose: quia vt dicit Ouidius. Excitat auditor studium: laudataq; virtus Crescit: & immensum gloria calcar habet. Maxime autem si amicus auscultat. Vnde Psal. Præuenerunt principes coniuncti psallentibus in medio iuuencularum tympanistriarum. Inimici autem & inuidi, si auscultãt, detrahunt. Vnde Thren. 1. Viderunt eam hostes, & deriserunt sabbata eius. Ideo dicitur Eccl 32. Vbi non est auditus nõ effundas sermonem: & importune noli extolli in sapientia tua. Nam angeli. s. dæmones nihil magis inuite audiũt quàm prædicationem: quia est laus Dei & ipsorum vituperatio & conuitium. Horum complices sunt inuidi.

Studiosè & deuotè psallendum est.

Item deuote, quia angeli Dei sunt qui audiunt orationem?

nem: si deuotam audiunt dignam Deo reputantes, ad ipsum deferunt: si autem indeuotam, quasi munus Deo indignum non curant. Deuotio autem quæ sacrificium Deo dignum facit, non quantitas in oblatione extendenda est, vt patet de vidua Matth. 21. quæ duo minuta tantum in gazophilacium misit: & tamen dicit dñs, Vidua hæc pauper, plus quàm oẽs misit. Non numerus syllabarum in oratione. Vnde Matt 6. Orationes autem nolite multum loqui, sicut ethnici faciũt, putant enim quòd in multiloquio suo exaudiantur. Puri aũt affectus orationem deferũt angeli. Vñ Tob 12. Quando orabas cum lachrymis, & sepeliebas mortuos, & derelinquebas prandium tuum, & mortuos abscondebas per diem in domo tua, & nocte sepeliebas eos: ego obtuli orationem tuam domino.

Deuotio in oratione necessaria.

Secundum illum conspectum quo nos conspicimus angelos, inuitamur ad psallendum pure & assidue. Pure qua si dicas in laudando te propono mihi angelos in exemplum ad imitandum: qui pure laudant, dum nihil aliud sibi proponunt quàm Deum, amantes ipsum pp ipsum. Sic non laudant Deum, qui temporalia quærunt: qui pro terrenis seruiunt & pro horarijs denarijs: quasi mercenarij. Contra quos Malach. 1. Quis in vobis qui claudat ostia, & incendat altare meum gratuito? Et Malac. 2. Dispergam super vultum vestrum stercus solennitatum vestrarũ. Iõ dicitur Matth 21. Eijciebat vendentes & ementes de templo. Et Matth. 23. Væh vobis cæcis qui dicitis: quicunq; iurauerit, per templũ nihil est: qui aũt iurauerit in auro templi, debet. Et Mich. 3 Qui mordent dentibus, & prædicant pacem: & siquis non dederit In ore eorum quippiã, sanctificantur super eũ prælium. Ideo apud Sanctũ Dionysium platea dr panteræ (seu patere) vbi est circuitus parochiarum vbi non cessant celebrare & missas bifaciare vt lucrent. Vñ Ose 5. Laqueus facti estis speculationi, & sicu rete expãsũ super thabor, & victimas declinastis in profundũ. Iõ legunt apparuisse à dextris. in fine euangelij Marci: & Lucæ. i. dr. Apparuit ei angelus stãs à dextris altaris incensi. Stare ministrantis est. Stat à sinistris qui tpalibus seruit, vt sacerdotes veteris testamenti: qui tpalia petebãt à dño. Christus aũt stat à dextris Dei patris, q eter

Pure & assidue laudandũ est exemplo Angelorum.

Stare à sinistris quid.

na promittit suis. Vnde Heb. 9. Christus assistens pontifex futurorum bonorum &c. Sic & de regina sponsa Christi. dicit Psal. Astitit regina à dextris tuis &c. q d. æterna tantum quærens. Et merito regina dicitur quæ suspirat tantū ad regnum. Concubina autem est quæ tantum seruit pro temporalibus, & partem non habebit in regno. Quòd ergo angelus apparet stans à dextris, significat ꝙ non seruit nisi pro æternis? & inuitat nos ad seruiendum tantum pro æternis. In hoc etiam ꝙ apparent angeli stantes, innuitur ingeeorum ministerium, & quòd inuitant nos ad assiduitatem. Ideo dicitur Esaiæ 6. Seraphim stabant &c. Et Dan. 7. Milia milium ministrabant ei, & decies centena milia assistebant ei. Vnde Lucifer, qui dominari & ministrari non ministrare volebat: dixit Esa 14. Sedebo in monte testamenti &c. Hæc ergo duo quæ conspicimus in angelis scilicet quòd stant & à dextris inuitant nos ad duo: ad puritatem obsequij & assiduitatem. Quia sicut dicitur Iacob vlt. Multū valet deprecatio iusti assidua. Et Luc. 11. Quis vestrum habebit amicum, & ibit ad illum media nocte, & dicet illi, amice commoda mihi tres panes, qm amicus venit de via ad me, & non habeo quod ponam ante illum. Et ille de intus respondens dicat: noli mihi molestus esse, non possum surgere & dare tibi. Et si ille perseuerauerit pulsans; dico vobis & si non dabit illi surgens eo quòd amicus eius sit, propter improbitatem tamen eius surget, & dabit illi quotquot habet necessarios. Et ego dico vobis: petite & dabitur. Petite inquit sicut ille instanter & improbè atque assiduè.

Stare angelorū à dextris ad duo nos inuitant.

Vel aliter. In conspectu angelorum psallam tibi: quasi in oratione mea hierarchias angelicas exprimendo, & me illis conformando. Vnde dicitur Exod. 26. in fine. Inspice & fac omnia secundum exemplar, quod tibi monstratum est in monte. Idem citatur Heb. 8.

Quæ pertinent ad vsum prę sentis vitæ, de parua facultas rerū dicuntur.

Angeli autem minora nunciant. Quando ergo de minoribus oramus, quasi angelorum ordinem in nobis formamus. Parua vel minora sunt quæ pertinent ad vsum huius vitæ, vt est sanitas corporum, tranquillitas temporū, & filiorum eius. De tranquillitate temporum & pro pace: vt in oratione Deus à quo sancta desideria &c. vsq; in finem. Pro pluuia & fructibus terræ. Vñ Iacob. vlt. Helias erat homo passibilis similis nobis, & oratione orauit vt non plueret super terram: & non pluit annos tres & menses sex. Et rursum orauit: & cœlum dedit pluuiam, & terra dedit fructum suum. De facultate rerum dicitur Matt. 6. Nolite solliciti esse dicentes, quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur &c. quod ideo dicit: quia parua paruo affectu expetenda sunt, & non principaliter, vnde subdit ibidem. Quærite ergo primum regnum Dei, & iustitiam eius: & hæc omnia adijcientur vobis. Vult tamen vt pcemur pro victu necessario dicentes illud Matt. 5. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Petere autem regnum Dei & iustitiam eius est in se angelos conformare.

Archangeli maiora nunciant. Quando ergo de his orationem facimus, quasi archangelos in nobis conformamus. Sicut orauit Moyses Exod. 33. Ostende mihi faciem tuam. Maiora sunt quæ ad causam pertinent animarū, vt est ereptio periculosæ tentationis. Sicut de Paulo legitur 2. Corin. 12. Propter quod ter Dominum rogaui. Item facultas alicuius boni operis & dilatio exitus propter pœnitentiam: & hæc quia maiora, sunt maiori affectu postulanda: quæ dum oīa postulamus, in nobis archangelos cō formamus. Tamen & in iam dictis, & in his conditio ad temperamentum apponenda, & conditoris arbitrio committenda est oratio, vt apponatur illud Iacob. 4. Si dominus voluerit, & si vixerimus, faciemus hoc vel illud.

Maiora dicunt q̄ pertinent ad causā aīarum.

Principatus, secundum Dionysium, dicuntur ducatus. Quoniam ergo magnū opus incipimus ab oratione, quasi ducatum & principatum in nobis exprimimus. Oratio nem enim debemus præmittere. vnde dicitur Matth. 15. Hymno dicto abierunt in montem oliuarum? Et Esa. 30. Vt ordiremini telam & non per spiritum meum: vt addatis peccatum super peccatum. Et os meum non interrogastis, sperantes auxilium in fortitudine Pharaonis. Os domini non interrogat, qui non inchoat factum ab oratione Deum orans. In hoc tertio gradu petenda sunt necessaria

Principatus dicuntur ducatus.

Universidad de Deusto Biblioteca

cessaria saluti: & hoc maximo affectu: quia principalissima sunt, vt cum petimus misericordiam, quia indulget gratiam, quia adiuuat gloriam, quæ consummat. In his non est conditio apponenda: sed plena intentione petenda sunt. Et hæc quærens, est in se principatus ordinem conformare.

Potestas. Potestas secundum Dionisium pertinet ad ordinationem. Vnde Roma. 13. Non est potestas nisi à Deo: quæ autem sunt à Deo ordinata sunt. Itaque qui resistit potestati Dei ordinationi resistit. Oratio ergo illa pertinet ad potestatem quæ ordinata est. Ordo autem est prius pati quàm regnare. Vnde 1. Petr. 1. Prænuncians quæ in Christo sunt posslides & posteriores glorias, prius humiliari, post exaltari. Vnde Luc. 14. & 18. Qui se humiliat exaltabitur. Non fuit ordinata oratio illa Matth. 20. Dic vt hi duo filij mei sedeant vnus ad dexteram tuam & vnus ad sinistram in regno tuo. Ideo dominus respondit. Nescitis quid petatis, Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum?

Virtutes. Virtutes dicuntur, q impediri non possunt. Virtutes ergo pertinent ad orationis efficaciam. Hanc autem efficaciam præstat fiducia impetrandi. Vnde 1. Ioan. 5. Hæc est fiducia quam habemus ad Deum, quia quæcunq: petieritis secundum voluntatem eius, audiet vos. Et Iacob 1. Postulet autem in fide, nihil hæsitans &c.

Dominationes. Dominationes pertinent ad imperium: oratio illa in se format dominationes, quæ imperiosa est & victoriosa supra cogitationes & affectionem. Sicut legitur de duobus cæcis Matth. 20. in fine, quòd turba increpabat eos vt tacerent, at illi magis clamabant: & per hoc visum consecuti sunt. Et Gen. 15. Descendebant volucres super cadauera: & abigebat eas Abraham. Et Eccl. 10. Muscæ morientes perdunt suauitatem vnguenti.

Tronus. Thronus dicitur secundum Diony. in de diui. no. Os super aduentus familiariter apertum, vt Thronus regis: in quo intelligitur oratio expansa. In se. n. formatur thronum qui orationi expandit animæ sinum. Vnde Zach. 11. Aperi Libane portas tuas: & deuoret ignis cedros tuas. Vel per Thronum intelligitur oratio humilis, quia Thronus sedes est iudicantis, & sedere. est humilium sese iudicantiũ.

Cheru-

Cherubim interpretantur plenitudo scientiæ. Hunc ordinẽ exprimit oratio discreta, piam habens conditionem, qualis est vt diximus Iacob. 4 Si Deus voluerit, si vixerimus &c. Et quia non erat discreta oratio illa Matt. 20. Dic vt sedeant &c. Ideo respondet dñs. Nescitis quid petatis, vt supra. Hanc autem scientiam discernendi quid orandũ sit, pauci habent: ideo dicit Apostolus Rom. 8. Spiritus adiuuat infirmitatem nostrã. Nam quid oremus sicut oportet, nescimus: sed ipse spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Cherubi.

Seraphim ardor, hunc ordinem exprimit oratio deuota in charitate fundata. Vñ comparatur Thuri in igne in Psal. Dirigatur oratio mea sicut incensum &c. Et Eccl. 50. Quasi ignis effulgens & thus ardens in igne. Et Rom. 12. Orationibus instantes, spiritu feruentes &c. Seraphi.

De probatione multiplici s. vasorum animæ nostræ. moneta i. doctrinæ spirituum, vinorum bonorum & ministrorum.

IN PSAL. CXXXVIII. SERMO. CCCV.

DOMINE probasti me & cognouisti me &c. Probantur vasa, vtrum sint integra, vtrũ mũda, vtrum solida. Vtrum integra, quia Eccles. 20. Gratia fatuorum effundentur. Et Ecc. 21. Cor fatui quasi vas confractum. Probatio vasorũ.

Vtrum munda, quia vt dicit Horatius. Sincerum nisi vas, quodcunq: infundis, acescit. Et Sap 1. In maliuolam aĩam non introibit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis. Et eiusdẽ 7 Emanatio est quædam claritatis omnipotentis Dei sincerà: & ideo nihil inquinatum in eam incurrit. Candor est enim lucis æternæ & speculum sine macula Dei maiestatis &c.

Vtrum solida. i. firma. Ideo dr̃ Eccl. 27. Vasa figuli probat fornax & hoĩes iustos tẽtatio tribulationis. Et eiusdẽ 2. In igne ꝓbat aurũ & argẽtũ: hoĩes aũt receptibiles ĩ camino humiliationis. Receptibiles. i. dignos aliud q̃ cõmissum est recipe: qa qui male cõtinet quod primo recepit, indignus est aliud recipere. Ideo dr̃ Iacob. 1. Beatus vir qui

Kkk suffert:

Universidad de Deusto Biblioteca

ſuffert tentationem: qñ cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ, quam promiſit Deus diligentibus ſe. Coronam dicit gratiam maiorem & gloriam tandem.

Probatio monetæ.

Probatur moneta in probatorio. De quo iam dictum eſt Eccl. 2. In igne probatur aurum &c. Non enim creditur colori tñ, ſed probatur an vera ſit quantum ad materiam & formam: & vtrum iuſti ponderis: & vtrum publica. Sic eſt de doctrina: non. n. eſt accipienda oĩs quæ præte dit colorẽ veritatis: quia plerunq; põt eam inimicus falſificare, vt dicitur ſuper Luc 17. in Gloſſ. de decem lepro ſis. Et hoc eſt quod dicit Apoſtolus Heb. 13. Doctrinis varijs & peregrinis nolite abduci.

Pondus iuſtum. f ſanctuarij, de quo Num. 7. eſt in doctrina vt ſit cum charitate. Non autem habet iuſtum pondus quæ ſit cũ acceptione perſonarum, magis huc quã illuc inclinans. Vnde Prou. 11. Abominatio eſt doloſa ſtatera apud Deum, & pondus æquum, voluntas eius.

Non eſt publica. i. catholica quæ ſit in occulto & priuate: qq̃ multis, vt dicitur Prouer. 9. Aquæ furtiuæ dulciores ſunt, & panis abſconditus ſuauior. Ideo dicitur Geneſ. 23. Abraham appendit pecuniam quam Hebron poſtulauerat, quadringentos ſiclos argenti probatæ monetæ publicæ. Et ideo Iob 13. Oſtendens eos fabricatores mendacij, & cultores peruerſorum dogmatum. Tunc autem eſt iuſti ponderis qñ vita doctrinæ conſonat. Vita. n. præſtat doctrinæ pondus: qa ſicut dicit B. Gregorius. Neceſſe eſt vt cuius vita deſpicitur: eius doctrina contemnatur. Ideo dicitur Prou. 19. Doctrina viri per patientiam noſcitur. Et Hiero. 6. in fine. Argentum reprobum vocate eos: quia Dominus proiecit illos.

Probatio ſpiritus.

Probantur ſpiritus, quia angeli tenebrarum transfigurant ſe in angelos lucis 2. Corin. 11. Ideo dicitur 1. Ioa. 4. Chariſſimi, nolite omni ſpiritui credere, ſed probate ſpiritus ſi ex Deo ſint: quoniam multi pſeudoprophetæ exierunt in mundum.

Probatio vinorũ.

Probantur vina, ſicut bona vtrum temporalia: an æterna, quaſi ipſo guſtu. De temporalibus ſignificauit Dñs Ioan. 19. Cum guſtaſſet noluit bibere. Naum. 3. Et erit oĩs qui viderit te reſilict à te. Spiritualia æterna ſunt, quorum guſtus

guſtus deſiderat tentationẽ. Vñ Prou. vlt. Guſtauit & vidit qñ bona eſt negotiatio eius. Et Pſal. 33. Guſtate & videte qñ ſuauis eſt dñs. Et ideo Pſal. 50. Redde mihi lætitiã ſalutaris tui, & ſpiritu principali confirma me. Et vt innuitur Dan. 2. de ſomnio Nabuchodonoſor, Nihil eſt approbãdũ ante probationem, quia probatio præcedit notitiam, & notitiam ſequitur approbatio. Probatio inquã facit notitiã: ideo dr̃ Gen. 24. Nunc cognoui qp timeas dñum. Vbi Gloſ. Cognoſcere feci. Notitia facit approbationem. Vñ Deute. penul. Perfectio tua & doctrina tua à viro ſancto tuo, quẽ probaſti in tentatione &c. Et Act. 2. Ieſum Nazarenũ, virum approbatum. à Deo in vobis, virtutibus & prodigijs & ſignis, quæ fecit Deus pater per illum in medio veſtri (ſicut ſcitis) hunc definito conſilio & præſcientia Dei traditum per manus iniquorũ, affligentes interemiſtis. Cõtrarium fecit quia nõ approbãda probauit qui dixit Luc. 14. Iuga boum emi quinq; & eo probare illa. Sic quidã bona ad quinq; ſenſus pertinẽtia nondum probata, approbant.

Probatio miniſtrorum.

Probantur ẽt miniſtri, qui in officijs bene cogniti & approbati approbantur, & ad maiora promouentur: iõ dr̃ hic, Dñe probaſti me & cognouiſti me: tu cognouiſti ſeſſionẽ meam & reſurrectionẽ meã. Seſſio ptinet ad humilẽ gradum; in quo qui probatus eſt, ſurgit ad maiorem. Et hoc pertinet ad rationem: ideo dr̃ Matt. 25. Euge ſerue bone & fidelis: quia ſuper pauca fuiſti fidelis, ſupra multa te cõſtituam. Et 1. Timoth. 3. Qui bene miniſtrauerint bonum ſibi gradum acquirent.

De duobus modis euadendi laqueos diaboli: & quid ſit habitare in extremis maris,

IN PSAL. CXXXVIII. SERM. CCCVI.

Si ſumpſero pennas meas diluculo: & habitauero in extremis maris. Primo, notandum quare dicat, ſi ſumpſero pennas meas. Secundo, quare dicat diluculo. Tertio, quid ſit habitare in extremis maris. Per hæc ſignificant duo modi euadẽdi laqueos diaboli: f. per celerem fugam & per abſconſionem. Per primum notatur, qp virtutum alas nõ hẽmus à nobis. Duo modi euadẽdi laqos diaboli.

Ideo alibi dicit Psal. Quis dabit mihi pennas &c. Et Apoc. 12. Dātæ sunt mulieri alæ duæ &c. De hoc modo euadendi per volatum dicetur in proximo sermone.

Celeritas autem volatus notatur cum dicitur diluculo: quod est mane cum incipit lux à tenebris, discerni. Per q̄ notatur quòd primis motibus obsistendum est. Vñ, Principijs obsta &c. vñ Prou. 11. Bene consurgit diluculo qui quærit bona &c. Et Thre. 3. Bonum est homini cum portauerit iugum. s. dñi, ab adolescentia sua. Et hoc est diluculo occurrere Pharaoni. Vñ Exod. 8. Consurge diluculo, sta coram Pharaone. Et iō Cant. 7. Mane surgamus ad vineas.

Simile. Causa huius celeris volatus est, quia q̄n aliqua auis celerius volat alia, quæ minus celeriter volat, non potest celerius volantem attingere, & ideo si percipit eius velocitatem, non amplius sequitur. Ideo quia magnus & celer est volatus diaboli: qui substātia est spiritualis & ingenio subtilis: iō debemus eum fugere auolando valde mane, orto iam sole. s. gratiæ. Et quia diabolus fame ad nos persequēdos impellitur: iō comparatur aquilæ Abacuc 1. Volabūt quasi aquila festinans ad comedendum: ideo debemus esse tanquàm columba, quæ vt eam præuideat sedet super riuos aquarum: vt in sequenti deducam: & sic aquilę & accipitris vngues effugit: & est prior modus euadendi.

Secundus modus est per absconsionem, qui notatur ibi, si hab. in extremis maris. Esaiæ 2. Ingredere in petrā &c. vide sequentem sermonem. Sane abscondi debemus aut sub alis, aut in petris. Sub alis quidem gallinæ. s. ecclesiæ siue Christi. De quibus Matt. 24. Hierusalem, Hierusalem quotiens &c. vt in sequenti. Et in Psal. Scapulis suis adumbrauit tibi. Non debemus abscondi sub alis mulierum, de quibus Zach. 5. Mulieres habebant alas milui: quæ sunt cupiditas & auaritia: sed bene inter alas tales, quia in medio consistit virtus. Vnde filij Israel dixerunt regi Edom. Via publica incedemus, non declinabimus ad dexteram nec ad sinistram. Vnde Israel interpretatur directus cum Deo: & 2. Corinth. 6. Per arma iustitiæ à dextris & à sinistris. Et Ezech. 1. Pedes eorum pedes recti. Et Actu. 9. Paulus illuminatus est in vico qui dicitur rectus: in domo Iudæ id est confessionis.

Sub alis aut in petris abscondi debemus.

In petris abscondi monemur Hier. 48. Relinquite ciuitatem & habitate in petris. Petræ autem sunt asperæ: & ideo significantur per extrema maris, quæ sunt amatissima tormenta passionis petræ. i. Christi. Vnde Thren. 1. O vos omnes qui transitis per viam attendite & videte, si est dolor sicut dolor meus. In his extremis maris, id est amarissimæ passionis tutissime abscondi possumus.

Extrema maris q̄ dicantur.

Vel extrema maris profunda est amaritudo pœnitentiū vel claustralium. Vnde Exod. 14. Filij Israel saluati sunt à facie Pharaonis trānseundo per medium maris, Et iō in Psal. Si ambulauero in medio tribulationis viuificabis me. Mundani autem habitant in extremis terræ, sed pœnitentes & claustrales in extremis maris. Vt autem ibi habitent sumptis pennis fugiunt mundum. Vnde Esa. 16. Sicut auis fugiens & pulli de nido auolantes, sic erunt filiæ Moab in transcensu Arnon. Arnon interpretatur illuminatio eorum. Vere mundani sunt filiæ Moab in transcensu Arnon, quando de tenebris emergunt ad lucem. Similes aui fugienti per temporalium abrenunciationem, & volanti per contemplationem.

Qualiter anima vt columba possit euadere insidias diaboli accipitris: immo ipsum capere.

IN PSAL. CXXXVIIJ. SER. CCCVII.

SI sumpsero pennas meas diluculo, & habitauero in extremis maris.

Diabolus est sicut accipiter vel aquila insidians colūbæ, vel miluus pullo. Ad hoc aūt vt effugiat insidias colūba necesse hēt eas p̄uidere, volatu p̄currere, in foraminibus suis se abscondere: quæ tria hic notanda. Et quarto notandum est qualiter columba possit accipitrem capere.

Columba insidias naturaliter pręuidet, vnde se tenet su- Simile. per riuos aquarum vt videat vmbram & figuram accipitris in aqua. Sic & aīa se tenere dēt iuxta fluenta sacræ scripturæ vt possit insidias & laqueos diaboli q̄ibi manifestā tur, p̄cauere. Vñ Cāt. 5. Oculi eius sicut colūbæ sup riuos aquarū q̄ lacte sunt loti, & residēt iuxta fluēta plenissima.

Insidiæ diaboli sunt anticipandæ

Debet volatu præcurrere: & quasi venientem & festinantem anticipare Tunc.n.diabolus videns quòd prædā suam non possit attingere, dimittit eam: & hoc notatur, cū dr, diluculo. De quo Prou. 11. Bene consurgit diluculo qui quærit bona. Et Thren. 3. Bonum est viro cum portauerit iugum. s. domini, ab adolescentia sua.

Multum quidem festinat ad prædā diabolus. Vñ Hier. 48. Ecce quasi aquila euolabit & expandet alas suas ad Moab. Et 49. Ecce quasi aquila ascendet & euolabit, & expandet alas suas super Bosram, & erit cor fortium Idumeæ in die illa, quasi cor mulieris parturientis. Et Abac. 1. Volabunt quasi aquila festinans ad comedendum. Si ergo non præuenerit volatum illius, capietur & deuorabitur. Vnde Esaiæ 10. Inuenit quasi nidum manus mea fortitudinem populorum: Et sicut colliguntur oua quæ derelicta sunt, sic vniuersam turbam ego congregaui, & non fuit qui moueret pennam, .s. fugiendo peccatum: & operiret os, per confessionem, & ganniret per gemitum cordis.

Duæ alæ colũbæ q̃ sint.

Duæ autem alæ columbæ sunt timor & desiderium. Timor multum vrget & velociter facit currere, vel volare. Vnde Poeta. Pedibus timor addidit alas. Desiderio autem nihil velocius. Vnde de Petro dicitur Ioan. 21. quòd cū audisset quia dominus est, tunica succinxit se, & misit se in mare: alij autem discipuli nauigio venerunt Et ita Petrus maiori desiderio feruidus, citius quàm alij ad dominum peruenit. Vnde desideriū velocius est quām volatus. His duabus alis effugit columba vngues accipitris vel aquilæ. Et quia hoc non habemus à nobis: dicitur Apoc. 12. Et datæ sunt mulieri alæ duæ vt volaret, & volauit in desertum. Ideo dicitur in Psal. Quis dabit mihi pennas sicut columbæ? Ecce elongaui fugiens mansi in solitudine.

Christus multis foraminib⁹ voluit perforari quasi columbarium ī quo ascēdere nos ore foraminis. Et Esa. 2. Ingredere in petram, abscondere in fossa humo, à facie timoris domini. Et Bernar

Debet columba se in foraminibus suis abscondere, & quasi in turo collocare. Iō Christus nobis factus refugiū, voluit vndiq; multis foraminibus per forari, quasi colūbarium quoddam, vt ex oī parte locus esset refugij, vnde tores Moab, & estote quasi columba n dificans in summo

runt, inquit, manus meas &c. Per has rimas licet mihi fugere mel de petra, oleumque de laxo durissimo. Gustate & videte quàm suauis est Dominus. Cogitabā cogitationes pacis & nesciebam. Clauus penetrans, clauus referans factus est mihi, vt videam voluntatem domini. Quid ni per foramen videam? Ad hæc foramina inuitat dominus Cantic. 2. Dicens: Surge, propera amica mea, speciosa mea & veni, columba mea, in foramina petræ, in cauernam materiæ. Foramina petræ, quantum ad manus & pedes, Cauernam materiæ, quantum ad lateris vulnus Et hoc notatur hic cum dicitur: Et habitauero in extremis maris. Extrema enim amaritudinum fuit mors Christi. Vnde Thr. 1. O vos omnes qui transitis per viam attendite & videte si est dolor, sicut dolor meus. Et Esa. 51. Qui posuisti profundum maris viam, vt transirent liberati. Profundū maris mors est, & maxime mors Christi. Et tunc posuit profundum maris viam, quando mortem suam fecit ad vitā. Similiter comparatur anima pullo, cui miluus insidiatur, ideſt diabolus qui propter vaniratem & voluptatem quibus tentat, comparatur duabus mulieribus, de quibus Zach 5. Eccæ duæ mulieres egredientes: & spiritus in alis earum: & habebant alas quasi milui. Diabolus cum per violentiam capit, comparatur accipitri vel aquilæ: cum seducit, miluo. Debet ergo anima abscondere se sub alis Christi, quasi sub alis gallinæ. Et ideo sic in cruce alas suas expandit: vnde dicitur Matth. 23. Hierusalem &c. Quotiens volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, & noluisti? Et in Psal. Scapulis suis obumbrabit tibi: & sub pennis eius sperabis.

Euasio ab insidijs diaboli.

Quarto videndum qualiter columba posset accipitrem capere, videlicet quando posita est in muscipula. Quando enim eam intendit capere, facta est diabolo muscipula, vt cum vellet Christum columbam innocentem capere, caperetur. Vnde Iob 39. In oculis eius quasi hamo capies eum: & ibi, Nunquid illudes ei quasi aui?

De electione iustorum & damnatione reproborum quomodo hic sint occultæ.

IN PSAL. CXXXVIII. SER. CCCIII.

NOn est occultatum os meum à te, quod fecisti in occulto, & substantia mea in inferioribus terræ. Duo sunt quæ habent aliquid occultum nobis. Electio bonorum, & damnatio reproborũ. Electio Dei in bonis suis non plene ostenditur: nec ex toto occultatur. Occultatur quidem quantum ad initium prædestinationis, & finẽ glorificationis. Similiter & damnatio reproborum occultatur quantum ad initium præscientiæ, & finem pœnæ. Ostenduntur autem quantum ad quædam media, vt in electis patet, quia apparent per aliqua indicia. Vnde non pomorum integritas, sed fragmen potius in genis sponsæ dicitur eminere Cant. 4. Sicut fragmen mali punici, ita genæ tuæ, absque eo quod intrinsecus latet. Quasi dicat, quod maius est.

Electio bonorum & damnatio reproborum occulta sunt nobis.

Vtilitas nostra est enim expedit vt sciat aliquis se prædestinatum esse, aut nescire p- scat lareus sui profectus incrementum, & suã perseuerantiam finalem: de qua Heb. 3. Participes Christi effecti sumus, si tamen initium substantiæ eius vsque ad finem firmũ retineamus. Ista signantur per os quod occultum est, & firmum. Ideo dicitur. Eccl. 9. Nescit homo vtrum amore an odio dignus sit: sed omnia in futurum seruantur incerta. Hæc si sciret homo, vel superbiret, seu præsumeret forsan si electus: vel desperaret si reprobus, & ita passim peccaret. Dominus autem nouit, & quod fecit in occulto fouet donec compleretur. Vnde Ro. 8. Scimus quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, ijs qui secundum propositum vocati sunt sancti. Vnde Psal. Custodit dominus omnia ossa eorum: vnum ex his non conteretur: Non nouit quisquàm nisi solus Deus, qui nouit atomiam interioris hominis. vnde Eccl. 11. Quomodo ignoras quæ sit via spiritus, & qua ratione compingantur ossa in vtero prægnantis. Et hoc significatum est Esa. 6. Vbi dr. Duabus alis velabant caput, duabus pedes. Duabus alis velabant caput, i. gratiam prædestinationis, duabus pedes, gratiam consummationis, Hæc duabus alis velatur, quoniam solius gratiæ præuenientis esse, suam prędestinationem, & vocationem agnoscit, & humiliter confitetur. Pedes etiam duabus similiter alis velantur, quando solius gratiæ & non liberi arbitrij esse suæ iustitiæ consummationem humiliter confitetur, & agnoscit.

Vtilitas nostra. nemnostram.

Duabus alis velabant. Ecce ꝙ medium non est ita velatum: cum in opere iustificationis omnino alienus non sit, eo ꝙ sicut dicitur 6. Cor. 3. Dei sumus ádiutores, & maximè in operibus meritorijs, in quibus gratia à Deo, motus à libero est arbitrio. Sed sicut prædestinatio solius est gratiæ ita, & consummatio. Similiter caput malorum & finẽ, ideſt eorum præscitionem & mortem æternam Deus voluit abscondi, sed non sic mediũ. Quod bene signat 4. Re. 9. Vbi dicitur, ꝙ cum præcipitata esset Iezabel, aspersus est paries sanguine eius, & nõ inuenerunt, quod sepelirent, nisi caluariam eius, & pedes. Paries aspersus sanguine est vita reproborum, plerumque per ipsa opera manifestata, Caluaria, & pedes: initium & finis à nostris oculis occultata. & 1. Reg. vlt. Dicitur: Sepelierunt ossa Saul in nemore Iabes: quod interpretatur dolor vel siccitas, ideſt ariditas gratiæ & dolor pœnæ æternæ. Virtutes non prædestinatorum quas habent ad tempus, ossa quidem sunt, sed non firma, quia eorum deficit fortitudo. Et non pertinent hi ad corpus Christi mysticum, sed alij. Vnde Io 19. Primi quidem fregerunt crura, & alterius, qui crucifixus est cũ eo: ad Iesum verò cum venissent, vt viderũt eum mortuũ non fregerunt eius crura: vt scriptura (Exo. 12.) compleretur. Os non comminuetis ex eo. Eius ergo qui perseueret in mortificatione carnis, mortuus mundo, non frangũtur ossa non crura. Gloriæ quantitatem non nouit similiter. Veruntamen huius gloriæ quædam occulta semina iaciuntur in nobis, & occulta Dei operatione ea dominus ad maturitatem producit. Sicut ergo fructus in causa seminali occultatur, ita hæc substãtia in nobis occultatur. vnde 1. Io. 3. Charissimi nunc filij Dei sumus, & nondum apparuit, quid erimus. Tunc autem apparebit, quando ei ámiles erimus, quando videbimus eum sicuti est. Similes.

De hac

Superiora, & inferiora terræ.

De hac substantia dicitur. Et substantia in inferioribus terræ. Nullorum substantia modo est in superioribus terræ. Superiora terræ sunt ipsa humani corporis natura Inferiora, ipsius naturæ corruptela. Infima, quæ de corrupta procedit iniquitas, & culpa.

Quorundam substantia est in infimis, scilicet malorũ. De quibus Psalm. Infixus sum in limo profundi, & non est substantia. Et Gen. 13. Tulerunt omnem substantiam Sodomorum, & vniuersa quæ ad cibum pertinent. Et in Psalm. dicitur. Torrentem pertransiuit anima nostra: forsan pertransisset anima nostra aquam intolerabilem. Vbi alia litera habet, sine substantia. Glossa ibidem. Aqua sine substantia, vitia sunt & peccata: & dulcedo huius vitæ, quæ inopiam habet & non substantiam. Abundat, nescio quid, in arca: sed multo magis diminuitur in corde. De arca gaudes: de corde non plangis. Sancti substantiam suam habent occultatam in inferioribus terræ, non in infimis. Quia gratia Spiritus sancti in infirmitate carnis medicinaliter occultatur. Vnde 2. Corinth. 4. Habemus thesaurum istum in vasis fictilib. 1 Corint. 15. Seminatur in infirmitate, surgit in virtute. Seminatur in ignominia, surgit in gloria. Et Iudic. 7. dicitur. Lampades in medio lagenarum. Et Iob. 12. Deridetur iusti simplicitas. Lãpas contempta. Quando frangentur corporum lagenæ, lampades apparebunt ardentes. i. animæ fulgentes. Et Iudi. 7. Cum hydrias confregissent, tenuerunt sinistris suis lampades: & dextris sonantes tubas. Per sinistram significatur glorificatio corporis: per dexteram glorificatio animæ. Dextris tenebant sonantes tubas. Sonantes tubæ mentes sunt in Dei laudibus per deuotionem sonoræ. Vnde Psal. Beati qui habitant in domo tua Domine: in secula seculorum laudabunt te. Tenebunt eas in dextris: quia non laudabunt nisi pro æternis.

Per dextrã glorificatio aiæ p sinistrã vero glorificatio corporis.

Similiter in superioribus cęli substantia sanctorum abscondita est, & ita in distantibus locis: hic in infirmitate: ibi in ęternitate. Vnde Psalm. Substantia mea apud te est. Et Colos. 3. Vita nostra abscondita est cum Deo: Cum ergo Christus apparuerit, tunc apparebimus cum ipso in gloria.

De

De sanctorum & totius ecclesiæ sanctæ incremento & glorificatione contra mundi opinionem & morem.

IN PSAL. CXXXVIII. SERMO CCCIX.

MIHI autem nimis honorati sunt amici tui Deus: nimis confortatus est principatus eorum. Quã parua fuerit ecclesia ab initio ostẽdit Dominus in parabola sua. Mat. 13. Simile est regnum cęlorum grano sinapis, quod accipiens homo seminauit in agro suo: quod minimum quidem est in omnibus seminibus: cum autẽ creuerit, maius est omnibus oleribus: & fit arbor, ita vt volucres cœli veniant, & habitent in ramis eius. Per olera significatur mundana potestas & altitudo temporalis: de qua in Psal. Quemadmodum olera herbarum cito decident &c. Sinapis semen modicum in quantitate, magnum in virtute, & quanto plus atteritur, tanto maiore flagrat odore. Sic sancti, modici, viles & abiecti sunt in conspectu mundi, sed pleni virtute: plus exhibentes virtutis in ipsa tribulationis attritione. Vnde de filijs Israel dicitur Exod. 1. Quanto magis opprimebant eos, tanto magis multiplicabantur & crescebant.

Ab initio parua fuit Ecclesia.

Similes.

Volucres cęli sunt volucres cęli angeli sunt.

Volucres cęli, sunt visitatores angeli, qui in ramis huius arboris habitant, dum eos in tribulationibus consolãtur. Vnde legitur de Petro Actua. 12. Quòd cum esset in carcere, Angelus Domini astitit & dixit illi: Circunda tibi vestimentum tuum, & sequere me: & exiens sequebatur eum. Vnde Heb. 11. Conualuerunt de infirmitate, fortes facti sunt in bello.

Amici Dei in infirmitate potentiã vincunt.

Rectè autem dicitur nimis: in infirmitate enim vincũt potentiam: in simplicitate sapientiam: in humilitate gloriam: in paupertate diuitias. In infirmitate inquam vincunt potentiam. Non autem esset magnum in potẽtia vincere potentiam, sed in infirmitate. Et hoc pulchre significatum est in Dauid 1. Reg. 17. Vbi dicitur q̃ deposuit arma Saulis, quia non habebat consuetudinem portandi arma, & tulit baculum. Arma Saulis deponere, est mundi desiderium non curare, sed abijcere. Baculum tollere, est

in

in Cruce Christi confidere. Vnde Golias indignatus est dicens. Nunquid ego canis sum, quia tu venis ad me cum baculo? Dixit autem Dauid ad eum. Tu venis ad me cum gladio & clypeo: ego venio ad te in nomine Domini exercituum, vt sciat omnis terra, & nouerit vniuersa ecclesia hæc, quia non in gladio nec in hasta saluat Dominus, Ipsius enim est bellum &c. Iudic. 7. Dicitur. Cœperunt buccinis clangere & complodere inter se langenas: & cœperunt lampades emicare: & fugerunt hostes. Buccinis clangere est verbum Dei prædicare. Lagenas autem complodere, est corporum fragilitatem morti exponere. Lampades emicare, virtutibus & miraculis coruscare.

In simplicitate sapientiã.

In simplicitate sapientiam. vnde Matth. 10. Cum steritis ante reges & præsides, nolite cogitare quomodo aut quid loquamini: dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini. Et 1. Corinth. 2. Non veni in sublimitate sermonis aut sapientiæ, annuncians vobis testimonium Christi. Non in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis, sed in ostensione spiritus & virtutis. Et hoc pulchre significatũ est Iudic. 17. Vbi Sanson inuentam mandibulam quæ lacebat asini arripiens interfecit ea mille viros. Quid enim est mandibula asini quæ latet, mille viros interficere, nisi in ruditate & simplicitate sermonis qui contemnitur, multos conuertere? Et Iudic. 7. Vidi somnium, & videbatur mihi subcineritius panis exhordeo volui & in castra Madiã descendere: cunque peruenisset ad tabernaculum, percussit illud atq; subuertit. Panis subcineritius & hordeaceus est simplex & rudis doctrina.

In humilitate gloriam.

In humilitate vincẽs gloriam: & in paupertate diuitias. In humilitate .s. Crucis Christi, gloriam mundi: & in paupertate diuitias vñ Esa. 10. Suscitauit Dominus super eũ .s. regem Assyriorum, flagellum iuxta plagam Madianitarum in petra Oreb: & virgam eius super mare, & leuabit eam in via Aegypti. Flagellum diaboli qui est rex Assyriorum. Ipse enim est rex super omnes filios superbiæ. Leuauit autẽ Dñs virgam suam super mare: Mare qđ est tumidũ fluctib. est superbia mũdi, Via Aegypti, delectatio tpaliũ q̃ ducit ad luctũ. vñ Prouer. 14. Extrema gaudij luctus occupat. Et post Cayn natus est Abel: & post possessionem

sionẽ diuitiarũ sequitur luctus. Virga Dñi est crux eius. Leuauit ergo Deus pater virgã supra mare, quia in humilitate crucis Christi dedit vincere superbiã mũdi. Leuauit etiã virgã in via Aegypti, qa in paupertate quã Christus elegit & prædicauit, mũdi diuitias superauit & calcauit.

Potestas amicorũ Dei.

Sequitur. Nimis confortatus est principatus eorum. Vere nimis: quia super dæmones & omnes infirmitates, super reges & principes, super ferocitates bestiarum, super naturarũ virtutes, Super dæmones & omnes infirmitates. Vnde Matth. 10. Dedit eis potestatem spirituum immundorum, vt eijcerent eos & curarent omnem languorem, & omnem infirmitatem. Super reges & principes. Vnde Esa. 60. Pro eo qꝺ fuisti derelicta & odio habita, & nõ erãt qui per te transirẽt, ponã te in superbiam seculorũ, mamilla regũ lactaberis. Super bestiarũ ferocitates. vñ Heb. 11. Obturauerunt ora leonum: extinxerunt impetum ignis: effugauerunt aciem gladij &c. Super naturarũ virtutes. Vnde Marc. 16. In nomine meo dęmonia eijcient, linguis loquentur nouis, serpentes tollent: & si mortiferum quid biberint, non eos nocebit &c. Sapien. 16. Substantiã tuam & dulcedinem tuam quam in filios habes, ostendebas: & deseruiens vniuscuiusque voluntati: ad quod quisque volebat conuertebatur, Nix autem & glacies sustinebãt vim ignis & non tabescebant, vt sciret quoniã fructus inimicorum exterminabat ignis ardens in grandine, & pluuia coruscans. Hoc autem iterum vt nutrirentur iusti, ignis etiam suæ virtutis oblitus est &c. Mihi dicit, quia nõ sibi, sed Christo honorem quærebat. vnde Actu. 14. Paulus & Barnabas scissis vestibus exiuerunt clamantes. Viri quid hæc facitis? Et nos mortales sumus similes vobis homines &c.

Quòd tentatio & probatio nobis ad multa vtilis sit.

IN PSAL. CXXXVIII. SER. CCCX.

Simile.

PRoba me Deus, & scito cor meũ: interroga me, & cognosce semitas meas. Optat tentationẽ ad experimẽ-

Universidad de Deusto Biblioteca

Vtilitates tētatiōis. Prima.

tum virtutis: sicut strenuus miles conflictum desiderat, vt se exerceat: ineis autem torpescit otio, & quiete. Ad multa vtilis est per tentationem probatio. Operatur enim primo in nobis spiritualis virtutis exercitationem. Vnde sicut expeditiores fiunt milites qui frequentant torneamenta: ita & illi qui tentationibus & aduersitatibus molestantur. Ideo dicitur Iudicum 3. Hæ sunt gentes quas dereliquit Dominus, vt erudiret in eis Israelem & discerent certare cum hostibus, & habere consuetudinem præliandi. Ideo dicitur Esa. vlt. Ossa tua sicut herba germinabunt. i. virtutes tuæ. Herba enim conculcata & depasta surgit vberior. Vnde in figura dicitur de equo Iob 39. Exultat audacter: in occursum pergit armatis: contemnit pauorem, nec cedit gladio. Ideo dicitur Ecclesiast. 24. Qui non est expertus pauca cognoscit. Qui non est tentatus, quid scit? Vnde Seneca. Multum sibi adijcit. Fortior miles exit de confragoso. Et de pugile dicit: hunc volo cuius dentes crepuere sub pugno: qui sanguinem suum vidit, qui aduersarium toto tulit corpore: & proiectus, animū non proiecit.

Secunda.

Secundo, operatur virtutis latentis declarationem. Vnde Prouerb. 19. Doctrina viri per patientiam noscitur. Ideo dicitur hic. Proba me Deus & scito cor meum. Et supra. Domine probasti me & cognouisti me, tu cognouisti. & resur. meam i. fecisti cognosci. Et alibi Congregatio taurorum in vaccis populorum, vt excludant eos qui probati sunt, armento .i. faciat eminere. Vnde Roma. 5. Tribulatio operatur patientiam, patientia probationem, probatio vero spem, spes autem nō confunditur. Et Greg. Pœna interrogat quātū quisque veraciter amat.

Tertia.

Tertio, eius quod erat fragile & infirmum, roborationem. Sicut enim lutum duratur ad ignem: ita qui erat infirmus roboratur per aduersitatem. Vnde Psalm. Aruit tanquam testa virtus mea. Et Ecclesiast. 27. Vasa figuli probat fornax.

Quarta.

Quarto, eius quod erat rubiginosum, elimationem. Vnde Prouerb. 25. Aufer rubiginem de argento, & egredietur vas purissimum. Vnde de malis qui tribulationib. non mundantur, nec corriguntur, dicitur Hiere. 6. Defecit sufflatorium in igne: frustra conflauit conflator: malitię eorum non sunt consumptæ: argentum reprobum vocate eos.

Quinto, eius quod erat scoria scabrum & asperū, purgationem. Vnde Eccle. 2. In humilitate patientiam habe: quoniam in igne probatur aurum & argentum: homines vero receptibiles in camino humiliationis. Vnde de illis qui non habent patientiam in tribulatione, qui comparātur plumbo, dicitur Hiere. 6. Consumptum est plumbū: Frustra conflauit conflator &c. vt iam dictum est. Quinta.

Sexto, electionis diuinæ præsumptionem & attestationem. Vnde Apoc. 2. Quos ego amo, & arguo & castigo. Et Iob 5. Beatus qui corripitur à Domino. Et Heb. 12. Fili mi noli negligere disciplinam Domini. Neque fatigeris dum ab eo argueris. Quem enim diligit Dominus, castigat: flagellat autem omnem filium quē recipit. Et Gen. 27. Accede huc vt tangam te fili mi, & probē si fis filius meus an non. Non agnoscitur hic filius nisi per tactum: sicut & aurum per tactum cognoscitur. Et iterum Heb. 12. Si extra disciplinam estis, cuius participes facti sunt omnes: adulteri & non filij estis. Sexta.

Septimo, diuinę præsentiæ certitūdinem. Vnde in Psal. Cum ipso sum in tribulatione &c. Et Eccles. 4. In tentatione ambulat cum eo: & in primis eligit eum. Et Dan. 3. Nonne tres viros misimus in medium ignis compeditos? Qui respondentes regi dixerunt. Vere rex. Respondit rex & ait: Ecce ego video quatuor viros solutos & ambulantes in medio ignis, & nihil corruptionis in eis est: & species quarti, similis filio Dei. Et Sap. 10. Hæc venditum iustū non dereliquit, sed à peccatoribus liberauit eum: descenditque cum eo in foueam: & in vinculis non dereliquit illum. Septima.

Octauo, propriæ vtilitatis & proprij profectus cognitionem. Vnde Esa. 28. Tantummodo sola vexatio dabit intellectum auditui. Et Eccle. 24. Qui emittit disciplinam sicut lucem, à mari abundabit cogitatio, quia consilium eius in abyssō magna. Octaua.

Nono, abundantis gratiæ receptionem: sicut siquis minus preciosum liquorem in vas aliquod infuderit, si forte Nona.

Simile.

tenuerit post precioſiorem etiam infundit. Omnes gratię corporales & ſpirituales ad probationē ſunt, ſi eas effundit qui recipit, non eſt dignus aliā recipere. Vnde Sap. 3. Quoniam Deus tentauit illos & inuenit illos dignos ſe. Ideo Eccleſ. 21. Cor fatui quaſi vas confractum, & omnē ſapientiam non tenebit. Ideo dicitur Gene. 49. Ruben effuſus es ſicut aqua ne creſcas. Ei vero qui non effundit, alia infunduntur. Vnde Iacob 1. Beatus vir qui ſuffert tentationem, quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ. Et Luc. 19. Euge ſerue bone, & fidelis: quia in modico fuiſti fidelis, eris poteſtatem habens ſuper decem ciuitates. Et poſt. Omni habenti dabitur & abundabit.

De viro linguoſo & quibus modis dicatur. Et quæ ſint quæ ſilentium exigant. Et de interiori ſilentio, quod debetur Deo.

IN PSAL. CXXXIX. SERMO CCCXI.

Vir linguoſus non dirigetur in terra.

Vir linguoſus dicitur primo qui linguā habet præcipitem, & ſubito erumpit in ſermonem. Vnde Prouerb. 29. Viditi hominem velocem ad loquendum: ſtultitia magis ſperanda eſt quàm illius correctio.

Vir linguoſus qs dicatur.

Secundo, qui poſtquam cœpit loqui non ceſſat & cohiberi non poteſt. Vnde Prouerb. 25. Sicut vrbs potens abſque muro & ambitu, ſic homo qui non poteſt in loquendo cohibere ſpiritum ſuum. Et 29. Totum ſpiritum ſuum profert ſtultus: ſapiens differt, & ſeruat in poſterum.

Tertio, qui loquitur & reſpondet æque de illis quę nō nouit atque quæ nouit. Contra quem Eccleſ. 5. Si eſt tibi intellectus, reſponde proximo tuo, ſinautem, manus tua ſit ſuper os tuum, ne capiaris in verbo indiſciplinato & confundaris. Honor & gloria in ſermone ſenſati: lingua vero imprudentis ſubuerſio eſt ipſius.

Quarto, qui loquitur in lingua & lingua. Vnde Eccl. 5. Non ventiles te in omnem ventum, & non eas in omnem viam. Sic enim omnis peccator probatur in duplici lingua.

gua. Et in eodem. Denotatio peſſima ſuper bilinguem. Talis ſimilis eſt ſerpenti qui non hēt pedes & huiuſmodi mēbra: ſed totum corpus eſt ei pedes & manus. Et quod minus habet in cęteris mēbris natura ſuppleuit in lingua: quia eā hēt quaſi duplicem. Quia habet duo additamenta quæ poſt morſum infigit: & ita inficit & virus infundit. De quibus Pſal. Acuerunt linguas ſuas ſicut ſerpentes. Et Sap. 1. A detractione parcite linguæ.

Cui aſſimileť vir linguoſus.

Quinto, qui alium loquentem ſuſtinere non poteſt, ſed verbum eius interrumpit. Ideo dicitur Eccleſiaſt. 32. Audi tacens: & pro reuerentia addetur tibi gratia.

Maximè autem hęc exigunt ſibi ſilentium: ætas loquētis, dignitas, verbū eruditionis, & qualitas tpis, Aetas loquētis. Vñ Eccl. 32. Loquere maior natu: decet .n. te primum verbum. Dignitas. Vnde Iob 29. Principes ceſſabant loquī: & digitum ſupponebant ori ſuo. Vocē ſuam cohibebant duces: & lingua eorū gutturi ſuo adhærebat.

Quæ exigit ſibi ſilentium.

Verbum eruditionis, quia inuito & inerudito auditori nemo libenter refert. Ideo Eccle. 32. Vbi auditus non eſt, non effundas ſermonem.

Qualitas tpis. Vnde Eccle. 20. Eſt tacens ſciens tempus apti tpis. Homo ſapiens tacebit vſque ad tēpus, laſciuus aūt & imprudens non ſeruabit tēpus. Ideo certis tēporib. ſilentium ſeruatur in clauſtro: ſ. tpe refectionis, lectionis, & orationis. Hoc enim eſt quod maxime ornat religionē. Vnde Eſa. 32. Erit opus iuſtitiæ pax, & cultus iuſtitiæ ſilentiū & ſecuritas &c. Et Eſa. 30. In ſilentio & in ſpe erit fortitudo veſtra, Religio ergo nuda eſt & inculta ac infirma, quæ ſine ſilentio eſt. Vnde Iac. 1. Si quis putat ſe religioſū eſſe non refrenans linguam ſuam, huius vana eſt religio.

Silentiū maximè ornat religionem.

Sicut autem dixi de ſilētio exteriori: ita eſt de interiori, quod in clauſtro mentis ſibi exigit ſummus abbas propter prædicta. ſ. ætatem, dignitatē, & quia loquitur verbū eruditionis & pp tēpus: quia ſemp loquitur: & ideo exigit ppetuū ſilētiū. Maior .n. oībus eſt qui ab æterno eſt. Cui cōpetit illud Ecc. 32. Loquere maior natu: decet .n. te primum verbum. Pater locutus eſt primum verbum quando generauit filium. Pater ergo quia loquitur ſibi requirit auditum. Vnde peccat in patrem, qui non audit loquentem,

Silueſtri interius.

tem, qui strepitum facit: eo loquente omnes creaturæ præstant ei silentium. Vnde Moyses Deuter. penul. Audite cœli quæ loquor. Et Esaiæ 1. Audite cœli, & auribus percipe terra &c.

Propter dignitatem, quia serui eius sumus. Vnde Deuter. 6. Audi Israel Deus tuus vnus est.

Quia loquitur verbum eruditionis: nam verbi huius ineffabilis eruditio, sola est creaturæ rationalis eruditio: de qua dicit Psal. Eructauit cor meum verbum bonum.

Verbū patris requirit auditum.

Ipsum ēt verbum, quia verbum est, sibi requirit auditum. Vñ non honorat ipsum qui interrumpit ipsum. Iuxta illud Iob 29. Qui me audiebant, expectabant sniam, & intenti tacebant ad consilium meum. Verbis meis addere nihil audebant. Magna præsumptio est, nec ipsum honorat qui interrumpit & loquentem & verbū. Custodit ei silentium & auditum, qui seruat innocentiam. Strepitum facit qui mala conscientia erudienti contradicit.

Cur Spiritus sāctus in igneis linguis apparuerit.

Spiritus sanctus ēt sibi requirit auditum. Ideo n. (sicut dr Act. 2.) Apparuit in linguis igneis & in sono. Vñ ibidē, Factus est repente de cœlo sonus, tanquàm aduenientis spiritus vehementis &c. Ideo in linguis igneis: quia illuminat & inflāmat, spiritus autem sanctus loquitur illuminando intellectum & inflammando affectum.

Quomodo oratio dirigatur, appropinquet, & intret in conspectum domini.

IN PSAL. CXL. SERMO CCCXII.

De oratione tria oratio p confessionem dirigitur. Simile.

DIRIGATVR oratio mea sicut incensum in conspectu tuo. Tria leguntur de oratione. s. q̄ dirigatur, q̄ appropinquet, & quòd intret. Primo dirigitur per confessionem: est. n. sicut nūcius, qui q̄n est extra viam non facit nisi errare: confessio aūt sola ponit eum in via recta. Vñ Eccl. 18. Ante orationem præpara aīam tuam: & noli esse quasi homo qui tentat Deum. Quandiu homo est in peccato, quasi nubes interponitur inter Deum & ipsum, vt oratio transire non possit. Thren. 3. Opposuisti nubem tibi ne transeat oratio. Nubem

bem, s. iniquitatem tuam: Confessio autem purgat nubem, & ita dirigit orationem.

Oratio p humilitatē & amaritudinē appropinquat.

Secundo appropinquat per humilitatem & amaritudinem. De humilitate dicitur Matth. 19. Sinite paruulos venire ad me. De amaritudine 4. Reg. 4. Accessit Giezi vt amoueret eam: & ait homo Dei: dimitte illum: anima enim eius in amaritudine est, & dominus celauit mihi.

Tertio intrat per instantiam & deuotionem. Per instantiam. Vnde Luc. 18. Dicebat illis parabolam, q̄m oportet semper orare & non deficere dicens. Iudex quidam erat in quadam ciuitate, qui Deum non timebat, nec homines reuerebatur. Vnde dicitur ibi, q̄ iudex ille dixerit: Etsi Deum nō timeo, nec hominem reuereor, tamen quia molesta est mihi hæc vidua, vindicabo illam. Audite quid iudex iniquitatis dicit, Deus autem non faciet vindictam electorum suorum clamantium ad se die ac nocte: & patientiam habebit in illis?

Oratio p instantiā & deuotionē intrat.

Per deuotionem. Vnde Dan 2. Daniel ingressus rogauit Regem vt tempus daret ad solutionem visionis dandā regi. Daniel significat deuotionem: qui interpretatur vir desideriorum. Vnde Ioan. 12 Accesserunt ad Philippū qui erat in Bethsaida Galileæ, & rogabant eum dicentes: Domine volumus Iesum videre. Venit Philippus & dixit Andreæ, Andreas rursum & Philippus dixerunt Iesu &c. Philippus interpretatur os lampadis, & significat seruorū deuotionē. Andreas virilis, & significat inuincibilem & indefessam instantiam. Ideo dr q̄ Andreas & Philippus rursum dixerunt Iesu. Non est bonus nuncius qui quam primum non potest intrare, desistit: sed debet instare, & ante fores vigilare. Ideo dr Ro. 12. Orationi instantes. Et Luc. 11. Dr amice cōmoda mihi tres panes &c. Et sequit q̄ pp improbitatē petentis dabitur ei quotquot hēt necessarios.

Incēsum virtutem deuotionis significat.

Dicitur sicut incensum. Incēsum est thus ardens, quod resoluitur in fumum tenuissimum, & sursum ascendit: & sumus ille in aerem transit per rarefactionem. In quo significatur virtus deuotionis, quæ ex igne feruoris quasi resoluens animam deficere facit, & de grossitate sua in spiritualitatem transire, vt possit ex se dicere. In deficiendo ex me spiritum meum. Ideo dicitur Cant. 3. Quæ est

ista, quæ ascendit quasi virgula fumi, ex aromatibus myrrhæ & thuris? Et nota ꝙ duo nominat: scilicet myrrham, & thus: quia non est oratio deuota, nisi quã præcedit mortificatio carnis. Vnde Exod. 37. & 38. Leguntur duo altaria: altare holocaustorum, & altare incensi quod erat intra sancta sanctorum: de illo veniebatur ad istud. Altare holocaustorum pertinet ad mortificationem carnis: altare incensorum, ad deuotionem mentis, quæ est sancta sanctorum respectu corporis. Ideo dicit ex aromatibus myrrhæ, & thuris. Hinc dicitur Esa. 9. Egredietur virga de radice Iesse, &c. Iesse secundum Hieronymum interpretatur insula, vel holocaustum, siue incendium. Anima enim primo igne tribulationis purgatur, & tunc est insula, quæ fluctibus tunditur. Vnde Eccl. 27. Vasa figuli probat fornax: & homines iustos tẽtatio tribulationis. Secundo suauiter incenditur igne charitatis, & tunc est holocaustum, ideſt totum incensum: quia sicut dicit Psalm. Sacrificium Deo spiritus contribulatus, &c.

Et Nota ꝙ per hoc quòd coniunguntur insula (quæ tunditur aqua) & holocaustum, notatur quòd aquæ tribulationis ignem non extinguunt charitatis. vnde Cant. 8. Fortis est, vt mors dilectio. Lampades eius, lampades ignis atque flammarum. Aquæ multæ non poterunt extinguere charitatem. De radice ergo Iesse virga egreditur, quando de holocausto cordis, de feruore deuotionis, quasi virgula fumi, oratio pia ad Deum dirigit. Quę bene dicitur virgula propter humilitatem orantis. Vnde Eccl. 36. Oratio humiliantis se nubes penetrabit, & donec propinquet, non consolabitur, & non discedet. donec altissimus aspiciat.

Aquæ tribulatiõis nõ extinguũt ignẽ charitatis

Ea igitur quæ de oratione dicuntur, ad nuntium pertinent, scilicet dirigi, appropinquare, & intrare. vnde sicut dominus habet angelos suos ad nos (Nuntius enim Dei est consolatio, vel inspiratio diuina De quo nuncio dicitur Prou. 25. Aqua frigida animæ sitienti, nuntius de longinquo veniens) ita & nos habemus nostros nũtios, quos ad Deum dirigimus. Angelus enim latine dicitur nũcius. Ideo describuntur in scala Iacob. Gen. 28. Angeli descendentes, & ascendentes. Angeli descendentes sunt inspirationes diuinæ & consolationes. Angeli ascendentes, orationes

Nuntius Dei quis.

Angeli descendẽtes

tiones nostræ. Vnde sicut distinguntur nouem ordines angelorum, ita nouem proprietates orationum quasi totidẽ ordines debemus in nobis formare: veluti animæ Hierarchias. Vnde Heb. 8 Et Exod. 25. Vide facito omnia secundum exemplar, quod tibi monstratum est in monte.

& ascendẽtes ꝙd sint.

De electis Sanctis cum quibus non communicat dominus.

IN PSAL. CXL. SER. CCCXIII.

CVM hominibus operantibus iniquitatem: & non communicabo cum electis eorum. Sicut electi varij, quorum electioni non communicat Christus. Quosdam. n. elegit caro: quibus dñs non communicat. vñ 2. Reg. 5. in princip. Et venerunt vniuersæ tribus Israel ad Dauid in, Hebron dicentes: Ecce nos os tuum & caro tua sumus &c. Et Esa. 3. Paulo post Principium. Apprehendet vir fratrem suum, domesticum Patris sui & dicit: Vestimentũ tibi est, princeps esto noster. Iõ aũt ĩ electionibus spũs sanctus inuocatur vt caro locũ non hẽat. Vñ Petro dr Matt. 16. Beatus es Simon bariona quod est filius columbæ. ſ. spiritus sancti, quia caro & sanguis non reuelauit tibi, Caro autem excludit spiritum: iõ dr Eccl. 45. Elegit eum ex omni carne. ſ. sua: quam spiritus curare non debet: sed ei dominari. Hic est enim primus effectus spiritus. Vnde Gene. 4. Sub te erit appetitus eius: & tu dominaberis illius. Et Roma. 6. Non regnet peccatum in vestro, mortali corpore, vt obediatis concupiscentijs eius. Et Rom. 13. Carnis curam ne feceritis in desiderijs.

Electi diuersi qui bus non conueniunt.

Est electio domestica infida: de qua Mich. 7. Omnes in sanguine insidiantur: vir fratrem suum ad mortem venatur. Inimici hominis domestici eius. Ab ea quæ dormit in sinu tuo custodi claustra oris tui: quia filius contumeliam facit patri &c. Patet de dalila Sansonis Iudicum 16. Et ideo Deutero. penult. Qui dixit patri suo & matri suæ, nescio vos: & fratribus suis ignoro illos, & nescierunt filios suos: hi custodierunt eloquium tuum, & pactum tuum seruauerunt.

Electio domestica.

Est electio aliena, quæ fugienda est vnde Prou. 5. in fine. Quare seduceris fili mi ab aliena, & foueris in sinu alterius? Et Prouer. 23. in fine. Fouea profunda est meretrix, & puteus angustus aliena.

Quosdam elegit mundus scilicet quando propter temporalia commoda fit consensus in aliquem eligendum. vnde Esa. 3. Vestimentum tibi est, princeps esto noster. Et de domino legitur Ioan. 6. Quòd postquam pauit turbas, voluerunt rapere eum in Regem, & in eodem paulo post dicit turbis Iesus. Quæritis me, non quia vidistis signa, sed quia manducastis ex panibus, & saturati estis. Sic etenim mel muscæ sequuntur.

Electi diaboli. Quosdam elegit diabolus, s. qui volunt se promouere, & arrogant sibi, sicut diabolus, qui dixit Esa. 14. In cœlum conscendam, supra astra Dei exaltabo solium meum, &c. Vnde Baruch. 3. in fine. Ibi fuerunt gigantes nominati illi, qui ab initio fuerunt statura magna, scientes bellū. Non hos elegit dñs, &c. Gigantes sunt præsumptuosi. Hi ædificant turrim Babel, vt ascenderent in cœlum Gen. 11. Sic & præsumptuosi ædificant sibi turrim. Sed ita est de illis, vt de Abimelech: de quo Iud. 9. in fine. Accedens Abimelech iuxta turrim pugnabat fortiter, &c. Et ecce vna mulier fragmen molæ desuper iaciens, illisit capiti Abimelech & confregit cerebrum eius. Turris est dignitas, pro qua obtinēda pugnat fortiter Abimelech, i. quiuis ambitiosus, præcibus & minis quibuscunq; modis pōt. Mulier aūt ambitio, & mala cupiditas fragmine molæ cerebrū Abimelech confringit, qū ambitiosi animus curiositate distrahitur.

Item quosdā Vsurpatio, Simonia, & Simulatio promouent. Vsurpatio, i. violenta inuasio significatur Gen. 33. In Sichem, qui similiter significat ambitiosum, & per Dinam quam rapuit, ea enim dignitatē significat pp quā hæc oīa fiunt. Dicitur enim ibi ꝙ rapuit Dinam: ecce vsurpatio. Et dixit Augete dotem, & munera postulate, & libenter tribuam quod petieritis: tm̄ date mihi puellam hanc vxorē. Ecce simonia. Circūcidit aūt se & cunctos masculos suos, ecce simulatio, quæ etiam in Abimelech significari potest.

Alia litera hic habet, non combinabar cum electis eorum. In quo notat illos, qui se cōbinant dum faciunt conuenticu-

uenticula. de quibus in Psal. Non congregabo conuenticula eorum. Hinc est ꝙ faciūt corpus vnum. Vñ Iob 41. Corpus illius quasi scuta fusilia, compactum squamis se prementibus. Et Oseæ 9. Percussus est Effraim, radix eorum exsiccata est: fructum nequaq̄ faciēt, Cuius. n. radix in electione corrupta est, fructū in administratione non faciet.

Electi Christi sunt pauperes. De quibus Esa. 48. ante medium. Elegi te in camino paupertatis.

Item humiles. Vnde Esa. 47. in prin. Ecce seruus meus, suscipiam eum, electus meus: complacuit sibi in illo anima mea. Et Matth. 12. recitat dñs eadem: & etiam. Non cōtendet neq; clamabit, neq; audiet aliquis in plateis vocē eius. Intelligit ergo simplices & humiles: de quibus Ioā. 15. Nō vos me elegistis, sed ego elegi vos &c. Et 1. Cor. 1. Videte vocationem vestram fratres: quia non multi sapientes secundum carnem: non multi potentes, non multi nobiles &c. Non fortia huius mundi elegit Deus &c. Pauperes & humiles electi sunt Xpi.

Quòd clausirales comparantur ossibus, & quare dicantur dissipata ossa.

IN PSAL. CXL. SERMO CCCXIV.

DIssipata sunt ossa nostra secus infernum: quia ad te dñe dñe, oculi mei &c. Per ossa significantur claustrales. Primo, quia ossa non sentiunt: sic & claustrales debent insensibiles inueniri quantum ad gloriam & contumeliam. Vnde B. Bernardus legitur recepisse nouitio, vt vna die ossibus malediceret, alia benediceret: & in fine anni q̄siuit dicens, quid ossa responderunt tibi? Et ille dixit. Nihil pater. Cui Bernardus: Nec tu aliquid respondeas male dicentibus. Ideo dī 1. Corin. 4. Persecutionem patimur & sustinemus. Ossa diaboli sunt mali, qui comparantur fistulis æreis, q̄ tactæ resonāt: sic & ipsi pulsati cōtumelijs tñdent. Vñ Iob 40. Ossa eius velut fistulæ æris dura sunt. Claustrales possa significātur. Primo.

Secundo, quia ossa absconduntur in sepulcris, & ipsi in claustris: per se non exeunt: educi possunt ex causa. Vnde sepulcri violator est, qui ossa extrahit de sepulcro: sic qui Secundo

clausträles de clausträ extrahit sine legitima causa, qñ. si non vocat necessitas charitatis. Vnde recte clausträles signantur per ossa dentium, quæ non apparent nisi per risum. Risus autem charitatem significat, quæ sola debet esse causa vt prodeant. Vnde Gen. 24. dicitur. Exijt Ysaac vt exercitaretur in agro. Ager est mundus. De his dentibus dr̃ Cant. 4. Dentes tui sicut greges tonsarum quæ ascendũt de lauacro. Greges tonsarum congregatio est religiosorũ, qui tonsi sunt per propriorum renunciationem: loti, per conuersationis munditiam. Et sicut qñ dentes ordinati sũt decentiam habent: sic ordinis obseruatio decet clausträles. Dentes inordinati, qui dicuntur super dentes, inordinati sunt, & significant superbos fratres: Et sicut raritas dentium indecens est, sic & in monasterio raritas fratrum. Vnde dicitur Thren. 3. Confregit ad numerum dentes meos: quod fit quando non est debitus numerus in monasterio.

Tertio. Tertio, ossa quandiu sunt cum dentibus, non debent extrahi de sepulcro pp fœtorem. Vnde Martha fratrem suũ Lazarũ noluit reuelari & moueri ne fœteret, dicens Ioã. 11. Domine quatriduanus est, iam fœtet. Sed si iacuerint in sepulcro donec aruerint & consumptæ sint carnes, iam fœtoris nihil habent: sic nec clausträles, qñ carnalis affectus penitus solutus est & absorptus. Sicut dicitur Deute. penult. Qui dixit patri suo & matri suæ nescio vos, & fratribus suis ignoro illos: & nescierunt filios suos, hi custodierunt eloquium tuum, & pactum suum seruauerũt. Sed in Lazaro nondum factum erat illud, vnde significat, illos quibus carnalis affectus nondum deletus est. Et exeũt ad mundum: tñ dño vocante exeunt. Quia plerunq; tales de licentia abbatum prodeunt. Lazare (inquit dñs) veni foras. Aliter etiam exire solent, & tunc est periculosum. vnde dominus fleuit non mortuum, sed suscitandũ. Quando autem ossa arida sunt, non est timendum de fœtore: sic & clausträles vocari possunt & quasi suscitari ad dignitates, qui iam aruerunt. Quibus dicitur Ezech. 34. Ossa arida audite verbum domini. Ecce immittam vobis spiritum & viuetis.

Et quia quandoque contingit exeuntes ad mundum vel

vel etiam appropinquantes mundo clausträles, vt illos qui in ciuitatibus vel in oppidis sunt, corrumpi & curis dissipari, recte dicitur: Dissipata sunt ossa nostra secus infernum. Et ideo dicitur. Vita nostra inferno appropinquauit. Infernus plenus est igne, & mundus concupiscentiarum carbonibus. Et sicut vna domus ex propinquitate alterius accenditur: ita & hic. Vnde conqueritur vita nostra: dicens illud. Cadent super eos carbones ignis. Et vt dicit Horatius. Tunc tua res agitur, paries cum proximus ardet. Et Prouer. 6. Nunquid potest homo abscondere ignem in sinu suo vt vestimenta illius non ardeant?

Infernus igitur est luxuria: infernus est cupiditas rerum: infernus est superbia. Infernus est luxuria vnde Prouerb. 2. Inclinata est ad mortem domus eius, & ad inferos semitæ illius. Et Sap. 5. Pedes eius descendunt in mortem, & ad inferos gressus illius penetrant. Et Prou. 30. Tria sunt insatiabilia, & quartum quod nunquàm dicit sufficit. Infernus & os vuluæ, ideſt Cupiditas & luxuria. Terra quæ non satiatur aqua. i. gulontas quæ non satiatur delicijs. Ignis qui nunquàm dicit sufficit, est superbia quæ nunquàm satis impletur honoribus. Ignis vult sursum ire: & superbia ascendere. Luxuria est infernus.

Gula etiam infernus est. Vnde & de diuite Epulone dicitur Luc. 16. quòd sepultus est in inferno. Gula.

Superbia est infernus. Vnde Esa. 6. Propterea dilatauit infernus animam suam & os suum absq; vllo termino: & descendent sublimes eius gulosiq; eius ad eum. Superbia

Omnis peccator infernus est, vnde Prouer. 1. Si dixerint peccatores. Abscondamus tendiculas contra innocentem fruſtra. Deglutiamus eum sicut infernus viuentem & integrum quasi descendentem in lacum &c. In huius figura legitur quòd Ioseph fratribus suis dixit, Asportate vobiscum ossa mea de Aegypto. Et ideo dicitur Heb. 11. Fide Ioseph moriens de ossibus suis mandauit. Quid enim est Ioseph tolli de Aegypto, nisi clausträles qui sunt ossa Christi, debere tolli de mundo. Ergo ne permittas ea ibi remanere, ne dicatis: dissipata sunt ossa nostra. Oĩs peccatõr infernus dicitur.

Infernus

Peccatū est infernus.

Infernus etiam est peccatum, quia sicut de inferno nemo potest exire, sic nec de peccato per se. Ibi sunt tenebræ, sic & in peccato. vnde Iob 19. Semitam meam circumsepsit, & transire non possum: in calle meo tenebras posuit. &c. Ibi est ignis, sic & in peccato. vnde Ecclesiast. 24. Anima callida quasi ignis ardens non extinguetur. Vermes sunt vtrobique. vnde Esa. vlt. Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur. Et Iob 30. Et qui me comedunt non dormiunt. Et Iob 17. Putredini dixi, pater meus es, & mater mea: & soror mea vermibus. Fœtor est vtrobique. Vnde Amos 4. Ascēdere feci ad nares vestras fœtorem castrorum vestrorum. In inferno nō laudatur Deus: nam in inferno quis confitebitur tibi: sic nec in peccato, scimus enim q̄ peccatores Deus nō exaudit. Et tamen dicitur Sapien. 16. Domine tu es qui vitæ, & mortis habes potestatem: & deducis vsque ad portas mortis & reducis. Et Psalm. Eruisti animam meam ex inferno inferiori, idest consuetudine peccandi.

De reditu spirituali & eius impedimentis: deque solitudine ad eum necessaria. &c.

IN PSAL. CXL. SERMO CCCXV.

INGVLARITER sum ego donec transeam. &c. Reditus spiritualis præcedit transitum spiritualem. Prius enim est vt homo redeat ad se ipsum quàm vt transeat seipsum. Vtrunque exigit solitudinem. Reditum autem istum impedit multiplex causa. Sicut quis impeditur regredi in domum suā pp variā multitudinē: Est aūt hunc reditū impediens, multitudo secularium occupationū & affectionū secularium occupationū turba impedit retrahendo. vñ Eccl. 11. Fili ne in multis sint actus tui. Et Lu. 10. Martha Martha sollicita es, & turbaris erga plurima: porro vnum est necessarium. Ideo hæc turba quæ impedit retrahendo est abijcienda, vt contemplationi vacemus Psal. Vacate & videte quoniā suauis est Dominus. Et Eccle. 38. Sapientiam scribe in tempore vacuitatis.

Causæ multę impediētes reditum.

Tur-

Turba cogitationum impedit inquietando, & perstrependo, & quasi exclamando: quia magnum strepitum faciunt in corde. vnde Matth. 20. Turbæ autem increpabāt illos vt tacerent: at illi magis clamabant. Et Mar. 4. Dominus ne à turba opprimeretur ascendit in nauim & illic sedens docuit. Et Marc. 5. Et vidit tumultum & flentes & ciulantes multum, ipse vero eiectis turbis assumpsit patrem & matrem puellæ. Et Mar. 7. Et apprehendens surdum & mutum de turba seorsum, misit digitos suos in auriculas eius. &c.

Turba affectionum impedit opprimendo, & quasi spiritum extinguendo. Ante enim affectionis consensum spiritus non extinguitur licet pulsetur. vnde 4. Reg. 7. Porro rex ducem illum in cuius manu incuberat, constituit ad portam, quem conculcauit turba in introitu portæ. Dux ille spiritus est carnalis qui non attendit nisi præsentia: & de fututis, quæ promittantur, desperat. vnde sollicitum de temporalibus turba malorum cogitationum cōculcat. Conculcatur autem in porta Samariæ, idest in sensib. quos custodire debebat. vnde Prouer. 4. Omni custodia custodi cor tuum. Reditus ergo ad seipsum solitudinem desiderat: ideo Dominus dixit discipulis suis Marc. 6. Venite seorsum in desertum locum & requiescite pusillum. Erant .n. qui veniebant & redibant multi: Et ne spatium manducan di habebant. Vnde bene dicit pusillum: quia vix hora vel dimidia quiescere potest. vnde dicitur Gene. 22. Ego & puer postquàm adorauerimus, reuertemur ad vos. Ideo dicitur Cant. 2. Lectulus noster floridus. Nō dicit lectus, sed per diminutionem lectulus.

Turba affectionū.

Reditus ad seipsū solitudinē queritur

Et sicut illi quid veniebant & redibant, multi non habebant spatium manducandi: sic propter frequentiam & instantiam cogitationum & affectionū, non habet anima spatium refectionis internæ. Reditautem ad se, reuocando se à sensibus ad interiora: quod fit quasi per quatuor dietas. Quarum prima est in imaginatione secundum imaginationem, qñ quicquid exterius sensu percipitur, interius officio imaginationis intelligentiæ præsentatur. Secūda in imaginatione fm rationē: in qua sensibiliū causa, ratio, ordo, & dispositio & huiusmodi visibilium visibilia

Quis reddeat ad se

cons-

confiderantur. Tertia in rõne ſm imaginationem: in qua collatione ſenſibiliũ & imaginabiliũ ad inuiſibiliũ noſtrorũ cognitionem intratur. Quarta in ratione ſm rationẽ, in qua intelligẽtia quaſi reflexo in ſeradio inuiſibilia ſua, & per hæc aliarũ creaturarũ inuiſibiliũ ſubſtantias cõtuetur, & in ſeipſa ſabbatizat: & foras non exit. Vnde dicitur Exod. 16. Maneat vnuſquiſque apud ſemetipſum, nullus egrediatur de loco ſuo in die ſeptimo. Ideo quater dicitur Cant. 6. Reuertere, reuertere Sunamitis, reuertere, reuertere vt intueamur te. Ego te, & tu te, ſed nondũ tu intueris in me. Nondum .n. aſcendit ad intuitum diuinæ ſapientiæ, niſi qñ tranſierit. Poſtquã ergo rediit ad ſe, reſtat vt tranſeat ſuper ſe. Et hic tranſitus deſiderat multo magis ſolitudinem. Vnde Threno. 3. Sedebit ſolitarius & tacebit: quia leuauit ſe ſupra ſe. Sedebit per quietem contemplationis: ſolitarius, per excluſionem curæ & cogitationis multiplicis: tacebit per auditum verbi interius ad ſe loquentis. Vnde Pſalm. Audiam quid loquatur in me Dominus Deus. Et Oſee. 2. Ecce ego lactabo eam, & adducam eam in ſolitudinem, & loquar ad cor eius. Et Dñs Matth. 14. Dimiſſa turba aſcendit in montem orare. Leuauit ſe ſupra ſe. Vnde dicitur ſtatus ille excuſſus mentis .i. rationis: quando per affectionem aſcendit ſupra rationẽ. Et habet duos gradus. Primus conſiſtit in ijs quæ ſunt ſupra rationem, non tamẽ propter rationem. In quo inuiſibilia Dei quæ ad vnitatẽ eſſentiæ pertinent, intuemur: quæ licet à ratione cõprehẽdi non valeant, congrue tamen atteſtationem rationis admittunt. Secundus ſupra rationem: & quaſi contra vel præter rationem. In quo quæ ad perſonarũ diſtinctionem, & originẽ, & vnionem verbi cum humana natura ſpectant: quæ videntur oẽm rationem calcare, tractantur. Ideo dr in Pſal. Ibi Beniamin adoleſcẽtulus in mẽtis exceſſu. i. rationis. Et aliubi. Effudi in me animam meam. i. ſupra me. Affectus enim penetrat, quo non poteſt ratio. Vnde per Moyſem ratio vel verbũ ſignificatur, per Aaron affectus. Et ideo dixit Dominus ad Moyſem Exodi. 3. Aaron frater tuus, ſcio q̃ eloquens ſit, ipſe loquetur pro te, & erit os tuum. Hinc eſt q̃ Petrus & Ioannes cucurrerunt ſimul ad monumentum: vt habetur Ioan. 20. Et Ioannes præcucurrit, quia citius Petro, & tamen Petrus prior intrauit. Ioannes inquam cucurrit citius: quia comprehenſio rationis præcedit deſiderium affectionis: tamen Petrus prior intrat: quia deſiderium inquiſitione plus penetrat.

Excelſus mentis duos hẽt gradus.

Quomodo & qualis carcer ſit corpus humanum ipſi animæ: & quibus modis anima educatur de cuſtodia eius.

IN PSAL. CXLI. SERMO CCCXVI.

DOMINE educ de cuſtodia animam meam &c. Solent qui volunt reos ignominioſe tractare, multa excogitare ad confuſionem eorum, vt non ſtatim moriantur, ſed in dolore viuant. Quorum vnum & primũ eſt, quòd vbi quis nobilius gloriatus eſt, ibi ignominioſius tractetur: etſi in propria domo prius delicijs abundauit, & in illa ac de illa gloriatus eſt, in illa ligetur, & captiuetur, & de domo fiat ei carcer. Ita factũ eſt primo parenti noſtro. Caro enim propria, quæ erat domus glorioſa ipſi in carcerem eſt cõuerſa. Vnde Heſter. 4. dicitur quòd de ipſa domo Aman ſublatum eſt lignum, quo ipſe ſuſpenſus eſt. Facta eſt carcer tenebroſus & luto fœtus. Tenebroſus quantum ad caliginem rationis. Vnde Eſa. 20. Emarauit cor meum, tenebræ ſtupefecerunt me. Lutoſus, propter affectionis corruptionem. Vnde Pſalm. Infixus ſum in limo profundi. &c

Diuerſa cõtra reos ignominia.

Caro facta fuit carcer primo parenti.

Secundum eſt, quòd tanta angaria conſtituitur quòd in carceratus cogitur proprium carcerem reficere, & ſumptibus ſuis proprium carcerarium paſcere. Vnde Eccl. 29. Paſcet & potabit ingratos.

Tertiũ eſt, q̃ in ipſo carcere compeditur multis cõpedibus infirmitatis, quibus viuens expediri non poteſt: quæ ſunt fames, ſitis, calor, frigus, labor, vigilia & c. Ideo dr in Pſalm. Humiliauit in compedibus animam eius &c. Et Threm. 3. Circumædificauit aduerſum me, vt non egrediar: aggrauauit compedem meũ. Quaſi dicat ſic eſt, ita quòd ad bene operandum exire non valeo. Compedes aggrauantur, quando voluptas corruptioni, vel quando corru-

corruptioni pœnæ, corruptio culpæ additur. Vñ Thre. 1. Migrauit Iudas pp afflictionẽ & multitudinẽ seruitutis.

Similc.

Quarrum est q̃ in ipso carcere bestijs traditur deuorãdus. Bestiæ sunt bestiales motus: quod signatum est per hoc quòd Daniel missus est in lacum leonum: & non tetigerunt eum leones: vt habetur Dan. 5. Quod spiritualiter contingit quando aduersus iustum inclusum carcere carnis non prævalent bestiales tentationes. Vnde Iob. 5. Bestiæ terræ pacificæ erunt tibi, & scies quia pacem habent tabernaculum tuum. Et Rom. 12. Obturauerunt ora leonum. &c.

Quintum est q̃ in ipso carcere custoditur ad maiorem pœnam: sicut qñ rex cœpit maleficum seruat eum in custodia carcerali donec iudicauerit quid de eo agendum: & plerunq; educi iubet ad patibulũ, vel de miseria euocari ad liberationem: ideo dicitur custodia, vt hic Educ de cust. a. m. Sic homo custoditur in carne propria educendus ad diem iudicij. Et hoc pulchre signatur Gen. 40. Vbi dicitur q̃ duo tenebantur in carcere cum Ioseph: s. pistor & pincerna: pistor autem eductus est ad patibulum, pincerna vero ad pristinum regis ministerium: vt Ioseph vtriq; prædixerat euenturum. Pistor ergo significat omnes existentes in carnis carcere qui damnandi sunt. Pincerna oẽs qui saluãdi. Ioseph Christũ qui sine culpa positus erat in carcere & Christus sine culpa circũdatus est carnis infirmitate: q̃ ad hoc venit in carnẽ vt vtrunq; exitum nobis interpretaretur. Et nota q̃ Ioseph pincernæ dixit: post tres dies restitueris in pristinum gradum. Hi sunt tres anni post quos Absalon ad oscula patris admittitur 2. Reg. 14. in fine.

Pistor & pincerna ad significent.

Eductio de carcere carnis multipl. Primo.

Educitur autẽ quis interdũ de carcere carnis per mortem: de quo bonus prælatus nõ orat, immo verbũ B. Martini dicit: Dñe si adhuc populo tuo sum necessarius nõ recuso laborem: fiat voluntas tua. Et illud apostoli. Philip. 1. Coarctor duobus, desiderium habens dissolui & esse cũ Christo multo melius, permanere autem in carne necessarium est propter fratres.

Secundo

Educitur etiã interdũ per aĩæ ab ipsis carnalib. abstractionem. Sicut sancti, qui corpore versantur in terris, mente autem in cœlis. Vnde 2. Corinth. 2. Nostra conuersatio

satio in cœlis est. Et 2. Corin. 5. Habitationem nostrã quæ de cœlo est, superindui cupientes, grauari eo quòd volumus expoliari sed superuestiri, vt absorbeatur quod mortale est à vita. Vnde Dan. 2. Non est qui sermonem illum indicet in conspectu regis, exceptis dijs, quorum non est cum hominibus conuersatio.

Tertio.

Educetur præterea per carnis in meiius commutationem, vt de carcere fiat domus glorioſa, qñ. s. hoc corruptibile induet incorruptionem 1. Cor. 15. Vñ Iob 29. Si reuersus fueris ad omnipotentem ædificaberis, dabit pro terra silicem. & pro silice torrentes aureos.

Quarto.

Item per carnalium affectionum repressionem, quia tales dicuntur ab Apostolo non esse in carne. Rom. 8. Qui in carne sunt, Deo placere non possunt: vos autem in carne non estis, sed in spiritu. Hic legitur 1. Reg. 24. quòd cũ Saul esset in spelunca ad requisita naturæ, seu ad purgãdã aluum, Dauid præscidit oram chlamydis eius, & noluit eum interficere. Persequitur autem Saul Dauid propter regnum: & sensualitas rationem: quia vult regnare super illam. Spelunca illa caro est, in quam Saul descendit ad requisita naturæ. Saul in spelunca egerit, dum in carne necessitas carnalis appetitus, in motus fœtidos & libidinosos ac animales erumpit. Ora chlamydis est extremitas vestis. Dauid oram chlamydis præscindit, dum ratio motum carnis antequàm consummetur, interrumpit. Saulem itẽ ipsum non interficit, quia carnem viuere ad necessitatem & non ad superfluitatem permittit.

Quòd iudicare se debeat homo dum licet, ne postea iudicetur à Deo.

IN PSAL. CXLII. SERM. CCCXVII.

Ius naturale.

ET non intres in iudicium cum seruo tuo &c. Naturale ius habet, vt si quis non offendit, ipse de se ipso possit ius exhibere antequàm clamemus ad alium iudicem. Vnde dr Matt. 18. Si peccauerit in te frater tuus &c. sicut plenius diximus super illum versum. Feci iudiciũ & iustitiã. Iõ dr Esa. 43.

Reduc

Reducite in memoriam, & iudicemur simul Quando homo offendit Deum, primo iudex est ipse super illa offensa: vnde quandiu viuit homo tempus habet iudicandi, sed postea non: immo dominus tunc accipit tempus iudicandi. Vnde Psal. Cum accepero tempus ego iustitias iudicabo. Et Esa. 41. Prope facite iudicium vestrum, dicit dominus: afferte, siquid forte habetis &c.

Timet ergo iste iudicium domini, & merito. Nouit enim quòd de omnibus redditurus est rationem. Vnde Luc. 16. Redde rationem villicationis tuæ: iam enim non poteris amplius villicare. Ait autem villicus intra se: Quid faciam? Fodere non valeo, mendicare erubesco &c. Et Iob 31. Cùm surrexerit Deus ad iudicandum quid faciam? & cum quæsierit, quid respondebo illi?

Vnum est ergo consilium qđ dr̃ Eccl. 18 Ante iudicium interroga teipsũ, & ĩ cõspectu Dei inuenies ꝓpitiationẽ.

Item debet habere secum computationem strictam & frequentem. Strictam, primo quia omnia aliena sunt quæ credita sunt in manu sua: & ideo debet esse ad restituendũ diligentior. Verè aliena sunt, & anima & corpus: & omnia bona naturalia & spiritualia. Vnde 1. Cor. 4. Quid habes quod non acceperis? &c. Et Eccl. 25. Tres species odiuit anima mea: pauperem superbum, diuitem mendacem, & senem fatuum. Pauper est homo, quia nihil habet à se, superbus dum de alieno superbit. Diues mendax dicitur qui quod non est suum sibi ascribit. Senex fatuus, qui dum instat mors rationem reddere & se iudicare negligit. Secundo debet habere strictam cõputationem, quia omnia sub numero tradita sunt, & sub numero reddenda. Vnde Eccl. 42. Vbi manus mutæ sunt, claude. & quodcunq; trades numera & appende: datum vero & acceptum omne describe. Et vulgariter dr̃, Qui vit à compte, il vit à honte. Qui viuit ad calculum seu exactam rationem accepti: viuit sub pudore & verecundia. Tertio, quòd quanto plura committuntur ei, de tanto pluribus debet reddere rationem. Vnde Luc. 8. Cui plus committitur ab eo plus exigitur. Et Gre. super illud. Homo quidam peregre proficiscens &c. dicit. Tanto humilior quis esse debet ex munere, quanto obligatior est in reddenda ratione. Hinc est quòd qui plus acceperunt,

Computatio stricta & frequens à nobis fiẽda.

ceperunt, plus debeant sibi timere, & non inde gaudere.

Stultus autem securus accipit, & est sicut qui non cessat accipere ad vsuram, & quasi inuentum æstimat cõmodatum aut ad vsuram datum sibi, donec ventum est ad tẽpus reddendi. Vnde Eccles. 29. Multi quasi inuentionẽ æstimarunt fœnus, & præstiterunt molestiam ijs qui se adiuuarunt. Donec accipiant osculantur manum dantis, & in promissionibus humiliant vocem suam. Et in tẽpore redditionis postulabit tempus, & loquetur verba tædij, & murmurationum, & tempus causabitur. Solidi vix reddet dimidium, & computabit illud quasi inuentionem.

Quarto, quia etiam de minimis redditurus est rationẽ: de opere, de locutione de cogitatione. Vnde Matt. 5. Non exies inde donec reddas nouissimum quadrantem.

Frequentem computationem debet habere: Primo quia dilata & in longum tempus producta computatio, multa facit obliuiſci, & perdere. Frequens autem computatio est frequens confessio, quæ frequens debet esse, alioquin etiam si teneas factum memoriter, obliuiſceris tamen loci, temporis, aut personæ: aut alterius circunstantiæ aggrauantis peccatum: ideo non plene reddes rationem. Quo circa qui solet annotare expensas, scribit diem & causam, & alia huiusmodi. Ad frequentem confessionẽ inuitabat Dñs dicens Io. 11. Eamus in Iudæam iterum. Iudæa enim est confessio. Et in Psal. Confitebimur tibi Deus, cõfitebimur tibi &c. Secundo quia habemus æmulũ nostrũ. s. diabolũ qui cuncta scribit & nihil omittit. nec diẽ, nec locũ, nec personã nec aliud qđ possit aggrauare peccatũ: & si nõ cõputamus, ipse accusat nos de furto: quod aũt excusare nos possit, non scribit Vñ scripsit contra B. Martinũ, sed nihil ꝓfecit, quia nihil sibi cõscius erat, qđ confitẽdo nõ deleuerat: ideoq; nõ timebat eũ. Et nos etiã non timebimus cũ, si frequenter cõputemus. i. confiteamur, quia quod confitemur eradicatur & expungitur de quolibet cõputo. i. delitur debitũ. Et nota ꝙ diabolus semp seruat scripta sua, sed si possumus ꝓbare de aliquo ꝙ hoc cõfitẽdo cõputauim⁹, cõfunditur vt calũniator. Et hoc est qđ dr̃ Apoc. 12. Proiectus est accusator fratrum nostrorum, qui accusabat illos ante conspectum dei die ac nocte. Quia sicut per cru-

Frequẽtẽ debemus habere cõputationem.

Diabolus æmulus noster.

Nota.

cem dñi nostri, ita per crucem pœnitentiæ nostræ euacuatur chirographum eius. Vnde Colos. 2. Donans nobis omnia delicta, delens quod aduersum nos erat chirographū decreti: quod erat contrarium nobis: & ipsum tulit de medio, affigens illud cruci. Sic & nos affigētes illud cruci pœnitentiæ. Dicit ergo. Non intres in iudicium cum seruo tuo. Vnde Iob 9. Si habuero quippiam iustum non respondebo, sed meum iudicem deprecabor. Et iterum. Quid faciam cum surrexerit ad iudicandum dominus. Vel secundum aliam litteram: Si eximinationem mei faciat.

Non iustificatur homo nisi moriatur peccato.

Sequitur hic. Non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. Quia nō iustificabitur nisi mortuus fuerit peccato. Vnde Rom 6. Qui enim mortuus est, iustificatus est à peccato. Et Iacob non accepit vxorem de filiabus Goth: qui interpretatur vita, vt habetur Gen. 28. Quia Christus illi animæ se non coniungit, quæ mundo per voluptatem viuit. Sed illi qui mundo mortui sunt, Christo viuūt: qui iunguntur illi cum dicit Apostolus Ro. 12. Obsecro itaq; vos fratres per misericordiam Dei, vt exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem, sanctam, Deo placentem.

Mortui mūdo, & Xpō viuentes.

De triplici animæ defectu bono.

IN PSAL. CXLII. SER. CCCXVIII.

VELOCITER exaudi me domine: defecit spiritus meus.

Defectus bonus animæ triplex.

Triplex est animæ defectus bonus, ſm triplicem eius excessum. Primus est ex magnitudine deuotionis. Secundus præ magnitudine admirationis. Tertius præ magnitudine exultationis. In primo aīa ex nimio desiderij cęlestis igne quasi cera liquescit. Vnde Psal. Factum est cor meum tanq̄ cera liquescens in medio ventris mei. Et iterum. Concaluit cor meū intra me. Et Cant. 5. Anima mea liquefacta est, vt dilectus locutus est. Vel quasi à priore grossitie resoluitur, & instar fumi attenuata sursum leuatur. Vnde Cant. 3. Quæ est ista quæ ascendit per desertum sicut virgula fumi &c.

Secundo ex magnitudine admirationis. Solemus enim rei

rei nouitatem admirari. Vnde qñ anima ad spectaculum summæ pulchritudinis prius non visæ per radium diuinę illuminationis adducitur, admirattone suspensa, vehemēti stupore concutitur. De hac dicitur Cant. 6. Quæ est ista quæ progreditur quasi aurora consurgens? Recte dicitur, quasi aurora: habet.n. primo lucem cum tenebris mixtā. Tenebræ .n. quodammodo cum luce miscentur, dum & noua diuinæ lucis reuelatione videntur, & tāta sunt, quòd præ admiratione vix creduntur.

Bene autem dicitur consurgens. Aurora enim paulatim eleuatur, dilatatur. & clarificatur: & vnde accipit vt maior sit, inde accidit ei vt omnino non sit. Et lux quidem esse non desinit. Aurora siquidem quæ lux est matutina, in tantum crescit quòd iam non est lux matutina, sed meridiana. Sic & humana intelligentia ex dilatationis suæ magnitudine plerunque accipit vt iam non sit ipsa. Non quidem vt iam non sit intelligentia, sed vt iam non sit humana: dummodo mirabili mutatione quia in comprehensibilis efficitur plus, q̄ humana. Ideo sequitur Cant. 6. Pulchra vt luna: electa vt Sol. Hoc est quod dicitur Prou. 4. Iustorum semita quasi lux splendens crescit vsq; in perfectum diem: Hic est defectus salutaris quo proficit anima, De quo dicitur 3. Reg. 10. Videbat Regina Saba sapiētiam Salomonis, & domum quam ædificauerat, & cibos mensæ &c. non habebat vltra spiritum. Post sequitur. Locuta est ei vniuersa quæ habebat in corde suo: & docuit eam Salomon omnia quæ proposuit. Non fuit sermo qui regem posset latere: & non responderet ei. Quæ est ista regina austri, & illius calidæ regionis inhabitatrix & domina: & videndi Salomonis desiderio succensa, nisi quælibet aīa sancta: quæ sensibus & appetitibus carnalibus, cogitationibns & affectionibus mentis fortiter dominatur, & veri Salomonis videndi desiderio inflammatur? De hac dr̄ Videns regina Saba sapientiam Salomonis &c. post, non habuit vltra spiritum. Ecce quo ordine processit & ad quem exitum peruenit. Primo quærit & audit: vnde dicitur. Locuta est vniuersa. Postea, videt & intelligit. Vñ subditur: Videns omnem sapientiam Salomonis. Tandem obstupescit & deficit: Vnde additur: non habebat vltra

Quælibet anima sācta Regina austri.

spiritum. Primo interrogat quod discat. Secundo contemplatur quod miretur. Tertio stupet vt mẽtem excedat. Primum est meditationis: sm contemplationis: tertium extasis. De meditatione igitur surgit in contemplationem: de contemplatione in admirationem: de admiratione in extasim. i. mentis alienationem. Et hoc est quod dicitur: non habebat vltra spiritum. Spiritum. n. nõ habere nihil aliud est nisi mite excidere. Ioannes aũt Apoc. 1. dicit. Fui in spiritu in insula quæ vocãtur pathmos dñica die. De regina dicitur q̃ fuit sine spiritu: qũo hæc possunt esse? Responsio. Prius est esse in spiritu: post, esse sine spiritu. Spiritum in spiritu esse, est semetipsum intra se colligere, & ea quæ circa carnem, vel in carne geruntur non curare. Vnde Eccl. 30. Contine & congrega cor tuum in sanctitate eius Spiritum sine spiritu esse, est spiritum semetipsum & extra semetipsum effundere, & quæ sub ipso sunt interim ignorare: & in diuinitatis arcanum intrare. Vnde in Psal. Effudi in me (. i. supra me) animam meam: transibo in locum tabernaculi vsq; ad domum Dei. Tunc igitur recte dicitur spiritus semetipsum non habere: qñ incipit à se humano deficere, & mirabili transfiguratione in se diuinũ transire: ita vt iam ipse non sit ipse, dum Deo incipit altius & arctius adhærere Quia sicut dicitur 1. Cor. 6. Qui adhæret Deo, vnus spiritus est cum ipso. De hoc defectu dicit in Psal. In deficiendo ex me spiritum meum. Et ibi. Defecit in salutari tuo anima mea &c.

Spiritum non hẽre quid sit.

Præ magnitudine exultationis: de qua Cant. 8. Quæ est ista quæ ascendit de deserto delicijs affluens, innixa super dilectum suum? Per desertum intelligitur cor humanum: ille igitur de deserto ascensus nihil aliud est, nisi humani cordis excessus, qñ semetipsum in imo deserens, ad cœlũ vsq; pertransit: & solis diuinis se per contemplationẽ immergit. Causa autem exprimitur, cum dicitur: delicijs affluens. Ex abundantia. n. cordis os loquitur: & os mentis. i. affectus iubilat: & quod introrsum affluit, foras effluit. Et hoc est quod Dionisius in de cælesti hierarchia dicit: Superferuidum aqua bulliens quæ se non potest continere in vase. Vnde e contrario de Ruben dicitur Gen. penul. Effusus es sicut aqua ne crescas. Alia litera: ne ebullias. Ebullliunt qui supra se ascendunt. Affluentia ergo deliciarum non potest nõ gestire & exultare. Sic solent animalia in suis lusibus quosdam saltus dare: & aliquantulum corpora sua in aere saltu suspendere. Vnde Cant. vlt. in fine. Assimilare capreæ, hinnuloq; ceruorum. Et in Psal Montes exultauerunt sicut arietes, & colles sicut agni ouium. Montes sunt cõtemplatiui: colles speculatiui Sic & pisces dum in aquis ludunt, supra aquas exiliunt, & natiuæ habitationis suæ terminos extendunt: vt merito pudeat hominem semper animo in terrenis delitescere.

Similes.

Quomodo per manus operatio: & per digitos discretio significetur.

IN PSAL. CXLIII. SERMO CCCXIX.

BENEDICTVS Dñs Deus meus, q̃ docet manus meas ad prælium: & digitos meos ad bellum.

In manibus operatio: in digitis discretio designatur, vt sit operatio discreta: & discretio operatiua. De manibus dicitur. Psal 76. In die tribulationis meæ Deum exquisiui manibus meis. De digitis etiã & manibus dicitur Cant. 5 Manus meæ distillauerunt myrrham, & digiti mei pleni myrrha probatissima. Myrrha probatissima est pœnitentia discreta. Dextera fortior est quàm sinistra. Ad dexteram pertinent opera fortitudinis. Ad sinistram, officia mansuetudinis. Ad dexteram rigor seueritatis. Ad sinistram lenitas pietatis. Ad dexteram, exercitia iustitiæ. Ad sinistram, impendia misericordiæ. Dextera per seipsam operatur: sed operatio solius sinistræ est admodum rara & infirma penitus, nisi in ijs qui ordinem naturæ confundunt & de sinistra iustitiam faciunt. Est igitur iustitia alia cogens, alia permittens. Iustitia cogens, non nisi ad vnam partem accommodari potest. Quædam enim ita exæquitate iustitiæ exiguntur, quòd omnia nisi iniuste prætermitti non possunt. Vnde Deutero. 12. in fine. Quòd præcipio tibi hoc tantum facito, nec addas quicquam nec minuas. Et quædam sic prohibentur vt nunquam nisi illi-

Per manus operatio immportatur.

Iustitia duplex.

illicite vsurpentur. Et hæc sunt in quibus quasi sola dextera operatur. De quibus potest intelligi illud quod dicitur Matth. 6. Nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua. Sunt alia quæ & iuste fieri possunt, & misericorditer relaxari: & quædam quæ iuste præteriri, & misericorditer possunt exerceri. In his misericordiæ locum habet operatio: & quantum iustitia permittens patitur, exercere se valet. semper tamen in eis quæ pie impendit, vel venialiter remittit, illud maxime caueat, ne iustæ æquitatis metas excedat. Quando ergo ita misericordiæ opa exequimur, puta vt à iustitia non recedamus, vt sic misericordia iusta quasdam vtraque manu operamur: & quando iustitia ex misericordia conditur vel temperatur, dextera quodammodo à sinistra adiuuatur vt sit iustitia misericors: sicut scriptum est Iacob 2. Misericordia superexaltat iudicium.

Digiti sunt quinque, quia quinque gradus discretionis. Primus est dijudicatio quo discernimus inter licitum & illicitum. vnde Gen. 1. Diuisit lucem à tenebris. Et in lege, maledicitur animal quod non ruminat, & vnguiam non offendit. Inde dicit 1 Cor. 15. Si nos dijudicaremus, nõ vtique dijudicaremur. Ecce quàm vtile dijudicationis officium, quod nos in conspectu iudicis à iudicio absoluit. Secundus, deliberatio. & hic discernit inter commodum & incommodum. Non enim omnia quæ licent expediunt: vt dr 1. Cor. 6. Omnia mihi licent, sed non oĩa expediunt. Iõ dr Eccl. 32. Fili sine consilio nihil facias, & post factum non pœnitebis. Et Prouer. 4. Palpebræ præcedent gressus tuos. Tertius est dispositio & hic discernit inter ordinatũ & inordinatum: quia etsi licitum sit & expediens: adhuc tamen est in rebus vtilibus prospicere quõ vel quo ordine facere aut dicere valeamus, vt singula quæq; locũ teneãt sortita decenter. Et Psal. Iocundus homo qui miseretur & commodat, disponit sermones suos in iudicio. Et Cant. 2. Ordinauit in me charitatem. Quartus est dispensatio inter opportunum & importunũ. Posq̃. n. gerenda disposuimus quo ordine fiant: pletunq; pro vario eorum quę emergũt euẽtus, dispensationi locus est: qa ſm opportunitatum occasionem, aliquid de propositi tenore, & dispensationis ordine necesse est demere, vel mutare. Vñ Seneca. Sapiens non

Digiti quinque sunt quique gradꝰ discretionis.

Primus.

Secũdus.

Tertius.

Quartus.

non se mutat, sed aptat tpi. Sicut eadẽ est manus quum in pugnum constringitur, & quum in palmam extenditur. iõ dr. Mitte sapientiam, & nihil ei dicas, quia sicut dr Ecclesiast. 8. Tempus & responsionem cor sapientiæ intelligit. Oĩ negotio tempus est & opportunitas. Et quidã. Consilium nobis resq; locusq; dabit Et Eccl. 3. Omnia tps habent, & suis spatijs transeunt vniuersa sub cœlo. Quintus est moderatio inter moderatum & immoderatum. In omnibus. n. quæ ordinate & circũspecte agimus, modum congruum tenere debemus. Vnde Horat. in Epist. Est modus in rebus, sunt certi denique fines: Quos vltra citraq; nequit consistere rectum & Apost. Phil. 4. Modestia vestra nota sit omnibus hominibus.

Primus digitus est pollex, quia cæteris pollet, & positione præcedit: & dr dimidia manus, sic & dijudicationis examen omnia præcedit: quia nisi sit licitum non potest esse expediens, quod pertinet ad deliberationem: nec ad ordinem respicit, quod pertinet ad dispositionem: nec recompensationẽ admittit, quod pertinet ad dispensationem: nec mensurã, quod pertinet ad moderationẽ. Vñ prima consideratio est, an liceat Matt. 22. Vtrũ licet censũ dare. Secundo dijudicat Cæsari, s. Augusto. Tertio deliberat. Reddite. Quarto disponit: quæ sunt Cæsaris Cæsari &c. ecce dispositio. Secundus digitus est index: quia deliberatio indicat quid præferendũ & eligendum. Vñ Mich. 6 Indicabo tibi o homo quid sit bonũ: & qd dñs requirat à te: vtiq; facere iudiciũ, & diligere mĩam: & sollicitum ambulare cũ Deo suo. Iõ ſm locum hẽt, quia nõ deliberamus nisi de licitis. Tertium locum dispositio: quia non nisi delicitis & vtilibus ordinamus. Et tertius digitus medius dicit, & recte: quia rector mediũ locũ tenere solet, cuius est aliorum officia ordinare. & dispositio rectoris loco fungit, sine qua nullus actus exire dẽt: sed anteq̃ exeat ordinari. Vñ dñs quia rector nobis est, sp medius legitur. iõ dicitur Ioã. 1. Medius autem vestrum stetit, quem vos nescitis, & Luc. 2. Inuentus est in medio doctorum ãudiẽs illos. Iõ Matt. 17. Vbi duo vel tres congregati &c. ibi sum in medio, eorum, & Ioan. 19 Crucifixerunt duos, hinc & inde, mediũ aũt Iesum vt pote qui latroni à dextris gloriam, ei qui à

Primꝰ digitus dicitur pollex.

Secundus index.

Tertius medius.

Universidad de Deusto Biblioteca

finistris disponebat pœnam. & Ioan. 20. Stetit in medio discipulorum, & in iudicio medius, statuet agnos à dextris: hœdos autem à sinistris. Matt. 25. Disponens singulis pro dignitate meritorum. Vnde Luc. 22. Ego disponam vobis regnum &c. Quartus digitus & gradus est dispensatio. & recte. Ea. n quæ deliberauimus & ordinauimus occasione opportunitatis, exitu meliori mutamus. & hoc est dispensare. Et bene hic digitus dicitur medicus. Sicut. n. illius digiti lenior est tactus, & leniter palpando membris ægris & infirmis medetur: ita dispensatio dum pro emergente opportunitate de rigore propositi subtrahit. quasi medicus infirmanti consulere videtur. Sicut solet dici, fragilitas nostri temporis non patitur tantam manere cẽsuram. Sicut Augustinus cum suis legitur fuisse in capitulo illo. Certe ego qui statueram &c. Melius, inquit, volo habere claudos quàm nullos. Vnde Apostolus 1. Cor 9. Factus sũ infirmus infirmis, vt infirmos lucrifacerem: Oĩbus oĩa factus sum, vt omnes saluos faciam. Quintus & vltimus digitus est moderatio: quia post omnia operi licito & expedienti & bene ordinato: & sm opportunitatem dispẽsato, modestia tandem congruum modum imponit: & hic dicitur auricularis, ab aure per quam intelligitur obedientia. Auricularis inquam dicitur digitus: quia purgandis auribus accommodatius adhibetur. Et tũc vere auris purgatur, cum in omnibus agendis obedientiæ debitus modus seruatur. Vnde Prou. 23. Prudentiæ tuæ pone modũ.

Quartus medicus.

Quintus dr auricularis.

Cur vtraque manus quinque digitos habet.

Vtraque manus quinque digitos habet, quia in operibus iustitiæ & misericordiæ quinque discretionis genera necessaria sunt. Manus ad operandi constantiam: digiti ad prudentiam referuntur. Caueamus ne rigor iustitiæ nos vsque ad crudelitatem extendat. Vnde dicitur Eccl. 7. Noli esse nimis iustus. Iustus perit in iustitia. Noli esse iustus multum, neque plus sapias quàm necesse est. Caueamus etiam ne lenitas mĩæ vsque ad dissolutionem emolliatur. Ideo dr Prou. 20. Multi homines misericordes inueniuntur, fidelem autem quis inueniet, ideoq; dicit Gregor. Sit rigor non exasperans &c. Omnis deordinatio iustitiæ vel mĩæ oritur aut ex concupiscentia, aut ex ignorantia. Concupiscentia vitiorum pugnat contra voluntatem, ex qua

Deordinatio iustitiæ & mĩæ.

fiunt opera, Et ita cõtra opera, id est manus pugnat. Ignorantia & errores contra rationem, & ita contra digitos, Sed Dominus Iesus Christus qui est virtus & sapientia Dei: secundum quòd virtus, manus: secundum quòd sapientia, digitos instruit: & sic vincunt manus, id est opera concupiscentiam: & digiti, id est discretio rationis, ignorantiam & errores. Et hoc est quod hic dicitur. Benedictus Dominus Deus Israel: qui interpretatur vir videns Deũ, id est Deus operantis & intelligentis.

De manu missa ab alto contra duplicem tentationem internam & externam. Et de angelo ad Petrum misso, & de toto mysterio ibidem facto.

IN PSAL. CXLII. SERMO CCCXX.

EMITTE manum tuam de alto: eripe me & libera me de aquis multis, & de manu filiorum alienorum. Primo dicit quid mittat, quia manum. Secundo vnde mittat, quia de alto. Tertio ad quid, quia sequitur Eripe me & libera me de aquis &c. Quarto igitur ab aquis multis. Quinto de manu filiorum alienorum. Hic dicit manum: alibi dicit. Misit Deus misericordiam & veritatem suam, & eripuit animam meam. Hic dicit de alto: alibi dicit, Misit de cœlo & liberauit me. Dicit etiam hic à quibus, quia de aquis multis &c. Dupliciter enim tentamur, scilicet ab intus & à foris. Ab intus ex suggestione: à foris, ex delectatione. per suggestionem in mente, per delectationem in carne. Tentationes ergo quæ veniunt à foris per delectationem sunt filij alieni. Nascuntur enim ab illa aliena, de qua dicitur Prou. 5. Quare seduceris fili mi ab aliena, & foueris in sinu alterius? Et Prou. 23. Fouea profunda meretrix, & puteus angustus, alienæ tentationes quæ ab intus veniunt per suggestionem in mente, sunt aquæ multæ quæ surgunt quasi de perpetua scaturigine, de quibus dicitur Threnorum 3. Lapsa est in lacum vita mea: posuerunt lapides super me.

Tentatio duplex.

Tentationes à foris venientes.

Tentationes ab intus.

Universidad de Deusto Biblioteca

Inundauerunt aquæ super caput meum, & dixi, perij.

Man⁹ de alto missa, est angelus.

Manus quæ mittitur de alto, est angelus: vt qui missus ad Petrum, de quo Actu. 12. Petrus ad se reuersus dixit, Nunc scio vere quia misit Dominus angelum suum &c. Legitur ibidem. Petrus autem seruabatur in carcere, & ecce angelus Domini astitit, & lumen refulsit in habitaculo percussoꝝ &c. Angelus ille, est diuina inspiratio. Et dicitur angelus, quia nuncius Domini: nuncius autem ideo dicitur, quia per ipsam diuinæ voluntatis bene placitum cognoscimus: per ipsam ad æternorum cognitionē illuminamur: & per ipsam non solum in cœlestibus, sed etiam in terrenis erudimur. Vnde 1 Ioan. 2. Non necesse habetis vt quis vos doceat. Vnctio enim docebit vos de omnibus. Potens est hæc legatio, & sufficiens. Hic nūcius aīam è tenebris ignorantiæ educit: qui cęlestiū cognitionē intendit à concupiscentiæ nexibus absoluit: quia desiderium æternorum incendit. ideo dicitur, Et lumen refulsit in habitaculo carceris. Et hic dicitur, Misit Deus misericordiam suam, & veritatem suam, & liberauit me. Prius dicit misericordiam & post veritatem. Quid est .n. Deum misericordiam & veritatem mittere, & animam à sua captiuitate liberare, nisi operante misericordia veritatem inspirare, & veritatis inspiratione ad robur veritatis solidare? Ideo primo dicit ceciderunt cathenæ de manibus eius: & post dicit, Præcinge te & calcia te caligas tuas. Et secundo dicit, Circunda tibi vestimentum tuum, & sequere me. Tertio exiens sequebatur eum. Primo enim est misericordia liberans, quod notatur ibi, Ceciderunt cathenæ &c. Secundo protegens, & ornans, & conseruans: & hoc notatur ibi, Calcia te caligas tuas, & circunda tibi vestimentum tuum. Tertio, promouens & proficere faciens: quod notatur ibi, Et sequebatur eum. Prima misericordia est angelus qui minora nunciat. Secunda, archangelus, qui maiora. Tertia, principatus qui secundum Dionysium dicitur ducatus. ideo dicitur, Sequere me. quia ducit, & promouet. Et nota quod ibi dicitur, Transeuntes primam & secundam custodiam venerunt ad portam ferream quæ ducit ad ciuitatem: quæ vltro aperta est eis: & exeuntes processerunt vicum vnum. Et continuo angelus

Quid sit Deū misericordiā, & veritatē mittere.

discessit ab eo, & Petrus ad se reuersus dixit, Nunc scio vere, &c.

Quatuor in liberatione Petri quid significent

Quatuor hic occurrunt, carcer, prima custodia, secunda custodia, porta ferrea. Carcer est pondus carnis. Prima custodia, assuefactio formæ sensibilis. Secunda custodia, phantasia imaginationis. Porta ferrea exsiccatio rationis. Hæc sunt quæ detinebant Petrum, & impediebant transire: & non liberatus esset, nec transisset nisi angelo duce. Sola enim inspiratio gratiæ Dei ab his liberat & educit: & ideo hæc dicuntur fieri ab angelo: quia hoc est angelicum & plus quàm humanū. Sicut enim primus homo cecidit infra se per culpam, ita & supra se ascendit per gratiam & inspirationem diuinam. Et hoc est angelum sequi, ideo dicitur, Et sequebatur eum. Nam quid est angelum sequi, nisi angelum imitari? Per peccatum incurrit homo quatuor impedimenta. Pondus carnis. Vnde Sapien. 9. Corpus quod corrumpitur aggrauat animam. Assuefactionē formæ sensibilis: & hæc sunt quinque iuga boum, per quæ se excusauit, qui vocabatur ad delectationem contemplationis: vt habetur Luc. 14. Iuga boum emi quinque &c. Hoc est iumentum de quo Nemiæ 2. Et non erat locus iumento, cui sedebam vt transiret. Phantasiam imaginationis, qua illuditur. vnde Eccles. 30. Sicut parturientis cor tuum phantasias patitur &c. Excæcationem rationis. vnde Psalm. Cor meum conturbatum est, dereliquit me virtus mea, & lumen oculorum meorum, & ipsum non est mecum. Homo ante peccatum non grauabatur corpore. Vnde dicitur Gen. 2. Tulit ergo Dominus Deus hominē, & posuit eum in paradisum voluptatis, vt operaretur. Nec sensibilibus vel imaginabilibus. vnde dicitur ibidē, Immisit Dominus soporem in Adam. i. contemplationē. Nec rationis excæcationem habebat: quia aperti sunt oculi amborum, vt dicitur Gene. 3. Ante .n. facilis erat homini transitus de mundanis ad supramundana: de visibilibus ad inuisibilia: de transitorijs ad æterna. Habet in prōptu per contemplationem cęli, ciuibus interesse: diuinis se licenter decretis ingerere: illud internum Domini sui gaudium intrare, sed per peccatum hunc commeandi transitum amisit, per seueritatem diuinam: quæ quasi valuit,

valuis & repagulis prædictis quatuor aditum obstruxit, & obserauit. Et hoc intelligunt illi qui experti sunt quã difficile sit hæc vincere: & ad se de infra se redire, & quàm impossibile supra propriam rationem transire. ipsi vere dicunt se portam ferream & inuincibilem inuenisse. sed hoc possunt duce angelo, si ipsum sequantur cum Petro. Magnum est illud, sequi angelos Dei, & post pennata animalia ambulare. Ipsi sunt de quibus dicitur Esa. 39. Qui confidunt in Domino, mutabunt fortitudinem & assument sibi pennas: sicut aquilæ ambulabunt, current & non deficient. Angelo ergo ducente, vt Petrus portam ferream exiit: portam ferream transit. qui inspiratione Dei vincens impedimentum intellingentiæ caligantis, ad contemplationem æternorum supra se ascendit, & ideo dicitur, ℣ processerunt vicum vnum. quod fit quando anima simplificata de rerum multitudine peruenit ad intelligentiã vnitatis diuinæ. Et tunc angelus discessit ab eo. Angelum discedere est visionem disparere. & tunc anima de supra se reuertitur ad se. & dicitur, Petrus ad se reuersus dixit. Nunc scio vere quia misit &c.

Angelo duce oĩa vincere possum⁹.

Filiabus ornatis cur comparentur hypocritarum operæ.

IN PSAL. CXLIII. SERM. CCCXXI.

Opa hipocritarum filiab. ornatis pp multa cõparantur

FILIAE eorum compositæ circumornatæ, vt similitudo templi. Opera hypocritarum comparatur filiabus ornatis, propter infirmitatem, propter dissimulationem, & propter ornatum exteriorem. Primo propter infirmitatem. Mulieres enim sunt infirmæ corpore: & hypocritæ infirmi mente. Quantum enim infirmi sint patent per eorum impatientiam. vnde ex falsa iustitia indignationem habent. Fastuose arguunt, impatienter respondent. Vnde Exod. 8. dicitur ℣ Moyses proiecit cinerem: & facta sunt in hominibus & in iumentis vlcera, & vesicę turgentes. Cinerem proijcere est suggillando & tentando eos opera pœnitentiæ eorum contemnere, & vtilitatem exprobrare. Statim in iumẽtis & hominibus, ideſt in ipsis qui

qui sunt homines, & iumenta. Homines quantum ad exteriora opera: iumenta quantum ad interiorem immunditiam, fiunt & vlcera & vesicæ turgentes: alia litera ferbura. In vlceribus dolosa & purulentia malitia arguitur. In vesicis, tumens & inflata superbia: & in ferburis, iræ & furoris insania: sicut legitur Dan. 14. Proiecit Daniel cinerem & deprehendit sacerdotes Bel per vestigia mulierum & paruulorum. Sacerdotes Bel qui dicebant regi, Magnus Deus Bel comedit omnia, sunt hypocritæ qui Deũ Bel dicunt omnia comedere: qui dicunt se omnia in vsus pios & diuinos, in alimonias pauperum, & huiusmodi cõsumere: sed sicut illi, ipsi omnia opima deuorant occulte. vnde Dominus Matt. 22. Vęh vobis scribæ & pharisæi: qui comeditis domos viduarum, in oratione lunga orantes: propter hoc accipietis amplius iudicium. Sed in cinere proiecto cognoscuntur: quia dum pœnitentia ab eis eo quòd est cinis & cilicium cõtemnitur: impatientiæ infirmitas in ipsis deprehenditur, Et hæc sunt vestigia mulierum. Similiier & stultitia eorum: quia qui magni reputabantur, paruuli meritis inueniuntur: & hæc sunt vestigia paruulorum. Moyses proiecit cinerem in cœlum: Daniel in terram. Per cęlum superbia, per terram terrenorum cupiditas designatur, vt sic ostendatur, quòd hypocritæ vel causa inanis gloriæ, vel causa quæstus temporalis omnia operantur. Per fœmininum igitur genus infirmitas ostenditur. vnde Matt. 24. Postquam Dominus dixit, Erunt duo in agro, alter assumetur, & alter relinquetur, subiungit in fęminino. Duæ erunt molentes in mola, vna &c. In quo significantur hypocritæ. Vnde ibidem post dicitur. Veniet Dominus serui illius in die qua non sperat: & hora qua ignorat: & diuidet eum, partemque eius ponet cum hypocritis, Illic &c. Glossa cum his qui in agro erant, & qui molebant, & nihilominus derelicti sunt, qui dicuntur hypocritæ, quia in agro & in mola idõ quod boni vtdebantur facere: sed apparet exitus voluntatis diuersæ. Secundo propter dissimulationem. Astute enim scit omnia dissimulare mulier, & vix potest conuinci. Vnde Prouerbiorum trigesimo. Talis est via mulieris adulteræ, quæ comedit & tergens os suum, dicit. Non

Secundo.

Non sum operata malum. Quæ comedit.i. satiata est voluptate sua: & tergit os,ecce dissimulatio. Hinc est quod annumerant se bonis & societate, & habitu,& sacramentorum communione, dissimiles tamen in intentione, vt videatur esse boni. Vnde Pseudo propheta dixit 3.Reg.14. Quum mortuus fuero,sepelite me in sepulcro, in quo vir Dei sepultus est:iuxta ossa eius ponite ossa mea.

Tertio per ornatum exteriorem. Mulier turpis & fœda per ornatum videtur pulcherrima. Vnde Ouid. Auferimur cultu,gemmis, auroque teguntur Omnia: pars minima est ipsa puella sui. Vnde vt appareant pulchræ, cerussa,& stybio pingunt & ornant se. Sic hypocritæ speciē & habitum religionis exterius præ se ferentes intus deformes sunt, significati per Iezabel, de qua 4. Reg. 9. Porro Iezabel introitu Iehu audito depinxit oculos suos stybio, & ornauit caput suum, & respexit per fenestram Hæc significat hypocritas qui pingunt se exterius habitu virtutis. Et benedixit, respexit per fenestram &c. vt enim tenuiter videantur caput ostendunt, sed posteriora abscondunt.

Iezabel fluxꝰ sterquilinij.

Item Iezabel interpretatur fluxus sterquilinij. Sterquilinium pulchrum apparet, quando niue exterius dealbatur: sed niue resoluta & defluente, sterquilinij fœtor detegitur. Vnde Iob 20. Gaudium hypocritæ ad instar puncti, si ascenderit vsque ad cœlum superbia eius, ideſt comparauerit se cœlestibus viris, & caput eius nubes tetigerit, ideſt in principio operis, quod significatur per caput, cœlestibus, vel spiritualibus viris se æquauerit: quasi sterquilinium in fine perdetur: & qui eum viderant dicent, vbi est? Et Matt. 23. Væh vobis scribæ,& pharisæi hypocritæ qui similes estis sepulcris dealbatis, quæ deforis apparent hominibus speciosa, intus autem plena sunt ossib. mortuorum & spurcitia: sic & vos à foris apparetis hominibus iusti: intus autem pleni estis hypocrisi & iniquitate. Ideo hic dicitur Composite, vt similitudo templi. nō re vera templum, sed quasi templum. Templum enim in-

Tēplū interius non exterius cortinis ornatur: ipsi è conuerso non interius or-interius, sed exterius religionis habitu, vt plus decipiant natur nō palliantur. Vnde Matt. 23. Væh vobis scribæ & pharisæi exterius. hypocritæ qui mundatis quod deforis est, calicis & paropsidis,

ropsidis, intus autem pleni rapina & immunditia. Totum exterius prorūpit quod habent, nihil intus remanet. Vnde hic paulo post: Abundantes in gressibus suis: vnde significantur per idolum Bel, quod exterius erat æneum seu æreum: intus autem totum luteum vt dicitur Danielis vltimo.

Laudandus vt sit Deus per singulas noctes & per singulos dies tam in aduersitate, quàm in prosperitate.

IN PSAL. CXLIIII. SERMO CCCXXII.

PER singulos dies benedicam tibi &c. Est nox peruersitatis & nox aduersitatis. Et est dies prosperitatis mundanæ: & dies virtutis. Per singulas autē noctes,& per singulos dies laudandus est Deus. vnde in Psalm. In die mandauit Dominus misericordiam suam, & nocte singulas noctes lectum meum &c. Per singulas noctes peruersitatis. quia de singulis peccatis est plangendum canticum eius. De noctibus potest illud intelligit: Lauabo & per singulas noctes aduersitatis: quia de singulis aduersitatibus gratiæ sunt agendæ. Vnde Iob 1. Dominus dedit, Dominus abstulit: sicut Domino placuit ita factum est, sit nomen Domini benedictum.

Laudāda est Deus p singulos dies, & noctes

Similiter per singulos dies prosperitatis Deus laudandus & regratiandus est: quia prospera nobis attribuere nō debemus. Vnde Iob 31. Si vidi solem cum fulgeret, & lunam incedentem clare: & lætatum est in abscondito cor meum, & osculatus sum manum meam ore meo: quæ est iniquitas maxima, & negatio contra Deum altissimum.

Similiter per singulos dies virtutis benedicendus est Deus. Vnde Iob 1. Ibant filij Iob & faciebant conuiuia per domos, vnusquisque in die suo. Septem dies faciunt septimanam. Dies suos habet contemplatiua, suos actiua: hæc septimana præcedit illam. Vnde Esa. vltimo. Et erit sabbatum ex sabbato &c. Prius enim duxit Iacob Lyam, quàm Rachelem Gene. 29. Imple hebdomadam dierum

huius

Septẽdies vitæ actiuæ.

huius copulæ: & hãc quoq; dabo tibi pro opere quo seruiturus es mihi septẽ annis alijs. Septẽ ergo filij Lyæ significãt septem dies qui pertinent ad actiuam: sicut septẽ filij Iob, septem dona Spiritus sancti quæ pertinet ad contemplatiuam. Vnde Iob 1. Ibant filij Iob &c. Primus dies est

Septẽdies vitæ cõtẽplatiuæ.

Primus timor.

timor: quia ipso anima illuminatur, vt consideret magnitudinem proprij sceleris & potentiam iudicantis. vnde Malach. 1. Vobis timentibus Deum orietur sol iustitiæ: & sanitas in pennis eius. Hæ sunt pennæ intelligere potentiam iudicantis & magnitudinẽ proprij sceleris. Eccle. 11. Qui timetis Deum diligite illum: & illuminabuntur corda vestra.

Secundus pietas.

Secundus dies est pietas. Lucem enim habet pietas: & meretur illuminationem dum sumitur pietas pro cultu Dei. Vnde Glossa Matth. 6. Qui pie inuestigant, honorant sancta: si non intelligunt non blasphemant. Istis quia paruuli sunt sensu suo reuelat Dominus. Vnde Luc. 10. Gratias ago tibi pater, quia abscondisti hæc à sapientibus,

Pietas ꝑ mĩa.

& reuelasti ea paruulis. Si autem capiatur pietas pro misericordia, ipsa lucem habet, quia oleum est. Vnde Es. 58. Cum videris nudum operi eum: & carnem tuam ne despexeris: tunc erumpet quasi mane lumen tuum: & sanitas tua citius orietur. Quia etiam est oleum, sanat: tunc potest dici illud 2. Corinth. 6. Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis.

Tertiꝰ scientia.

Tertius dies est scientia. Hæc lumen habet quo videmus propriam miseriam & defectus nostros: & tenebras nostras: & laqueos mundi vt vitemus. Quam qui non habent impingunt in vijs huius mundi. Vnde Sapient. vlt. Percussi sunt cæcitate, sicut illi in foribus iusti: cũ subitaneis cooperti essent tenebris. De hoc dicitur Sapient. 10. Iustum deduxit Dominus per vias rectas &c. Et dedit illi scientiam sanctorum. Et Psalm. Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen semitis meis. E contrario dicitur Prouerbior. 4. Via impiorum tenebrosa: nesciunt vbi corruant.

Quartus fortitudo

Dies quartus est fortitudo. Hæc lumen habet quod etiam lucet de nocte huius mundi, id est inter aduersa, tanquàm columna ignis, & nubis. Ignis de nocte, nubis de die:

die: de qua Exodi 14. Hoc lumine manifestantur quæ ignota sunt: quia ipsum lumen aliarum virtutum clarificat, & notum facit dum in tribulatione per ipsam fortitudinem probantur. Vnde Psal. Dñe probasti me & cognouisti me &c. Et Prou. 19. Doctrina viri per patientiam noscitur. Et Eccl. 34. Qui emittit disciplinam sicut lucem.

Quintus consiliũ.

Quintus dies est consilium, habens lucem quo nos illuminat in dubijs, & in casibus inopinatis. De hoc Prou. 3. Custodi legem meam atque consilium meum, & erit vita aĩæ tuæ: & gratia faucibus tuis. Tunc ambulabis fiduciaaliter in via tua: & pes tuus non compingetur. Hoc significatur per consilium Chusi qui liberauit Dauid à morte, dicens 2. Reg. 17. Non est bonum consilium quod dicit Architophel &c.

Sextus intellectus.

Sextus dies est intellectus, qui illuminat nos vt legam in scripturis, creaturis, & sacramẽtis. In scripturis. de quo Luc. vltimo. Aperuit eis intellectum vt intelligerent scripturas. De intellectu creaturarum dicit Psalm. Intellectũ tibi dabo, & instruam te in via hac qua gradieris. Via qua gradimur creaturæ sunt: qui eas & non in eis creatorem quærunt: intellectum non habentes, viam in impedimentum viæ conuertunt. De intellectu sacramentorum dr To biæ 9. Etenim sacramentum regis abscondere bonũ est.

Septimus sapiẽtia.

Septimus dies est sapientia, & est sabbatum dierum, quies operum. Vnde dicitur Exod. 16. Sex diebus colligite. In die autem septimo, sabbatum domini est, & non inuenietur. Et die sabbati maneat vnusquisque apud semetipsum: nullus egrediatur de loco suo die septimo. Secũdum hos septem dies distinguntur septem psalmi laudis. Septem ergo dies sunt septem lucernæ in tabernaculo, vt habetur Exod. 25. & Zachariæ 3. Super lapidem vnum septem oculi. Hic dies maioris est illuminationis vel luminositatis, sed parum durat: quia statim lux sapientiæ rapitur ab anima. Vnde Iob 9. Dies mei velociores cursore fugerunt: & non viderunt bonum, transierunt quasi naues poma portantes: quorum solus odor remanet. Sic & dies sapientiæ ita cito transierunt, quòd vix animam nisi solus odor perfundat.

Manum quomodo aperiant, Pater & Filius & Spiritus sanctus: & qui sint digiti manus, ideſt Spiritus sancti effectus.

IN PSAL. CXLIIII. SERMO CCCXXIII.

Aperitio manus sãctissimæ Trinitat.

APERIES tu manum tuam, & imples omne animal benedictione. Aperuit manum suam pater in filij incarnatione. Aperuit manũ suam sui corporis veri filius in passione. Aperuit manum suam & digitos manuum in Spiritus sancti missione. Tota ergo Trinitas docet nos manum aperire.

Quasi clausam manum habebat pater, dum filius erat apud eum. Hoc est ꝙ Moyses extraxit manum suam de sinu suo leprosam Exod. 4. Quando enim voluit incarnari, manus apparuit leprosa. Vnde Esaiæ 53. Nos reputauimus eum quasi leprosum & percussum à Deo & humiliatum. Hæc lepra, fuit infirmitas humanæ naturæ, quam vt nos sanaret assumpsit. Vnde Es. 53. Ipse vulneratus est propter iniquitates nostras: attritus est propter scelera nostra. Disciplina pacis nostræ super eum: & liuore eius sanati sumus. Manus illa clausa continebat omne bonum, omne medicamentum, omne sanitatis vnguentum. Respiciebant omnes ad manum illam: clausa erat, & nihil poterat distillare. Clamabant, Aperi, aperi: effunde, effunde: vt quid auertis manum tuam in sinum tuum in finẽ. Pater tandem non potuit continere: aperuit, & effudit. Vnde Cantic. 1. Oleum effusum nomen tuum. Et Cant 5. Manus meæ distillauerunt myrrham &c. Manum retraxit in sinum: & iterum reduxit, sed sanam: quia in secundo aduentu suo filius, qui in primo apparuit quasi vilis, & abiectus, apparebit in maiestate gloriosus.

Man⁹ dei Pr̃is clausa erat ãn Chr̃i incarnationem.

Aperitio manus filij fuit in incarnat.

Manum suam aperuit filius in passione: simul tamen habebat apertam, & clausam. Apertam, vt sic salutem nobis daret: & etiam perforatam, vt large sanguinem ad nostri emundationem effunderet. Vnde Zacha. 14. Quæ sunt istæ plagæ quæ sunt in medio manuum tuarum? Et dicet, his plagatus sum in domo eorum qui diligebant me. Clausam habebat, vt percuteret diabolum. Diabolum enim

enim percutit pugno clauso ad iram, ad conterendum. Vnde Iob 26. Prudentia eius percussisti superbum, vulnerasti draconem, ideo dicitur Abacuc. 3. Cornua in manibus eius &c. Manum habet solutam, quando aliquem percutit vt filium ad corrigendum. Vnde Iob 6 Quis mihi det vt veniat petitio mea: & quod expecto tribuat mihi Deus: & qui cepit ipse me conterat. Soluat manum suam, & succidat me. ideo dixit Esa. 39. Quis mensus est pugillo aquas (.i. diabolum qui interpretatur deorsum fluens vt aqua) & cœlos palmo ponderauit? i. cœlestes viros mensura supra meritum remunerauit? Pugno ergo aquas ponderauit, quando diabolum secundum quantitatem culpæ mulctauit.

Et nota, quòd aperit Dominus plerunque sinistrã quibus claudit dexteram. Aperit sinistram illis quibus repotalia abundanter effundit, & eis dexteram claudit dum æterna subtrahit. Et hoc est quod dicitur Gene. 48. Iacob extendens manum dexteram posuit super caput Effraim minoris fratris Sinistram vero super caput Manasse, qui maior erat natu, commutans manus. Ac si diceret mystice: Huius sunt æterna, illius temporalia, & cui subtraho temporalia, reseruo æterna, & ècontrario. vnde dicitur Gene. 15. ꝙ Abraham filijs concubinarum largitus est munera: deditque cuncta quæ possederat Isaac filio suo: & separauit eos ab illo. Et beatus Gregorius dicit. Pueris nummos subtrahimus quamuis totam hæreditatem reseruamus. De dextera ergo maxime dicitur. Aperis tu manum &c.

Dextram vel sinist. manũ aperire q̃d sit.

Aperuit manum, & digitos manuum in Spiritus sancti missione. de quibus digitis gratiarum fluxerunt vnguenta. Vnde Cantic. 5. Manus meæ distillauerunt myrrham (quod referri non potest ad passionem: sequitur) & digiti mei pleni myrrha probatissima: quod ad Spiritus sancti missionem. Per distinctionem enim digitorum significatur diuersitas, & discretio donorum. vnde in Psalm. Benedictus Dominus Deus meus, qui docuit manus meas ad prælium (per exemplum in passione) & digitos meos ad bellum: confortans diuersitate donorum in Spiritus sancti missione: quia dicitur Exod. 8. Digitus Dei est hic.

Aperitio manus in missione Spũs san.

Et Luc. 11. Si in digito Dei eijcio dæmonia, profecto peruenit in vos regnum Dei &c.

Spiritus sanct⁹ p digitum demon-- strat.

Significatur autem per digitum, eo q̃ digitis fit demonstratio ad oculum: & nulla est manifestior demonstratio, quàm spiritus sancti animam illuminantis. vnde 1. Ioã. 2. Non necesse habetis, vt aliquis vos doceat: vnctio enim docebit vos de omnibus.

Quinque effectus Spiritus sancti.

Et recte quinque digiti distinguuntur, quia gratia spiritus sancti operationes quinque sensuum diriguntur: ió Psal. dixit: Et digitos meos ad bellum. Vnde sicut quinque sunt digiti, ita Spiritus sanctus quinq; habet effectus. Primo mentem vngit, in quo officium pollicis exercet: cuius est inungere reges & sacerdotes. Vñ donec rotabitur pollex in oleo. Spiritus sanctus vngit animam in regem dum per ipsam regit & ordinat cogitationes. Vnde in Psal. Inueni Dauid seruum meum: oleo sancto meo vnxi eum.

Primus.

Secũdus.

Vngit in sacerdotem, dum immolat carnales affectiones. Vnde Apoc. 1. Qui fecit nos regnum & sacerdotium Deo & patri. Secundo mentem cognitione veritatis illuminat: & sic index est, dum veritatem demonstrat. Vñ Psal. Vias tuas dñe demonstra mihi &c. Tertio mentem Deo vnit, reconciliat, & cõiungit: & sic est digitus qui dicitur medius. Vñ de charitate dicitur Coloss. 3. Super hæc omnia charitatem habete quod est vinculum perfectionis. Quarto mẽtẽ leni tactu sanat: & sic digitum, qui dicitur medicus, se esse insinuat. Vnde Luc. 7. Et tetigit loculum &c. Et Psal. Tange montes, & fumigabunt. Lenis etiam tactus eius reputatur dũ flagellat: quia ex mĩa hoc facit: & illos quos sic tangit, diligere se ostendit. Vnde Genes. 27. Accede huc fili mi vt tangam te & probem &c. Quinto intellectum aperit: & sic est auricularis. Intellectus .n. auris interior est. de quo Apoc. 2. & 3. Qui habet aures audiendi, audiat. Quod & dñs Luc. 8. & Apostolus Rom. 10. Fides ex auditu est. Et Luc. vlt. Aperuit eis sensum &c. Multi vero potius eligunt demõstrationẽ exteriorẽ digiti hoĩum ad laudem, q̃ demonstrationẽ Spiritus sancti interiorẽ ad eruditionem. de quibus Persius. At pulchrum est digito mõstrari, & dicier hic est. Isti addunt quinque digitis Dei sextũ .s. digitũ hoĩum, dũ laudẽ appetunt: & dona Spiritus sancti non

Tertius.

Quartus.

Quintus.

non Deo ascribunt. vñ significatur per monstrum sex digitos habens de quo 2. Reg. 21. Quartum fuit bellum in Geth. in quo fuit vir excelsus. i. quicunque superbus: qui senos in manibus & pedibus habebat digitos: quẽ percussit Ionathas: qui interpretatur donum columbæ. Qui. n. à dono columbæ sibi oẽ donum esse intelligit, monstrum habens superfluitatem digitorum in se interficit. Sunt alij qui non solum velint digito demonstrari ad gloriã, sed alios digito monstrant ad ignominiã & irrisionẽ: in qbus non est digitus Dei. Vñ Esa. 58. Si abstuleris de medio tui cathenam, & desieris digitũ tuũ extẽdere, & loqui qđ nõ prodest: & cũ effuderis esuriẽti aĩam tuã &c. orietur in tenebris lux tua. Sunt alij q̃ si hẽnt vel minimum gratię intumescunt: & plus hẽntibus se præponunt. Vt Roboam 3. Reg. 12. Minimus digitus meus grossior est dorso patris mei. Quid est minimũ digitum grossiorem esse dorso patris &c. nisi in gratia maiores suos superare? Et iõ regnũ eius scissum est. Docet ergo nos tota Trinitas manum extendere, & aperire per mĩam. Vnde Eccl. 4. Non sit manus tua ad accipiendum porrecta, & ad dandum collecta.

Resurrectionem corporum negantes & depositum reddere recusantes improbat.

IN PSAL. CXLV. SERMO. CCCXXIV.

Error circa resurrectionẽ.

EXIBIT spiritus eius & reuertetur in terram suam &c. Sunt qui non habent fidem resurrectionis, dicentes animam interire cum corpore. & sic esse de homine vt de bruto. in quorum persona dicitur Sapient. 2. Non est refrigerium in fine hominis: & non est qui agnitus sit reuersus ab inferis. quia ex nihilo nati sumus: & post hoc erimus quasi non fuerimus: quoniam fumus afflatus est in naribus nostris: & sermo scintillæ ad commouendum cor nostrum, quia extinctus cinis erit corpus nostrum: & spiritus diffundetur tanquàm mollis aer;

& transibit vita nostra tanquàm vestigium nubis &c. Quòd autem hunc errorem non approbet ostenditur à principio eiusdem capitis, vbi dicitur, Dixerunt impij apud se non rectè cogitantes. Exiguum & cum tedio est tempus vitæ nostræ. Corpus autem interire, animam non, ostendit Ecclesiastes vlt. Quoniam ibit homo in domum æternitatis suæ, antequam rumpatur funis argenteus .i. colligantia animæ & corporis. Quæ quia harmonia est, argentea dicitur: Et recurrat vita aurea, idest anima, quæ dicitur vita aurea propter sapientiam, secundum quam est immortalis. Vnde Iob 3. Qui autem reliqui fuerint auferentur ex eis: morientur & non in sapientiam. Et Eccle. 12. Conteratur hydria super fontem: (Hydria continens aquam: est forma continens fluxum materiæ) & confringatur rota super cisternam suam vnde erat: & spiritus redeat ad Deum qui dedit illum. Spiritus ergo non moritur: sed sententia data est contra carnem. Gen. 3. Terra es & in terram ibis. Et vtinam sic redderemus spiritum cęlo, vt carnem reddimus terræ. Sed spiritus ideo non ascendit sursum: quia amauit ea quæ deorsum sunt. Sicut lux ignis licet naturaliter tendat sursum, tamen materiam sequitur deorsum, vt in candela.

Simile.

Amor qd

Amor ergo calor est animæ & pondus. de quo Iob 28. Qui posuit ventis pondus, idest spiritibus, & ad ea quæ amauit, tanquam vi ponderis, trahitur ab amore ad cęlum, si cœlestia, ad terram, si terrena. Vnde Ecclesia. 10. In vita sua proiecit intima sua. Igitur anima eius est tanquam depositum preciosum in vase fictili, & vili. Vnde secundæ ad Corinthios 4. Habemus thesaurum istum in vasis fictilibus.

Improbãtur recusantes de posito reddere.

Sed sunt qui impediuntur depositum restituere: & sunt similes illis à quibus cum repetitur depositum, dilationes quærunt. Sic & tales cum mors instat, & Dominus depositum repetit, quantum possunt differunt. Non enim dicũt cum Psalm. Paratum cor meum Deus, paratum cor meũ, &c. Similis illi qui dicit Matthæi 18. Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi. & Ecclesiast. 26. Et ipse redditionis postulabit tempus: & loquetur verba tædij, & murmurationum, & tempus causabitur. Sed iustus semper

per debet esse paratus, nisi ex causa sit differendus, & etiam secundum beneplacitum repetentis: Sicut Paulus, qui dicit ad Philippen primo. Coarctor è duobus desiderium habens dissolui, & esse cum Christo, multo magis melius: permanere autem in carne necessariũ pp vos.

Exemplũ

Legitur de vetula apud Ichiacum: cum inter dictum esset positum in terra regis quòd nullus sepeliretur: & contingeret eam morti appropinquare: & venisset sacerdos, dixit ei: si modo discedere, non haberem sepulturam? & respondit, vere non. cui vetula, consulitis ergo quòd capiam dilationem? respondit sacerdos & dixit. bene consulo. Vadam, inquit, & filabo colum meam. & sic fecit. Post dies aliquot cessauit interdictum & statim vocauit sacerdotem, dicens. Non habeo plus dilationis. Et postquàm recepit à sacerdote quæ recipienda erant, decessit.

Sunt qui nullatenus reddere volunt: quibus similes sunt qui nunquam voluntario moriuntur. De quib. Iob 18. Auellatur de tabernaculo fiducia eius &c. Et Luc. 12. Dixit diues: Anima mea habes multa bona posita in annos plurimos &c. cui dictum est, Stulte hac nocte animam tuam repetunt à te &c.

Sunt qui depositum in malos vsus consumunt: quib. similes sunt qui animam suam consumpserũt & vitam in abusu peccati. vt dicitur de filio prodigo Luc 15. Dissipauit substantiam suam viuendo luxuriosè.

Sunt qui libenter reddere vellent: sed quia non reddunt tale quale depositum est, non recipitur ab eo qui deposuit: quia inuenit corruptum & quasi denarium fractum. ideo dicitur Matt. 22. Cuius est hæc superscriptio? & respondent Cęsaris, dixit eis. Reddite ergo quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo Quia vero non inuenit imaginem suam, sed imaginem mundi superinductam: dicit Zacha. 11. Proijcite eos ad statuarium.

Sunt qui obligant depositum, & libere deponenti, & reposcenti non reddunt, quia obligatum: vt qui veniaIiter peccant, qui detinentur in purgatorio pro pœna venialium. De quibus 1. Corinth. 4. Ipse autem saluus erit: sic tamen quasi per ignem. Ideo dicitur Sapien. 4. Raptus est ne malitia mutaret intellectum eius: aut ne fictio deci-

peret animam illius. Propterea properauit eum educere de medio iniquitatis. Vt à malo depositario depositum repetitur. Et Prouerb. 22. Noli esse cum ijs, qui defigunt manus suas, & qui vades se offerunt pro debitis. Alij pro alieno debito: vt qui suscipiunt curas animarum, & obligant suas. De quibus Prouerb. 20. Tolle vestimentum eius, qui fideiussor extitit alieni, & pro extraneis aufer pignus ab eo.

Sunt alij qui statim reddunt, qui significantur per Gabelum. Tobiæ 3. Chirographum Gabeli apud me habeo: quod dum illi ostenderis statim restituet pecuniam, & 6. Inueniens Gabelum, dedit ei chirographum, & recepit ab eo omnem pecuniam, scilicet talenta decem argenti. Gabelus interpretatur vallis Deo festinans. Et est humilis, qui ad Deum festinat, & propter hoc reddit ei debitum suum, scilicet animam, quæ significatur per decem talenta argenti: sicut per denarium, qui habet inscriptam regis imaginem. Et decem nummos continet vsuales. Similiter & anima insignita regis imagine, tenetur ad obseruationem decem mandatorum. Repetit ergo Christus depositum suum, scilicet animam tuam, ostendens cui credas chirographum: id est cęlestis formæ signaculum: de quo Psal. Signatum est super nos lumen vultus tui domine. Et Gen. 2. Fecit Deus hominem ad imaginem, & similitudinem suam. Tu ergo redde ne differas, & chirographum alterum deleuit quo diabolo tenebaris, cuius imaginem terrenam tibi circunduxeras. vnde ad Coloss. 2. Delens quod aduersus nos erat chirographum decreti, quod erat contrarium nobis, & ipsum tulit de medio, affigens illud cruci. Reddere autem debes integre corpus & animam: quia secundum legem: qui deponit hominem vestitum, ad vestem habet actionem depositi. Totum ergo redde, quia totum ideo assumpsit.

Similc.

De

De mystica ædificatione Hierusalem, & de valore ecclesiasticorum sacramentorum & virorum.

IN PSAL. CXLVI. SER. CCCXXV.

Edificans Hierusalem dominus dispersiones Israel congregabit. Hierusalem, id est ecclesia ædificatur, vt ciuitas quantum ad statum pœnitentium & fugitiuorum, vt turris, quantum ad statum pugnantium, vt domus: quantum ad statum perfectorum, vel contemplatiuorum. Quantum ad statum fugitiuorum, vt ciuitas propter tria beneficia, regenerationis, contra originale: confessionis, contra actuale: confirmationis, contra malum pœnæ. Baptismatis, contra originale præcipuè. Vnde super illud Psalm. citatum Rom. 4. Beati quorum remissæ sunt iniquitates. Glos. Concupiscentia quæ dicitur fomes, ante baptismum culpa est, & pœna: post baptismum pœna est, & non culpa. Ideo dicitur Ioan. 3. Oportet vos nasci denuo. Remedium confessionis est præcipuè contra actuale. Vnde Rom. 10. Voluntariè peccantibus post acceptam notitiam veritatis, iam non relinquitur hostia pro peccato, id est non habetis purgari per immolationem carnis alienæ: sed mortificatione carnis propriæ: imò potius ignoranter peccantes: sicut dicitur Leu. 4. Anima quæ peccauerit per ignorantiã, &c. Remediũ conuersionis, contra malũ pœnę.

Ædificatio ecclesiæ quæ ad statum fugitiuorum.

Confessio cõtra peccatũ actuale.

Remediũ cõtra malũ pœnæ.

Subeuntibus enim disciplinam claustralem, pro illa pœna purgatorij commutatur, vel diminuitur. Ipsi sunt, qui dicunt cum August. Domine hic vre, hic seca, vt in æternũ parcas. Ipsi sunt qui dicunt cum Psal. Quoniam propter te mortificamur ota die, id est tota vita. Aestimati sumus sicut oues occisionis: qui tondentur per propriorum abrenunciationem, & per carnis mortificationem occiduntur. Vnde Esaiæ 53. Sicut ouis ad occisionẽ ductus est, & quasi agnus coram tondente se obmutuit. Et Gen. 31. Dum Laban tonderet oues, Iecob fugit ab eo. Claustrum ergo ciuitas refugij est. Vnde Matt. 10. Si vos persecuti fuerint in vnã ciuitatem, fugite in aliam. Et hoc est, quòd Dauid fugit in Geth ciuitatẽ ad Achis regem. Geth interpretatur torcular & claustrum est torcular carnis propriæ. Achis, fraterni-

tas

tas mea. Et omnes sunt ibi fratres. Qui sunt hostes, qui nos persequuntur in ciuitatem mundi, nisi tentationes, & secularium negotiorum occupationes? Ideo fugiunt ciuitatem mundi, & intrant ciuitatem refugij. Vnde Hier. 48. Relinquite ciuitates habitatores Moab.

Aedificatio ecclesiæ quoad gnantiũ.

Aedificantur, vt turris quantum ad statum pugnantium. Comparatur autem turri propter tria: quia munita, sic quoad statum pugnantium. Munita autem situ, armis, & muris. Situs, quia in monte excelso, & flumine cincta. Super omnes montes collocata. Montes, sancti. Vnde Psal. Fundamenta eius in montibus sanctis. Mons, Christus super omnes sãctos. De quo Esa. 2. Eritin nouissimis diebus præparatus mons in vertice montium. Mons coagulatus in passione: mons pinguis charitate. De quo fundamento dicit Apostolus ad Corin. 3 Fundamentum aliud nemo potest ponere præter illud quod positum est Christus Iesus. Et Esaiæ 47. De ciuitate vocati sunt, & super Deum Israel constabiliti sunt. Flumine cincta est, flumen est donorum spiritualium abundantia, de quo Psalm.

Turri comparata.

Simile.

Flumen Dei repletum est aquis. Et iterum. Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei. Et sicut flumina mundanarum delectationum fluunt in mare amaritudiuum mortis æternæ: ita hoc flumen in flumen dulcedinis pacis æternæ. Quia gratia transibit in gloriã. Vnde Esa. 66. Ecce ego declinabo super eam quasi flumen pacis, & quasi torrentem inundantem gloriam gentium.

Armis munita: quia martyrum, confessorum, virginũ exemplis instructa. Vnde dicitur Cant. 3. Collum tuum sicut turris Dauid, quæ ædificatur propugnaculis. Mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium. Clypeus Stephani: Clypeus Laurentij: Clypeus Dionysij, & aliorũ fortium. Quis posset esse sufficiens ad tales, & ad tantos clypeos describendos? De ijsdem dicitur 1. Mach. 6. Refulsit sol in clypeos aureos & æreos, resplenduerunt montes ab eis. Clypei aurei martyres primi: in quos sol. i. Christus primo refulsit: quia eos primos exemplo suæ passionis ad patiendum armauit & illuminauit. Vnde ex reuerberatione lucis eius passi sunt quicunque passi sunt.

Clypei martyrũ.

Muris circundata. Murus est continentia carnis: antemurale,

rale, continentia mentis. Quorum, quia Christus in se dedit exemplum, dicitur Esaiæ 26. Vrbs fortitudinis nostræ Sion. Saluator ponetur in ea murus, & ante murale. Et Cant. 4. Hortus conclusus soror mea sponsa &c.

Humilitas in ecclesiastica dignitate maxime necessaria.

Sublimis per humilitatem, quæ maxime in ecclesiastica dignitate attendenda est. Vnde Ecclesiast. 22. Rectorem te posuerunt, noli extolli. esto in illis quasi vnus ex illis. Et quia humilitas vera est sublimitas, dicitur Luc. 14. Qui se humiliat exaltabitur. Et Eccl. 11. Erexit eum ab humilitate ipsius. Plures sunt qui ambiunt dignitatem, sed pauci qui in dignitate humilitatem. Similes Abimelech, de quo Iudic. 9. Accedens Abimelech iuxta turrim altam pugnabat fortiter: & ecce vna mulier fragmentum molæ iactans desuper, illi sit capiti eius, & ait armigero suo, Euagina cito gladium tuum, & percute me, ne forte dicar à fœmina interfectus.

Fortis per patientiam Patientia enim est murorum fundamentum seu integumentum à quo ictus petrarum resiliunt. Vnde Prou. 16. Melior est patiens viro forti: & qui dominatur animo expugnatore vrbium, & Prouer. 25. Patientia leniuntur principes: & lingua mollis confringet duritiam.

Aedificatio ecclesiæ vt domus.

Aedificatur vt domus orationis quæ distinguuntur in sancta sanctorum: & ante ista est atrium. Quasi atrium sunt laici. Atrium sanctum quidem est: & immunitatem habet, licet non tantam vt sancta. Nam & ipsi sanctificati sunt ecclesiasticis sacramentis. Sancta sunt clerici seculares. Sancta sanctorum, claustrales. Sanctiora quidem sunt sancta: & clerici debent vitæ præcellere sanctitate. Sanctissima sunt sancta sanctorum: quia vita claustralium districtior debet esse, & præmittere alijs. De his tribus dicitur Eccl. 24. In Iacob inhabita, & in Israel hæreditare: & in electis meis mitte radices. Cum sancta sint domus orationis, maxime locus orationis sancta sanctorum sunt. Vnde ibi erat thurribulum incensi, per quod intelligitur oratio. Præmittit enim fumum compunctionis, flammam charitatis, odorem deuotionis. Fumus compunctionis ex recordatione præteritorum peccatorum lachrymas excitat. De quo Psal. Tange montes & fumigabunt.

gabunt. Flamma charitatis succenditur ex amore cœlestium. Vnde Cant. vlt. Lampades eius, vt lampades ignis atq; flammarum. Odor deuotionis ex piæ mentis affectu in Deum. Vnde Apoc. 5. Habentes singuli citharas & phialas plenas odoramentorum: quę sunt orationes sanctorũ. Citharas, quãtum ad carnis mortificationem. Phialas plenas odoramentorum, quantum ad orationis deuotionẽ.

Et nota cp non faciunt ciuitatem vel turrim, vel domũ, seu templum lapides, nisi congregati. similiter nec homines. Vnde Thren. 4. Dispersi sunt lapides sanctuarij in capite omnium platearum. Vnde & Act. 2. Non est datus spiritus sanctus discipulis nisi congregatis. Nec sufficit vnitas corporũ, nisi ad sit vnitas mentium. Vnde dicitur ibi. Erant omnes pariter congregati in eodem loco. Ecce duplex vnitas. Et Iacob futura filijs non annunciauit, nisi congregatis. Vnde Gen. penul. Congregauì vt annunciem quæ ventura sunt vobis in diebus nouissimis. Ideo dicitur, Dispersiones Israel congregabit.

Congregatio necessaria non solum corporũ sed mentium etiam.

De seris portarum .i. custodia sensuum, vnde benedicuntur filij, ideſt cogitationes: de finibus pacis & adipe frumenti,

IN PSAL. CXLVII. SERMO CCCXXVI.

QVONIAM confortauit seras portarum tuarum benedixit filijs tuis in te. Qui posuit fines tuos pacem & adipe frumenti satiat te. Quatuor hic dicuntur quæ se consequũtur. Primum. n. est confortare seras portarum. Et ex hoc sequitur benedictio filiorum. Sensus sunt portæ Seræ portarum, custodia sensuum. vnde Eccl. 28. Ori tuo facito ostia: & seras auribus tuis. Benedictio filiorum, disciplina cogitationum. Sed sine custodia sensuum non habetur disciplina cogitationum. vnde Naum. 2. Apertæ sunt portæ fluuiorum. Aperiuntur portæ quando sensus euagantur. Templum ad solum diruitur, quando cogitationes ad terrena inclinantur. Recte ergo dicitur. Quoniam confortauit ser. port. t. Vnde cum Lya sit actiua, Rachel

chel contemplatiua: Lya actio, Rachel ratio. Ancilla Lyæ sensualitas, ancilla Rachelis imaginatio. Duo filij Calæ, id est imaginationis Dan & Neptalim. De his Genes. 30. Dan, consideratio futurorum malorum. Neptalim, præuisio futurorum bonorum. Duo fili Zelphæ ideſt sensualitis, Gad & Aser: Gad, rigor abstinentiæ. Aser, vigor disciplinæ. Disciplinam ergo sensuum faciunt Gad & Aser, id est rigor abstinentiæ & vigor patientiæ. Per Gad ieiunant sensus ab illecebra, per Aser à violentia, & iniuria. Vnde Esaiæ 58 Ecce in die ieiunij vestri inuenitur voluntas vestra: & omnes debitores vestros repetitis. Ecce ad lites, & ad contentiones ieiunatis, & percutitis pugno impie. Hæc est perfecta abstinentia. Per istos confortantur seræ portarum, ideſt sit custodia sensuum. Disciplina autem sensuum iuuat disciplinam cogitationum: & tunc in te fit benedictio filiorum: Dan, & Neptalim laborant intus in pace ciuium componenda: Gad & Aser exterius in violentia hostium repellenda. Ciues sunt tentationes intus surgentes. Et hæ reprimuntur per considerationem futurorum malorum. Cum. n. quis turpi cogitatione pulsatur: dum tormenta gehennalis pœnę ante oculos ponit in ipso tentationis aditu, oẽ malũ ante consensum extinguit. Quasi. n. illecebrosa cogitatio hoc modo deprehenditur: & in iudicium adducitur, & damnatur. Vnde Prou. 20. Rex qui sedet in solio iudicij, intuitu suo dissipat omne malum.

Abstinentia, & panantia disciplinam sensuũ faciunt.

Duplex est intuitus futurorum: malorum, vt dictum est, vel bonorum: quæ bona dum timet amittere, tentationi consentire obhorret. Ideo Dan interpretatur iudicium: de quo dicitur Genes. penul. Dan iudicabit populum suum sicut alia tribus in Israel. Quando autem anima victa succumbit terrenis desiderijs, ea nec iudicans, nec coercens: potest dici illud Esaiæ 47. Sede in terra, non est solium filiæ Chaldæorum.

Intuitus duplex.

Neptalim interpretatur comparatio vel conuersio. Et est consideratio futurorum bonorum: quæ dum bonis labentibus comparat, eorum delectationem nullã reputat, dicens cum Iohel 3. Quid mihi & vobis Tyrus & & Sidon &c. Hostes sunt tentationes exterius insurgẽtes.

Contra

Contra has pugnant Gad, & Aser ideſt rigor abſtinentiæ, & vigor patientiæ. Rigor abſtinentiæ, contra gulæ & luxuriæ illecebram. Vigor patientiæ, contra luxuriæ violentiam. Nihil autem prodeſt penitus populum ſuum interius iudicare: ciuium diſcordiam impugnare: ſi permittantur hoſtes.i.exteriores tentationes irruere. Vnde oportet Gad & Aſer id eſt rigorem abſtinentiæ, & vigorem patientiæ contra hoſtes exteriores dimicare. Vnde Gen. 49 Gad accinctus præliabitur ante eum, id eſt ante Dan. Tunc ſe Dan accingit, quando ſenſuum diſſolutionem per ſenſuum diſciplinam reſtringit. Gad forti prælio dimicat, quando deſideria carnalia per carnis mortificationem trucidat. Gladium enim habet abſtinentiæ. de quo Cant. 3. Omnes tenentes gladium ſuper femur ſuum, id eſt carnalitatem. De quo Matth.10. Non veni pacem mittere, ſed gladium &c. Vnde exercitus vitiorum fugit exterritus. Iuxta verbum Iob 19, Ponat vir gladium ſuper femur ſuum. Exodi 32. Ite & redite de porta ad portam (id eſt de ſenſu ad ſenſum) per medium caſtrorum ciuitatis: & occidat vnuſquiſque fratrem ſuum. Hoc eſt ergo quod dicitur. Quoniam confortauit ſeras portarum tuarum, quod pertinet ad Gad, qui facit diſciplinam ſenſuum. Et ſic benedixit filijs tuis in te. & hoc pertinet ad Dan, & Neptalim ad quos diſciplina cogitationum. Ex hoc ſequitur tertium.

Poſuit fines tuos pacem. & rectè: quia licet per Gad, & Aſer id eſt abſtinentiam & patientiam caro exterius affligatur: ad magnam tamen pacem & tranquillitatem animus intus ex hoc componitur. Quid enim victis & ſubactis hoſtibus reſtat niſi pax? Vt de Salomone dicitur 3.Reg.4. Habebat pacem ex omni parte in circuitu. Et Iob 5. Scis quòd pacem habeat habitaculum tuum &c. Hinc eſt quòd nato Gad Lya exclamat dicens feliciter. Et Aſer naſcente, hic pro habitudine mea. Mea inquit, non ſua. Lya enim affectio eſt mentis: Zelpha ſenſualitas. Lya ergo ad Zelpha, hoc dicit: quia vnde ſenſualitatis per carnis affectionem exterius atteritur: inde Lya ideſt mentis afflictio ad puritatem interius reparatur.

Per abſtinentiam animus pacem acquirit.

Hinc ēt quartum ſequitur, Et adipe frumenti ſatiat te.

Quid eſt adeps frumenti, niſi ſpiritualium affluentia gaudiorum? Magnæ ſunt delitiæ, quas nullium poteſt ſupplicium interrumpere. Immo quas ipſa ſupplicia ſolent augere: quia quanto durius exterius præmuntur, tanto delectabilius interius gloriantur. Vnde Act. 5. in fine. Ibant apoſtoli gaudentes à conſpectu concilij, quoniam digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati. Et Eſa. 28. Cum glorificatus fuerit dominus, hinnient de mari. Ideo dicitur Gen. penul. Aſer pinguis panis eius præbebit delitias regibus. ecce adeps.

Adeps frumenti quid ſit.

De lachrymarum vtili nunc exſiccatione nunc effluentia.

IN PSAL. CXLVII. SER. CCCXXVII.

EMITTET verbum ſuum & liquefaciet ea flabit ſpiritus eius, & fluent aquæ Iob 34 dicitur. Flante Deo, concreſcit gelu: ſed rurſus aquæ latiſſime effunduntur. Vtile plerūq; eſt lachrymas in nobis ſiccari: & ex cauſa ceſſare. Vtile plerunque eas effluere. Ideo dicitur, Flante Deo concreſcit gelu &c. Vtile quidem propter tria. Primo, vt liberius poſſimus intendere operibus iuſtitiæ. Secundo, vt magis poſſimus proximorum vtilitatibus deſeruire. Tertio, quia vberius ſolent redire. Hinc eſt quod legitur Exod. 14. Cum extendiſſet Moyſes manum ſuper mare, abſtulit illud Deus flante vento vehementi: & vertit in ſiccum. Mare currit ſuper aluеum, cum amaritudo doloris & lachrymarū operit pœnitentem. Tunc mare non eſt meabile filijs Iſrael. Quid enim eſt ambulare, niſi operibus iuſtitiæ proficere? Conſtat autem quòd profectibus iuſtitiæ minus intendere poſſunt, qui adhuc ſolis pœnitentiæ lamentis inſiſtunt. Vnde Ioā. 12. Tollite lapidem, & poſt. Soluite eum, & ſinite abire. Lazarus venit foras. cum peccator in ſpem veniæ reſpirat Sublato mari filij Iſrael gradiuntur: ſublato lapide abit Lazarus, quia ceſſante ad tempus gemitu de peccatis, homo in operibus iuſtitiæ exercetur, magis ſolicitus agere quàm lugere.

Lacrimas aliqñ in nobis ceſſare eſt vtile.

Ambulare proficere eſt.

Secundo ſiccantur lachrymæ, vt magis poſſimus proxime-

ximorum vtilitatibus deseruire. Anxijenim de se & adhuc lachrymosi, hoc non possunt. De quibus B. Bernardus. Sunt quibus Christus surrexit, sed nondum ascendit: sed pia adhuc dulcedine, cum eis commoratur in tertis, qui scilicet sunt in deuotione tota die, flent in orationibus: suspirant in meditationibus. Sed oportet eis hoc subtrahi: vt discant vesci cibo solido. Expedit eis vt Christus vadat: & haec eis temporalis deuotio subtrahatur, vt induantur solidiori virtute ex alto. Sicut apostoli in gradum promoti sunt altiorem, & eminentiorem viam charitatis ingressi. non iam solliciti quomodo flerent, sed quomodo magna quadam victoria de communi aduersario triumpharent. Hoc factum est cum spiritus sanctus, aduenies prædicandi eis inspirauit affectum: & quando in eis siccauit lachrymas, & fecit ambulare per siccum intentos commodis proximorum. Et hoc est quòd ventus vrens dicitur abstulisse mare. Et hoc est quod dicitur Iob 26. Qui ligat aquas in nubibus vt non erumpant pariter deorsum. hoc est suspendit lachrymas in pœnitentibus, vt non fluant continue.

Vtilitas effluētiæ lacrimarum.

Plurimum tamen plerisq; expedit vt fluant lachrymę: & vtile est ad eas redire: Et ideo dicitur Exod. 14. Extende manum tuam super mare, & reuertantur aquæ. Contingit enim plerunque quòd lachrymis cessantibus, fortiter insurgit vitiorum insultus. & lachrymis fluentibus nō audent tentationes insurgere. Vnde amici Iob non loquūtur ei verbum: quia vident dolorem eius vehementem: vt habetur Iob 2. Amici nostri sunt antiquæ delitiæ, quæ dum dolor vehemens, scilicet dum mare intendat, nō persequuntur nos. Sed recedente dolore ideſt mari, insurgūt. Vt Exod 14. Debent ergo hæc vicissim fieri. Vnde in Psal. dicitur. Ponens in thesauris abyssos. Abyssi sunt profunditas aquarum. Ponit ergo in thesauris abyssos, cum sanctorum lachrymas penitus non exterminat, sed suspēdit: & easdem quasi seorsum ponit vsque ad tempus: vt easdem proferat cum viderit expedire.

Et attende quòd retentæ plerunque copiosius effundun tur, vt dictum est supra. Flante Deo concrescit gelu &c. Qui enim propriæ deuotioni & lachrymis renunciat ad tempus

empus propter commodum aliorum: quasi domino commodat ad vsuram. Vñ Prou. 19. Fœneratur dño qui miseretur pauperi: hoc est qui ex profectus alieni desiderio, spiritauli, vel corporali proximorum intēdit cōmodo: minus interim de se sollicitus. Hanc sollicitudinem mirabatur qui dixit Esa. 40. Qui sūt isti qui vt nubes volant, & quasi columbæ ad fenestras suas? In volatu prædicatio, in columba gemitus exprimitur quasi dicat: q̄ mirabiles sūt isti qui tam celeriter explent prædicationis officium: & tñ non minus cauti sunt reuerti ad gemitum. Sic ergo siccatio maris & eiusdem reditus sanctis comparatur ad bonum: sicut promittit dñs Ioan. 16. Quasi timentibus de recessu aquarum destitui. Vado, inquit, & venio ad vos: q.d. Ne desperetis si aliquando à vobis recedent lachrymæ deuotionis, dum intendatis vtilitati proximorum: quia postmodum copiosius reuertentur. Et hoc est. Flante Deo &c. Reuertuntur autem lachrymæ. per memoriam passionis, per memoriam præteritorum peccatorum, per memoriam peccatorum. Vnde Exod. 14. Extende manum super mare vt reuertantur ad Aegyptios. i. ad peccata. Et Matt. 26. Recordatus Petrus &c. fleuit amare (per memoriam passionis). Vnde Genes. 25. dicitur. Foderunt in torrente. & inuenerunt aquam viuam. Torrens est passio domini. Vnde Psal. De torrente in via bibit. Fodit in torrente qui de ipsa sedulo recordatur. Ibi inuenitur aqua viua, fons scilicet lachrymarum quo viuificantur mortui in peccatis.

Passio domini est torrens.

De laude Domini quomodo ad eam inuitentur theorici. i. speculatiui, & practici ideſt actiui.

IN PSAL. CXLVIII. SERMO CCCXXVIII.

MONTES & omnes colles: ligna fructifera, & cedri. Repete, Laudate Dñm de cœlis. Inuitātur ad laudem Dei theorici & practici. Per colles, speculatiui. Per mōtes, contemplatiui. Per ligna fructifera, coniugati. Per cedros, virgines. ci.

Per colles speculatiui, p mōtes practi

Licet autem speculatio & contemplatio pro se inuicem soleant poni, tamen proprie speculatio est, quando per speculum cernimus: contemplatio, quando rei veritatem absque vmbrarum velamine in sua puritate videmus. Vnde per colles qui minores sunt, speculatiui: per montes qui maiores, intelliguntur contemplatiui. De his dicitur Cantic. 2. En iste venit saliens in montibus, Saliens in mont. transiliens colles. Qui in montibus salit: montes tangit & vestigia imprimit. Qui colles transilit, quemadmodum auis superuolans, colles non tangit: sed desuper vmbram suam iacit: Montes ergo sunt sublimes contemplatiuorum mentes: super quos Dominus salire dicitur, dum reuelatione veritatis mens eorum immediate tangitur. Super colles autem transilit, dum sub vmbra aliqua vel similitudine veritatem eis velatam ostendit. De his dicitur. Montes exultauerunt vt arietes, & colles sicut agni ouiũ. Per 99. oues intelliguntur nouem ordines angelorum, sicut habetur Luc. 15. Nonne dimittit nonagintanouem in deserto, & vadit quærere quæ perierat? Centesima ouis humana natura. Arietes ergo summi sunt ordines angelorum: agni inferiores: Arietes exultant, quando quasi super seipsos per excessus contemplationis euntes nihil aliud inueniunt, quod in seipsis mirẽtur: quàm animi creatricem essentiam: cuius potentiam & sapientiam, in nullo expressius, quàm in seipsis intuentur. Agni exultant qñ minores ordines angelorum dum supra seipsos feruntur non ipsum creatorem attingunt: sed illos qui eis dignitatis prærogatiua præeminent in sui subleuatione inueniunt: in quibus quasi per speculum summam conspiciũt maiestatem. Et ideo quia per montes, contemplatiui: per colles, speculatiui intelliguntur: rectè montes exultare, vt arietes, & colles sicut agni ouium, dicuntur. Illi enim superioribus, hi inferioribus angelis conformantur.

Simile.

Ouis centesima humana est natura.

Ligna fructifera sunt coniugati, vere ligna fructifera, Inter enim omnes fructus, dulcissimus est fructus vteri. Vere arbor fructifera in qua sunt tria bona: fides, proles, sacramentum. Vnde contra hæc tria incurrunt, qui peccant adulterantes: contra thori fidem, contra prolis legitimitatem, contra sacramenti religionem. Ex primo incurrunt

Cõiugati ligna fructifera dicuntur.

currunt infidelitatem, & periurium: quia rumpunt fœdus suum, & fidem thori. Ex secundo falsitatem, & furtum: quia supponunt alienum partum, & transferunt hæreditatem ad non hæredes. Ex tertio sacrilegium: quia diuidentes carnem suam in duas, violant sacramentum. Hinc dicitur Eccles. 23. Primo in lege altissimi increbilis fuit. Lex illa, est fides thori qua ligantur vir & vxor: quia mulier non habet potestatem corporis sui sed vir, & econuerso, vt dicit Apostolus 1. Corinth. 7. Secundo, virum suum derelinquit, quasi diuidens carnem suam contra sacramentum matrimonij. Tertio, in adulterio fornicata est: & ex alio viro filios sibi statuit.

Cedri sunt virgines propter odorem, & incorruptionem. Cedrus enim arbor est odorifera & imputrescibilis. Vnde Eccles. 24. Quasi cedrus exaltata sum in libano: quia dum in candore virginitatis corpus incorruptum seruatur: exaltationem gloriæ promeritur. Beata Virgo fuit & lignum fructiferum, quia mater, & cedrus, quia virgo. Vnde comparatur vtrique. De ipsa legitur illud Eccles. 24. Quasi cedrus, &c. & postea dicitur: Quasi palma exaltata sum in Cades. Et sic comparatur arbori fructuosæ. De vtroque dicitur in eodem. Ego quasi vitis fructificaui suauitatem odoris, & flores mel fructus honoris & honestatis. Honor ad virginitatem: honestas ad matrimonium dignoscitur pertinere.

Cedri virgines sũt.

De tempore Pentecostes & qualitatibus eius.

IN PSAL. CXLIX. SERM. CCCXIX.

EXVLTABVNT sancti in gloria, lætabuntur in cubilibus suis. Exultationes Dei in gutture eorum, & gladij in manibus eorum. In Ecclesiaste dicitur cap. 3. Omnia tempus habent, & spatijs suis transeunt cuncta sub cœlo. Tempora debent rebus conuenire, & res temporibus. Tempus Pentecostes in quo misit dominus spiritum sanctum: ad literam tempus est nouitatis, amoris, concentus, militiæ. Et quia spiritus

sanctus, hæc operatur in anima, merito tali tempore missus est.

Tempus Pentecostes est tẽpus nouitatis.

Tempus nouitatis, quia vernat, & reuirescunt omnia, & spiritus sanctus facit amenitatẽ in anima. Vnde Esa. 35. In cubilibus in quibus prius habitabant dracones, viror talami & iunci orietur. Hic viror nihil aliud est, quàm conscientiæ bonæ gloria, & amor æternorum. Vnde Apostolus 2. Cor. 1. Gloria nostra hoc est testimonium cõscientiæ nostræ. Hoc notatur ibi. Exultabunt sancti in gloria. In tempore nouitatis prata virent, syluæ frondent, horti florent & germinant. Prata virent: qñ mentes secularium contemptis temporalibus, desiderio æternorum feruent. De quo virore dicitur Iob 39. Circunspicit montes pascuę suæ, virentia quæq; perquirit. De his dr Prou. 27. Apertæ sunt prata, & apparuerunt herbę virentes. Et merito viror virtutum herbæ comparatur, quia quanto magis conculcatur, tanto surgit fortior in radice. Vnde dicitur Esa. in fine. Ossa vestra (.i virtutes) sicut herba germinabunt. Sed quia seculares expositi sunt, facile peccant. Vnde dr Sap. 2. Non sit pratum, quod non pertranseat luxuria nostra.

Syluæ sũt eremitæ.

Syluæ sunt Eremitæ, & anachoritæ. Syluæ frondent, qñ eos qui sunt in solitudine cęlestes allocutiones demulcẽt. Audiam inquit Psalmista, quid loquatur in me dominus. Et Ose. 1. Ducam eum in solitudinem, loquar ad cor eius. Et Gen. pen. Neptalim ceruus emissarius dãs eloquia pulchritudinis. Vnde propter frequentiam hominum multi istam allocutionem amittunt. Esa. 3. Et erit sicut quercus defluentibus folijs. De spirituali autem viro dicit Psalm. Et folium eius non defluet. Folium defluere est diuinas allocutiones cessare.

Claustrales horti clausi dicuntur.

Horti florent, & germinant. Horti clausi sunt claustrales. Vnde Cantic. 3. Hortus conclusus soror mea, &c. Hi florent per bonam opinionem: germinant, per charitatis propagationem in hospitalitate & alijs. De odore opinionis dicitur Iob. 9. Dies mei sicut naues ferentes portantes pertransierunt. Quia post illarum transitum manet odor Et Num. 23. Quàm pulchra sunt tabernacula tua Iacob, & tentoria tua Israel, vt valles nemorosæ vt horti iuxta fluuios irrigui. Et dominus voluit sepeliri in

in horto: & apparere in horto post resurrectionem, docens, quòd virtutes clausti ralilium quandoque sepeliendę sunt, scilicet in nouitate: quandoque ad extra in exemplum ostendendæ, quando fortiores surrexerunt. Sed dicitur Esa. 16. Aruit herba, defecit germen, viror omnis interijt: Quia ver temporale destruit spirituale. Vnde Gen. 48. Verno tempore mihi ingredienti Effratam mortua est Rachel vxor mea.

Tempus Pentecostes, est tẽpus amoris.

Tempus hoc est tempus amoris. Vnde aues inuicem tunc amant, & nidificant. Quædam aues nidificant in immo, & quædam domicilium habent in ciuitate, & hæ facile capiuntur. In immo nidificant, qui terrena amant. Vnde de perdice dicit Ouidius, Propter humum volitat, ponitque in sepibus oua. In ciuitate, qui amant conuersationem secularium, hi facile capiuntur. Vnde Esa. 10. Inuenit quasi nidum manus mea fortitudinem populi, &c. In alto nidificant, qui amant æterna. In solitudine, qui amant contemplationem. Ad hoc monemur Hierem. 48. Relinquite ciuitates habitatores Moab, &c. Ad hoc inuitat Esaiæ 16. Et erit sicut auis fugiens, &c. Hoc non fit, nisi per gratiam. Vnde Iob. 39. Nunquid ad præceptum tuum elenabitur aquila? &c. Debemus esse sicut auis præ dattrix, quæ dicitur vulgo Rahan: cuius pulli non inueniuntur: neque visi sunt: quia nidificat in excelsis. Ideo nouitij absconduntur in clausttris. Vnde Exod. 2. Vidit infantem elegantem, & abscondit eum, &c. Nidus clausttri est asper exterius: intus lenis. Ideo dicitur 1. Corinth. 13. Charitas patiens est, bẽnigna est: non agit perperam &c. Econtrario nidus mundi intus asper, exterius lenis, & qui in eo nutriuntur pulli submerguntur. Vnde Iob 30. Esse sub sentibus, delitias computabant. Quia ergo in conscientia intus est lenitas, dicitur: Lætabuntur in cubilibus suis, i. in cõscietijs. Vnde Iob. 26. In nidulo meo moriar.

Tempus cõcentus.

Tempus concentus est. Vnde auiculæ sunt in garritu, & recepto spiritu sancto, apostoli in spirituali garritu. Quod vt significaretur, spiritus sanctus apparuit in linguis igneis. Actuum 2. In linguis & igne: quia ex amore fuit ꝙ garriebant sic. Et nota ꝙ quoddã genus est auiculæ quod repræsentat oĩa genera linguarũ, & sic factum est

Apostolis. Vnde Actuum 1. Apparuerunt dispertitæ linguæ tanquàm ignis: stupebant autem omnes, & mirabantur, dicentes. Nonne isti Galilæi sunt? &c. Item auiculæ non possunt compesci à suo garritu, vt philomela: sic nec Apostoli. Vnde Actuum 4. Non enim possumus, quæ vidimus & audiuimus non loqui. Item quædam auis conatur contra naturam etiam ad verba humana propter ebrietatem. Vnde Persius. Quis expediuit psittaco suum chære &c. Magister artis ingenijque largitor venter negatas artifex sequi voces. Et Apostoli præ ebrietate spiritus super mundana, & diuina loquebantur. Vnde Actuum. 2. Non sicut vos æstimatis, hi ebrij sunt, cum sit hora diei tertia. Sed hoc est quod dictum est per prophetam Iohel, &c. Et ideo canit ecclesia. Musto madere deputant quos spiritus repleuerat. Item auicula intelligit quòd garrit, & quòd verbum rationis interpretari non potest, affectus garrit. Vnde in Psalm. alia litera. Et garriebam, & hoc est, exultationes Dei in gutture eorum.

Tempus Pentecostes militiæ tēpus dicitur.

Tempus militiæ. Vnde hoc tempore consueuerunt milites promoueri, siue adobari, ideſt instrui. Et dominus eo tempore instruxit milites suos, & cinxit eos gladijs, de quo Ephes. 6. Gladium spiritus quod est verbum Dei. Et Hebr. 4. Sermo Dei penetrabilior omni gladio ancipiti. Et tirones Dei facti sunt, & ex amore torneamenta contra vitiorum tentationes, & mundi persecutiones incurrūt. Nullus est strenuus miles nisi amet. Et hoc nota quòd dicitur, Et gladij ancipites in manibus eorum. Ideo apparuit spiritus sanctus in igne. Quæ duo, gladius, & ignis iunguntur Gen. 22. vbi dicitur. Portabat in manibus suis ignem, & gladium.

De cymbalis bene & male sonantibus, quomodo ad oratorium pertineant.

IN PSAL. CL. SERMO CCCXX.

LAudate eum in cymbalis bene sonantibus, laudate eum in cymbalis iubilationis, omnis spiritus laudet dominum. Primo considerandum est, quid est cymbala, ideſt

ideſt campanas ad oratorium pertinere, & quæ cymbala sint bene sonantia. Secundo quæ male. Tertio, quomodo sint bene sonantia, scilicet ex modo, ex causa.

Oratorium est deuotio. Vnde Ioan. 4. Venit hora, & nunc est, quando veri adoratores adorabunt patrem in spiritu & veritate. Hæc sola meretur exaudiri. Vnde 3. Regum 8. Repropitiaberis, & facies vt des vnicuique secundum cor eius: quia tu solus nosti cor omnium filiorum hominum. Quicunque ergo est absq; deuotione, est quasi ciuitas, vel abbatia absque oratorio. Et ita non est ibi, nisi paganitas. Vnde potest dici illud Psalm. Deus venerunt gentes in hæreditatem tuam, &c.

In hoc oratorio campanæ bene sonantes, sunt cordis rugitus, singultus, gemitus, & suspiria. Vnde in Psalm. Rugiebam à gemitu cordis mei. Et Iob. 3. Antequàm comedam suspiro, & tanquàm inundantis aquæ sic rugitus meus. Item planctus & percussiones pectoris. Vnde Iohelis 2. Conuertimini ad me in toto corde vestro, in ieiunio, & fletu, & planctu, &c. Et Lucæ 18. Publicanus stans à longe, nolebat oculos in cœlum leuare: sed percutiebat pectus suum dicens: Domine propitius esto mihi peccatori. Item gratiarum actiones quæ post victoriam tentationum redduntur. Vnde Esa. 18. Fortitudo reuertentibus de bello ad portam, ideſt ad Christum, vt ei attribuatur victoria. Vnde in Psalm. Benedictus dominus, qui non dedit nos in captionem dentibus eorum. Ideo dicitur Eccles. 1. Ad locum vnde exeunt flumina reuertantur. Vnde & Esa. 51. Gaudium & lætitia inuenitur in ea, gratiarum actio, & vox laudis. Item beneficiorum Dei recordationes. Vnde Psalm. Venite, audite, & narrabo omnes qui timetis Deum quanta fecit animę meę. Et alibi. Quoniam iniquitatem meam annunciabo & cogitabo pro peccato meo.

Oratorium

Quandoque autem hæc singula sunt in anima, & quasi singulæ campanæ pulsantur: quandoque simul, & tunc est quasi classicum, & est signum festinitatis. De quo in Psal. Constituite diem solemnem in condensis. Ideo hæc cymbala, vel campanæ dicuntur ad oratorium pertinere: quia gemitus, & planctus, & huiusmodi non valent sine deuo-

Cāpanæ oratorij.

tione. Vnde 1. Corinth. 13. Si linguis hominum loquar, &c. Fratres sum quasi æs sonans & cymbalū tinniēs Multi plangunt, multi gemunt pro amissione temporalium, vel pro infirmitate, vel aduersitate sua. Non est autem hoc cymbalum oratorij, sed commune: quod pulsatur pro maleficijs. Sed illa quæ sunt oratorij, vocant ad pia opera, vt veniamus ad ecclesiam Dei: & ideo bene sonantibus. Cymbala oratorij sunt tintinnabula cum malis punicis. De quibus Exo. 28. Mixtis in medio tintinnabulis, ita vt tintinnabulum sit aureū & malum punicū &c. Mala punica sunt feruor deuotionis, tintinnabula gemitus & planctus & huiusmodi quæ cōiungi debēt cum malis punicis, idest cum feruore deuotionis.

Cymbala non bene sonantia.

Igitur cymbala non bene sonantia, sunt mundi strepitus, theatrales plausus, cantus superficiales, qui dicuntur Fausem, vox superbiæ & iactantię: pro amssione temporalium vel amicorum planctus: De his cymbalis non bene sonantibus dicitur Esa. 18. Væh terræ, cymbalo alarum quæ est trans flumen Aethiopiæ, scilicet Cyon. De quo Gen. 2. Ipse est qui circuit totam terram Aethiopiæ. Hæc est pœnitentia, quæ circuit angulos conscientiæ: quæ mittit in mari legatos, & in vasis papyrijs super aquas. mundi strepitus Videre est qualiter magnates eum multitudine equorum & quadrigarum, & magno tumultu incedunt, sicut familia Hellequin. Vnde Naum. 3. Vox angeli & vox impetus rotæ, & equi frementis, & quadrigæ feruentis, & equitis ascendentis, & micantis gladij, & fulgurantis hastæ & multitudinis interfectæ, & grauis ruinæ. Et recte dictum est, Væh terræ cymbalo alarum, quia duabus alis istum sonitum faciunt, scilicet potentia, & diuitijs. vnde Sapien. 5. Tanquam sonus alarum verberans lenem ventum, & scindens aerem per vim itineris, commotisque alis transuolauit. Theatrales plausus. Sicut illorum qui tripudiant, & manus complodunt, & pede terram percutiunt, & manum plaudunt, & toto corporis motu espringuent & exiliunt, se iactantes. vnde Esa. 5. Pro eo quod eleuatæ sunt filiæ Sion, & ambulabant collo extento, & nutibus oculorum ibant, & plaudebant & ambulabant pedibus suis: & composito gradu

gradu indicebant, decaluabit dnminus verticem filiarū sion, & crinem eum nudabit. Et Iob 21. Egrediuntur quasi greges paruuli eorum, & infantes eorum exultant lusibus: Tenent tympanum & citharam: & gaudent ad sonitum organi.

Vocales & superficiales cantus, quantum ad clericos. vnde Amos 6. & Odi & proieci festiuitates vestras, & non recipiam odorem &c. Auferà me tumultum carminum tuorum, & cantica lyræ tuæ non exaudiam.

Vox superbe intonans. vnde Esa. 35. Audite verba regis magni Aphricorum. Et Hierem. 11. A voce loquelæ grandis ignis exarsit in ea. Et in Psal. Disperdat Dominus vniuersa labia dolosa, & linguam magnilo.

Planctus, pro amissione rerum temporalium vel amicorum. vnde Iezechielis 8. Ecce ibi mulieres sedebant plangentes Adonidem. Hic est Aegypti: quia planctus re plangendus. De Gen. 50. Planctus magnus est Aegyptijs, & vocauerunt nomen illius planctus Aegypti.

Bene sonant autem ex modo & causa. Ex modo, quia alte, concorditer, suauiter. Alte, vt cogitatio, & affectio, sint de æternis: quæ supra nos sunt. Submissa est vox de terrenis. vnde Esa. 29. Et erit quasi phitonis de terra vox tua. &c.

Concorditer: quando affectio cum cogitatione, intentio concordat cum voce, aliter non. vnde Psalm. Posuerunt in cœlum os suum &c. Vox loquitur alte, affectus serpit per ima: In voce aquila: in affectu, serpens.

Suauiter. vnde Cant. 2. Ostende mihi faciem tuam. Sonet vox tua in auribus meis: quia vox tua vox dulcis, & facies tua decora.

Ex causa, vt quando capitulum ad tractandum de aliquo, vel iudicandum conuocat. Et hoc est cymbalum timoris. Timor enim cor constringit, & sparsas conuocat cogitationes, & affectiones: & damnat vagas, & inutiles. In capitulo habet fieri correptio, & disciplina, Capitulum correptionis suadebat conuocari qui dicebat Esa. quadragesimo sexto. Prævaricatores redite ad cor. Et Ecclesiast. 30. Miserere animæ tuæ placens Deo: contine & congrega cor tuum.

Cymbala timoris.

In sanctitate, disciplinæ se supponebat, qui dicebat Psalm. Quoniam ego in flagella paratus sum. &c.

De iudicio dicitur Gen. penult. Dan iudicabit populum suum.

Quando etiam pro mortuorum exequijs sonat: quia vt dicitur Eccles. 7. Melius est ire ad domum luctus, &c. Et Ecclesiast. 38. Super mortuum produc lachrymas, & quasi dira passus incipe plorare. Et hoc est cymbalum luctus, de quo Matth. 4. Beati qui lugent, &c.

Cymbalū spei. Quando ad processionem inuitat, idest ad profectum virtutum, hoc est cymbalum spei. Quanto enim magis proficimus in virtute, tanto amplius confortamur in spe retributionis æternæ. Vnde Gen. 49. Filius accrescens Ioseph, quantum ad profectum gratiæ. Filius accrescens, quantum ad augmentum coronæ. Et Roman. 5. Patientia operatur probationem, probatio spem, & spes non confundit. Et Heb. 6. Fortissimum solatium habeamus, qui confugimus ad tenendam propositam spem: quam sicut anchoram habemus animæ tutamque & firmam incedentem vsque ad interiora velaminis.

Cymbalū gaudij. Quando sequentiam pulsat: hoc est cymbalum gaudij. Quid est enim sequentiam cantare, nisi gaudium angelorum repræsentare, & ad æternum gaudium inuitare? Istis cantibus adsunt angeli. vnde Psalm. Preueniunt principes coniuncti psallentibus, &c. Et Cantic. vltimo ad finem. Quæ habitas in hortis, amici auscultant: fac me audire vocem tuam. Quam nos in patria audire concedat, qui in trinitate perfecta viuit Deus & regnat. Amen.

τέλος

FINIS.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca